Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Wagenseil, Johann Christoph, / Hoffmann, Johann / Zunner, Johann David,

Tela Ignea Satanae. Hoc est: Arcani, & horribiles Judaeorum adversus Christum Deum, & Christianam Religionem Libri Anekdotoi Sunt vero: R. Lipmanni Carmen Memoriale. Liber Nizzachon Vetus Autoris Incogniti. Acta Disputationis R. Jechielis Cum Quodam Nicolao. Acta Disputationis R. Mosis Nachmanidis Cum Fratre Paulo Christiani, Et Fratre Raymundo Martini. R.

Noribergae 1681

4 Polem. 3141-1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10690618-0
VD17 12:113135P

TELA IGNEA SATANÆ.

Hoc est:

Arcani, & horribiles Judæorum adversus CHRISTUM DEUM, & Christianam Religionem Libri ΑΝΕΚΔΟΤΟΙ.

Sunt vero:

R. LIPMANNI CARMEN MEMORIALE.
LIBER NIZZACHON VETUS AUTORIS INCOGNITI.
ACTA DISPUTATIONIS R. JECHIELIS CUM QUODAM NICOLAO.
ACTA DISPUTATIONIS R. MOSIS NACHMANIDIS CUM FRATRE PAULO CHRISTIANI, ET FRATRE RAYMUNDO MARTINI.
R. ISAACI LIBER CHISSUK EMUNA.
LIBELLUS TOLDOS JESCHU.

JOH. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS

ex Europæ Africæq; latebris erutos, in lucem protrusit, THEOLOGORUM CHRISTIANORUM fidei, ad tanto rectius meditandum ea, quæ conversionem miserrimæ gentis Judaicæ juvare possunt, illos committens commendansque.

Additæ sunt

LATINÆ INTERPRETATIONES, ET DUPLEX CONFUTATIO.

Augustinus Justinianus Episcopus Nebiensis
in Præfatione præmissa Victoriæ Porcheti.

Novi siquidem quam non libenter in suarum literarum adyta nos admittat gens illa [*Iudaica*] pervicacissima. Expertus sum equidem, quantis sit opus laboribus, vigiliis, sumtibus, auxiliis denique, volentibus Hebræorum penetrare secreta.

ACCEDIT MANTISSA

De LXX. Hebdomadibus Danielis.

Adversus

V. C. JOHANNIS MARSHAMI EQUITIS AURATI ANGLI novam & incommodam earundem explicationem.

ALTDORFI NORICORUM
Excudit Joh. Henricus Schönnerstædt, Academiæ Typographus.
ANNO CHRISTIANO M. DC. LXXXI.
Prostat Noribergæ apud Johannem Hofmannum, & Francofurti ad Mœnum apud Ioh. Davidem Zunnerum.

Theodorus Presbyter Raithenſis,

qui tempore Heraclii floruit Imperatoris. in Proparaſceve.

Ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα, καὶ γάρ ἐστιν ὄντως ἄτοπον, εἰ οὗτοι μὲν, οἱ ἐξ Εὐτυχέως καὶ Διοσκόρου (ἐκ τῶν Ἰουδαίων) τῷ ψεύδει συνιστάμενοι καὶ στρατευόμενοι κατὰ τῆς ἀληθείας, οὕτω καρτερῶς καὶ ἀγρύπνως πολεμοῦσι τὴν μόνην καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς παιδία μήπω τρανωθείσης αὐτοῖς τῆς γλώσσης, πρὶν εἰς διδασκάλους φοιτῆσαι, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν, ἀκονᾶν τε καὶ ἐμβιβάζειν ὅπως λέγειν καὶ ἀκούειν δύναιντο ὑπὲρ τοῦ παρ' αὐτοῖς πρεσβευομένου δόγματος. ἡμᾶς δὲ οὕτω καταρραθυμεῖν καὶ ἀναπεπτωκέναι ὡς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο σπουδάζειν εἰδέναι τίς ἡ διαφορὰ τούτων πρὸς τὴν ἐκκλησίαν.

ABſurdum arbitror, & recte quidem me arbitrari judico, eſt enim revera abſurdum, ſi ii quidem qui ad tuendum mendacium Eutychetis & Dioſcori (*Judaeorum*) conſpirarunt, & contra veritatem militant, ita fortiter & vigilanter ſolam Eccleſiam Dei Catholicam & Apoſtolicam oppugnant, ut pueros ſuos cum nondum expeditam habent linguam, antequam eant ad magiſtros, & prima elementa didicerint, exacuere, & inſtruere curent, ut dicere & audire poſſint pro defenſione dogmatis quod ipſi profitentur; nos vero ita deſides ſumus, & languentes, ut nec hoc ipſum ſtudeamus ſcire, quæ iſtorum ſit contra Eccleſiam controverſia.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS.

JESV CHRISTO DOMINO MEO ET DEO MEO,

PRECES ET SVSPIRIA!

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

EVulganti mihi nefarios hos impiosque, tuam, Optime Maximeque CHRISTE DEVS, tremendam Majeſtatem impetentes, &, in quos non ſine tua providentia incidi, Judæorum libellos, quæ mens ſit, quodve conſilium, tute intime perſpicis. Movet me ſcelerum immanis atrocitas, quæ Chriſtiano mihi disſimulare nefas foret; quin potius in omnium piorum concione, de iis inſtituenda accuſatio. Excitandi velut claſſico, Theologi ſunt, ut officium faciant, & te, Nomenque tuum vindicent. Quod ſi olim Levitæ hominis cœptum, cujus uxore ad necem usque turpiter abuſi fuerant Gibhæ urbis incolæ, cum arrepto gladio cadaver conjugis per oſſa in duodecim partes ſecuiſſet, hasque circummiſiſſet in omnes Iſraëlitarum regiones, tantopere concitare

 potu-

potuit tribulium quorumcunque animos, ut quasi œstro perciti, ad ultionẽ sacramento sese obstringerent, nec quiescerent, nisi funditus deleta non tantum Gibha urbe, sed tota fere gente Benjaminitica: Vtique valebunt hæc quoque, quæ in publica luce expono, & quorum omnem modum supergreditur protervitas, horrenda, nefanda, & blasphema scripta, tantum apud tibi fideles Christianos, ut junctis agminibus, ad signa & labara tua congregati, tuos hostes, calumniatoresq; impurissimos strenue adoriantur, cædant, tundant, vulnerent, prosternant. Facient, spero hoc, qui possunt; sed, armis sacris, & qualibus solis in hoc bello militare convenit. Nec enim ferro manuque quicquam hic proficimus, quia adversus errores, impietatem, incredulitatemque depugnandum, & gravissimam τῆς διανοίας ἀῤῥωστίαν· Itaque λόγῳ opus, non βρόχῳ· Tu DOMINE DEVS EXERCITVVM, prospera honestos ausus, & auspicia tua pro te certaturis commoda, imo ipse te tuere, tuamque gloriam. Tua res agitur, tua divinitas, tuum munus, tua redemtio, si non in discrimen, certe vocantur in dubium. Age igitur, ostende te DEVM, ostende te Messiam, ostende te humani generis Redemtorem. At vero, cum hæc fieri nulla ratione a te possint, ut non medio operi simul ingerat se immensa tua Misericordia, huic, quod per vulnera tua te quæso, indulge, eaq; potius, quam

iræ

iræ tuæ æſtu erga perditam Judæorum gentem utere. Venere hactenus ad ultimam malorum lineam, ac univerſis mille ſexcentisque annis, & cœli & ſoli ſui extorres, toto orbe disperſi, errantes, palabundi, trepidanter & timide vagando, variis excarnificati ſuppliciis perierunt. Parce tandem pœnis, ſi ita tibi videtur, o magne Olympi Arbiter, & ſtatue ærumnis modum. Sunt, fateor, graves, omnemque meum captum longe excedentes, quibus afficeris contumeliæ. At, patere DOMINE, ut tuum tibi in cruce dictum in mentem revocem; οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι Vere neſciunt miſeri homines quid agant, neſciunt quid loquantur, neſciunt quid ſcribant; ſed Diaboli organa facti, ejus impulſu moventur, ab illo inſpirata verba exſibilant, aut illinunt chartis. Miſerebat te quondam unius filiæ Abrahæ, quam alligaverat Satanas decem & octo annis, eamque ſolviſti a vinculo. Ah! vide, quam innumeros Abrahæ poſteros, Satanas laqueis ſuis quadrupedes miſere conſtrictos teneat, idque a ſedecim ſeculis. Rumpe igitur hos quoq; nexus, confringe catenas, enuncia illud divinum ἐφφαθὰ, ut adaperiantur aures illorum, & laxentur vincula linguarum eorundem, & loquantur recte. Memento DOMINE, eſſe in his infinitas myriadas hominum, qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam, quin & infantes multos, ac vel horũ te capiat aliqua miſeratio.

Recordare fœderis quod cum Abrahamo pepigisti, promissionum quas fecisti Jacobo puero tuo, & Israëli dilecto tuo. Sane quidem, istos nescit Abrahamus, & Israël ignorat illos; Tu tamen DOMINE, nihilo minus ipsorum pater, tu creator ac Salvator es. Sunt figmentum manuum tuarum, imo, sunt cognati tui secundum carnem; tu, pro iis natus, passus, crucifixus, mortuus & sepultus es, tu sacrosanctum sanguinem pro iis effudisti. O Dominator Domine DEVS, misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax; qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera atq; peccata; & apud quem nullus innocens est: sis libens volens misericors, clemens & propitius, Judæorum populo: aufer iniquitates atq; peccata eorum, tuumque munus exple, in salvando oves perditas Israëlis. Habent, fateor, Mosen & Prophetas, quos sectari debebant; sic eadem facilitate ab erroribus immunes ad te perventuri, qua ii ad mare deferuntur, qui amnem comitem secum assumunt. Enim vero, quomodo obsecro hos duces sequi possunt, luminibus suis orbi, & palpantes titubantesq; velut in illuni nocte? Quamobrem tu, qui Lux, Via & veritas es, illustra cæcos ipsorum oculos, discute tenebrarum κάλυμμα, quo involvuntur. Duc eos manu super semitas justitiæ propter nomen tuum, & in medio umbræ mortis ambulantes, virga tua, & baculo

culo tuo consolare. Aperi mentem ipsorum, ut mysteria sacrarum literarum assequantur, & incipiens a Mose atque cunctis Prophetis, interpretare illis in omnibus Scripturis, quæ ad te attinent. Perpende DOMINE, ipsosmet Discipulos tuos, stultos & tardos corde fuisse, ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ, cum tamen per annos complures a tuo ore pendere, & te docentem audire iis licuerit. Quid ergo sibi relicti, & a te deserti, promovebunt bardi & blenni isti, planeq; traditi εἰς ἀδόκιμον νοῦν? Eja, o JESV CHRISTE, patere te exorari, & converte Judæos ad te, ut convertantur; fiant tandem unum ovile nobiscum, sub te vero animarum pastore. Proinde, flecte corda Christanorum Principum ac Magistratuum, ut doleant vices casusq; afflictissimi populi, & justos, æquos, facilesque Dominos se præstando, quæ conversionem illius procurare possunt media, abunde suppeditent. Amplius, concede Ecclesiæ tuæ Viros, qui solidam Hebraicæ eruditionis, studiorumque quæ huc pertinent, veram, non ostentatam peritiam, seriæ pietati jungentes, bona fide operam dent, ore, scriptis, vita denique & moribus, τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐλέγχειν, καὶ ἐπιστομίζειν Qua enim alia ratione invocabit infidelis natio eum in quem non credit? quomodo credet ei de quo non audivit? quomodo audiet absque prædicante? quomodo prædicabunt non missi? Mitte eapropter Judæis

o DEVS, evangelizantes pacem, evangelizantes bona, eorumque verbis pondus adde, & persuadendi efficaciam. Fac, Christiani tui, sacris intestinis bellis erga sese mutuo sævire desinant, & lucri, honoris, invidiæ, vanæque gloriolæ illecebris semotis, litigiisque compositis, dextras invicem porrigendo, tibi, Veritatique unice imposterum litent. Fac, in tuos communesque inimicos gladios stringant, & spolia ampla atque adoreas referant. Ita faxis, o Benignissime JESV, atque sic tibi æternum læti, lubentes, laudes agemus, gratasque gratias habebimus. Interim ignosce, quod ego qui pulvis & cinis sum, ad te loqui, & pro alijs precari sustinui. Tu nosti, non intra summa labra conceptam fuisse orationem, sed ex pectore prodiisse. Sit igitur grata advorsum te, & quod superest, o JESV JESV JESV! esto propitius mihi misero peccatori, nunc & in hora mortis meæ, decretorioq; illo, ac novissimo die.

Ita privatim & publice voveo,

Devotus Sacro Sancto Numini, immensæq; Majestati tuæ

JOH. CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS.

PRINCIPIBUS, MAGISTRATIBUS, THEOLOGIS,

OMNIQUE CHRISTIANORUM POPULO,

GRATIA ET PAX A DEO PATRE,
ET CHRISTO JESU SALVATORE NOSTRO.

Uti quisque bonus, omnem sinistram suspicionem summa ope a se segregat, & non suæ tantum conscientiæ satisfacere studet, verum aliorum quoque de se opinioni. Ita, postquam cum DEO meo liquido transactæ mihi res sunt, coram vobis, PRÆSIDIBUS Christiani Populi, & sacrorum illius Interpretibus, totoque adeo Fidelium cœtu, dicenda nunc sedulo causa est, ne nefarios Judæorum libros, e tenebris in lucem protrahendo, factum indecens fecisse, aut Christianæ Reipublicæ detrimenti aliquid inferre videar, plectendus ideo vestris pœnis, vestroque odio. Et vero, non de nihilo oriri potest dubitatio, num æquum sit, Libros istos, nil propemodum nisi errores, mendacia, blasphemiasque continentes, typis describere? cum bonorum exempla, canones Conciliorum, civiles denique leges, ipsorumque gentilium instituta, diversum quid suadere videantur. Namque Livio l. 39. teste, sæpe apud Romanos hoc negotium est Magistratibus datum, ut vaticinos, si qui in vulgus prorepserant, libros conquirerent, comburerentque. Nimirum, ceu Valerius Maximus l. 1. c. 1. prædicat: *Noluerunt prisci viri quicquam*

quam in civitate Romana asservari, quo animi hominum a Deorum cultu avocarentur. Quod suum assertum, gemino mox probatum dedit exemplo. *Siquidem, in agro L. Petillii scribæ sub Janiculo cultoribus terram altius versantibus, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera scriptura indicabat, corpus Numæ Pompilii Pomponis filii fuisse: In altera libri reconditi erant, Latini septem de jure Pontificum, totidemq; Græci de disciplina sapientiæ: Latinos magna diligentia asservandos curaverunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabantur, Petillius Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus per victimarios igne facto, in conspectu populi cremavit.* Referunt eandem hanc historiam Livius, Plinius, Lactantius, & imprimis S. Augustinus ex Varrone l. 7. de C. D. c. 34. Insuper laudatus Valerius, Regis Tarquinii factum allegat, *qui, M. Tullium Duumvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, corruptus, Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutũ in mare abjici jussit.* De Octavio Augusto Cæsare est apud Suetonium in ejus vita, ipsum, *quicquid fatidicorum librorum Græci Latiniq; generis, nullis, vel parum idoneis autoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undiq; cremavisse: ac solos retinuisse Sibyllinos: hos quoq; delectu habito: condidisseq; duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.* Atque, ut ad Ecclesiæ Christianæ mores porro progrediamur, ipsis sacris literis Act. 19, 19. proditum est, Ephesi prædicante Paulo, multos qui περίεργα tractaverant, comportatos libros, publice in omnium conspectu combussisse, quorum pretium facta computatione confecerit quinquaginta millia denariorum; hoc est quinquies mille nostratium aureorum, si, lib. 5. de Asse recte calculum inivit Budæus. Abdias Babylonius l. 4. certaminis Apostolici, narrat Hermogenem hæreticum, cum ad saniorem mentem reversus fuisset, & nuncium misisset deliriis, libros suos ad Jacobi Apostoli pedes abjecisse ut comburerentur. At Apostolum jussisse, *zabyris lapides plumbumq; appenderet, & in mare demitteret, ne forte odor incendii vexet incautos.* Quia vero laborat Scriptoris istius fides, in promtu sunt alia quæ allegari possunt. Scilicet, primo Oecunemico, quod Nicææ habitum est, Concilio, Arii scripta igni adjudicata fuerunt, Nicephori l. 8. c. 18. testimonio; dignaque verba ejus Scriptoris sunt, ut recitentur. *Quæres,* inquit, *Synodo causam præbuit, ut Arium atq; una omnes qui ejus adhærerent sententiæ, excommunicatos anathemati subjiceret, ac ne quis eorum*

rum Alexandriam ingredi auderet, sanciret. Eadem anathema in voces quoque hæresis ejus & librum quem ille contra pietatem compositum Thaleiam inscripserat, quasi floridum & viridantem, cujus stylus & eloquutio, sicuti ex scripto ipso cognovi, simplex & dissoluta, Sotadisque Poëtæ cantilenis persimilis fuit. Ac præterea, si quod aliud ejus aut sectatorum ejus inveniretur scriptum, ut igni mandaretur. Quin capite quoque Constantinus sanxit, si quis quidquam eorum pressum occultasse, nec statim exussisse compertus esset. Constantini Imperatoris, cujus hoc loco mentio injicitur, decretum, idem Nicephorus paulo inferius cap. 25. exhibet integrum, quo, inter alia sic edicit Imperator: *Si quod scriptum ab Ario compositum reperiatur, ut igni tradatur volumus, ut non modo improba ejus doctrina abrogetur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod ejus relinquatur. Illud equidem prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Ario conscriptum celare, nec continuo igne comburere deprehensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. Illico namque in crimine tali comprehensus, pœnam sustinebit capitalem.* Hujus exemplum imitati Theodosius & Valentinianus Imperatores, adversus Nestorii libros edictum, quod in l. *6.* §. 1. C. de Hæret. legere est, promulgarunt; prohibentes, *ne quis impios illos libros adversus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi cœtus Antistitum Ephesi habiti, scriptos habere, aut legere, aut describere audeat; & decernentes, diligenti studio requirendos, ac publice comburendos esse.* Honorii & Theodosii in C. de Episc. audient. numero 10. lex extat, quæ, Mathematicis *codices erroris proprii, sub oculis Episcoporum incendio concremare* imperat. Similiter in eodem Codice, paulo ante allegato titulo de Hæreticis l. 8. Valentiniani & Martiani Imperatorum quoque recitatur sanctio, qua Eutychetis & Apollinaris libri damnantur. Ejus verba sunt: *Nulli contra venerabilem Chalcedonensem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem proferre. Nemo hujusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta servare. Quodsi qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui discendi studio adierint, de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri, quæ fisco nostro inferendæ sunt, jubemus subire dispendium. Ultimo etiam supplicio coërceantur, qui illicita docere tentaverint. Omnes vero hujusmodi chartæ, ac libri, qui funestum Eutychetis & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur: ut facinorosæ perversitatis vestigia, flammis combusta depereant.* In Synodo V. Constantinopolitana cum

na, cum præter Petrum, Anthimum, & Zoaram, Severus quoque hæreticus damnatus esset, hanc, qui Concilii præses fuit, adversus istius libros, Novellæ 42. insertam sententiam tulit Justinianus Cæsar. *Sicut non licet Nestorii libros scribere vel possidere, (quia prædecessoribus nostris Imperatoribus, in suis Constitutionibus visum est statuere similia his, quæ dicta & scripta sunt a Prophyrio in Christianos) sic nec dicta & scripta Severi maneant penes aliquem Christianum sed sint profana & aliena ab Ecclesia Catholica, igneq; comburantur a possidentibus; nisi qui ista habent, velint periculum pati. A nemine ergo scribantur, neq; ad pulchritudinem, neq; ad velocitatem scribentium, sciendo, quia amputatio manus his qui scripta ejus scripserint, pœna erit.* Porro & Sexta Synodus, Constantinopoli in Trullo adversus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, & Theodorum, omnes Archiepiscopos Constantinopolitanos, præside Constantino Pogonato Imperatore celebrata, in libros illorum Archiepiscoporum, quibus impie docuerant, unam voluntatem, & unam operationem in dispensatione incarnationis Domini nostri Jesu Christi esse, incendio animadvertit. Insuper in Synodo II. Nicæna, imperantibus Constantino & Irene habita, quamque Græci septimam generalem appellant, can. 9. imperatum, *puerilia omnia ludibria, furiosaq; dicta ac scripta quæ adversus sanctas imagines edita sunt, dare Episcopo Constantinopolitano, ut cum reliquis hæreticis libris reponantur: eos autem qui hæc celare inventi fuerint, si sint Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, deponere; si autem laici & monachi, segregare.* Alias recentiores similium generum constitutiones, quæ multæ afferri poterant, una cum exemplis, missas nunc facimus, eorum tantum decretorum, quæ speciatim adversus Judæorum libros, lata fuerunt, & quæ propius ad rem faciunt, mentionem injicientes. Constat vero ex Bernhardo Luzemburgio in Catal. hæret. lib. 2. Gregorium IX. Pontificem A. C. 1230. Judæorum libros & imprimis omnia Talmudica volumina, flammis addixisse; atq; idem factum, A. C. 1244. imitatum esse Innocentium IV. inductos causa, quod ii libri, & nominatim utrumque Talmud, Hierosolymitanum & Babylonium, non solum contumelias & blasphemias multas infames & horrendas adversus Jesum Christum Salvatorem nostrum, sed & sanctiones & præcepta plurima contra

jus gen-

jus gentium, atque ipsam Mosis legem contineant. Postea, cum arte typographica inventa, ejus beneficio, Judæi quoque Talmudicos libros, variis editionibus ab interitu vindicare studuissent, Julius III. Papa, novo edicto A.C. 1553 promulgato, Judæorum libros tota Italia conquiri cremarique jussit. Vnde R. Gedaljah in Schalsch. Hakkab. p. 117. a. בשנת ה׳ אלפים ש״יד בהיות יוליאו מונטו פפא׳ קצרת טומרים טענו נגד קצת אגדות הגמרא ואע ודנו אותו לשריפה ונשרפו ברומה יום ר״ה ש״יד ובבולוניה בחדש ההוא וברומניה בחדש חשון ובאנקונה בחדש שבט וכן בכל איטליאה בשנה ההיא: i. e. *Anno 5314. cum Julius de Monte Papam ageret, quidam Apostatæ nonnulla Talmudis ἀλληγορούμενα, nec non quædam adversus profanas religiones dicta, criminari cœperunt: eapropter igni adjudicatum fuit Talmud, combustumq; est Romæ ipso primo die anni 314. menseq; eodem in Bononia, in Romania vero mense Chesvan, Anconæ autem mense Schevet, atq; sic eodem hoc anno per omnem reliquam Italiam.* Extant in rem eandem apud Fl. Cherubinum in Bullario, & alibi, ejusmodi edicta aliorum quoque Pontificum, Pauli nimirum IV. Pii IV. Gregorii XIII. & Clementis IIX. Præter cæteros autem Paulus IV. Judæis se infensum præbuit, nec tantum una cum inquisitionis Senatu graviter in libros Judæorum animadvertit, sed & ipsismet Judæis novo exemplo admodum ægre fecit. Retulit idem hoc in literas ante allegatus R. Gedaljah, cujus verba rursus adscribimus: בשנת ה׳ אלפים ש״טו בהיות פאולו קרפא׳ דנפולי פפא׳ ברומא׳ גזר א׳ בולא׳ נגד היהודים שבמלכותו שכל כנסת יפרע י׳ דוקטי לבית רומה שעומדים שם היהודים שרוצים להמיר ונקרא בית קטקומיני ובשנה ההיא י״ד תמוז גזר בולה אחרת עם י״ח קפיטולי נגד היהודים והם שאנשים ונשים וטף ישאו כובע רוק על הראש והנשים וילו ירוק ואפילו שהולכים בדרך חוץ לעיר שכל היהודי׳ יעמדו בשכונת א׳ ובכל לילה יסגרו הדלתות מהשכונה שלא יקבלו שום שרות מהנוצרים שלא יוכלו להשתתף עם הנוצרים ולא יעשו שום דבר של אהבה יחד שלא יוכלו היהודים לרפוא׳ שום נוצרי לא יוכלו היהודים לעשות שום סחורה אלא של בגדים ישנים ואם היה בידם אז שום סחורה ימכרות תוך ו׳ ימים

ט׳ ימים שבזמן ו׳ חדשים היהודים ימכרו כל בית ונחלות שהיה
להם ונעשה חשבון שהיה שוה נחלות היהודים אשר היו במלכותו אז
יותר מתק אלף עטרות ונמכרו פחות מהחמשית לא יוכל להיות בעיר
אי אלא כנסת א׳ שהיהודי ישתדל ששום יקראנו אדון ושום שם
של מעלה ויתר הקפיטולי היו תלואים נגד הרבית Idest : *Anno* 5315. (qui Christianus est 1555.) *cum Paulus Caraffa Neapolitanus Romæ Pontificatu fungeretur, Bullam ipse adversus Judæos promulgavit qui dictioni suæ erant subjecti, ut quæq; Synagoga penderet Ducatos decem domui in qua Romæ nutriuntur Judæi volentes deserere religionem suam, quam Domum Catechumenorum vocant. Eodem anno die 14. mensis Tammus, aliam Bullam adversus Judæos edidit, quæ capitula XVIII. complectebatur. Ea sunt: Vt Viri, fœminæ, parvuliq; Judæorum,* (certo signo a reliquis hominibus sese distinguerent, ac mares quidem,) *in capite croceum gestarent galerum, fœminæ vero ejus coloris uterentur velo, etiam cum extra urbem iter faciunt. Vt omnes Judæi junctim in uno loco habitarent, ejusq; loci fores noctu semper clauderentur. Ne ullum dignitatis officium a Christianis Judæi admitterent. Ne societatem cum Christianis contraherent, aut qua in re amice se invicem uterentur. Ne Judæi Christianis medicinam facerent. Ne ullarum mercium, præterquam veteranarum vestium mercaturam Judæi exercerent, merces vero alias, si quas haberent, intra dies novem divenderent. Vt intra semestre omnes suas domos fundosq; distraherent: atq; inita fuit æstimatio, valere fundos Judæorũ, quos sub jurisdictione Pontificis possidebant, ultra quingenta millia coronatorum, cujus pretii vix quintam partem retulerunt. Ne plures una, in eadem urbe Synagogæ essent. Ne pateretur Judæus se a Christiano, Domini, aut alio honoris compellari elogio. His aliæ leges de usuris additæ erant.* Vera sunt hæc omnia, & habetur ipsa Pauli IV. Bulla, etiam in 7. Decretal. titulo de Judæis. Cæterum, circa Judæorum libros, afferri adhuc meretur Regula, quæ in novissimo, pro Catholicis Hisp. Regnis, Philippi IV. Regis, librorum prohibitorum & expurgandorũ Indice, una cum aliis generatim præmittitur, hac verborũ conceptione: *Prohibense del todo los libros del Thalmud, con sus Glosas, Anotaciones, Interpretaciones, y Expesiciones; los Cabalysticos, y los otros impios, y nefandos libros de los Hebreos, segun y como per diversas Constituciones de Sumos Pontifices estan prohibidos; y los libros de Rabinos, o de otros qualesquier Hebreos, o Judeos, o de Moros, que de proposito ensenan la ley Judaica, y sus ceremonias, o la secta Mahometana: o cuya principal argumento es contra nuestra Fè Catholica, o contra las costumbres, y ceremonias universales de la santa Iglesia Romana: o contra las comunes*

Exposi-

Exposiciones de los sagrados Doctores, y de los Sanctos en el sentido litteral de la Sagrada Escritura. Id est. *Penitus prohibentur libri Talmudici cum suis Glossis, Annotationibus, Interpretationibus, & Expositionibus; item Cabbalistici, aliiq; impii & nefandi libri Hebræorum, prout diversis quoq; Constitutionibus Summorum Pontificum prohibiti deprehenduntur. Nec minus prohibentur libri Rabbinorum, aliorumq; quorumcunq; Hebræorum, Judæorum, aut Saracenorum, qui ex proposito docent legem Judaicam, ejusq; cæremonias; aut sectam Muhammedanam: aut, quorum principale argumentum est, ut nostram Fidem Catholicam, aut, ejus ritus ac cæremonias universales Sanctæ Ecclesiæ Romanæ impugnent; aut qui adversantur Expositionibus sanctorum Doctorum, Divinorumq; virorum circa sensum literalem sacrarum literarum.* Juvat referre huc, quod Franciscus Ximenius Archiepiscopus Toletanus, circa Saracenorũ libros statuit, ex lib. 2. Alvari Gomesii de illius Cardinalis rebus gestis. Is enim, *cum Mahometanæ perfidiæ extirpandæ in regno Granatensi aliisq; Hispaniæ locis intentus esset, in id quoq; diligenter incubuit, ut libri quibus superstitio illa tradebatur, abolerentur. Alfaquinis ergo, (sic Mauri sacrorum Antistites nominant) ad omnia obsequia eo tempore exhibenda promtis, Alchoranos, id est, suæ superstitionis gravissimos libros, & omnes, cujuscunq; autoris & generis essent, Mahumetanæ impietatis Codices, facile sine edicto, aut vi, ut in publicum adducerentur impetravit. Quinq; millia voluminum sunt ferme congesta, quæ variis umbilicis, Punica arte & opera distincta, auro etiam & argento exornata, non oculos modo, sed animos quoq; spectantium rapiebant. Multi eis se donari a Ximenio petierunt, sed nemini quicquam concessum est: ignibus omnia, publica in pyra, ad unum exusta, præterquam aliquot ad rem medicam pertinentia, cujus gens illa non sine magno profectu studiosissima semper fuit, quæ propter saluberrimæ artis dignitatem, ex incendio illo liberata, in Bibliotheca Complutensi nunc servantur.* Denique, absque legibus exemplisque esset, videtur ipsum Talionis jus exigere, ut Judæorum de religione nostra tractantes libros, in ignem conjiciendo, par pari referamus, quando ipsi idem in nostros sibi licere credunt. Est enim, dubio procul, de his sermo, in Schabbat fol. 116. a. ubi scriptum deprehenditur : הגליונין וספרי
מינים אין מצילין אותן מפני הדליקה רבי יוסי אומר בחול קודר את
האזכרות שבהן וגונזן והשאר שורפן ׃ א״ר טרפון אקפח את בני
שאם יבאו לידי שאני אשרוף אותן ואת האזכרות שבהן שאפילו
רודף אחריו להורגו ונחש רץ להכישו נכנס לבית ע״ז ואין נכנס
לבתיהן של אלו שהללו מכירין וכופרין והללו אין מכירין וכופרין

 ועליהן

ועליהן הכתוב אומר אחר הדלת והמזוזה שמת זכרונך אמר רב ישמעאל קו ומה לעשות שלום בין איש לאשתו אמרה תורה שמי שנכתב בקדושה ימחה על המים הללו שמטילין קנאה ואיבה ותחרות בין ישראל לאביהן שבשמים על אחת כמה וכמה ועליהם אמר דוד הלא משנאיך יי' אשנא ובמתקוממיך אתקוטט תכלית שנאה שנאתים לאויבים היו לי וכשם שאין מצילין מפני הדליקה כך אין מצילין אותן לא מן המפולת ולא מן המים ולא מן הדבר המאבדן:

id eſt: *Margines librorum* (noſtratium,) *ipſosq.* (integros) *libros hæreticorum*, (ſi in Sabbato ignem conceperint,) *flammis eripere nefas eſt. R. Joſe ait*, (in libris τῶν ἔξω) *die profeſto eradenda eſſe divina nomina, & recondenda, quod ſupereſt, cremari oportere. At R. Tarphon dixit, ſepelire cogar ego natos meos, niſi ſicubi in manus meas incidant, libros illos cremavero una cum divinis quæ ibi habentur nominibus. Nam, ſi maxime ſicarius alicujus vitam petat, aut ſerpens quem mordere velit, potius in idoleum, quam in horum ædes confugiendum. Iſti enim ſciunt* (quid rectum ſit,) *& tamen veritati obnituntur, at gentiles, ignorantes id faciunt, deq. iis ſcriptum* (Eſ. 57,8.) Poſt oſtium poſtemque ponis monumentum tuum. *Et vero, licet a comparatis argumentum nectere. Quod ſi enim ad conciliandam pacem inter virum & uxorem, Scriptura Dei nomen quod ſanctiſſime exaratum fuit, delere concedit: quanto magis ab iſtis, qui meras inimicitias, jurgia, & diſcordiam, inter Iſraëlitas, Patremq. eorum cœleſtem ſerere ſtudent*, (ſcripta divina nomina, perdere conceditur?) *Ad hos pertinet illud Davidis* (Pſalm. 139, 21. 22.) Nonne odio habentes te Domine odi, & inſurgentium in te tædet me? Perfecto odio odi illos, inimicorum loco ſunt mihi. *Cæterum, ut igni non eripiuntur* (libri iſti,) *ita nec liberantur a ruina, nec ab aquis, nec ab alia re, quæ illis creare poteſt exitium.*

His, aliisque, quæ nobis objici poſſunt, ut occurramus, illud principio profitemur, extra cenſum eorum librorum, quos certa conditione ſervare licet, omnino nos illos ponere, qui ſacræ rei nihil continentes, unice eo tendunt, ut alicujus Reipublicæ tranquillitatem turbent, atque ad ſeditionem & motus cives cieant. Nam, ad tales, in præſentia non attendimus; debentq; illi, quorum curæ Rempublicam Deus commiſit, ſedulo cavere, ne libelli, qui incolumitati ejus detrimentũ inferre poſſunt, in vulgus ſpargantur. Puniendi quoq; ſunt graviſſimis ſuppliciis, qui hoc nefas

auſi

ausi fuisse deprehenduntur, ultra quam par est extendendo illud, quod Suetonio autore, Tiberium subinde jactare solitum, accepimus: *In Civitate libera, linguam mentesq; liberas esse debere.* Porro, nec res nobis est, cum libellis aut malis carminibus, ad infamiã cujusquam compositis, quæ si quis occentasset, sive condidisset, eum capital fecisse ipsæ leges XII. Tabularum, ut alias nunc taceamus, pronunciant. Apprime huc pertinet, locus insignis, planeq; aureus, Ciceronis c.4. de Republica, quem nobis S. Augustinus servavit l.2. de C.D. c.9. *Nostræ XII. Tabulæ cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoq; sanciendam putaverunt. si quis* actitavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri. Præclare. Judiciis enim ac Magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poëtarum ingeniis habere debemus, nec probrum audire, nisi ea lege, ut respondere liceat, & judicio defendere.* Sed, nec mera veneficia docentes Magicos libros, aut legere ego velim, aut aliis tradere legendos, cujuscunque illi sint generis; id est, sive ad φαρμακείαν, sive γοητείαν pertineant. Has enim, vulgo, Magiæ faciunt species, atque φαρμακείαν eam vocant, cum vel venena parantur, quibus hominibus & pecoribus lue aliqua nocetur. Vel, cum citra toxicum, solis verbis, mirificis literarum ductibus, herbis, aut rebus superstitiosis aliis, nullam ex sese vim habentibus, ope malorum dæmonum, damnum alteri infertur. Cæterum γοητεία, in fascinationibus oculorum, præstigiis, mirisque quibusdam, & parum cum ordine, quem Natura in rebus cæteroquin servare solet, convenientibus effectis consistit: Uti cum Sagæ, quod Apuleij in Magiæ ludo Magistri, ex 1. Metamorph. verbis dicimus, *cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, Manes sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare videntur.* Aut, cum spiritus immundos ad ministeria vocant, tempestates cient, sata transferunt, capita hominibus ademta in locum iterum reponunt, unico momento cœnas & convivia exhibent, cornua affigunt, aquam ex cribro hauriunt, pridem defunctos sistunt; tribus jaculis ex arcu, aut globulis ex bombardis emissis, omne quod quis expetit, etiam non visum, conficiunt, in speculis omnia præterita, præsentia & futura commonstrant, sanant per maximas distantias, colloquuntur cum procul semotis; quæ Magiæ hujus opera Balduinus l.3. Casuum Consc. c.5. cas. 1. ex Andrea Libavio contra Crollium recenset. Qui has artes docent

*L. Vives in Comment. monet, rectius legi in Codice vetusto *occentasset.*

cent libros, quoniam ſunt multi homines in curioſitate, ceu Cicero vocat, ὀξύπεινοι, & ad periculum faciendum deſiderio tangi poſſent, ſupprimere conſultiſſimum fuerit. Quanquam, ceu ex ante laudato Balduino conſtat, non deſunt, qui iſtis quoque libris pretium ponant; idemq; Judæorum Sapientes olim factitarunt, ſi modo verum eſt, quod Talmudicæ Pandectæ in Menachot fol. 65, a. referunt: א״ר יוחנן אין מושיבין בסנהדרין אלא בעלי חכמה בעלי מראה בעלי קומה בעלי זקנה בעלי כשפים ויודעים שבעים לשון שלא תהא סנהדרין שומעת מפי התורגמן אלא דהוה באיל * לישנ׳ ודריש׃ Id eſt: *Sic tradente R. Jochanane, haud alii admittebantur in Synedrium, niſi viri ſapientiſſimi, graves aſpectu, proceri corpore, ætate provecti, periti artis Magicæ, & qui linguas ſeptuaginta callebant; ne ſcilicet Synedrium cogeretur interpretis opera uti, ſed omnium ſententiam aſſequi, atq; reſponſa reddere poſſet.* Vbi R. Salomo, illud de Magicæ artis peritia expoſiturus, in Gloſſa addit: שאם יהא הנדון מכשף והאור לא ישלוט בו יעשו הן מכשפות וימיתהו בכל מיתה שיוכלו׃ Sic habet Talmudis editio Amſtelodamenſis. Verum, in Bet Jacob, verborum initialium plenior & emendatior eſt lectio, hoc modo: שאם יהיה הנדון מכשף וישביע הסיי׳ והאור שלא ישלטו בו יעשו הם Iſtam expreſſionem ſequentes, ſic dictum interpretamur: (Magiam tenere oportebat Senatores,) *ut, ſi reus illius criminis, gladium aut ignem incantamentis adjuraſſet, ne ſibi nocerent, ipſi veneficium exercendo, ſontem, qua id fieri poterat ratione, tollerent e medio.* Enim vero, temporis quoque accuratum diſcrimen facere oportet. Quippe, non eadem ſemper & ubique ſunt honeſta ac turpia, ſed omnia ſecundum circumſtantiarum diverſitates judicanda. Verbi cauſa: Erat utique longe alia conditio Eccleſiæ Chriſtianæ primis illis poſt natum Chriſtum Seculis, ac nunc eſſe deprehenditur, & multa in præſentia ſine ſcandalo fieri poſſunt, quæ olim offenſionem præbuiſſent plurimorum mentibus. Pariter, & quædam tum admiſſa, quæ nunc in uſum revocare nefas foret. Fuit enim, cum ipſe Paulus ob Derben & Lyſtram incolentes Judæos, Timotheum, quem itineris comitem aſſumere volebat, circumciſionis ritu initiavit. Sperabat enim, ipſius opera multos ex Judæis nondum converſos, ad Chriſtum poſſe perduci, quorum nonnulli rigi-

* Editiones Bet Iacob fol. 167. col. 4. rectius habent ב״יל

Act. 16, 3.

rigidioribus suis sententiis occupati, consuetudinem sermonemq; ejus declinaturi fuerant, si scivissent incircumcisum. Sed, illud factum, hac tempestate imitari nemini licet; imo haud multo post circumcisum a se Timotheum, ipse Paulus ad Galatas scripsit gravissimam vocem: Ἴδε, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι Cap. 5, 2.
ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει *Ecce, ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest.* Nimirum, Coryphæus ille Apostolorũ, circumcisionis & usum & omissionem, ex temporum locorumque distinctione definiebat. Tantas autem nunc, per Dei gratiam, in orbe universo radices egit Christiana religio, & de Servatoris nostri vera Divinitate catholica fides, ut a Judæis nihil periculi metuendum sit, sed illorum scripta impune legi queant: quod fortasse alio tempore, nondum adulto scilicet Christianismo, haud sine evidenti damno fieri potuisset. Pauca in universum historiæ nobis suppeditant exempla a multis retro seculis, eorum, qui ex Christianis in Judæos mutati sint, estq; insueta fere hæc res, & albo corvo simillima. Quamobrem nec ab Hæreticorum libris, qui virus suum facile incauto lectori propinant, multosque in sententiam pertrahere solent, ad Hebræorum scripta facienda collectio. Arii pestifera dogmata, quondam eo applausu passim fuere excepta, ut brevi mundus miraretur se Arianum factum esse: postulabat igitur necessitas, ut quacunque ratione orthodoxi Doctores tanto malo mederentur, & imprimis libros Arianos, legentium manibus excussos, quovis modo abolerent. Idem de aliis Hæreticis, illorumque pravæ doctrinæ infelici abortu, formandum judicium. Quod si eorum quoque Hæreticorũ libri, e quibus corruptionis nullus metus erat, flammis fuere adjudicati, id magis factum apparet, ut satisfieret legibus canonicis, & usui qui invaluerat, scripta hæresin continentia comburendi, quam ut cura fuerit de iis funditus e medio tollendis. Atque adeo publica illa combustio, plurimum ad solam pœnam & dogmatum detestationem spectabat, non ad librorum excidium, nec necesse habebant semper talium Autores,

Ut ferale suos onus exstirpare libellos.

Certe, Episcopis, aliisq; Ecclesiæ Antistitibus, nihilo minus libros hæreticorum servare & legere concedebatur, ceu mox uberius

 dabimus

dabimus probatum. Nec aliud nostris moribus in simili casu obtinet. Ante omnia autem, non tam illud spectandum, quid aliquando factum sit, quam quid fieri æquum fuerit, atque, uti circa res alias, ita & circa libros damnandos, sæpe multa multorum peccavit inscitia ac protervitas. Valet enim hic quoque, & quidem præprimis, illud Poëtæ:

Pers. Sat. 1.

—— Non si quid turbida Roma
Elevet, accedas: examenve improbum in illa
Castiges trutina.

Josephus Scaliger, ceu est in Excerptis quæ illius nomen præferunt, p. 297. narrare solebat Puteanis fratribus, Venetiis impressos fuisse Locos Communes Philippi Melanchthonis, cum hoc titulo: *Per Messer Filippo di Terra Nera:* hoc est, *Per Dominum Philippum a Terra Nigra*, atque eum librum Romam missum, per annum integrum emtum lectumque esse cum magno applausu, ita ut jam nulla amplius exemplaria prostarent, sed alia Venetiis peterentur. Tandem, cum Franciscanus quidam agnovisset librum, & dixisset, se tenere eosdem Locos, qui sint Lutherani, & autorem habeant Philippum Melanchthonem, tum vero parum abfuisse quin gravi censura vexaretur typographus, exemplaria autem esse suppressa & combusta. Johannes Seldenus l. 1. de Jur. Nat. & Gent. juxta discipl. Ebr. c. 2. refert, se didicisse a Rogero Bachono Franciscano, qui ante annos quadringentos circiter Philosophus & Mathematicus summus floruerit, sub illud tempus quo Sorbonæ Collegium Lutetiæ instituebatur, Physicos & Metaphysicos Aristotelis libros fuisse damnatos, recitatque hæc ejus e libro M. S. verba: *Theologi Parisius & Episcopus & omnes Sapientes jam ab annis circiter quadraginta damnaverunt & excommunicaverunt libros Naturales & Metaphysicæ Aristotelis, qui nunc ab omnibus recipiuntur.* Itemque ista: *Scimus enim, quod temporibus nostris Parisius diu fuit contradictum Philosophiæ Naturali & Metaphysicæ Aristotelis per Avicennam & Averroym expositis, & ob densam ignorantiam fuere libri eorum excommunicati & utentes eis, per tempora satis longa.* Proh! quanto nunc aliter sentit Sorbona de istis Aristotelis scriptis, & fuit fortasse ex illa societate, celebris Philosophiæ simul ac Theologiæ Professor, Petro Gassendo familiaris, quem hic Exercitat. 2. adversus Aristot. asseruisse testatur, *se existimare, magnum iri*

Deo

Deo præstitum obsequium, si proprio sanguine obsignasset, confirmasset; *verissima esse, quæcunq; Aristotelis operibus continentur.* Et vero, Romæ præsertim, in damnandis libris, non semper eam curam & fidem, peritiam quoq;, Cyriacos, sive Monachos Dominicanos, quibus ea res in manu est, adhibere, qualibus negotium illud tractari par erat, peculiari libello publice evincere laboravit Theophilus Raynaudus Jesuita, quem De Immunitate Cyriacorum a censura, sub personato Petri a Valleclausa nomine edidit, in quo §. 2. hoc memorabile habetur dictum. *Libri Scriptorum Catholicissimorum ac Religiosissimorum frequentissime prostant in columna infami, cum flagrionibus, & furciferis ac patibulariis; sic enim absq; noxa denominari possunt, Hæreticorum, & Atheorum, ac spurciloquorum Libri. Pendent cum ipsis probrosis (ut Christus cum Latronibus) Scriptorum Catholicorum ac Religiosorum Libri; jure, an injuria, dolo, an virtute, quis in hoste requirat? etiam sidera in hoc genere de cœlo detrahuntur. Indicta causa, certe tacita, (& quam educere eleusinium crimen sit;) notantur, proscribuntur, supprimuntur, Fratrum præsertim Minorum, & Jesuitarum Libri.* Quia vero, ficto, ceu dictum est, nomine, prodijt hæc Dissertatio, ideo fas esse censuit Autor, citra fascini metum, sui ipsius exemplum allegare. Narrat igitur §. 151. sequentem historiam: Theophilus Raynaudus forte fortuna insons incurrerat odium Dominicanorum, quia nimirum credebatur confecisse libellum, qui, *de Bannis & Calvini consensione* prodierat, & mox Romæ omnes illius ad eam diem vulgati libri, totidem Fratribus Dominicanis hypercriticis ad diligentissime excutiendum commissi sunt. Sed post scrutationem in lucernis, nihil repertum est, cui inædificari vindicta posset. Apparuit autem non ita multo post liber Theophili, *de Martyrio per pestem*, atque in hunc confestim Nicolai Richardi Sacri Palatii Magistri, (sive ut Raynaudus vocat, Monstri) feroces baubatus adeo alte insonuerunt, ut ex ipsa Gallia exaudirentur. Attamen Decretorium libri interdictum, priusquam in publicum efferretur, potentibus intercessionibus Serenissimorum Principum, & Cardinalis Ducis Richelæi, per Excellentissimum Ducem Crequium Oratorem Regium extra ordinem ad præstandam Pontifici obedientiam submissum, publicatione est retardatum; & ad fortia Oratoris Regii ac Sabaudiani postulata, Vrbanus VIII. librum accurate recognosci præcepit;

 & ad

& ad id adhibitis Eminentissimo Cardinali Oregio, & Reverendissimo Francisco a Potentia, nec non illustrissimo Boccabella S. Officii Assessore. Ab his integerrimis & doctissimis Censoribus liber recognitus est, & usquequaque labis purus pronunciatus; ita ut suo & Adjunctorum nomine, Eminentissimus Oregius confirmarit Pontifici, *ex eo libro ne syllabam quidem tolli posse*. Succensuit Pontifex prioribus Censoribus, quod librum innoxium vocassent in discrimen, & deinceps omnia pacata esse, nec ullam amplius mentionem stringendæ in eum librum censuræ fieri mandavit. At F. Baptista Marinus, penes quem erat primum illud decretum, quod non fuit evulgatum, siluit quidem secundum mandatum, dum superstites fuere Vrbanus Pontifex, Cardinalis Oregius, a Potentia Antistes, & Boccabella Assessor. Iis vero ad Patres suos appositis, non destitit exsufflare carbones, donec flamma erumperet; vulpino astu proferens decretum antiquatum, tacita antiquatione, & antiquationis ratione. Itaque post fluxum annorum XVI. a primo turbine, recruduit tempestas, per subitam & prorsus inopinam evulgationem primi decreti, quod prius publice pependit, quam de eo quicquam audiretur. Reclamatum est apud eos, quos F. Marinus implanaverat. Objectum Vrbani mandatum, & testimonium de eo lato prolatum, sed responsum datum est, esse apocryphum, & de quo minus constaret. Cum vero non ita multo post, advenissent literæ, attestantes veritati, inde transmissæ, unde mens indubia Vrbani constare poterat, responsum est, esse literas privatas, quæ non sufficerent ad certam fidem. Delata ad Sanctissimum Innocentium X. querela, dati sunt Censores novi, sed in quorum labiis gladius fuit, ita ut cum Pontifex mandasset librum recognosci, jussi sint diverticula quærere, jubente eo qui honoris sui interesse contendebat, rem judicatam (etiam per errorem ac obreptionem) stare inconcussam. Et dixit quidem, si res non esset facta, non fieret; quandoquidem vero facta est, & agitur honor Judicum priorum, habeat Libri Autor patientiam. Quare extorqueri nunquam potuit, ut Censores sensum suum aperire sinerentur, uno demto Reverendissimo Hilarione Rancato; qui intrepide semper professus est, in librum de Martyrio per pestem nullam posse intor-

queri

queri censuram, cum doctrina in eo contenta esset saltem probabilis, atque adeo extra aleam damnationis. Instaurato rursus judicio, Pontifex homini, qui maxime Libro & Autori fauturus putabatur, (certe debuerat) rem totam commisit. Sed is rationibus ac spebus consultum volens, veritatem cognitam, & sæpe privatim comprobatam, in injustitia detinuit, ne incurreret in eum qui sua judicia irretractata volebat, sicque uno calculo candido, suæ subvectionis ulterioris executionem minueret. Res artificio Fratrum sic gesta est in Vrbe. Sed universæ Europæ aliter visum. Nam Theologi insignes ultra ducentos, ex Lusitania, Hispania, Gallia, Belgio, Germania, Polonia, Lituania, Italia; Antistites item lectissimi non pauci, & Academiæ celebres XII. adstipulatione sua firmavere veritatem; nequicquam emotis eam ob rem feris fluctibus marinis despumantibus confusiones suas; & detritum priorum Judicum honorem causantibus. Hactenus ipsa fere verba Raynaudi. Sed & aliam insuper dicam grandem Patribus Dominicanis in hoc negotio impingit Scriptorum Italorum hujus ævi facile disertissimus Ferrantes Pallavicini, nec enim alium autorem habet festivus liber, *Il Corriero Sualigiato*, sive *Nuncius literis privus*, cui Ginifacii Spironcini nomen præfigitur, ubi p. 302. legimus: *Da questo eccesso di merito ch' acquistano li libri de' migliori, segue ancora che li Padri Dominicani, li quali hanno convertita in tirannide l' autorità possedata nella inquisitione, procurano col prohibirgli, divertirne la publica notitia. Con poca, o niuna mutatione gli imprimono poi sotto lor nome, onde con questi tesori malignamente sepolti, arrichiscono di personaggi dotti la loro Religione. Artificio è questo usato da essi, perche, come nel vivere mendicanti si mantengono con ciò che accattano, così non men poueri d' ingegno, e di dottrina, s' auantaggiono nel credito con ciò solo, ch' in tal modo essi rubbano.* Id est: *Ex illo excessu æstimationis, quem libri meliorum autorum acquirunt, illud etiam consequitur, quod Patres Dominicani, qui autoritatem quam in Inquisitione possident, converterunt in tyrannidem, eos prohibendo, id operam dant, ne in publicam veniant notitiam. Postea, cum exigua aut nulla immutatione, illos imprimunt sub suis nominibus, & hinc cum thesauris istis male sepultis, exornant hominibus doctis suum Ordinem. Vtuntur hoc artificio, quia sicuti mendicos agentes, ex eleemosynis vitam sustentant, ita ingenii quoq; non minus pauperes doctrinæq;, existimationem ea sola retinentur, quam hac ratione surripiunt.* At, ipsi quoque Patres Societa-

cietatis, aliorum accuſatores, non immunes ſunt a noxa, & in locis ubi ad ipſos de libris judicium facere attinet, æque male ſe gerunt, ſi eundem Pallavicinum audimus. Præcedit enim in eodem libello p. 300. *Li sopraintendenti coſi à a queſto negotio, come ignoranti rimettono la cauſa a Padri Gieſuiti, li quali con ſopraveſte di Teologo danno a credere, che molto ſtudio partoriſca vn buon ceruello. Queſti poi come per ordinario ambitioſi, e maligni perſecutori di chiunq; eſercita la virtù, condannano con vera invidia, benche con apparenza di zelo, quelle opere, dalle quali veggono poſte in diſprezzo le farragini de loro ſcartafacci.* Id eſt: *Hujus ibi negotii Præfecti, utpote indocti, cauſam remittunt ad Patres Jeſuitas, qui cum tunica Theologali perſuadere nituntur, pertinax ſtudium parere cerebrum eximium. Iſti poſtea, ceu plerunq; ambitioſi, & cujusq; qui virtutem exercet, maligni perſecutores, cum vera invidia, etſi ſub zeli ſpecie, damnant illa opera, a quibus vident in contemtum poni farragines eorundem, pollutarum chartarum.* Alium qui circa prohibitionem librorum Romæ comittitur, ingentem peſſimumq; abuſum, revelavit nobis noviſſime Autor commentationis myſticæ, *il Vaticano Languente*, quæ, dum hæc meditamur, commodum ab Amico legenda traditur, quaſi ab Illuſtri Viro, qui ampliſſimis in Veneta Republica fruitur honoribus, crebrisque legationibus functus eſt, conſcripta. Et ſane, neceſſe eſt ab eo profecta fuerit, cujus eruditum pectus muniunt virtus, ſapientia, ac triplex candor, quemque nihil in univerſum latet Romanæ aulæ arcanorum. Cæterum, parte 2. p. 432. ſeq. ibi leguntur, quæ nunc ex Dialogo (qua forma totus liber conſcriptus) Marforii, Pasquini, & Gibberi Rialtini excerpimus: *MARF. Per molte ragioni gli Inquiſitori ſarebbero neceſſarii alla Chieſa, ſe però molti di eſſi non abuſaſſero dell' officio, col renderſi troppo temerari, & inſolenti; ma per quello riguarda i Libri, non hò dubbio di credere, che queſta ſii ſtata inventione del Diauolo. Vaglia il vero, che coſa ſi troua in molti Libri prohibiti? Vna publicatione de' vitii, difetti, errori e ſcandali degli Eccleſiaſtici, quali ſe ſi vedeſſero ſcoperti, e publicati in queſta maniera ne' Libri, la conſcienza gli ſtimolarebbe ad aſtenerſi di peccare coſi come fanno in faccia della Chieſa, e molti corregendosi delle colpe, ſi darebbono a vivere ſantamente. Ma gli Inquiſitori ſtimolati dal Diauolo prohibiſcono la lettura di queſti Libri, acciò gli Eccleſiaſtici viueſſero più ſpenſieratamente nel mezzo delle lor colpe, ſenza goder il beneficio della correttione. GOB. Queſta ragione, a ben conſiderarla, e peſarla, non può eſſer meglio fondata; e veramente in Ve-*

in Venetia che non si camina con tanta precipitatione, nelle materie d' Inquisitione, e sopra tutto in quello che concerne la prohibitione de' Libri; e in Francia doue i riti Gallicani non hanno mai voluto permettere alcun' ingresso in quel felicissimo Regno al Tribunale tirannico dell' Inquisitione, gli Ecclesiastici vivono con maggior decoro, e riputatione, e si astengono di quei scandali, che sono tanto communi in Roma, perche sanno benissimo, ch' alle loro attioni vegliano i Popoli Catolici, e gli Heretici, doue che in Roma prohibendosi la lettura de' Libri, credono gli Ecclesiastici che loro sia tutto permesso, e che nissuno nel mondo si mescola a penetrar per criticare le loro attioni, onde con questa credenza attendono a vivere sempre di peggio in peggio. PAS. Vno che non è auertito, nè corretto del suo errore, bisogna necessariamente peccare alla sfacciata come si fa in Roma, in tutto il Clero, e la causa principale di tutto ciò deriva da quel rigore, che s' vsa nella prohibitione di quei Libri, che rappresentono innanzi gli occhi di ciascuno i propri difetti: che finalmente una tal publicatione, non potrebbe portare che rossore al volto, e rimorso alla conscienza, ma gli Inquisitori, che sono instromento del Diauolo, con abito Angelico, non vogliono che la Chiesa goda di questo beneficio, che tirarebbe al sicuro tante anime a Dio, quante essi ne conducono al Diauolo. MAR. Almeno dourebbono trouar' altri mezzi da publicarne la prohibitione, perche con quei fogli, che contengono i titoli de' Libri che si proibiscono, affissi nelle porte delle Chiese, non si fà altro, a dire il vero, ch' à mouer la curiosità di tutti alla lettura, con disprezzo di quante scommuniche sono nel Mondo, e poi viua chi può. Id est: *MARF. Ob multas causas Inquisitores Ecclesiæ necessarij forent, modo multi non abuterentur officio, dum se nimis temerarios & audaces reddunt; verum, quantum ad Libros attinet, citra hæsitationem credo, fuisse eorum* (prohibitionem) *inventum Diaboli. Fatenda est veritas, ecquid reperitur in multis libris prohibitis? Quædam publicatio vitiorum, defectuum, errorum & scandalorum quæ committunt Ecclesiastici, qui si se viderent detectos & manifestatos hac ratione in Libris, conscientia ipsos stimularet ad abstinendum a peccando eo ceu faciunt modo in facie Ecclesiæ, multiq; corrigentes culpas, vitæ sanctæ se traderent. Sed Inquisitores, stimulati a Diabolo, prohibent lectionem istorum librorum, ut Ecclesiastici magis inconsiderate vivant in medio suarum culparum, nec gaudeant beneficio correctionis. GIB. Hæc causa si recte consideretur & ponderetur, ita fundata est, ut melius id fieri nequeat; & profecto Venetiis, ubi non itur cum tanta festinatione in materiis Inquisitionum, imprimis autem quantum concernit prohibitionem Librorum, in Gallia quoq;, ubi Ritus Gallicani nunquam introitum permisere in felicissimum illud Regnum Tribunali tyrannico Inquisitionis, Ecclesiastici magis decore magisq; honeste vivunt, sibiq; cavent ab illis scandalis, quæ*

Romæ tant opere communia sunt; sciunt enim optime, ad illorum actiones attendere, & populos Catholicos, & Hæreticos; cum Romæ, quia lectio Librorum prohibetur, credant Ecclesiastici, sibi omnia licere, & quod nemo in Orbe se immisceat ad scrutandas & examinandas ipsorum actiones, hinc cum ista persuasione id unice agunt ut ex malis indies pejores evadant. PAS. Qui non monetur nec corrigitur ob errorem, necesse est peccet palam impudentissimè, uti fit Romæ ab universo Clero, atq; princeps causa omnis rei oritur ex rigore qui adhibetur in prohibitione illorum Librorum qui oculis quorumcunq; repræsentant proprios defectus, nam, ejusmodi publicatio deniq; non posset non afferre vultui ruborē, & conscientiæ morsum. Verum Inquisitores, Diaboli instrumentum, sub habitu angelico, nolunt Ecclesiam gaudere hoc beneficio, quia certo certius tot animas ad Deum pelliceret, quot illi deducunt ad Diabolum. MAR. Saltem alia media reperire debebant, ad significandam prohibitionem, per schedas enim continentes titulos prohibitorum librorum valvis Ecclesiarum affixos, si verum dicendum, nihil fit aliud, quam ut omnium curiositas ad lectionem incitetur, cum contemtu omnium quotquot in orbe sunt excommunicationum, & vivat deinde qui potest. Pertinent omnino huc, quæ in eodem libro p. 490. de severa prohibitione ipsius translationis Bibliorum in linguam vernaculam Italicam, quam Sixtus V. Pontifex evulgaverat, narrantur, notatu dignissima, & ideo cum aliquibus quæ præcedunt & sequuntur, afferenda. *PAS. I nostri Ecclesiastici, parlo del generale, son come i Papagalli, quali parlano vna lingua che non intendono, e dicono quello che gli fanno dire, ma non sanno quello che dicono. Così buona parte de' Preti, e Frati leggono il Breuiario, & il Missale, & quel che importa che sanno quasi tutto per cuore, o sia alla memoria, senza intendere il senso di cinq; parole. GIB. Hor se non sanno quello che dicono i Religiosi, come potranno saperlo tanti poueri Fedeli, che vivono nella nostra Cattolica Religione, appunto come Papagalli nella gabbia di ferro arruotato? MAR. In due maniere si può rimediare a questo male, o coll' obligare tutti a rendersi possessori della lingua Latina, dell' istesso modo come possedono la lingua materna, o pure traducendo il Missale, & il Breviario nell' idioma volgare, per poter esser bene inteso da tutti, essendo vna cosa quasi empia d' obligare vn semplice fedele a parlar come Papagallo, senza saper di che materia parla. PAS. Sisto V. che conosceva il male, e che non hebbe mai altro scopo, che di dissipare gli abusi, che s'erano introdotti in Roma, e nella Chiesa, pensò di portarui il nicessario rimedio, hauendo tradotto, e poi fatto stampare la sagra Biblia in lingua volgare, che sarebbe stata vn opera santissima per li Fedeli, se il suo pensiere fosse stato abbracciato da tutti, & i Pontefici successori in luogo di dannarla come opera hereticale,*

l' hauesse-

l' haueſſero publicata in tutti i Regni Criſtiani, & augmentato il numero con reiplicate inſtanze, coll' obligar ogni Fedele a tenerne copia in Caſa. MAR. La buona intentione di queſto gran Pontefice fu così malamente interpretata, che molti ſi diedero a ſpacciarlo per Heretico; anzi vn Cardinale hauendo veduto detta Biblia in volgare, eſclamò ad alta voce, o la Chiesa di Dio perirà, o queſto Papa morrà; *e perche di là a qualche tempo occorſe la ſua morte, non ſenza ſoſpetto di veleno, i maleuoli ſi diedero ſubito a publicar, che queſto era ſtato vn miracolo del Cielo, quaſi che foſſe vn delitto il moſtrare a ſemplici la via del Cielo. —— GOB. Gli Eccleſiaſtici che ſono la maggior parte ignoranti, non vogliono Popoli più dotti di loro, perche temono che queſti intendendo bene la ſagra Scrittura, non foſſero per muoverli dubii, e queſtioni, a quali non ſaprebbono che riſpondere, mentre il loro ſcopo è d' accumular danari, d' auanzarſi à dignità, e di renderſi ſuperiori à Prencipi ſteſſi, non già d' inſegnare gli Ignoranti.* Ideſt: *PAS. Eccleſiaſtici noſtri, loquor generatim, ſimiles ſunt pſittacis loquentibus linguam quam non intelligunt, & dicentibus, quæ dicere jubentur, ſed ignorantibus quæ dicunt. Sic bona pars Sacerdotum & Fratrum legit Breviarium & Miſſale, atq; præcipua eorum librorum, pectori vel potius memoriæ infixa habet, ſine quam ut ſenſum quinq; vocabulorum aſſequatur, GIB. Atqui, ſi Religioſi non ſciunt, quæ dicant, quomodo poterunt id ſcire tot pauperes Fideles, qui in noſtra Catholica religione vivunt, plane uti Pſittaci in cavea circulorum ferreorum? MAR. Duplici ratione remedium parari poteſt huic malo: ſcilicet, omnibus imperando, ut æque bene linguam Latinam addiſcant, ac tenent vernaculam; aut transferendo Miſſale & Breviarum in linguam vernaculam, ut ab omnibus probe intelligi queat, cum res quaſi impia ſit, obſtringere ſimplicem Fidelem, ut pſittacorum more loquatur, ignoretq; de qua materia loquitur. PAS. Sixtus V. qui malum cognoſcebat, nec unquam alium ſcopum habuit propoſitum, quam ut diſſiparet abuſus, qui in Romam, & in Eccleſiam fuerant inducti, cogitabat neceſſarium afferre remedium: tranſtulerat enim, & poſtea prælo ſubjecerat ſacra Biblia in lingua vernacula, quod fuiſſet opus ſanctiſſimum utiliſſimumq; Fidelibus, ſi illius conſilium omnes amplexati eſſent, & Pontifices Succeſſores, in vicem condemnandi eam translationem tanquam opus hæreticum, potius in omnibus Regnis Chriſtianis eam divulgaſſent, augendoq; numerum, repetitis exhortationibus quemq; Fidelem obſtrinxiſſent, ut illius exemplar domi ſuæ teneret. MAR. Optima intentio magni iſtius Pontificis tam male fuit explicata, ut multi eum tanquam hæreticum traducerent. Quin adeo quidam Cardinalium, cum vidiſſet dicta Biblia in vernacula, alta voce exclamabat:* Aut peritura eſt Eccleſia Dei, aut iſte Papa morietur.

Atq; , quia haud multo post illius mors consequuta est, non sine suspicione veneni, malevoli illico rumorem spargebant, istud esse miraculum cœlo demissum : prorsus, quasi delictum esset, monstrare simplicibus viam cœli. — GIB. Ecclesiastici, qui magna ex parte rudes sunt, nolunt, ut plebeji homines ipsis doctiores evadant, timent enim, ne, si hi bene sacram Scripturam intelligant, moveant dubia & quæstiones, quibus non queant respondere, quippe scopus illorum est cumulare opes, potiri honoribus, & superiores sese reddere ipsis Principibus, non vero erudire ignorantes. Ista, de librorum, quæ præcipue Romæ fit, proscriptione, propria ejus Ecclesiæ addictorum Autorum verba allegando, nos sic attulimus, quibus ex ingenio suo quisque vel addat, vel demat fidem. Opportune vero hic sese occasio offert, evulgandi quoq; Judæorũ, quod χθὲς ϗ πρώην inceptare ausi sunt, intolerabile & animadvertendum facinus. Etenim, illos homines, inaudito ante exemplo, ea nunc capit temeritas, ut Christianorum instituta imitando, suæ sectæ librorum publicam censurã sibi sumant, & insuper pro autoritate excudendi veniam impertiantur. Vnde in Menassis Ben Israël Hispanica editione Conciliatoris, mox post Præfationem ad Lectorem videas : *Aprovaciones de la obra*; *Approbationes Operis* : sequunturque varia variorum Rabbinorum in Hebraica, Latina & Hispanica linguis judicia. Quos inter agmen ducens Abraham Cohen de Herrera, ipsa Ecclesiæ Romanæ βιβλιοκριτῶν concepta verba sua fecit, & proposito applicuit, ita scribens. *Las Conciliationes de las aparentes contradiciones que ay en el Divino Pentateuco, o cinco libros de Mosseh, summo legislador y Propheta, compuestas por el Senor Haham R. Menasseh ben Israël, he leydo con atencion, y no hallo en ellas, cosa que dissuene a nuestra Sancta Ley, a los Sapientes que nos la enseñan y declaran, ni a las pias y buenas costumbres; antes hallo muchas muy utiles, curiosas, doctas, y altas, sacadas ansi delos sabios de la Guemara, y Diuina Theologia Hebrayca, come de los famosos Interpretes que nos expusieran la sagrada Escriptura, con varias sentencias de los mas illustres Philosophos del mundo, conformes a la verdad que professamos.* Id est : *Conciliationes apparentium contradictionum, quæ habentur in Divino Pentateucho, aut quinq; libris Mosis, summi Legislatoris & Prophetæ, compositas a Domino Chacham R. Menasse ben Israël, legi cum attentione, nec reperio in iis rem ullam quæ dissona sit nostræ Sanctæ Legi, Sapientibus qui eam nobis tradunt & declarant, aut piis bonisq; moribus. Potius reperio res multas utilissimas, curiosas, doctas, & sublimes, excerptas tum ex Sapientibus Gemaræ, & Divinæ Theologiæ Hebraicæ, tum ex*

Celebri-

Celebribus Interpretibus qui nobis exposuere sacram Scripturam, cum variis dictis præcipuorum Philosophorum gentilium, conformibus veritati quam profitemur. Et vero, librum qui *Los Dinim* sive *de Legibus* inscribitur, non tantum approbant Censores, sed & concedunt *licenza para se poder imprimir e vender: licentiã, ut imprimi queat vendiq;.* Novissime autem R. Chajim Bachneri liber, אור חדש, hoc est, *Lux nova* inscriptus, & ante hoc septennium editus, universorum sex & viginti Rabbinorum הסכמות sive *Consensus*, plenissimos nugarum, longo ordine, singulatim exhibet, quin & præterea, nimis profecto audaciter, privilegium ostentat, Sapientum Poloniæ, Austriæ, Bohemiæ, Moraviæ, Germaniæ, & ex Hispania ortorum nomine: אשר הסכימו ע״ל ספרי החכם המחבר נר״ו ואשר החרימו שלא להדפיס שום אדם אחר חיבוריו לא כולו ולא מקצתו תוך משך ששה שנים בלתי רשות ורצון הרב המחבר נר״ו: *Qui consenserint circa libros Autoris illius præstantissimi, cui ex animo factum velint, quiq; anathema dixerint, ne quis homo alius imprimat scripta ejus, sive universa, sive partem eorundem, intra spatium sexennii, citra veniam & voluntatem præfati hujus Autoris.* Quæ vero est, si non hæc effrænis licentia est, & violatio jurium supremæ Majestatis? Namq;, hujus solius proprium munus habetur, libris imprimundis vendundisque veniam dare, aut eandem adimere; cum magna pars quietis Reipublicæ in ea re sit sita. Prorsus igitur uti cives publicitus benemeritos, præmiis afficere, sontes vero aut prorsus e medio tollere, aut extra ditionis terminos proscribere, ne alios exemplo, aut perversis suggestionibus corrumpant, unice ad Principem pertinet: ita nec alius conditionis libros esse oportet, quia iis vel maxime pietatis & virtutum, aut contra, vitiorum ac pravarum opinionum semina, hominum animis instillantur, plurimamque vim habent in utramque partem. Proinde, quisquis Princeps Rempublicam suam salvam cupit, ut librorum lectu utilium copia reperiatur, male conciliati ex hominum manibus excutiantur, omni cura providere debet. Etsi autem passim & ubique fere minores potestates, aut viri docti, librorum examinandorum jus habent, id omne tamen non suo ausu, sed supremi imperantis mandato peragunt, atque plerunque sub ejus nomine concipitur sententia. Operæ pretium est, annotare hic ex Johannis

hannis Casalas Candore Lilii pag. 11. quem modum Tribunal Romanum in librorum censura observet. *Triplex*, inquit, *qualibet hebdomade, diversisq; diebus, initur congregatio. In prima; cum Secretario Indicis, qui est Cyriacus*, (h. e. Monachus Ordinis Dominicanorum) *conveniunt Censores ad hoc deputati, autoritate Pontificia; qui lecti a se & sejunctim examinati Libri censuram laturi, qualificant & pluralitate suffragiorum declarant tali vel tali nota inurendum. In sequenti seu secunda Congregatione; conveniunt Cardinales delegati a Pontifice, qui audito Censorum examine ac judicio, probant vel improbant eorum suffragia; constituuntq;, quæ libro sit irroganda nota. Tandem in tertia & ultima, quæ & omnium celeberrima, cui præest Papa, assident Cardinales, aliiq; Censores circumstant; resumtis quæ in prioribus congregationibus ventilata fuerant, decisive pronunciat Pontifex quid de Libro oblato sit sentiendum. Formatur decretum; ejusdem executio committitur Secretario S. Indicis, qui affigendum curat columnæ infami, lucubrationis confixæ nomen & notam.* Sane quidem, & Romæ, & alibi gentium, præcipuum ad concessionem aut prohibitionem libri alicujus momentum afferunt ii, quibus eorundem perlustratio commissa. Neque enim Summus Pontifex & Cardinales aut qui extra Italiæ pomœria, in aliis regionibus sceptra rerum tenent, in tanta occupationum mole ipsi legendis examinandisque libris sufficerent. Est tamen, ceu diximus necesse, ut suprema Majestas illi negotio autoritatem commodet, & nunquam Judæis hoc concedendum, ut in mediis Rebuspublicis Christianis, sacra regnorum, (talia enim sunt omnia jura majestatis) contaminent, & αὐτονομίαν exercentes, jure optimo maximo de ullis libris statuant. Ecquæ vero huic similis potestas reperiri potest, qualem Judæi sibi arrogant? vetare nempe, ne quis liber in ulla fere Europæ regione intra certum temporis terminum recudatur. Atqui, tale edictum, nemo Principum, nemo Regum, imo ne Cæsar quidem augustissimus promulgare valet.

Sed hæc parum in vulgus nota, generatim circa librorum prohibitiones enarrare placuit. Nunc opus est, ut scrupulos, quos ipsi nobis, circa libros, quorũ copiam Eruditis Theologis facimus, quasi projecimus in viam, iterum tollamus e medio. Ergo, quod ad Romanos, & illa L. Petillii Prætoris, Regis Tarquinii, & Augusti Cæsaris exempla attinet, constat inter omnes, Romanorum Religio-

Religionem universam, non tam ad cultum Numinibus tribuendum, quam civilem Reip. statum conservandum fuisse compositam. Hinc lapsa Ancilia cœlo fingebantur, hinc Ignis perpetuus in templo Vestæ asservatus, hinc consecratio Romuli cæterorumque Imperatorum natæ, hinc alia ejusmodi infinita excogitata, quæ aut belli studium populo Romano commendarent, aut persuaderent Imperii æternitatem divinitatemque. Quod Numa Rex secretas cum Egeria Nympha confabulationes simulavit: quod in omni re ardua consulti libri Sibyllini, & tam multa ex eorum præscripto atque autoritate, quorum tamen ne γρῦ quidem fortasse extabat, populo imperata, suum in Republica usum habuit, erantque ista ex eorum genere, quæ imperiorum arcana, aut Taciti voce, simulacra appellamus. Equidem, non negaverim, fuisse quoque multa Romanorum sacra quæ soli superstitioni, & falsis de Diis opinionibus originem debent. Attamen, fundamentum præcipuum cultus & cæremoniarum, Rempubl. respiciebat, etsi Deorum nomina prætendebantur. Nimirum, ipse Varro hac in re aperte nobis suffragatur, quando apud Augustinum 6. de Civ. Dei c. 6. Deos Romanorum, alios fabulosos, alios naturales, & alios civiles facit, *fabulosos accommodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, civiles ad urbem*, asserens. Proinde, hactenus quidem recte, & ex civilis prudentiæ norma fecere Romani, quod religioni suæ adversantes libros omni studio suppresserunt. Turbata enim religione eorundem, Respublica quoq; salva esse non poterat. Concessimus autem jamdum supra, tollendos esse e civitate libros, qui commodis & tranquillitati illius officiunt. De reliquo, si Numæ libros speciatim spectamus, & tam veterum, quam recentiorum de illis conjecturas, optandum utique foret, pepercissent iis Patres Conscripti, & ad posteros pervenire sivissent scripta, quæ nascentem imprimis Christianam religionem, multum juvare potuissent, & convincere gentiles manifestæ impietatis. Namque S. Augustini l. 7. de C. D. c. 35. de his libris judicium est, quod *aut dæmonum illic tam sordidæ & noxiæ cupiditates erant conscriptæ, ut ex his tota illa theologia civilis, etiam apud tales homines execrabilis appareret, qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperant. Aut illi omnes, nihil aliud quam homines mortui prodebantur,*

 quos

quos tam prolixa temporis vetuſtate, fere omnes populi gentium, Deos immortales eſſe crediderant. At, ſi Lactantium l. 1. Inſtit. c. 22. audimus, Numa illis in libris *religiones non eas modo, quas ipſe inſtituerat, ſed omnes præterea diſſolvit.* Seldenus vero l. 1. de Jure Nat. & Gent. juxta diſc. Ebr. c. 1. eo delabitur, ut exiſtimet, in iſtis libris Numam *ſive diſciplinam aliquam Ebraicam, ſive ejusdem propaginem tradidiſſe.* Vtinam autem, & vaticini fatidicique libri ſervati fuiſſent ab interitu, ſi multa ejus generis continebant, quale ex iis deſcriptum fragmentum apud Tacitum 5. Hiſtor. c. 13. & Suetonium in Fl. Veſpaſiano c. 4. ſupereſt, de quo obiter videamus: Taciti verba ſunt: *Pluribus perſuaſio inerat, antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, profectiq; Judæa rerum potirentur.* Eadem ſic expreſſit Svetonius: *Percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio: eſſe in fatis, ut eo tempore, Judæâ profecti, rerum potirentur.* Latere in his quædam veſtigia veritatis, atque prodere ſe illud ſacrarum literarum, ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος, merito arbitratus eſt Eruditiſſimus Vir, Iſaacus Caſaubonus. Sed nobis, paulo ulterius noſtra conjectura progredi liceat. Hoc, ab utroque Scriptore proditum eſt, vatinicium iſtud, jam per omnium ora in Oriente univerſo volaſſe, cum Flavius Veſpaſianus a Nerone ad compeſcendos rebelles Judæos miſſus eſſet. Imo, ceu ex Suetonio diſcimus, fuit illud vaticinium præcipua origo Judaicæ ſeditionis. Nam, ad ſe id trahentes Judæi, defecere a Romanis, cæſoque præpoſito, Legatum inſuper Syriæ conſularem, ſuppetias ferentem, rapta aquila fugaverant. Ergo, ſi tempus, quod ad circumferendum vaticinium, ejusque famam ſtabiliendam figendamque requirebatur, ſi pariter tempus quod dubio procul priusquam ad arma & faces provolarent Judæi, aliquantiſper animos illorum ſuspenſos tenuerat, nobiscum putamus, neceſſe eſt ad Nerone priora tempora deferamur, & ad Auguſtum usque Cæſarem. Scilicet, mihi quidem tam certum videtur, quam quæ certiſſima, cauſam, quod longe lateq; in toto Oriente, præ innumeris aliis, hoc imprimis innotuit vaticinium, atque inde in indubiam ſpem Judæorum præcipue, ad quos attinere videbatur, animos erexerat, unice in Magis illis ſitam eſſe, qui ſtella illectrice ac duce, ἀπὸ ἀνατολῶν in Judæam profecti, τὸν τεχθέντα βασιλέα τῶν Ιουδαίων,

ϑαίων, oculis viderant, atque pia religione ſunt venerati. Hos enim εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, hoc eſt, in Orientem reduces, ecquis non credat plenis buccis pro concione omnium popularium deprædicaſſe, divinam in tuendis ſe adverſus Herodis inſidias clementiam? Tum vero, exquiſitiſſimo verborum ornatu, ipſum recens natum puerum illos celebraſſe, eccui non ſit veriſimile? ut nempe os humerosque Deo ſimilis ſit, & dulcis, auguſta tamen ſimul verendaque appareat ejus facies, quantus decor in genis ſesſitet, ut nihil infantile ſpiret. Aliud de iis opinari, gratæ ipſorum mentis erga Deum Soſpitatorem, & ille incredibilis in quos divini pueri immenſa venuſtas majeſtasque eos rapuerat, amoris affectus, ſummopere prohibent. Præter hæc, Collegis quoque Magis, qui ſecum mundi principia, ſiderumq; motus paſſim per Orientem diligentiſſime ſpeculabantur, obſervationes ſuas circa mirificæ ſtellæ apparitiones & deliquia, curſusque proculdubio communicabant. Quamobrem his autoribus, de impletione veteris oraculi, natoque illo, qui rerum in orbe univerſo potiri debebat, ubi primum in extremo Oriente fama ſparſa erat, mox pervaſit regiones reliquas, nec potuit non quoque ad Judæos, qui, utique, Magorum ad ſe adventus, horumque percontationis, quæque de mirifica ſtella ab iis acceperant, nondum erant immemores, pertingere. Atque hi eapropter ſpe lætitiaque pleni, & annos ſemper a momentis nativitatis indicatæ ſolicitis articulis numerantes, tandem Nerone regnante, jam utique adolevisſe inter ſe credebant infantem cui fata rerum imperium deſtinasſent, ſceptroque ac vindice gladio tractandis aptum eſſe. Interceſſerat enim annorum ſexaginta & quinque circiter intervallum, ab eo tempore, quo natus ferebatur Rex ipſorum. Quam moram, non tam iniquo ferre poterant animo, reputando ſecum, Moſen, primum liberatorem, univerſorum octoginta annorum ætatem egiſſe, cum ad munus redemtionis ſe accingeret, ceu ex Ex. 7, 7. conſtat. Proinde, ut deſideratiſſimus Vindex & aſſertor libertatis denique in apricum prodiret, & vim ſuam exereret, a Romanis deficiendo, occaſionem illi præbere ſatagebant. Sed ignorabant miſeri homines, ſe pridem Regem & liberatorem ſuum, ac mundi cælorumque Dominum, infami ſupplicio pere

miſſe-

misse,atq; eventurum denique ex illa defectione, non ut a Romanorum dominatu redimantur, verum ut deleta penitus sua Republica, undique dispersi, perpetuam apud omnes gentes cogantur servire servitutem. Posset autem quis existimare, eosdem hos, de prodituro ex Judæa qui imperio amplissimo gavisurus esset, populares per gentes rumores, Augustum Cæsarem permovisse, ut omnes vaticinos libros conquireret, atque rogo adjudicaret. Verum, quia, ceu est apud Svetonium, Augustus, mox post susceptum pontificatum maximum, illos libros e manibus civium excutere laboravit, non locum invenit opinio. Augustus enim jam post Lepidi mortem Pontifex inauguratus fuit, hoc est, undecim annis ante natum Christum Servatorem. Quamobrem, potius dicendum, hoc Augusti inceptum inter callidissimas artes, quibus ad firmandam potestatem, & vindicandum sibi soli rerum arbitrium usus est, referri debere. Quoniam enim e libris fatidicis, curiosi, præsentisq; status inimici homines, facile quid hauri- re poterant, quod novæ, qua Augustus Rempublicam recens induerat, formæ, minime conducebat, eos tollendos censuit, vix ipsis, qui pro Sibyllinis circumferebantur, parcens. Etenim, horum, uti & cæterorum effata, magis fortasse liberæ civitati, quam dominatui ab Augusto introducto conveniebant. Rursus igitur ob proprios & clandestinos in Republica fines, ab Augusto factum est quod fecit, quos nos, in præsentia, nec movemus, nec curamus. Atque ista, quæ hactenus disseruimus, evidenter ostendunt, alterius argumenti esse, quæ ex Gentilium libris supra produximus, & nec servire illa nec obesse huic quam pandimus scenæ. Magis igitur est, ut de aliis nunc porro disspiciamus, quæ ex Christianæ disciplinæ institutis hausta fuerunt objectamenta. Offert se inter hæc primo, illud ex Actis Apostolorum petitum exemplum, eorum, qui cum περίεργα exercuissent, libros suos, in acervum congestos, publicitus combusserunt. At, jam ante præoccupavi, nihil quicquam cum Magicis libris mihi intercedere commercii. Nam, de talibus locum Actorum accipiendum esse, Viri docti consentiunt, nec aliud vocem περίεργα significare, adductis Herodiani & Irenæi autoritatibus, Stephanus & Grotius ostenderunt. Estque imprimis elegans Jrenæi locus, de

Simo-

Simonianis: *Amatoria quoq;, & agogima, & qui dicuntur paredri, & oniropompi, & quæcunq; sunt alia perierga apud eos studiose exercentur:* in quo, pro *perierga*, male vulgo *parerga* legi, probe Grotius nos monuit. Et vero, suffragantur huic expositioni, non Oecumenius tantum, quando γοητικὰς βίβλους Lucam signare asserit: sed & palam Syrus, qui verba Evangelistæ, suo sermone sic expressit: ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܐܦ ܡܓܘܫܐ ܟܢܫܘ ܟܬܒܝܗܘܢ *Multi autem etiam magi congregarunt suos libros.* Est igitur hæc veteris Latini Interpretis translatio paulo generalior: *Multi autem ex eis, qui fuerunt curiosa sectati, contulerunt libros*: quem, recentiores, Lutherus & Beza, fere sequuntur. Abdiam Babylonium, exiguæ, aut nullius autoritatis Scriptorem esse, verbo jamdum præmonuimus. Quod, etsi ad negligendum eum hoc loco, sufficere poterat, nihilo minus, quia, qui hunc edidit, Wolfgangus Lazius Viennensis, asserere ausus fuit, esse *phrasin illius ornatiorem, ea, quæ est in Apostolorum Actis, aut ipsa etiam Evangeliorum historia:* quin & dubitare, *num Abdias ex Luca quædam desumpserit, vel Lucas potius ex Abdia*: ne injuriam Abdiæ fecisse videamur, allegamus Bellarmini in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis de eo judicium: *Abdias Babylonius, unus ex discipulis Domini fuisse dicitur. Sed, vitæ Apostolorum, quæ sub nomine ejus circumferuntur, fabulis similiores sunt, quam veræ narrationi. Sed, neq; ejus Abdiæ, aut libri ejus, ullam in veteribus mentionem invenio.* Adde, quod Antonius Possevinus in Apparatu, ex Sixto Senensi refert, Paulum IV. Pontificem, Abdiæ historiam certaminis Apostolici, inter scripta damnata rejecisse. Quanquam, si vera maxime esset, quam ex Abdia recitavimus, narratio, non tamen nostræ causæ ullum ex ea periculum. Etenim, si nondum in vulgum emanaverit error aliquis, & libri quo continetur, nemo quisquam exemplar sibi descripsit, nihil magis consultum, quam ut autographum ejusmodi, ad μύλον ὀνικὸν, sive, ut Vulgatus Matth. 18, 6. vertit, *asinariam molam* alligatum, in profundum maris demergatur, nec fieri quid potest melius, imprimis ab ejus ad sanam mentem reverso autore. Nam, sic nec vola, nec vestigium prioris dementiæ relinquitur. De tali autem casu, & quo nulli mortalium quicquam adhuc de Hermogenis erroribus suboluerat, Abdiæ, nisi quid me fallit, capienda

est hi-

est historia. Secus enim si fuisset, & si de librorum argumentis jam publice constabat, inanis erat Jacobi Apostoli circa nidorem scrupulositas, atque ridicula. Simile factum est Bonifacii II. Pontificis, de quo Anastasius Bibliothecarius: *Hic congregavit Synodum in Basilica S. Petri Apostoli, & fecit Constitutum, ut sibi successorem ordinaret. Quo Constituto cum chirographis Sacerdotum & jurejurando, ante confessionem B. Apostoli Petri, in Diaconem Vigilium constituit. Eodem tempore facta iterum Synodo, hoc censuerunt Sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ Sedis, & quia contra canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum respiciebat, ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius Papa reum se confessus est majestatis, quod Diaconem Vigilium sua subscriptione chirographi ante confessionem B. Apostoli Petri constituisset, ac ipsum Constitutum in præsentia omnium Sacerdotum & Cleri & Senatus, incendio consumsit.* Posset vero alicui, circa hæc, gemina facile oriri dubitatio. Vna quidem, quomodo tantum scelus, quod ipsius Divinæ Majestatis læsæ illum reum fecit, admittere potuerit Pontifex, quem vulgo erroris omnis expertem, & credendorum faciendorumque normam ac regulam prædicant? Altera autem, eaque majoris momenti; num verum hoc peccatum fuerit, quod Bonifacius lege lata cuique Pontifici successorem sibi constituendi potestatem indulsit, ejusque legis executionem susceperat? Nam, aut fallit in colligendo recta ratio, aut hoc, quod Bonifacius fecit, fieri æquum est. Cum enim solus Pontifex consultorem individuum habeat Spiritum Sanctum, & præter illum nemo alius, ac ne quidem vel Concilium, vel omnes in Conclavi congregati Cardinales; quia scilicet, quæ Theophili Raynaudi Jesuitæ in supra laudato adversus Cyriacos libro §. 19. verba sunt: *Christus non fundavit Ecclesiam super petram Cardinalium aut Prælatorum; nec illis mandavit pascere Ecclesiam Christianam; nec pro eorum perpetua fide rogavit.* Ergo, quæ causa subesse potest, quod illi, quem Spiritus S. saltem in negotiis quibus de emolumento Ecclesiæ agitur, nunquam deserit, sed assidue monet, erudit, docet, quod illi, super quo Deus fundavit Ecclesiam, cui pascendas oves suas commisit, pro cujus perpetua fide oravit, facultas Ecclesiæ de successore prospiciendi prorsus adimitur, & in illos confertur, qui fallere se & falli, amori quoq;, odio, lucroq; plurimum indulgere posse, ultro fatentur, illisq; affectibus, clamante

id Con-

id Conclavium Historia, plus satis semper indulgent? Vtique, si ulla res, hæc vel maxime ad salutem Ecclesiæ pertinet, cum de præficiendo illi capite, & Dei in his terris Vicario ac sequestro legendo agitur. Quapropter hic opus erat, ut sese exereret infallibilitas, & ut illud, quod Pontificibus inesse creditur τὸ θεῖον, omnem suam vim nervosque adhiberet. Alia enim quæ nasci possunt in Ecclesia negotia, ludus & jocus sunt præ ista arduitate, in qua omnes ejus spes opesque, totaque felicitas sitæ sunt. Proinde, nimis præpostere hoc fieri quis existimet, permutarique vices rerum; quod leviora Ecclesiæ, & quæ frequenter solam ejus Hierarchiam, & patrimonium, ceu vocant, proventuumq; ubertatem, aut honorum collationes concernunt, infallibilis curat Pontifex, contra rem omnium maximam, & quæ supra quam dici potest magis, quam eæ, quas enarravimus, infallibilitatis donum, ac Spiritus S. præsidium postulat, expediendam sibi vindicant fallibiles Cardinales. Accedit, quod ipse Petrus, Pontificum omnium antesignanus, sibi ex sententia Clementem constituit successorem. Id quod non tantum Hieronymi, quem Platina in vita Lini laudavit, confirmat autoritas, scribentis, Clementi *Petrum, quasi ex testamento successionis locum tradidisse.* Sed idem adstruit testimonio ipsius Clementis Caranza in Summa Conciliorum haud procul ab initio, ubi de Clemente sic loquitur: *Hic, ex præcepto Beati Petri, suscepit Ecclesiæ Pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat a Domino Jesu Christo Cathedra tradita & commissa, ut ipse in epistola (quæ ad Jacobum scripta est) explicat.* Quapropter alterutrum ex istis concedatur, necesse est: Aut non successerunt posteriores Pontifices in omne jus locumque Petri Apostoli, longeque minore, quam ipse præditus fuerat, utuntur potestate. Aut, manet verum, id, quod jam ante innuimus, nihil deliquisse Constituto suo Bonifacium II. Papam, nec opus fuisse, ut illud abrogaret, & igni traderet; nihilque adeo peccaturos etiamnum Pontifices, si jus constituendi Successores postliminio sibi sumant. Et vero, noverat hæc omnia, istasque, aut similes, ἐξ ἀνάγκης collectiones instituit Vrbanus IIX. Papa, pro sagaci quo præditus erat ingenio, insignique illa eruditione, quam ipse in se agnoscens, inter familiares (ceu Romæ a viris fide dignis accepimus) præ-

 dicare

dicare solebat, neminem omnium antecessorum doctrina superiorem, parem, vix ullum præter Pium II. civem suum se agnoscere. Hunc enim certum est, sæpe id secum agitasse, ut facultatem successores designandi, sibi, futurisque deinde Pontificibus assereret. Notum id Romæ omni populo, & in libello de Divortio Cœlesti, cujus Gallica translatio tantum mihi ad manus est, & quem in lingua originali Itala, ante memorato Ferranti Pallavicino plerique acceptum ferunt, Vrbani Angelus tutelaris, sic inter reliqua, cum Paulo Apostolo loquens introducitur: *Si je vous auois conté combien de fois je l' ay trouué de loisir a fantasier a part soy, s'il seroit possibile de rendre le Pontificat electif, non plus par le Consistoire, mais par la personne de celui qui regne, afin de le rendre en apres hereditaire a sa posterité, peut estre vous estonneriez-vous des vaines chimeres qui occupent souuent aussi l' entendement des Vicaires de Jesus Christ.* Id est: *Si tibi narrassem quoties eum repererim otiosum secum deliberantem, num fieri queat ut Pontificatus reddatur electivus, non amplius per Consistorium, sed per illum qui imperat, ut illum postea posteritati suæ faceret hæreditarium, fortasse obstupesceres vanas chimæras, quæ sæpe etiam occupant ingenium Vicariorum Jesu Christi.* Interim apparet ex istis, Vrbanum Pontificem, suo consilio, non tam Ecclesiæ Romanæ, quam familiæ propriæ gentisque Barbarinorum commodis intendisse. Paulo amplius illius secreti rationem, Necessariorumque, sive uti vulgo audiunt, Nepotum Vrbani, in promovendis his conatibus callidissimas astutias, prodidit Autor nescio quis Nepotismi Romani, l. 3. c. 4. cujus verba, ex Italico in Latinum conversa, apud interpretem hac forma concipiuntur: *Papatum in domo Barbarina* (Nepotes Vrbani) *hæreditarium facere cogitarunt, quod non credebant esse difficile, quia major Cardinalium pars, ab ipsis erat creata, & Cardinalis Franciscus apud omnes erat magni, & media quibus hoc negotium ad concupitum finem perducere putabant, non erant adeo mala, quamvis parum bene fundata. Singulis Cardinalibus ab ipsis creatis (quorum numerus multo duas ex tribus partibus excedebat) volebant singulas dare urbes, ut illis, eorum vita durante, tanquam absoluti Principes fruerentur, & suis etiam post mortem relinquendi absolutam haberent potestatem, & in summa tot Principes facere, quot erant Cardinales. Decreverant præterea integrum Statum (Avenionem ut volunt) Cardinali Richelieu, vel uni ex ejus Nepotibus concedere, ut illum hoc pacto obligarent &*

Gallo-

Gallorum auxilia, in ponderis negotio sibi devincirent. Jure quis miretur, prosperos eventus destituisse, quæ tam solerter fuerant excogitata, imo, ne quidem ausos fuisse inventores horum consiliorum, operi manum admovere. Fortasse si aliis eadem opportunitas obtingeret, rem tentarent, & adeo perficerent, fieretq; tandem Pontificalis dignitas hæreditaria. Nam, de Patribus quidem Societatis, sedibus æthereis demisso spiritu plenus vaticinatus est Josephus Scaliger: *Si les Jesuites peuuent vne fois auoir le sainct Siege, ils le tiendront tousjours.* Id est: *Si unquam Jesuitæ obtinere possunt Sanctam Sedem, illam semper retinebunt.* Idem prædicit prudentissimus Autor Vaticani languentis, in cujus parte 2. p. 128. Gibberus Rialtinus sic loquens introducitur: *Jo stimarei, che sarrebbe ottimo rimedio l' introdutione de' Giesuiti nel Vaticano, perche essi finalmente scacciarebbono via il Nipotismo, e mandarebbono San Pietro nell' Indie a far qualche Missione, con un bordone in mano, e croce in fianco; e così ad essi poi se gli renderebbe più facile la strada di far' il Vaticano feudo hereditario della Compagnia di Giesù.* Id est: *Ego existimarem, optimum remedium esse introductionem Jesuitarum in Vaticanum, nam ipsi tandem exturbarent Nepotismum, ablegarentq; Sanctum Petrum in Indiam, ad peragendam Missionem aliquam, cum baculo in manu, & cruce ad latus suspensa; atq; sic postea tanto facilior ipsis redderetur via, ut faciant ex Vaticano feudum hæreditariũ Societatis Jesu.* Sed enim, ex diverticulo, in quod Bonifacii II. Pontificis, Constitutum suum cremantis historia, inopinanter nos deduxit, redeamus in viam, & de Conciliorum, Imperatorum, Pontificumque sanctionibus, quæ adversus nos militare videntur, nonnihil dispiciamus. Atque hic jam illud observandum est, quo jamdum supra digitum intendimus, omnia ista de Hæreticorum libris comburendis decreta, cujuscunque illa sint tenoris, hunc maxime ob finem fuisse composita, ut odium suum ac aversationem erga falsa & impia dogmata testaretur orthodoxa Ecclesia, eorundemq; lectione solos eos qui tenuiorum in Clero erant profectuum, & imperitum vulgus, minime gentiũ vero eos, qui solidioris inter Antistites sacros erant doctrinæ, prohibere. Hanc enim priscis mentem fuisse, aperte testatur Concilium Carthaginiense IV. habitum anno a nato Christo CCCXCVIII. cujus cap. 16. quod in Distinctionem XXXVII. retulit Gratianus, sic concipi-

In Excerpt. p. 170.

tur: *Epiſcopus Gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro neceſſitate aut tempore*. Et vero, legiſſe Epiſcopos aliosque præſtantes in Eccleſia viros, ſedulo Hæreticorum ſcripta, tot libri, quibus dogmata illorum confutarunt, liquido comprobant. Etenim, ut præcipuorum veræ doctrinæ promachorum, verbo tantum mentionem injiciam, non potuiſſet profecto, Irenæus Gnoſticos & Valentinianos; Tertullianus, Marcionem, Hermogenem, Praxeam, Sabellianum, Valentinianos & Gnoſticos; Origenes, Celſum & Marcioniſtam; Athanaſius, Arianos, nec non Valentem & Vrſaicum, itemque Apollinarem; Victorinus Afer, Hilarius, Baſilius, Ambroſius, Fulgentius, eosdem Arianos; Optatus Milevitanus, Donatiſtas; Hieronymus, Jovinianum, Vigilantium, Luciferianos & Pelagianos; Serapion, Didymus Alexanrinus, & Titus Boſtrenſis Epiſcopus, Manichæos; Auguſtinus, præter Manichæos, Donatiſtas, Arianos, & Pelagianos, etiam Priſcillianiſtas & Origeniſtas; S. Cyrillus Alexandrinus, Neſtorium atque Anthropomorphitas; Theodorus Hagiopolitanus, cum Theodoro Rhaitenſi, eundem Neſtorium atque Eutychen; Paſchaſius Diaconus, Macedonianos; Ruſticus Diaconus, Acephalos; alii alios refellere, niſi ſummo cum ſtudio illorum libros verſaſſent, argumenta omnia expendiſſent, nihilque prorſus eorum, quæ hæretici iſti commenti fuerant, ipſos latuiſſet. Teſtantur præterea ipſi Sancti Patres de ſeſe, quantum olei operæque in legendis Hæreticorum ſcriptis inſumſerint. S. Cyrilli Hieroſolymitani in Catecheſi VII. verba ſunt: Ταῦτα γέγραπται ἐν ταῖς τῶν Μανιχαίων βίβλοις. ταῦτα ἡμεῖς ἀνέγνωμεν, ἀπιστοῦντες τοῖς λέγουσιν· ὑπὲρ γὰρ τῆς * ἡμετέρας ἀσφαλείας, τὴν ἐκείνων ἀπώλειαν ἐπολυπραγμονήσαμεν, ἀλλὰ ῥύσαιτο ἡμᾶς ὁ Κύριος ἀπὸ τοιαύτης πλάνης. Id eſt: *Hæc in Manichæorum libris ſunt ſcripta. Hæc nos legimus, quibus nullam fidem adhibemus. Nam ad vos confirmandos & tuendos, illorum perditam ac noxiam doctrinam curioſius rimati ſumus. Verum nos Dominus ab hoc errore liberet.* Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. Hiſt. Eccl. c. 7. ampliora prodit, & ſe divinitus ad legendos hæreticorum libros, mandatum accepiſſe affirmat. Sic eſt apud Euſebium: Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ τῶν περὶ βαπτίσματος, ἣν Φιλήμονι τῷ κατὰ Ῥώμην πρεσβυτέρῳ ὁ αὐτὸς γράφει Διονύ-

* lege ὑμετέρας

Διονύσιος ταῦτα παρατίθεται. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς συντάγμασι, καὶ ταῖς παραδόσεσι τῶν αἱρετικῶν ἐνέτυχον, χραίνων μὲν μου πρὸς ὀλίγον τὴν ψυχὴν ταῖς παμμιάροις αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν· Ὄνησιν δ' οὖν ἀπ' αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ' ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι. Καὶ δή τινος ἀδελφοῦ τῶν πρεσβυτέρων με ἀπείργοντος καὶ δεδιττομένου * συμφέρεσθαι τῷ τῆς πονηρίας αὐτῶν βορβόρῳ· Λυμανεῖσθαι γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἀληθῆ γε λέγοντος, ὡς ᾐσθόμην· ὅραμα θεόπεμπτον προσελθὸν, ἐπέρρωσέ με· καὶ λόγος πρός με γενόμενος, προσέταξε διαῤῥήδην λέγων· πᾶσιν ἐντύγχανε οἷς ἂν εἰς χεῖρας λάβοις· διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ· Καὶ σοὶ γέγονε τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἴτιον· ἀπεδεξάμην τὸ ὅραμα, ὡς Ἀποστολικῇ φωνῇ συντρέχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται· Henricus Valesius, Vir eximiæ eruditionis, vertit : *In tertia autem epistola ad Philemonem Ecclesiæ Romanæ Presbyterum de Baptismo scripta, idem Dionysius hac refert : Ego vero, inquit, in libris & traditionibus Hæreticorum cognoscendis operam posui; exsecrandis quidem illorum sententiis animum meum tantisper coinquinans: hanc tamen ex iis utilitatem percipiens, ut illos tacitus apud me refutarem, multoq; magis quam antea detestarer. Et cum frater quidam ex Presbyterorum ordine, prohiberet me, veritus ne forte nequitiæ illorum cœno commiscerer: Quippe animum meum contaminatum iri ajebat, & quidem verissime, ut ipse sentiebam : visione cœlitus missa confirmatus sum. Et vox ad aures meas perlata diserte mihi præcepit hoc modo: Lege omnia quæcunq; in manus venerint. Idoneus namq; es, qui singula disquiras, & examines: hacq; primum occasione ad Christi fidem impulsus es. Amplexus sum visionem illam, utpote quæ Apostolicæ voci consentiret, robustissimos quosq; ita compellanti : Estote periti numularii.* Ex his manifestum est, omnino in veteri Ecclesia obtinuisse illud S. Ambrosii, relatum itidem in jus Canonicum Dist. 37. *Legimus aliqua, ne negligantur; legimus ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.* Iisdem vivitur nunc quoque institutis, ac utimur etiamnum ea libertate in Ecclesia, ut in Hæreticorum, aut a receptis communiter opinionibus dissidentium, scripta, inquirere nobis liceat. Atq; ista quidem libertas, apud Protestantium, & Reformatorum, (ceu vulgo vocantur) cœtus, tanta est, ut promiscue omnibus fere concedatur, ac non minus Sacras Literas, quam illa, quæ iis adversantur, aut adversari creduntur, cuique etiam e vulgo scrutari fere integrum sit. Sed enim, a Romana Ecclesia, exulat hæc facul-

* Valesius emendat συμφύρεσθαι

cul-

cultas, tum ob inquisitionis officium, & Indices Expurgatorios; tum, quia illa, quæ quotannis Romæ, in die Viridium, a Pontifice palam inter cæremonias promulgatur Cœnæ Dominicæ Bulla, censuras suas sic orditur: *Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus S. autoritate quoq; Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscunq; Hussitas, Wiclephistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Vgonotos, Anabaptistas, Trinitarios, & a Christiana fide Apostatas, ac omnes & singulos alios Hæreticos, quocunq; nomine censeantur, & cujuscunq; sectæ existant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet eorum defensores, ac eorundem libros hæresin continentes, vel de religione tractantes, sine autoritate nostra, & Sedis Apostolicæ, scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore; nec non Schismaticos, & eos, qui se a nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.* Nihilominus his non obstantibus, indulgetur paucis aliquibus, libros, quos Romana Curia pro hæreticis judicavit, aut rogo quoque addixit, evolvendi venia. Hinc Frater Antonius de Sousa, ex Prædicatorum familia, & Theologiæ in Vniversitate S. Dominici Vlyssiponensis primarius Professor in Relectionibus de Censuris Bullæ Cœnæ disput. 15. clausulam, quam appellat, de prohibitorum librorum lectione, examinans, sibi ipsi primo objicit: *Nulla ratione licitum esse concedere facultatem, ad legendum Hæreticorum libros, præsertim qui hæreses, falsamq; doctrinam continent, suadetur primo. Hujusmodi libri non solum mali sunt, quia prohibiti, sed etiam prohibiti, quia mali, continent enim hæreses, blasphemias, ac falsas, scandalosasq; doctrinas; sed quæ in se, & intrinsece mala sunt, occasioq; ruinæ, nullo modo tractare, & communicare licet; ergo ob nullam causam concedenda est facultas hos libros legendi. Secundo: Si propter aliquam rationem prædicta facultas posset, & deberet concedi, ea esset, ut hujusmodi libris contentæ hæreses, & errores, a viris doctis impugnarentur; sed hæc ratio nulla est, ergo &c. Probatur minor ex quodam Brevi Pii IV. relato inter literas Apostolicas ad finem Direct. Inquisit. fol. 129. quod incipit:* Cum pro munere. *Vbi summus Pontifex reddens rationẽ, ob quam facultatem hæreticorum libros legendi revocat, addit sufficienter damnatas esse hæreses nostri temporis in concilio generali taliter, ut hoc sufficere omnibus debeat ad vitandos errores, fideiq; catholicæ veritatem cognoscendam, Nec, inquit, ullius præterea confutatio requirenda sit.* Respondet autem idem

dem Antonius de Sousa postmodum: *Pro resolutione sit prima conclusio: Licite viris doctis, & piis facultas Hæreticorum libros legendi concedi potest. De hac conclusione dubitandum non est, cum videamus Summos Pontifices hujusmodi facultates multoties concedere. Et probatur: In Ecclesia debet esse cognitio errorũ & hæresium, tum ut videantur, cum etiam ut impugnentur: licet enim Catholicis sufficiat doctrina Conciliorum, ut veritatem sequantur, hoc tamen ad manifeste convincendos hæreticos, qui Conciliorum & Ecclesiæ autoritatem inficiantur, sufficiens non est; ergo ad eos convincendos, reducendosq; ad ovile Christi, opus est, ut ab aliquibus legantur eorum libri. — Ad primum argumentum respondetur, quamvis ea, quæ ut mala, & periculosa prohibentur, in se talia semper sint, cognitionem tamen eorum non esse intrinsece malam. Nam, ut inquit S. Justinus martyr in epistola Zenæ, & Sereno fratribus missa:* Prodest scire conversationes a ratione alienas, ne quis improviso studio in eas incidat. *Vnde lectio istorum librorum ex circumstantiis licita reddi potest. Quando persona talis est, quod non timeatur periculum, imo & speretur fructus, concedenda est ei ad hujusmodi libros legendos facultas. Ad secundum dicendum est, non opus esse Catholicis legere hæreticorum libros, ut in fide firmentur; esse tamen necessarium, ut hæretici convincantur. Est igitur hæc facultas non passim, sed ex causa viris doctis, & piis concedenda. Neq; hoc a summo Pontifice prohibetur, qui solum intendit non esse necessariam hæresium confutationem ad Catholicos in fide firmandos, sed ad hoc satis esse doctrinam in Conciliis traditam.* At, ceu dixi, rarissimis in Romana Ecclesia tam beatis esse licet, ut hoc privilegio gaudeant, idque ne quidem Episcopis aut Archiepiscopis suo jure competit. Vnde apud eundem Theologum Lusitanum, inter hæc ipsa, quæ modo produximus, legitur: *Secunda conclusio: Inquisitoribus & Commissariis ab Apostolica Sede super hæretica pravitate deputatis, durante ipsa deputatione, licitum est legere libros prohibitos, etiam hæreticorum; non vero Episcopis. Hæc conclusio constat ex Brevi Julii III. incipiente,* cum meditatio, *relato ad finem Directorii Inquis. fol. 115. & ex illo Pii IV. sup. citato. In quibus, cum revocentur facultates cuicunq;, etiam Episcopo aut Archiepiscopo concessæ, & quibuscunq; aliis, excipiuntur Inquisitores, & a Sede Apostolica deputati.* Opinetur quis, antiquasse igitur Julium III. & Pium IV. Papas, nō solum quam ex Concilio Carthaginiensi IV. ante laudavimus de Episcopis constitutionem, sed & Beati Pauli Apostoli pronunciatum, qui ad Titum scribens, præter alia, Episcopum etiam esse jubet, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ

 παρα-

παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. *Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Neque vero, legere tantum Hæreticorum scripta, sed & opiniones illorum manifestare, librorumque ab iis compositorum sive fragmenta, aut compendia, sive integrum contextum, additis quidem plerunque confutationibus, aliquando tamen etiam sine iis, publice edere, imo & blasphemias impiorum hominum recitare, Viri docti piique olim & nunc fas esse arbitrati sunt. Quodvultdeus Diaconus in epistola quadam, quæ S. Augustini Tomo VI. inserta habetur, Patrem hunc venerabilem, iis, quæ sequuntur, verbis alloquutus fuerat: *Precor Beatitudinem tuam, ut, ex quo Christiana religio hæreditatis promissæ nomen accepit, quæ hæreses fuerint, sint; quos errores intulerint, inferant; quid adversus Catholicam Ecclesiam senserint, sentiant; de fide, de Trinitate, de baptismo, de pœnitentia, de homine Christo, de Deo Christo, de resurrectione & vetere testamento; & omnia omnino, quibus a veritate dissentiunt; quæ etiam baptismũ habeant, quæve non habeant; & post quas baptizet, aut non baptizet Ecclesia; qualiter suscipiat venientes & quid singulis lege, autoritate atq; ratione respondeat, digneris exponere.* Rescripsit ad ista Augustinus: *Philastrius quidam, Brixiensis Episcopus, quem cum Sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum; nec illas hæreses prætermittens, quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini, easq; XXIIX. commemoravit, & post Domini adventum CXXIIX. Scripsit hinc etiam Græce Episcopus Cyprius, Epiphanius, in doctrina catholicæ fidei laudabiliter diffamatus: sed ipse utriusq; temporis hæreses colligens XXC. complexus est. — Vide ergo, ne forte librum Sancti Epiphanii tibi mittere debeam: ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum, qui possit apud Carthaginem in Latinam linguam verti facilius atq; commodius, ut tu potius præstes nobis, quod quæris a nobis.* Cum vero Quodvultdeus non desisteret apud Augustinum precibus instare, ut morem gereret, atque sui aliquid componeret, assensit tandem Augustinus, & librum egregium de hæresibus perfecit, ac Quodvultdeo inscripsit, quo nunc quoque utimur. Extat præterea ejusdem Augustini nomine, de quinque hæresibus Libellus sive Oratio, quam genuinum illius Patris fœtum esse, contra Erasmum, ingenuitatem ejus in dubium vocantem, Critici sacri evicerunt. In eodem hoc studio, de Hæresibus per saturam recensendis, ante Epipha-

Epiphanium versatus quoque fuerat Tertullianus, tractavitque idem argumentum, Augustini ætati suppar, Theodoretus Episcopus Cyrensis, cujus Hæreticarum fabularum libri IV. supersunt. Amplius, egit hoc Seculo a Christo nato VI. Leontius Advocatus Byzantinus, opere de Sectis Hæreticorum, quod in X. Actiones est dispertitum. Nec minus Seculo XII. Constantinus Harmenopulus, Judex Thessalonicensis, librum de opinionibus Hæreticorum qui singulis temporibus extiterunt, contexuit. Horum antiquiorum vestigia, recentiores, præ cæteris autem ii, qui ad scribendam Historiam Ecclesiasticam animum appulerunt, magno numero sunt sequuti, in quorum lucubrationibus semper Hæreticorum catalogi, doctrinæque eorum summa capita comparent. Nomina talium Scriptorum, quia in omnium manibus versantur, & innumeri sunt, edere velle, supervacuum foret. Interim ex his omnibus libris, breviter tantum & strictim quæ cujusque Hæreticorum opinio fuerit, assequimur, plenius alii nos instruunt. Scilicet, præstant hoc illa Veterum scripta, in quibus Hæretici cum cura redarguuntur. Atq; inter ea eminent, quæ Dialogi formam habentia, Orthodoxum & Hæreticum colloquentes, collatisque invicem argumentis pugnantes, exhibent. Hoc modo in Hieronymi tribus adversus Pelagianos libris, Atticus & Critobulus contendunt. Apud Augustinum autem, frequens est ea methodus; modo enim illum in universis triginta tribus libris cum Fausto, modo in duobus cum Felice, item uno, cum Fortunato Manichæis, depugnare deprehendimus: jam cum Maximino, alias cum Feliciano Arianis, iterum cum Fulgentio Donatista. invictus athleta, in arena cernitur constitutus. Theodoretus, Dialogos tres nobis reliquit, in quibus Orthodoxus & Eranistes; Leontius Byzantinus librum, in quo Orthodoxus & Acephalus; Johannes Maxentius alium, in quo Catholicus & Nestorianus, decertant. Arnobium Juniorem cum Serapione sermones conferentem spectare licet. Admodum quoque delectatus fuit hoc scribendi genere Theodorus Abucara Carum Episcopus, qui Sec. IX. vixit, nobisque opuscula diversa, in quorum uno, Christianus & Infidelis, alio, Christianus & Arabs, alio, Christianus & Barbarus sive Saracenus, alio Christianus & Judæus, rursus alio Catholicus

& Nestorianus, denique in alio Orthodoxus & Jacobita, verba invicem faciunt. Paulo diversa ab his scribendi ratione usi sunt, qui continuo filo orationis ita Hæreticos confutarunt, ut subinde tamen illorum verba allegent, ac fragmenta ex eorundem libris recitent. Atque hoc pleriq; fere faciunt, qui iisdem sese opposuerunt, ut nihil attineat aliquorum seorsim mentionem injicere. Ante cæteros tamen speciatim memorandus iterum est S.Augustinus, qui adversus Petilianum & Gaudentium Donatistas scribens, integra illorum scripta, verbo tenus, sed particulatim, sive unum membrum post aliud recitando, recenset, atq; semper cuique membro peculiarem subjicit responsionem. Cum eo fere comparandus S. Cyrillus Alexandrinus. Namque & iste assidue ipsa Apostatæ Juliani Imperatoris verba, quanquam ea tantum quæ proposito suo conveniebant, & in quibus rationum momenta continebantur, ex illius abominabilibus libris excerpsit, atque postquam hæc recitasset, falsitatem eorundem absurditatemq; edocet. Nempe, illud sine dubio cavere volebant, qui ista methodo usi, ne alienas sententias Adversariis affinxisse, aut eas pro libitu detorsisse suspicio oriretur; cui obtrectationi dialogicum imprimis scribendi genus valde fuisse obnoxium, neutiquam a vero abludit, idemque conjicere est ex illis quæ S. Augustinus in confutatione primæ Gaudentii epistolæ præfatur. Voluerunt igitur Viri cordatissimi hanc opinionem a se amotam, bonaque fide quæ Adversarii scripserant, omnium oculis objiciunt; atque Cyrillus ad ipsas Juliani blasphemias, quibus, *ille* (cum ipso Cyrillo, sed ex versione Latina, nunc loquimur,) *Babylonius, imitans Rabsacem, infrani lingua contra Deum convitia proferre non timuit, & contra sacrosanctam nostram religionem impie clamavit*, repetendas usq; progressus est. Sane quidem proposuerat animo, quæ illius generis sunt, supprimere; sic testatus: *Quoniam autem, ut dixi, impudens os aperuit, ut plurimas calumnias & blasphemas voces contra Dominum nostrum Jesum Christũ jactaret, talium quidem nullam mentionem faciemus.* At, hoc, ut præstaret, non semper integrum illi fuisse, productis paucis aliquot locis, quando id nostro quoque instituto inservit, dabimus probatum. Ipsum principium, quod Cyrillus, allegat, librorum Juliani, quantæ est maledicentiæ, quam Christo Servatori

Lib. 2. contra Iulianũ.

tori

tori injurium! *Operæpretium*, inquit, *mihi videtur, cunctis mortalibus exponere causas, quibus mihi persuasum est Galilæorum eruditionem, figmentum hominum malignitate compositum, nihil quidem divinum habere, uti vero fabulosa, puerili & stulta animæ portiuncula, quæ monstriloquentia, & prodigiosorum narratione adducat in hoc, ut vera dixisse credatur.* In lib. 3. ista Juliani adducuntur: *Sed & Paulus qui omnes magos & impostores qui ubiq; terrarum sunt, excellit.* In lib. 5. hæc: *Si enim* (Deus) *nullum vult adorari, quapropter nothum hunc filium adoratis? & quem ille suum neq; putavit, neq; unquam censuit, id quod facile demonstrabo. Vos autem nescio unde supposititium illi additis.* In lib. 6. sequentia offendas. *At Jesus, qui suasit, quod nobis pessimum, ad paucos annos, trecentos circiter nominatur, & quo vixit tempore, nullum opus memoratu dignum fecit, nisi quis claudos & cæcos curare, & dæmones adjurare in Bethsaida & Bethania castellis, opus esse maximum putet.* Sunt hæc profecto tam nefanda, ut pejora iis effutire Judæi nequeant. Fere excidisset monere, Tomo VI. operum S. Augustini integrum, nec usquam interruptum, sermonem Arianorum esse insertum, ita tamen ut mox addatur responsio. Talibus autem missis, illorum nunc mentio injicienda, qui Hæreticorum ineptias, & profana dogmata, sine confutatione proposuerunt. Hujus facti, præter alios infra nominandos, autorem dare possumus S. Hieronymum. Is enim, ceu ipse de se ad Matthæi c. 12. commentans refert, Nazaræorum & Ebionitarum, pessimorum utique Hæreticorum, adulterinum, multisque putidis commentis, ceu ex fragmento quod ibi adducitur manifestum evadit, refertum Evangelium, ex Hebræo in Græcum sermonem convertit, neque de eo refellendo fuit solicitus. Accedit Hieronymo antiquior Origenes, qui libro IV. contra Celsum, Ophianorum deliria, magicasq; incantationes, sine confutatione prolixe repræsentat, idque eam solam ob causam, ut ostenderet, non ignorare se ista secreta. Vnde postquam absolvisset impia mysteria, subjicit: *Ad hæc nos adegit, Celsi, ut putatur, eruditio varia, verius autem curiositas & nugacitas, dum volumus ostendere lectori scriptorum illius, & nostræ responsionis, nos non nescire ista ejus erudita, quæ nobis objicit falso, nihil tale sapientibus, nec apud nostros invenientibus: quamvis ipse hæc quoq; cognoscere volui & exponere, ne impostores, plura quam nos se scire profitentes, decipiant aliquos imaginatione horum nominum attonitos.* Græca verba si quis mavult, hæc sunt: Επὶ ταῦτα

δὲ ἡμᾶς ἡ Κέλσου νομιζομένη μὲν πολυμάθεια, μᾶλλον δὲ οὖσα περιεργία καὶ φλυαρία προεκαλέσατο, βουλομένους παραστῆσαι τῷ ἐντυχόντι τῇ ἐκείνου γραφῇ, καὶ τοῖς ἡμῶν πρὸς αὐτὴν γεγραμμένοις, , ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπορία ἡμῖν τῶν Κέλσου μαθημάτων ἐφ᾽ οἷς καταψεύδεται Χριστιανῶν, οὔτε φρονούντων, οὔτ᾽ εἰδότων τὰ τοιαῦτα· εἰ καὶ ἡμεῖς ἐβουλήθημεν καὶ ταῦτα γνῶναι καὶ ἐκθέσθαι, ἵνα μὴ, τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ εἰδέναι τι πλέον ἡμῶν, οἱ γόητες ἐξαπατῶσι τοὺς ὑπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων φαντασίας συναρπαζομένους. Habentur præterea in tomo IV. Operum Cyrilli Alexandrini, ex Nestorii libris aliqua blasphema Excerpta, quæ in eum finem ibi comparent, ut Lectoribus constare queat, quid in Ephesina Synodo tanta contentione fuerit impugnatum ac condemnatum. Cum hactenus ex antiquitate recensitis, ut alios consulto nunc taceam, illi imprimis nostræ ætatis componi fere possunt Viri eruditi ac Theologi, qui Photinianorum libros integros recuderunt, etsi, ut verum fatear, haud facile id ab iis factum, sine addito responso. Huc spectant, præter alios, ex Romanæ Ecclesiæ sectatoribus, Gregorius Valentia, & Josephus de Voisin: ex Protestantibus ac Reformatis vero, Paulus Tarnovius, Johannes Coccejus, Joh. Henricus Kloppenburgius, Samuel Maresius, Joh. Henricus Bisterfeldius, & nostras clari nominis Philosophus, senioque verendus Vir, Joh. Paulus Felwingerus.

Jam nunc, quæ de Hæreticis eorumque scriptis generatim atque universe sic ostendimus, eadem de Judæis, & obiter ac velut in transcursu de Muhammedanis quoque, & libris qui ad utrorumque religionem pertinent, sigillatim docenda veniunt. Atq;, ut de posterioribus priore loco agamus, rursus certum est, veteres æque ac novos, in Muhammedis impostoris dogmata inquisivisse, eademque publice nonnunquam prostituisse, etiam citra criminationem. Fidem asserto, si consulantur, facient, in Bibliothecam Patrum relati libelli, B. Samonæ, Gazæ Civitatis Archiepiscopi, cum Achmed Saraceno Disceptatio; item Euthymii Zigabeni Monachi, Refutatio Ismaëliticarum, futiliumque illius Sectæ dogmatum; nec non Gregorii Scholarii Patriarchæ Constantinopoleos sermocinatio cum Sultano Mahumete de religione Christiana. Eodem pertinent Nicolai de Cusa, Cardinalis, Cribratio Alcorani. Richardi Prædicatorii Ordinis Monachi,

Confu-

Confutatio legis Mahometicæ. Johannis Cantacuzeni, Constantinopolitani primum Imperatoris, postea Monachi, Apologiæ, & Orationes contra Muhamedem. Æneæ Sylvii epist. 310. ad Machometem Principem, & ejus generis scripta alia. Iis ex recentiorum meditatis, solam Philippi Guadagnoli Clerici Regularium Minorum pro Christiana religione Apologiam, adversus Ahmed filii Zin Alabedin, Persæ Aspahensis, objectiones, quia sic meretur, nominatim adjungimus; multosque alios, qui in eadem palæstra decertarunt, aut de Turcorum moribus & religione, vario sermonis genere, spissos libros scripserunt, nec non illos, qui Alcorani breviarium, aut ἀποσπάσματα recensuerunt, præterimus silentio. Nicolai tamen Clenardi omnino facienda mentio est. Is, vir optimus doctissimusque, postquam Lovanii & Salmanticæ Græcas Hebraicasque literas docuerat, studio Muhamedanorum conversionem promovendi incredibiliter flagrans, circa annum 1535. Africam adiit, inque celebri Arabum Academia Fesana, ad linguam & religionem ipsorum pernoscendas, summam adhibuit diligentiam, de fine & proposito suo sic scribens ad Latomum præceptorem: *Nisi mihi librorum defuerit copia, stat sententia, fideliter Latinis dare, quicquid in ea superstitione positum est.* Agnoscimus, & laudamus hanc voluntatem, quando executionem ejus sola Christiani cujusdam prohibuit perfidia. Namque homo pessimus, Fesano Regi autor fuit, severe prohiberet, ne quis Clenardum doceret, aut libros illi traderet. Sic præceptorem, quem paraverat, iste amisit, ac vitæ discrimen ut evaderet, in Hispaniam se subito proripuit, ubi non multo post diem obiit supremum. Memorandæ quoque hic sunt ipsius Alcorani integri, quæ variæ extant, versiones. Nempe vetus Latina, quam A. 1143. jussu Petri Abbatis Cluniacensis perfecerunt Robertus Retinensis Anglus, & Hermannus Dalmata, edidit autem postea Theodorus Bibliander. Deinde Arragonica cum glossis Johannis Andreæ, Mauri, ad fidem Christi conversi. Item Italica, quæ, opera Andreæ Arrivabene prodiit. Germanicā dedit nostras Salomon Schweigerus, eaque transiit in Belgicum idioma. Gallicam elegantem scitamq; adornavit Nobilissimus Ryerus, & inde nata est nova Latina. Pleræq; autem istæ interpretationes, nullam confu-

tationem habent adjectam, imo, si credimus, nescio cui Eruditorum, cujus, suppresso nomine, verba recitat Buxtorfius in Anticrit. part. 1. c. 2. pag. 33. *Fuit olim, & nunc est, Christianorum omnium de perfidissimi impostoris Mahumeti Alcorano judicium, quo istud indignum responso & confutatione pronunciatum est.* Parat tamen nunc Romae, novam Alcorani translationem Latinam, ac confutationem illi adjunget P. Marracci, Innocentio XI. qui nunc sedet, Romano Pontifici, a sacris confessionibus, ceu nuper Florentia nunciavit, Vir in tantum praedicandus, in quantum virtus & eruditio aestimari possunt, Antonius Magliabechius. Offenderam inter peregrinandũ, eidem huic operi in Augusto Scorialiensi Monasterio gnaviter incumbentem, Fr. Dominicum Germanum de Silesia, ord. Min. de observ. reform. editione Lexici. quod Fabricam Linguae Arabicae appellavit, non inglorium; sed, qui fortasse illi labori est immortuus, tam gravis aetate erat, & senio propemodum confectus, cum illi loquerer. Ergo, non multum nos movet, Cardinalis Ximenii, quod supra enarravimus, factum, cui tamen locus & tempus patrocinari possunt, ne valde in vitio ponatur. Etenim, expulerant sane, Ferdinandus & Isabella, Castellae Incluti Reges, Saracenos ex universa Hispania, atque consilio Petri Gonsalez de Mendoza, Cardinalis & Archiepiscopi Toletani, adversus Muhammedanam, & haereticam, quae illis videbatur, pravitatem, Inquisitionis instituerant officium. Hanc ob rem in templo Cathedrali Granatensis urbis, ubi, haud quidem adeo magnifice, sepulti jacent, sequentem, & a nobis, uti expressa, descriptam, tumbae proletariam nacti inscriptionem.

MOHAMETICE SECTE PROSTRA
TORES ET HERETICE PERVICACIE
EXTINCTORES FERDINANDVS ARAGO
NVM ET HELISABETHA CASTELLE
VIR ET VXOR VNANIMES CATHO-
LICI APPELLATI MARMOREO CLA
VDVNTVR HOC TVMVLO.

Verum, remansere tamen multi, Muhammedicam superstitionem clanculum non tenentes tantum, sed & propagantes. Huic malo

malo librorum Arabicorum crematione, novum, haud multò post, ponere obicem studuit Ximenius; at, quam parum, aut nihil hoc remedio ipse profecerit, non ignorant, qui notitiam habent rerum Hispanicarum superioris, aut præsentis quoque ævi. Certe, ne adhuc quidem, a Saracenis & Judæis purgatum est regnum, etsi nunquam ferro flammisque illos everrere destitit Inquisitio. Quanto satius fuisset, si Ximenius, quique eum in zelo sequebantur, errores potius ex animis hominum eximere, quam libros tollere studuissent. Hoc opus, hic labor esse debebat, impugnare Muhammedis sycophantæ impura dogmata, detegere veteratorias illius artes, notare spurcissimos mores, & æstuantem libidinem, indicare in sacris & Judæorum literis commissa plagia: ista enim sola ratio est, ad liberandum a male conciliata religione populum. Tantum autem abest, ut Inquisitores Hispani libris ejusmodi, iis, qui erroribus dementati jacent, subveniant, & veritatem Christianæ religionis commonstrent, ut potius, si quæ tales Ecclesiæ, generique humano salutares lucubrationes ab aliis editæ habentur, eas, tanquam abominabiles damnent, & illarum lectione homines severissime prohibeant. Nimirum, in ante allegato Indice Expurgatorio, rursus inter generales Regulas, hæc quoque comparet: *Prohibense los libros escritos en lengua Vulgar, que tratan de proposito de Disputas, y controversias en cosas, y materias de la Religion, entre Catholicos, y Hereges de nuestro tiempo.* Et post pauca interjecta: *Prohibense tambien las Confutaciones del Alcoran, de Mahoma en lengua Vulgar, no aviendo para ella expressa licencia nuestra in scriptis.* Id est: *Prohibentur libri scripti in Vernacula, qui tractant ex professo Disputationes, & controversias in rebus & materiis de Religione, inter Catholicos, & Hæreticos nostri temporis. Prohibentur quoq; Confutationes Alcorani Muhammedis in lingua Vernacula, nisi quis ad id expressam nostram licentiam in scriptis habeat.* Idem repetitur pagina 354. col. 2. istius Indicis, ubi monetur, vetari, *Dialogos Christianos contra la secta Mahometica, y pertinacia de los Judios: en Castellano, o en otra lengua vulgar, solamente. Dialogos Christianos adversus sectam Muhammedicam, & pertinaciam Judæorum, qui tantum in lingua Castellana, aut alia vernacula compositi.* Quid, quod non solum adversus vernacula lingua pro Christiana fide conceptas defensiones debacchantur Inquisitores, sed & circa eas, quæ Latine scriptæ habentur,

G

bentur, & apud plerosque Eruditorum in pretio sunt, censuram rigidam exercent. De Philippo enim Mornæo p. 835. col. 2. tale fertur judicium. *Philippus Mornæus Cognomento Plessæus, vulgo, Du Plessis, Gallus, edebat sua scripta Latine & Gallice. Herbornæ 1602 Geneuæ 1582, 85, 94. nunquam permittenda.* Notatur hic sine dubio liber de Veritate Religionis Christianæ, adversus Atheos, Epicureos, Ethnicos, Judæos, Mahumedistas, & cæteros Infideles, a Mornæo, primum Gallice, & deinde Huberti Langueti V. C. hortatu, Latino quoque idiomate editus, quique iis, qui indicantur locis annisque, fuit impressus. Valere his jussis, tandem de Judæis, ac quomodo erga ipsos illorumque scripta se gesserint Christiani, dispiciamus. Enim vero, credidisse piam Antiquitatem, hanc curam ad se pertinere, ut Judæorum dogmata & vesanas superstitiones excuterent, ac publice meritis probris diffamarent, liquido comprobant, Tertulliani liber contra Judæos; Clementis Alexandrini liber contra Judaizantes; Cypriani ad Quirinum contra Judæos libri tres; Gregorii Nysseni contra Judæos liber de Trinitate; Chrysostomi adversus Judæos & Hæreticos sermones XV. Augustini Concio ad Catechumenos, oratio adversus Judæos, & Dialogus de altercatione Ecclesiæ & Synagogæ; Cyrilli Alexandrini liber adversus Judæos cum quæstionibus; &, his omnibus antiquior, Justini Martyris cum Tryphone disputatio. Ex sequiori ætate accedunt, quæ Julianus Toletanus Episcopus; Leontius, Episcopus Cypri; Anastasius Abbas; Agobardus, Lugdunensis Episcopus; & Theodorus Abucara Cariæ Episcopus; adversus Judæos meditati sunt. Quorum postremorum omnium libros, una cum Gregentii Archiepiscopi Tephrensis, qui eos ætate antecessit, Disputatione cum Herbano Judæo, in Bibliotheca Sanctorum Patrum offendere est. Recentiorum, iisdem vestigiis insistentium, qui plurimi sunt, nomina, reticemus; præcipue, quia jam ante nos diligenter illa recensuit, insignis Theologus Joh. Hoornbeek in Prolegomenis multæ doctrinæ libri, pro convincendis & convertendis Judæis compositi, cujus viri notitiam pauca effugerunt. Cæterum, ut ii, qui contra Judæos disputaturi essent, tanto magis strenue ré gererent, non defuere inter Veteres æq; ac Novos, qui non sufficere cre-

re credebant, qualemcunq; Judaicarum impietatum, argumentorumque quibus nequam homines Christianam religionem impugnant, in Ecclesia cognitionem haberi; sed, hac in parte subvenire, & gratificari gratiam volentes, libros, qui adversus Christianam religionem secreto scripti tenebantur, quamvis horrendis in Christum convitiis scatentes, publici fecerunt juris, aliquando etiam solas nefandas blasphemias, ut indignitatem earundem ostenderent, pensiculate commemorarunt. Non ibo autem inficias, ex primis Apostolorum ævo proximis Seculis, ejus rei vix exempla arcessere me posse. Quippe, qui illis claruerunt Ecclesiæ Doctores, quæ ex conversatione cum Judæis didicerant, aut sibi ipsis finxerant eorum argumenta, refutare contenti, parce ac modice quæ reconditam Hebræorum literaturam, & adversus Christianos virulentiam sapiunt, suppeditant, nec plene nos instruunt. Causa rei, non quod talia prodere vererentur; nam, si quid forte fortuna ex his iisdem innotuerat, non id dissimulant, atque illo se efferunt; verum quia in lingua Hebraica exiguos fecerant profectus, atque sic penetralia abdita Judaicæ gentis rimari prohibebantur. Cogor enim fere subscribere Petri Cunæi judicio, quod l. 1. de Republ. Hebr. c. 18. etsi paulo licentius tulit, inquientis: *Inter Græcos omnes Latinosq;, qui veterem Ecclesiam rexere, unus Origenes cum Hieronymo Hebraice scivit, & ferme nimium dixi. Cæteri, nec elementa quidem didicerant.* Veruntamẽ, ad Seculum Nonum usque progrediendo, apud Agobardum Lugdunensem Episcopum, & Rabanum Maurum Archiepiscopum Moguntinum, pedem nonnihil figere nobis licet. Atque alterum libellum, aut historiam blasphemam integram, alterum, Judæorum maledicta plena manu offendimus exhibentem. De primo, alias agendi dabitur occasio. Nunc videamus Rabanum Maurum, qui Trithemii in lib. de Script. Eccles. testimonio, *suo ævo in omni Christi Ecclesia parem non habuit;* atque eodem Trithemio in Chron. Hirsaug. ad Ann. Christ. 856. sic perhibente, *non sine sanctitatis opinione mortuus est.* Is autem Rabanus, in libro contra Judæos, de illis sic scribit: *Deniq; audiat paulisper religiosa Sanctitas vestra, quam nefandis atq; inauditis blasphemiis, & convitiis, Dominum nostrum Jesum Christum & Christianum ejus populum inrideant,*

deant, & subsannent. Sanctos Apostolos impie immutato vocabulo appellant Apostatas; tanquam non missos a Deo, sed refugas legis suæ. Evangelium, quod nos Græco eloquio intelligimus bonum nuncium, ipsi propria lingua malitiosissime immutantes, vocant Havongaljon, quod interpretatur Latine iniquitatis revelatio: asserentes videlicet, quod non in eo mysterium salutis humanæ, sed iniquitas, qua totus mundus in errorem mitteretur, fuerit revelata. Non ista digna censuit Rabanus, quæ vel verbo refelleret, quin adeo talia recitasse, confutasse est. Nam, tum demum, quando argumentis nobiscum agunt Judæi, disputationi locus relinquitur, quem nullum præbent eorum maledicta, & de quibus ne verbum quidem unum, nisi, ubi ratio aliqua compellit, cum iis commutare oportet. Probata religionis Christianæ veritate, officio nostro defuncti sumus, maledicta semper recidunt in autores, æternis luenda suppliciis. Proinde ad Rabanum reversi, cæteras Judæorum adversus Christum & Christianam religionem contumelias, quas ipse ad piorum fidelium notitiam pervenire voluit, ex eodem persequamur. Ait igitur porro: *Blasphemant quod in eum credamus, quem lex Dei in ligno suspensum, & a Deo maledictum dicat: & propterea eodem die quo suspensus est, eum jusserit sepeliri; ne, si per noctem remaneret in patibulo, terra eorum per eum pollueretur. Sed neq; sciunt, eum in Crucis ligno clavis fuisse confixum, & ipsa clavorum confixione suspensum; sed more latronum qui nunc suspenduntur, infamant esse punitum: & conclamante, ac jubente magistro eorum Josue, celeriter de ligno depositum; & in quodam horto caulibus pleno, in sepulchro projectum, ne terra eorum contaminaretur.* Sequitur post alia: *Eundem Dominum nostrum Jesum Christum, ut auditoribus suis efficiant inremediabiliter odiosum, nuncupant eum sua lingua Vssum Hamizri: Quod dicitur Latine: Dissipator Ægyptius. — Cultum, quem ei in toto mundo fideles exhibent, vocant cultum Baal, & religionem Dei alieni: tanquam ipse sit de quo in psalmo præcipitur: Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Odorem illum gravem & teterrimum, qui solet sentiri in horis matutinis, in exordio æstivi temporis, affirmant, de tormentis infernalibus, quibus ipse apud inferos torqueatur, eo quod gentem eorum turbaverit, & totum mundum deceperit, eructare. Vnde & populos nationum, qui ejus susceperunt fidem, interpretantes esse Babyloniam & Regem hujus Babylonis Christum nostrum intelligentes: quicquid in illa visione Isaiæ, cujus titulus est Onus Babylonis, dicitur de relaxatione populi Dei ex Babylonica captivitate, & de interitu Regis & regni illius, totum ad suam de hac novissima captivitate ereptionem, & ad Christi, ut ipsi putant, dejectionem, impiissime transferre co-*

re conantur. — Et dicunt, eum a majoribus ſuis, quando depoſitus eſt de ligno, & obrutus in ſepulcro; ut omnes ſcirent mortuum, nec reſuscitatum, iterum de ſepulcro extractum, & retortâ per totam civitatem tractum; ſicq; projectum: & propter hoc, usq; hodie ſepulcrum ejus ſtare vacuum, & eſſe ſqualidum lapidibus, & ſordibus quas ipſi projicere ſoleant, plenum. — Sed iſti, nec tantis ac talibus blasphemiis contenti, in tam profundam infelicitatis voraginem devoluti ſunt, ut perſuaſum ſit eis, & ſtudioſe apud eos obſervetur, quod nulla eorum oratio apud Deum poſſit eſſe accepta, niſi in ea Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum maledicant: confitentes eum eſſe impium, & filium impii, id eſt, neſcio cujus Ethnici, quem nominant Pandera: a quo dicunt matrem Domini adulteratam, & inde quem nos credimus natum. A Rabani ætate, cum non ita longe abimus, poſtea in illa deferimur tempora, quibus non tam id actum eſt, ut Judæorum errores & malitia detegerentur, aut ut homines miſere errantes leniter, verbisque & rationibus bonis ad Chriſti perducerentur ovile: ſed potius, cura viris erat, ut Judæos vexarent, cruciarent, variisque e medio tollerent ſuppliciis, & bona illorum prædarentur. Præcipue autem occaſione Paſſagiorum, ſive expeditionum quæ ad recuperandum Palæſtinam ſuſcipiebantur, nihil non in Judæos ſibi licere credidit, eorum, qui ſacra ſigna ſequebantur, proterva licentia. Etenim, quia adverſus infideles militatum proficiſcebantur, æquum credebant, a Judæis, qui & ipſi Chriſtiani nominis hoſtes eſſent, belli exordium facere, ſtimulantibus milites illos Judæorum divitiis, & addentibus iis qui currebant, calcar, clamoſis Monachis. Tangit rem, ſed paucis, & Chriſtianos metuens, modeſte, R. David Gans in Zemach. parte 2. pag. 71. b. בימי הקיסר הינריקוס הרביעי בשנת הארבעי׳ למלכותו הוא שנת תתנו אלף וצו לנוצרי׳ הסכימו הנוצרים להלחם בארץ ישראל ובירושלים עיר הקדש וישימו צלם אדום על בגריהם לאות והיה עת צרה ליהודים: Id eſt: *Regnante Cæſare Henrico IV. anno quadrageſimo illius Imperii, qui fuit annus computi noſtri DCCCLVI. Chriſtianorum vero Epochæ MXCVI. convenit inter Chriſtianos de facienda expeditione in terram Iſraëlis, & ad occupandam Hieroſolymarum ſanctam urbem. Affigebant ſic veſtibus ſuis crucem rubram pro ſigno, atq; tum calamitoſiſſimum tempus experti ſunt Judæi.* Movit illa crudelitas non tantum S. Bernhardi miſerationem, ſcribentis ideo Ep. 322. ad Epiſcopum, Clerum & populum Spi-

ensem : *Non sunt persequendi Judæi, non sunt trucidandi, sed non effugandi quidem. — Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, ut dum justas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redemtionis.* Verum etiam in Concilio Turonensi Anno MCCXXXVI. ceu est apud Laurentium Bochellum l. 1. Decretorum Eccles. Gallic. tit. 15. cap. 12. expresse statutum: *Nos districtius inhibemus, ne cruce signati, vel alii Christiani, Judæos occidere, seu verberare, vel possessiones eorum invadere vel auferre, aut quascunq; injurias inferre præsumant: cum Ecclesia Judæos sustineat, quæ non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat: scituri, quod si contra præsumpserint attentare, ultionem Canonicam non evadent.* Inter medias autem gravissimas illas ærumnas, quibus ex Passagiis aliisque captatis occasionibus, miseri homines objiciebantur, insuper Gregorius IX. ac deinde Innocen. IV. Pontifices, adversus libros quoq; Judaicos grassari occipiunt, Talmudicaq; volumina, ceu pridem dictum, ex orbe penitus exterminare nituntur, severisq; edictis omnia illius exemplaria actutum comburere jubent. Causam rei nemo non assequitur facili negotio. Æq; enim olim ac nunc, non vulgo tantum hominũ, sed & sapientibus persuasissimum fuit, Talmudicum opus quantum quantum est, nil nisi in Christum Servatorem nostrum probra, & adversus Christianam religionem calumnias continere; aut, si quando horum aliqua pausa, reliquum ineptissima commenta, & delirorum Rabbinorum insulsas ridiculissimasque fabulas, quas a non sanis hominibus profectas esse, ipse non sanus Orestes juraret, penitus implere. Atque, hic jam ex improviso in eum me redactum video locum, ut inevitabile mihi sit, quædam de Talmude differere, & ostendere, quam falso hæc ita credita sint, & etiamnum credantur. Quæ, dum sic edissero, vereor ne aliqui ea mea impietate ac dementia laborare existiment, quam a Talmude amoliri velle videor. Nam, quantum ad ea, quæ in Christum ejusque sequaces fideles injuriosa, ibi scripta dicuntur, attinet, possunt, qui talibus Talmud abundare opinantur, merito mihi objicere ipsius Judæi hominis, Rabbi Lusitani, e Colloquio Mittelburgensi, quæ præclarus Theologus Joh. Mullerus in Rabbinismo p. 42. allegat, testimonia. Vnum sic habet: *Gratis dicitur, non extare in Talmudo confutationem Novi Testamenti, cum in eo latissime extricentur Evangelistarum adseverationes, dogmata & historiæ, & qualis Christus fuisset, quales etiam habuerit sequaces, unde &*

de, & a quo, & quando natus, cur, quomodo, & sub quo passus planissime demonstratur. Alterum his verbis concipitur: *Extant in Talmudicis libri integri, quibus affatim ista Evangeliorum historia improbatur.* Jam, Talmudicæ fabulæ, pridem in proverbium abierunt, quasi quæ omnibus quas annosæ anus ad deliniendos infantes narrare solent, sint stultæ magis, magisque ineptæ. Unde & plebei homines, Rabæ, Channæ nepotis, de magna ave, immenso pisce, profundo mari, ingenti rana, aliorumque alias portentosissimas narrationes, & sciunt, & rident. Cæterum, quæ multi ante me narrarunt prolixius, dicam paucissimis. Tralatitium enim est, Judæos contendere, Deum Optimum Maximum Mosi præter illam Legem, quam in literas redigere eum jussit, aliam insuper, ad prioris explicationem ac intelligentiam facientem, dedisse, non nisi orali traditione a parentibus in liberos propagandam. Hæc autem, undecunque orta lex, cum ea ratione ad urbis & templi supremum usque excidium fuisset conservata, tandem cum Hierosolymis a Vespasiano funditus eversis, Judæi per omnes orbis oras sparsi, in captivitate ac exilio precariam animam traherent, Rabbi Jehudam, qui Sancti cognomen inter suos meruit, & Antonini Pii Imperatoris æqualis temporum fuit, metus invaserat, ne ob tantas gentis suæ miserias, & in remotissimas terras deportationes, Oralis Lex plane in hominum animis obliteraretur. Quamobrem, adhibitis in consilium auxiliumque Sapientissimis quibusque, sedulo ab iis, quibus licebat, Judæis, voce ac per epistolas sciscitatus est, quænam a parentibus oralis legis scita didicissent, quin & schedas undique conquisivit, quibus hactenus memoriæ causa traditiones inscriptæ fuerant. Ea omnia, secundum certa doctrinæ capita disposuit, & in unum volumen redegit, cui nomen משנה hoc est, δευτέρωσις imposuit; Justinianus Imperator in Novella 146. cap. 1. *Secundam editionem* appellat. Accessisse post obitum R. Judæ, quasdam interpolationes, non negaverim, sed eæ paucæ sunt, ac mature fuerunt adjectæ, ipsumque R. Judam potissimum respiciunt. Confectus liber, mox in pretio haberi, ac non privatim tantum legi, sed & in Scholis Judæorum doceri cœpit. Et vero, breve & concisum sermones,

monis, quo conscriptus est genus, explicationem aliquam poscere videbatur, proinde R. Jochanan, præses Scholæ in terra Israelitica, post ducentesimum ab everso templo annum, cum Raf & Samuele, duobus R. Jehudæ Sancti Discipulis, Mischnam commentario illustrare aggressus est, sed non ita feliciter; obscurorum enim per æque obscura, dictionemque horridam, adauxerunt caliginem, unde exiguæ semper ista expositio inter Judæos fuit autoritatis, nec valde legentium manibus teritur; qui, eam communiter Gemaram Hierosolymitanam appellitant. Magis operæ pretium in Babylonia R. Jose, & post hunc Maremar, cum Collega Mar, IV. & V. post Christum natum Seculis, ad Mischnam illustrandam attulerunt, septuaginta duorum annorum indefesso labore. Horum studio, sic tandem novus universæ propemodum Mischnæ prodiit Commentarius, qui proprio nomine Gemara Babylonica dicitur. Notat autem vox גמרא *perfectionem, complementum*, aut τελείωσιν, ut sic Gemara ea complectatur, quæ tum ad declarandas δευτερώσεων difficultates, tum supplendos illarum defectus faciunt. Vtrumque opus, hoc est Mischna cum suo Commentario, uno vocabulo תלמוד *Talmud* sive *doctrina* aut *eruditio* vulgo audit, quia iis libris, omnis fere Judæorum sacra & profana sapientia continetur, & quia in his perdiscendis, terunt omnem suam ætatem. Non tamen semper vox Talmud hac significatione adhibetur, est enim ubi solam Mischnam, est ubi nudam ejus explicationem Gemaram significat. Priore sensu accipitur, cum R. Judam Sanctum Talmudis autorem fuisse omnes asserimus, quem certum est Mischnam tantum composuisse. Sic, Mischnæ testimonia allegantes, Talmud citare solemus; atque Vir Doctissimus Constantinus l' Empereur, qui nobis solius Mischnæ de Sacri templi dimensionibus librum, quemque ex eorum numero esse constat, qui Gemara plane destituuntur, latina translatione ac notis illustravit, lucubrationibus illis titulum præfixit: מסכת מידות מתלמוד בבלי *Talmudis Babylonici Codex Middoth sive de Mensuris Templi.* Gemara quoque, prout textui Mischnico opponitur, sæpe Talmudis appellatione venire solet, veteri consuetudine. Nam sic in Pirke Avot c. 5. legitur: בן חמש שנים למקרא בן עשר למשנה בן שלש עשרה

עשרה למצות בן חמש עשרה לתלמוד בן שמונה עשרה לחפה

Id est: *Quinquennis filius sacrarum literarum lectioni mancipandus: decennis, studio Mischnæ; tredecennis, ad servanda præcepta obligatur: Quindecim agens annos, Talmud discito; octodecim annos natus, conjugio maturus est.* Cum igitur tam diversæ vocis Talmud sint significationes, & nunc pro textu Mischnico una cum ejus Commentario, nunc pro hoc, aut illo seorsim acceptis, adhibeatur, non possunt quoque non hinc enasci multum inter se discrepantia enunciata, atque idem dictum, secundum variam verbi acceptionem, & veritati, & falsitati reddi obnoxium. Scilicet, si per Talmud solam Mischnam intelligam, vere affirmavero, nullam in toto Talmude reperiri blasphemiam, nihil Christianis adversum, nullam fabulam quoque, imo, nec quicquam quod valde a ratione sit alienum. Continet enim meras tantum παραδόσεις, & est, ceu diximus, corpus Juris Judaici olim non scripti. Rem ita se habere, testem idoneum ac locupletem sistere possumus, Virum harum rerum scientissimum, omniq; dignum præconio, Josephum de Voisin, Presbyterum & Ex-Senatorem Burdegalensem, qui in Observationibus suis in Raymundi Martini Procemium Pugionis Fidei, non tantum generalem Mischnæ Oeconomiam, & omnium librorum materiem, sed & adeo cujusque capitis argumenta diligenter recensuit, ex quibus apparet, nihil prorsus ibi Judæos Christianorum res movere aut curare. Aliorum præter Voisinium suffragia, ut adducere supervacuum sit, ipsa rerum faciunt testimonia, ad quæ nunc amplius liquido provocamus. Sunt enim in medio Virorum Doctorum versiones, quæ libros aliquot Mischnicos Latine nobis exhibent. Et quidem, Johannes Coccejus Sanhedrin nobis dedit & Maccoth: Constantinus l'Empereur, Bava Kama & Middot. Robertus autem Sheringamius Cantabrigiensis titulum Joma: Joh. Vlmannus, Titulos, Sevachim, Berachot, Nedarim, Nasir, Schevuot, & Keritut exposuerunt. Joh. Henricus Otho titulum Schekalim interpretatus est; Sebastianus Schmidius, primarius in Germania Theologus, & affectu nobis pater, translationes in Schabbat & Eruvin nobiscum communicavit, habet autem longe plures confectas. His addi possunt, nostri circa Sotam conatus.

 tus.

tus. In istis vero omnibus (at, de Mischna sola loquimur, neutiquam vero de Excerptis quoque Gemaræ, quæ aliquorum lucubrationibus adjiciuntur,) utique nec fabulas reperire est, nec apologos, nec stulte aliquod dictum, sed meras leges aut traditiones, ceu fateri cogentur, qui istorum legendorum volent operam sumere. Difficultates, fateor, offendent, & tantas tamque graves, ut nisi Hebraica & Talmudica accurate fuerint edocti, sæpe, integro capite, imo tractatu integro, semel iterumq; perlecto, ne vel unius minimi commatis in Latina versione sensum, leviter & quomodocunque quidque sibi velint Magistri, quo tendant, ulla conjectura sint indagaturi; nisi forte, qui notas adjecerunt Interpretes, tanquam in illuni nocte caligantibus, facem ministrent. Qui hæc in dubium vocant, in legendis versionibus Schabbat & Eruvin(nam hi sunt ex Mischnæ difficilioribus libris) faciant, eos obsecro, periculum. Quæ vero editorum Mischnæ librorum, eadem reliquorum omnium facies est ac conditio, & de fabulis ibi pax, altumq; silentium. Est igitur aliquo sensu verum, paradoxum, nullam in Talmude extare fabulam, quatenus nimirum verbum Talmud, nobiliore significatu, principalem operis partē, textumq; cui reliqua tanquam nudæ accessiones superveniunt, significat. Eidem huic significatui insistendo, illud quoq; amplius pro vero certoque venditamus, nihil quicquam in Talmude haberi, quod admodum in contumeliam vergat Christianæ religionis, &,(ut nostrorum temporum phrasi loquar) per gulam suam mentitum esse R. Lusitanum, quando *extare in Talmudicis libros integros quibus affatim tota Evangeliorum historia improbetur*, affirmavit. Nam ista quidem, quocunque tandem sensu accipiatur vox Talmud, falsissima sunt, nec vel de Gemara obtinent. Respondent enim Gemarici libri Mischnicis, uti Cōmentarius textui, nec sunt alius argumenti in Gemara tractatus, quam quales in Mischna habentur, imo, ceu jam indicavimus, Mischna plures agnoscit libros præ Gemara. Quod si igitur vel in Gemara *integri extarent libri, affatim totam Evangeliorum historiam improbantes*, necesse foret in Mischna esse aliquos ejusdem instituti, quos neutiquam deprehendi, rursus testator Præstantissimi Voisinii Mischnicum Summarium. Vnde quisquis fuit iste Rabbinus, aut homo religionis suæ

nis suæ

nis suæ penitus rudis rerumque omnium ignarus, aut nebulo & furcifer fuit longe maximus, idque unum egit, ut cum legitimis mediis non posset, dolis confictis malam suam causam juvaret, Christianisque hoc specioso plausibilique argumento scrupulum injiceret, quasi pridem universa Novi Testamenti historia, ab antiquissimis, qui in Talmude memorentur Doctoribus, & circa Christi Apostolorumque ætatem vixerint, νοθείας fuerit convicta. Neque est, ut mihi quis objiciat Talmudicum tractatum, qui Avoda Sara, hoc est, de Idololatria inscribitur, quem, præter multas quæ Christianis injuriæ videbantur, Gemaræ pericopas alias, totum, hoc est omnem Mischnam cum Gemara, ex Concilii Tridentini decreto, Marcus Marinus Brixiensis, a reliquo corpore per castrationem resecuit, & e medio tollere conatus est, quam ob causam illius libri in Basileensi Talmudis editione nulla habetur copia. Equidem agnosco hæc ita evenisse, atque id factum probasse quoque eos, quibus talia excidisse dolemus. At, iterum iterumque dico, in tota Mischna ne γρῦ est, quod Christianorum sacris officiat, aut ea habeat despicatui; nec excipiendus venit liber Avoda Sara, sed is, ut mollissime dicam, mera Patrum Tridentinorum incuria, sinistraque suspicione fuit damnatus, nec nisi apud eos nunc quoque male audit, qui ne quidem ut transfugæ Talmudistas accesserunt, nedum ut exploratores. Nimirum Gentilium profanos cultus unice tangit liber iste, fœdamque quæ olim, cum R. Judas Sanctus, (utendum enim nobis hoc cognomine, discriminis ergo) ætatem ageret, Romæ dominabatur, superstitionem. Hinc solemnia Romanorum festa ibi memorantur, Kalendæ ac Saturnalia, hilaria item natalitiorum, & barbatoriæ: Mercurius & Ἀφροδίτη Numina, suis exprimuntur nominibus. Amplius, videas ibi agi de Apotheosi Imperatorum, de Signis & imaginibus Deorum, quarum tota urbs plena erat, speciatimq; avem, pilam, aut baculū manu tenentes culpantur figuræ, quibus nullæ magis crebro sese etiamnum nobis offerunt in Numis veterum Imperatorum. Sermo est de Sacrificiis, quibus tauri mactabantur, aut thura adolebantur; sermo, de cultu Solis, Lunæ, reliquorumq; Siderum; sermo, de thermis quas tantopere Romani frequentabant, earundemque dedicatione. Atque hæc fere sunt,

 quæ

quæ in eo libro de τῶν ἔξω ſacris aut moribus adducuntur, reliquum illius tractatus, (eſt autem brevior, & habet quinque tantum capita) leges, quomodo Judæi circa enarrata ſe gerere, vel extra hos caſus quoque cum gentibus converſari, aut contrahere, debeant, explet. Sed iſta, quid ad Chriſtianos a[illegible]inent? Facit tamen aliquid ad excuſandos Patres Tridentinos, quod Judæi quoque vulgo autumant, Chriſtianos notari illo tractatu; quodque recentiores Magiſtri, & Conſulti Hebræorum juris, ex iſtis contra gentiles decretis, ad Chriſtianos eorumque religionem fecere illationes. Verum, Judæis, qui antiquitatum Romanarum, & gentiliſmi ceremoniarum æque ac Chronologiæ, & noſtræ etiam disciplinæ, nullam habent notitiam, nec ſatis ſciunt, quantum æra lupinis diſtent, facile condonari poteſt is error. Illud autem auguſtum Tridentinum Sacrarium, quod, ceu Edmundus Campianus Anglus ad Academicos ratione 4. jactat, *tanta gentium varietas, tanti delectus Epiſcoporum totius orbis, & tantus Regum & Rerumpublicarum ſplendor, tanta medulla Theologorum, tanta ſanctitas, tantæ lachrymæ, tanti flores Academici, tantæ linguæ, tanta ſubtilitas, tantus labor, tam infinita lectio, tantæ virtutum & ſtudiorum divitiæ impleverunt*, ut nihil inconſiderate aut præcipitanter hic decerneret, æquum erat. Quod ſi autem libri quibus Judæi adverſus Chriſtianos abutuntur, & ab ibi in paganos dictis, conſequentias porro de nobis nectunt, abolendi eſſent, jam Sacras imprimis literas iis penitus extorquere conveniret; nam circa has maxime, corruptiſſimis eas interpretationibus depravando, malitiæ ſuæ & ſævo erga nos odio, plurimum indulgent. Eſt interea loci, ut paucis, & velut in transcurſu, id inculcem, pro Miſchnæ antiquitate, quam nequicquam aliqui in dubium vocant, aſſerenda, magnum hoc argumentum, quod nihil in ea reperire eſt Chriſtianæ religioni adverſum. Quia enim cautiones tantum adverſus paganas Populi Romani ſuperſtitiones ſuppeditat, niſi omnia me fallunt, neceſſe eſt, illo ævo, conſcripta ſit, quo Gentiliſmus longe lateque dominabatur, Chriſtiana autem religio penitus contemta & oppreſſa in cryptis & ſpeluncis latebat, nec unquam vires videbatur ſumtura. Scilicet, inde merito colligas, antecedere Miſchnæ centonum conſuturam tertium a Chriſto nato ſeculum, ſive Tertulliani

ætatem

ætatem, qua illius in Apologet. testimonio, Christiani, Romanorum gentilium jam *omnia impleverant, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola iis reliquerant templa.* At enim in hæc, & sequentia, quibus indies magis magisque invalescebat Christianismus, incidentes tempora Gemarici, non neglexerunt cavillationibus Christum Christianosque impetere, uti postmodum monebo. Sed, alterius loci est, Mischnæ, quod possumus, dare probatam vetustatem; pariter sufficiat quoque hæc de voce Talmud dixisse, quatenus Mischna isto nomine significatur. Porro, quod si eo verbo, quis Mischnæ Commentarium Gemaram intellectam velit, ultro manum ei porrigentes, fatemur ac libenter, multa ibi haberi, de quibus merito quis arbitretur, insanivisse insaniam hilarem, qui talia protulerunt. Excusant quidem hæc Judæi, integro in illum finem edito libro כפתור ופרח quo pleraque ἀνεξηγήτως aut absurde in Gemara dicta, ad commodiorem sensum rediguntur. Idem argumentum tractare promisit Menasse ben Israël l. 2. de Resurrect. c. 19. Ex Christianis quoque multi benigne de illis affaniis sentiunt, atque inter cæteros Cl. Dilherrus noster, in Atrio Linguæ Sanctæ p. 89. scripsit. *Extra controversiam est, multa* (in Talmude) *absurda, fabulosa, fatua contineri: etsi non statim omnia, quæ rudioribus videntur, talia esse deprehenduntur. Prisca enim gens Judaica, pro more omnium Orientalium, arcana mysteria per figuras, ænigmata, jucundasq; & ingeniosas enarrationes figmento & fabulis sæpe similes, explicabant: ut illis rudiores & simplicem plebeculam, ad lectionem pellicerent, & istis quasi illecebris artificiose caperent: ingeniosum autem lectorem, ad scrutanda & explicanda profunda mysteria, sub specioso cortice latentia, acutius exercerent. Hoc modo Poëta Ovidius, in libris suis metamorphoseos, Ethica, Politica, Physica, &, (ut nonnulli explicant) Chymica, proposuit.* Cæterum, ut verum fatear, quanto magis illas Gemaræ fabulas verso pensitoque, semper minus verisimile fit, multum arcanæ sapientiæ iis contineri. Differunt enim toto genere a symbolica veterum Orientalium docendi ratione, & ita concipiuntur, ut merito quis suspicari queat, nil nisi mera monstra illas alere. Est, ubi in Gemara offendas, testari ipsos discipulos, auribus animisq; suis istas Magistrorum narrationes nimium absurdas videri, verum nullum aliud responsum referre, quam dictis

ſimpliciſſime fidem eſſe adhibendam. Quem in finem mendacium ſæpe mendacio tegitur, ne perpluat. Et vero, ſi laterent magna arcana in iſtis fabularum involucris, poſſent utique ea inde eruere Judæi noſtri, atque nobis indicare, quid veteres Mythologi ſibi voluerint. Vti enim reliquorum in Gemara traditorum intelligentia, ſola fere traditione eſt propagata, ita dubium nullum, eadem opera mirificiſſimarum quoque fabularum abditos ſenſus ad ſeros nepotes perventuros fuiſſe, modo tales in ſinu haberent reconditos. Nam, quæ nunc a Judæis ad illas nugas a falſitate vindicandas afferuntur, intra meras conjecturas conſiſtunt, & plerunq; frigidiora ſunt alpinis nivibus. Neq; vero, etiam doctiores inter Judæos, aliter Gemaræ apologos vulgo accipiunt, quam ſignificatu proprio, nec ulla ratione eos vocant in dubium. Proinde, ſtandum judicio Apoſtoli, qui ad Timotheum ſcribens, Judaica commenta, ſignificanter & pulchre βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους, appellavit. Crediderim autem pleraſque veteres fabulas a Magiſtris ſic prolatas fuiſſe, ut tædium quod difficillimarum diſputationum ἀκρίβεια in animis discipulorum forte pepererat, iisdem lenirent, & ſeveriora dogmata amœnitatibus quibusdam temperarent. Sæpe quoque oſtentandi ingenii tantum cauſa, Scripturæ dictis ſenſus miros & ab omni probabilitate alienos affinxerunt; aliquando in oppoſitam partem prolapſi, verba figurate prolata, proprio ſenſu accepere, nihil moti ea quæ inde ſequitur abſurditate. Ergo fatemur, deprehendi in Gemara fabulas, easque craſſas, elumbes, & inſulſas, quin & Scripturæ incommodas explicationes. An vero ſimiliter aliqua contineat, quæ proprie, dataque opera in Chriſti Servatoris noſtri opprobrium ſic ſcripta ſint, id ambiguæ quodammodo eſt quæſtionis. Negant enim hoc ipſi Judæi, magnaque aſſeveratione id faciunt, contendentes longe alium Jeſum Nazarenum in Gemara memorari, quam qui a Chriſtianis colitur religione. Graviter idem coram Jacobo Tarraconenſi Rege, omnique ejus Aula ac Clero, teſtatus eſt R. Moſes Nachmanides, in ea quam damus Diſputatione. Quin & noſtris in Sotam lucubrationibus p. 1954. ſeqq. inſeruimus decem omnino argumenta, quibus R. Salomo Zeui in libro quem Theriakam Judaicam inſcripſit, evidens reddere laboravit, nihil prorſus ad

noſtrum

nostrum Jesum attinere, quæ in Gemara de aliquo qui eodem nomine censebatur, referuntur. Neque vero alieni sunt ab hac sententia, Viri inter Christianos magni nominis, Galatinus l. 1. de arc. Cathol. ver. c. 7. Paulus Ricius in epitome doctrinæ Talmudicæ; & imprimis Wilhelmus Schickardus in prooemio Tarich Persici. At, ego non muto judicium, quod post in Sota adductas Judaicas illas rationes subjeci, & persuasum mihi etiamnum est, nostro Redemtori unice conviciatos esse homines sacrilegos; quare autem ita sentiam, exposui causas. Interim, illud monendū, toto, quod ajunt, cœlo errare eos, qui existimant, aliisque persuadere conantur, plenis plaustris maledicta sua adversus Jesum Deum Dominumque nostrum, Gemaristas vehere. Non pensito nunc ipsarum contumeliarum gravitatem, quam quia Dei filio dictæ sunt, immensam infinitamque esse, libens profiteor; illud tantum ajo, non ita multis verbis absolvi ea omnia, de quibus quod contra Christum enunciata sint, obtinet suspicio. Nimirum perpauca sunt loca, in quibus Jesu Nazareni mentio occurrit in universo Gemaræ opere, & fere haud alia, quam quæ per saturam collegit, ac integra recensuit, V. C. Guilielmus Henricus Vorstius in Observationibus ad Chronologiam R Davidis Ganzii pag. 257. & aliis sequentibus. Sunt igitur, ceu nostra quidem fert opinio, non fabulæ tantum in Gemara, sed & aliqua in Christi honorem injuriosa convitia; atque, quia Talmudis nomine Gemara nonnunquam venire solet, recte hac acceptione de Talmude utrumque affirmabitur, imo illo quoque significatu, quo vox Talmud totum illud opus, ex Mischna & Gemara simul constans denotat. Quod enim parti alicui convenit, non potest non prædicari aliqua ratione etiam de toto, cum totum ex partibus componatur, & integritatem suam accipiat. Verum, hoc pacto, non magis de Judæorum Talmude, sive Juris eorundem corpore, quam de Corpore Civilis Imperatorii juris asserere licebit, scatere hoc fabulis ac ineptiis, nempe, quia vetus quæ ei plerunq; adjungitur Glossa, tales agnoscit, & sæpe pro parte operis venire solet. Nisi, quod receptius est, Mischnam cum Gemara, quam Pandectas Codicemque juxta cum Accursiana Glossa, uno generali vocabulo complecti. Illud tamen præterea similiter tueri non veremur

remur, esse in Gemara æque ac in Mischna, multa utilia, nec dari ullum eruditionis genus, quod non exinde juvari ac ornari queat. Possunt hæc rursus paradoxa videri, cum plerique existiment, nihil valde operæ pretium non tantum ex Talmude, sed & ullis quotquot extant, Judæorum libris addisci posse, sæpeque audias, sæpius legas, provocari ad Johannis Forsteri, Hebraicæ linguæ quondam in Academia Witebergensi Professoris autoritatem, qui sub initium Præfationis quam Lexico suo præmisit, serio ex animi sui sententia dicat edicatque: *In Commentariis Rabinorum nullam esse lucem, nullam notitiam Dei, nullum Spiritum, nullam ullius disciplinæ seu artis veram ac solidam scientiam, nullam linguarum, ac ne quidem Hebrææ linguæ cognitionem.* Quiq; sub finem illius præfationis, in hæc verba denique erumpat: *Saniorum dexeritas mihi solatio est, qui quod res est fatebuntur, & gaudebunt, Hebrææ linguæ veritatem per me esse repurgatam a sordibus Rabinorum, quibus multis jam annis defœdata & obscurata fuit. Si quis est, qui facultates suas in Rabinos profudit, qui in ipsorum Synagogis longo tempore versatus est, qui domi propriis impensis ipsos Præceptores aluit, qui ipsorum commentaria studiose evolvit, Forsterus est, & tamen (Deum & conscientiam meam testor) nihil eximii, & quod singulari laude dignum esset, reportavi. Eram illis initio adeo addictus, ut alius quisquam, sed quo olim illis fui addictior, hoc nunc sum factus infensior, quod omnem operam & oleum me perdidisse vere, sed non sine dolore, fateor.* Verũ nescio, annon arrogantiam quandam ista sapiant, & annon tam magnifice de se senserit Forsterus, ut secum renatas Hebraicas literas, omnemque spiritum ac sanguinem sibi eas debere, suoque beneficio ætatem laturas, fuerit arbitratus. Non alio spectat, insolens nimis, quam libro nominato fecit inscriptio, & quæ his verbis concipitur: *Dictionarium Hebraicum novum, non ex Rabinorum commentis, nec nostratium Doctorum stulta imitatione descriptum, sed ex ipsis thesauris sacrorum Bibliorum, & eorundem accurata locorum collatione depromtum.* Nolim equidem plane rejicere Virum cum suis lucubrationibus, atque per me hunc ducem sequantur, admittant ejus monita, nec non libro ab illo edito se oblectent, quibus id placet, non enim moror, non sum invidus. Interim exploratum habeo perspectumque, esse in Forsteri Lexico multa plane erronea, & quæ longe rectius Rabbini eum edocturi fuissent, si illos adhibuisset in consilium. Hinc non abs re nonnemo pronunciavit, satis solidiorem Hebraismi cognitionem suum

in For-

in Forstero vindicasse contemtum, nec opus esse, ut pro illa dimicemus, aut Viri graves lapsus differamus sermonibus, cum ultro sese cuivis legenti prodant. Sunt vero in promtu virorum Doctissimorum egregii libri, in quibus ob innumera quæ in illis afferuntur, Talmudis Fragmenta, ipso facto, satis superque ostenditur, multum auri latere inter quisquilias, modo quis animum manusque ad eruendum adhibeat, una cum Minerva. Testor hic lucubrationes Raymundi Martini, Petri Galatini, Pauli Fagii, Sebastiani Münsteri, Josephi Scaligeri, Cæsaris Cardinalis Baronii, utriusque Buxtorfii, Hugonis Grotii, Wilhelmi Schickardi, Johannis Drusii, Petri Cunæi, Jacobi & Ludovici Capellorum, Johannis Cameronis, Sixtini ab Amama, Samuelis Petiti, Ludovici de Dieu, Dionysii Petavii, Johannis Seldeni, Guiljelmi Henrici Vorstii, Joh. Henrici Hottingeri, Theodorici Hackspanii, Sebaldi Schnellii, Johannis Cocceji, Constantini l' Empereur, Johannis Morini, Josephi Voisinii, horumque similium illustrium hominum, quos inter præsidia sua & ornamenta numerat Respublica literaria. Eorum qui ætatem adhuc superstites agunt, nomina prætereo sciens. Facit autem præcipue Talmud ad Sacras literas illustrandas, atque ut voces, leges, moresque ac instituta veterum Judæorum, quæ in illis memorantur, probe intelligamus, tantopere confert, ut nullus in orbe sit liber, qui magis id præstet. Vtique Græcorum antiquitates discere volentes, ejus gentis Scriptores consulimus: Romanorum res, haud ulli melius docere nos possunt quam qui in Latio viventes, literis eas consignarunt. Eadem via progredimur ad aliarum Nationum consuetudines vere scrutandas, modo aliquid ab iis memoriæ traditum suppetat. Etenim, quid apud quemque populum usu receptum fuerit, cum in mero facto consistat, sic a nemine mortalium id sola conjectura indagari potest, sed testes requiruntur, qui ista nobis pronuncient. Cæterum, præter divinas tabulas, non habent Judæi librum Talmude antiquiorem, sua lingua conscriptum. Ergo cum de vocis alicujus quæ raro in Veteri Testamento legitur, significatione, cum de ritu aliquo quæstio oritur, ad Talmud confugere oportet. Et vero, illa instituta, quæ in Talmude memorantur, certo certius inter Judæos olim obtinuisse, Novi Testamenti

palam nos convincit autoritas, in quo plurima eorundem reperire est, verbis expressissimis. Proinde laudabilem operam in Quatuor Evangelistis explicandis præstitit Joh. Lightfootus, Anglus, Vir Hebraicæ literaturæ callentissimus, quando ex Talmudico maxime opere, Sacris Scriptoribus lucem afferre, & quædam obscuriora dicta illustrare studuit. Eum ego laborem quantivis facio, totus enim refertus est recondita eruditione, multaq; suppeditat, de quibus nemo Interpretum unquam cogitavit, nec sine Talmudis peritia cogitare poterat. Vtinam fata Viro permisissent, eadem ratione tractare omnes Sacrarum Literarum libros; sed, quia mors intercessit, optandum esset, ut alius per monstratam viam, ad metam contendat, magnam solidamque apud æquos rerum æstimatores initurus gratiam. Cæterum, Talmudica nobis hactenus laudantibus, de Ritibus tantum Judaicis, sive rebus antiquis, sepultis, & vetustis, sermo fuit, nam quæ fidei dogmata, veræque religionis mysteria concernunt, undecunque potius, quam ex Talmude discenda esse, libens concesserim. Quin, nec ritus omnes veteres sine discrimine probo, aut extollo præconiis, quippe quorum multos ipse Servator noster damnavit, supremiq; Legislatoris voluntati prorsus adversos esse docuit. Illud unice contendo, priscorum Judæorum, sive bona, sive contraria instituta, quæ ad notitiam antiquitatum gentis, ad intelligentiam sacrarum literarum faciunt, ex Talmude peti oportere. Equidem nolim ire inficias, multum nos in istis juvari quoque posse Josephi (hunc enim nobis objectant, hunc unice consulendũ suadent, qui erga Talmud male animati sunt) lectione, quin & in historia Judaica narranda Talmudi eum multimodis præfero. Non enim improbaverim illud Casauboni Exerc. 1. ad Apparat. Annal. Baronii: *Rabbinis in historia etiam sacra (nam in omni alia talpis ut plurimum cæciores sunt) quam parum fidei sit tribuendum, ignorat eruditorum nemo.* Verum enim vero, intra hos terminos subsistendum est, quare alteri ejusdem præstantissimi Viri pronunciato, quod est in Exerc. 16. n. 15. in omnibus non æque subscribo, cum scil. pro imperio præcipit: *Rabbinis ubi de lingua Hebraica agitur, & vocis alicujus proprietate, vel aliquo Talmudis instituto, a Christianis tribuatur non parum: ubi vero a verbis venitur ad res, aut ad historiam, vel rerum antiquarum veteris populi explicationem, nisi falli & decipi volumus, nihil admodum*

est

est illis fidei habendum. Nam, ſane hiſtorias recitantes Rabbini Talmudiſtæ,(quippe de his Caſauboni verba accipienda videntur) falſa pro veris venditant, & metachronismos comittunt ridicularios. Eſto igitur, rejiciamus illa commenta, quæ ad ortus ſuos nobilitandos, ad Judaicam gentem extollendam; & vindicandum illi præ cunctis aliis orbis nationibus prærogativam (huc enim tandem omnia redeunt) homines otio & ingenio abutentes, effinxere. Interim, cum pleriſque populis, imprimis vero Græcis, Romaniſque, commune habuerunt hoc vitium, niſi quod hi poſtremi, ad mentiendum majorem artem attulerunt & ſolertiam. Inſuper nec fuit propoſitum Talmudiſtis, aut ſuæ, aut alterius gentis hiſtorias data opera ſcribere, nam in univerſa Miſchna, nullas rerum geſtarum narrationes offendas, in Gemara raro, & obiter inſperguntur, ac per quandam digreſſionem, præter inſtitutum. At, rerum quoq; antiquarum veteris populi explicationem, a Talmudiſtis petere immerito vetat Caſaubonus, & longe aliud laturus erat judicium, ſi tantopere in Hebraicis literis, ac in Græcis & Latinis profeciſſet. Multa ſunt, quæ nos credere compellunt, vix vulgaris recentisque Rabbini ſcripta, illum cætera Doctiſſimum Virum, & cujus exiſtimationi nihil detractum volumus, evolvere potuiſſe, nedum ut in Talmudis lectione multum fuiſſe opinemur, hancq; poteſtatem ei concedamus ut de illo opere arbitrari queat, quando Cicerone pro Fontejo teſte, tantum *verbo Arbitror utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus.* Ergo, ſi quis hiſtoriam Judaicam a prima origine, ad fatale usque Reipublicæ excidium noſſe velit, huic præter Sacrarum literarum tam Veteris quam Novi Teſtamenti, etiam Joſephi lectionem omnino commendamus. Sed vero, ſi porro progredi, ſi ſcire deſiderat, quæ fuerit forma illius Templi cui ſoli ex omnibus quotquot olim in orbe univerſo fuere condita, Deus æternus non tantum gratia ſua, ſed & humanam formam indutus præſens fuit; quæ pertinuerint ad munus Summi Pontificis; quibus ritibus Sacerdotes ſacrificia & holocauſta obtulerint; quomodo officio functi ſint Levitæ; qua ratione Sabbati cæterorumque dierum feſtorum ac totius Jubilæi anni, peracta ſit religio: Item, quæ obſervata fuerint, cum mulier de adulterio ſuſpe-

cta aquis amaris potionabatur, cum hircus in desertum mittebatur, cum Sacerdotes, hominum, ædium, vestimentorumque lepras inspectabant, cum ob repertum fortuito occisum junix decollabatur, cum quis Nasiræatui se devovebat, cum jejunium publicum aut privatū celebrabatur, cum dabatur jusjurandum. Pariter si discere quis expetat, quæ leges obtinuerint in foro, qui Magistratus jus dixerint, quæ, & qualia usu recepta fuerint supplicia, quomodo bellum gestum sit. Aut, quomodo contracta sint matrimonia, & per divortium iterum soluta, quomodo primogenitorum facta sit redemtura, quibus casibus Fratria ducta sit, vel exuto calceo repudiata, quæ ingenuorum quæ servorum fuerit conditio: Nec minus, quomodo rusticati sint Judæi, quomodo araverint, & severint, quomodo plantaverint, quando messem frugesq; in horrea collegerint, quomodo vindemiaverint, quomodo decimas utrasque, & τὰς ἀπαρχὰς ex proventibus segregaverint, quomodo terræ quietem concesserint, quo pacto armenta & greges aluerint. Deniq; si perspectum habere quis cupiat, quomodo funus curaverint Judæi, & ab inde, aut aliunde contracta immunditie se liberaverint, quomodo sepulchra effoderint, quare & cui bono calce ea dealbaverint: hæc, inquam, aliaque ejus generis explorare, si quem lubido tangit, Talmud consulendum est, nam ista, illius verum sunt & genuinum argumentum, ad harum rerum memoriam servandam, earumque usum in futuris Messiæ temporibus revocandum, unice fuit conscriptum. Cum autem nihil non ex prædictis ad intellectum sacrarum literarum conferat, iterum hoc intrepide dicimus, non esse in orbe librum, qui iis, quæ extra fidem moresque vivendi in Scripturis habentur, majorem lucem fœneretur, quam Talmudicæ Pandectæ. Tangit aliqua ex narratis Josephus quoque, sed carptim & breviter hoc fecit, nec plene instruit lectorem: unde ipse quoque subinde uberiore ex Talmude petita declaratione, sumopere indiget. Fieri potest ut hæc causa sit, quod eximius & utilissimus Scriptor, tam diu desertus jacuit, nec explicatorem invenit, etiamsi publica vota, ut tandem aliquis in medium prodiret, sæpe flagitarent; atque interea haud magni momenti libri, Annotationibus, Observationibus, Castigationibus, & Commentariis prorsus onerarentur.

rentur. Nimirum, deprehenderunt utique, qui in exponendo Josepho periculum fecerunt, quod ad hanc rem, animum, Græcorum Latinorumq; Scriptorum lectione subactum afferre, minime sufficiat, sed alia insuper præsidia, quibus ipsi carebant, requirantur. Samuel Petitus tamen, Vir divini humanique juris, & literaturæ quoque Hebraicæ non minus ac Græcæ & Latinæ peritissimus, fertur luculentum Josephi Commentarium reliquisse, quem utique in pretio haberemus, si extaret. Quia vero illum fortuna nobis hactenus invidit, nunc spes & expectationes nostræ in *Stephanum le Moyne* conversæ sunt, quem nihil doctrinæ profundioris latet, quique iis adminiculis, quibus ad Josephum emaculandum illustrandumque opus est, abundat, proindeque huic operi etiam pridem feliciter manum admovit. Cui præclaro Viro, qui nos in Gallia peregrinantes, Rothomagi ubi tum morabatur, benigne humaniterq; tractavit, novum in Academia Leidensi honorificum munus Professionis Theologicæ palam gratulamur, Deumque rogamus, ut tantum Virum, emolumento Reipubl. literariæ diu servet sospitetque, & bene evenire sinat, quæ publice profutura meditatur. Supra traditis illud addendum, cum Talmud pro Corpore Legum & Antiquitatum Judaicarum venditavimus, hoc præcipue de Mischna intelligendum esse, quippe, quæ huc spectantia, ordine, & eleganter, sine ambagibus, sine fabularum incrustatione persequitur. Neque vero ibi traditorum fidem temere elevare licet, nam plerique, qui ad ejus compositionem symbolam contulerunt, Hierosolymitanam urbem ante destructionem, quæque ibi, & in regione moribus recepta fuerant, usurparunt oculis. Quamobrem de his rebus testantibus concedendum. Sane, offert se nonnunquam dissensus inter Magistros, & diversas diversorũ notare licet sententias. Sed, id plerunque ob rem nullam, aut saltem levem accidit, nec summam causæ magno afficit incommodo. Rationes discrepantiæ varias allegare possemus, præcipuarum autem meminisse satis sit. Nimirum, ut hæreses Judæorum nunc taceam, æmulatio ingens, quæ inter Hillelis & Schamæi sectas erat, non minus hic, quam in Philosophorum distinctis Scholis, multas contradictiones peperit, quin & discrimina circa mores & vivendi consuetu-

 dinem.

dinem. Et vero, tam pertinaciter utriusq; disciplinæ alumni sua tuebantur dogmata, ut in Eruvin c. 2. per universum biennium ac semestere insuper, de eo solo problemate, acerrime contendisse legantur; Num creari, aut non creari hominem satius fuerit? Conferenda sunt, quæ huc facientia Ligthfootus ad Matthæi 10,34. congessit. Potuit quoque apud nonnullos, in rebus ab ævo suo remotis, & quæ non nisi ante deportationem Babylonicam obtinuerant, ex nimia vetustate, traditioni labes aliqua adhæsisse, ut minus sincere ad hos, quam ad alios perferretur. Adde, quod ex conditione rerum humanarum, ipsi etiam ritus Judæorum, quandoque mutationem passi sunt, imprimis cum Græcis ac Romanis Dominis subjicerentur; itaque de aliis atque aliis temporibus loquentes, necesse est contraria prodant. Præter hanc autem varietatem, nullo fere Mischna laborat vitio, nec aliquid habet, quod valde reprehensionem incurrat. Iam Gemara, supplet quidem interdum Mischnæ defectus, atque ritus aliquos antiquos uberius enarrat, verum id rarius contingit. Circa illud maxime occupatur, ut eorum, quæ in Mischna tradita sunt, causas, rationes ac fundamenta pervestiget, atque doceat, cujus ex dissidentibus Magistris opinio tanquam verior sit amplectenda. Julianus JCtus in l 20. ff. de Legib. haud abs re professus est: *Non omnium quæ a majoribus constituta sunt, rationem reddi posse.* Sed Gemaricis Doctoribus alia mens fuit, iiq; conantur ubique τὸ αἴτιον exsculpere. Tanta autem plerunque hæc peraguntur disputandi subtilitate, ut vincant illæ altercationes propemodum humani ingenii aciem, & sola traditione, inter Judæos, earum explicatio habeatur. Ibi vero, is contentionis æstus, nonnunquam longissime a scopo abripit eos qui argumentis inter se putant, ita ut nulli Mercurii & Lares ipsos amplius in viam reducere possint, sed tandem ad fabulas nugasque deferuntur, atque his plusculum indulgent. Eo pacto Gemaræ disciplina, cum nulla re magis comparari potest, quam habitu temporum illorum, quæ hoc sesquiseculum proxime præcesserunt, ubi qui ingenio valebant, in Scotistas, Thomistas, aliasque Sectas divisi, nec contenti, ostendisse, quem usum in gravibus arduisque Theologiæ capitibus, præbere queat sana ratio, &, quæ ex ea nata est, Philosophia; cum

ibi

ibi non se sisteret illorum perspicacia, nec alia haberent in quibus occuparentur, ad summas inanitates prolapsi, & nodum in scirpo quærentes, argutiis subtilissimis omnia repleverunt. Dum alii contra, minus ad hæc apti, in cœnobiis latitantes, ut divite copia rerum abundarent, animum ad fingendas fabulas, tum de Sanctis in cœlo agentibus, tum de iis quos purgatorii flammis ustulari credebant, transtulere. Illud discriminis inter Scholasticas & Gemaristarum intercedit disputationes, quod Scholastici semper modum reperiunt, quo suas tricas expediant, & se exsolvant difficultatibus quas ipsi excogitarunt. At Gemaristæ, sæpenumero omnibus discussis, denique irretiti hærent, tanquam mus in pice, & liberationem a solo Messia præstolantur. Circa fabulas dubitet quis, utræ magis ineptæ sint, Gemaristarumne, an Monachorum? nec mihi nunc id negotii sumo, ut utrasque inter se componam. Fecere hoc pridem ipsi Judæi, qui Gemaræ tradita apud nos infamari videntes, ut par pari referant, nostrorum Sanctorum Legendas nobis objiciunt, quibus nos remordent. Atenim, uti Monachorum commenta quæstum iis præbuerunt maximum, ita nec Gemaricæ fabulæ omni prorsus carent utilitate, sed his nobis adversus Judæos disputantibus, vehementer opus est, ut absurditatem illarum ostentando, sanioribus nostris, de Deo, Christo Redemtore, totaque œconomia humanæ salutis dogmatibus, tanto majorem apud ipsos verisimilitudinem conciliemus, & credulitatem. Quæ hactenus de Talmude dicta sunt, si quis citra præjudicium animo recte perpendat, oportet fateatur, nequaquam in id vires & consilia conferre debere Christianos, quomodo Talmudicum opus e medio tollere, & delere queant, sed potius ipsorum multum referre, ut illæsum servetur. Quin, si maxime tam perversum, pravumque esset, ac plerique existimant, ne sic tamen Judæorum manibus illud eripere, & in ignem conjicere conveniret. Nam, & inanis est is conatus, quia Talmudis exemplaria toto orbe dispersa sunt, ut in uno aliquo loco ejus facta proscriptione, facile jactura aliunde suppleatur: &, cum vident Judæi, id agere Christianos, ut Talmud eradicent, tanto magis id propagare nituntur, tantoque acriore diligentia illud addiscunt. *Omnium rerum cupido languescit*, ait Plinius junior, *cum facilis occasio est:*

atque

atque hoc de Talmude quoque obtinet. Etsi enim summa illius inter Judæos autoritas, non tamen ei magnopere invigilant, cum usum in vita præstet exiguum, & præterea studium illius plenissimum sit difficultatis. Vulgo igitur negligitur, & ceu Cl. Buxtorfius in Synagogæ c. 46. ex Abarbanelis Nachalat Avot annotavit, sæpe Rabbini sive Doctores creantur, qui vix unum Tractatum Talmudicum legerunt. Veritatem asserti, comprobat experientia, etiam in Germania nostra, ut nihil de Lusitanis & Italis Judæis dicam, qui uti in Germania degentibus, plerunq; ditiores, ita semper fere etiam rudiores deprehenduntur. Haud uspiam magis florent Talmudica studia quam in Polonia, eamque adeunt ex aliis regionibus, qui solidioris eruditionis desiderio flagrant, atque præ cæteris eminere cupiunt. Sed, paucissimi etiam ex his, ad illud doctrinæ fastigium evadunt, ut integri Talmudis jactare queant peritiam. Sufficit tres Bavot, itemque tractatum Gittin, & alios quosdam insigniores fideliter didicisse, etiam his, qui Judices, aut Mystagogi, sive Scholarum Magistri evadere postulant. R. Zacharias ante hos viginti circiter annos, Viennæ Austriacæ novam Synagogam suo ære e fundamento excitaverat, egregiam specie, addideratque illi Cheder, sive ut sic dicam Museum, in quo discipuli viginti quatuor illius quoq; sumtibus alebantur, qui ita operas inter se dividebant, ut eorum semper aliqui, interdiu noctuq; Talmudis lectioni alternis vacarent, nec unquam fieret cessatio, nisi in Sabbato, cum ex instituto gentis, publicas in Synagoga preces fundere necesse erat. Verum, nimis breve fuit, illud, quod conditoris opinione, quin & dispositu provisuq;, æternum continuumque esse debebat Talmudis studium, & ejectis urbe Judæis, Synagoga meliorem Templi Christiani habitum induit. Audio, alibi gentium, & imprimis Hierosolymis, reperiri similes Talmudicas perennes Scholas, certum tamen est, rariores extare, & cæteroquin de Talmude discendo, communiter non admodum laborare Judæos, cum, ceu innui, vix ullum ex ea re hauriri queat commodum. Illud fortasse excipiendum, quod in iis quæ in Scholis, circulis, & conviviis habentur concionibus, ex Talmude & Midraschim petita dicta, inter se committunt, & omnis generis griphos sic efformant. Quanquam, ad talia quoq;

minime

minime exacta Mischnæ & Gemaræ notitia requiritur, & librum En Jacob tenere hic juvat. Complectitur is, per saturam, Gemaræ jucundiora quæque, ritus, historias, fabulas, & Sacrorum dictorum, sive rectas, sive contortas explicationes. Ista Excerpta tam familiaria sibi reddunt doctiores inter Judæos, ut fere memoriter illa teneant, hæc raro de manibus deponunt, sed semper lectitant, atque junioribus exponunt. Et vero, ex eodem hoc opere pleraque depromta fuere, aut saltem in eo habentur, quæ Christiani, Talmudica, hoc est Gemarica, in hunc usque diem allegarunt. Atque hæc una & sola causa est, publici, qui invaluit, erroris, Gemaram nihil aliud quam fabulas continere. Nempe, quia quæ sunt ejus generis, in peculiarem fuerunt relata librum, & breve quasi florum corpusculum ex illis effectum est, cujus odor se diffudit, & Christianis quoque suboluit, quorum plerosq; etiam in Hebraicis doctissimos, Gemaræ reliqua & potiora, sua difficultate procul arcuerunt. Quod si autem Celsi JCti sententia, *Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare, vel respondere*: quanto minus ferendum, ut ex paucis minutisque frustillis, de universa Gemara fiat judicium? Nemo enim hactenus ex nostris repertus est, qui vel unum Gemaræ librum, integrum sit interpretatus, publicæque luci exposuerit, ut constare palam queat, qualis Gemaræ genuina sit facies, quæ corporis habitudo. Solus Christianus Gerson, e Judæo in Christianum conversus, caput aliquod Gemaræ totum Germanice recensuit, sed animo comedendum & deridendum illud proponendi, quod necesse est eveniat, cum talia in vernacula, crude sine declaratione eduntur, quorum scopum ne eruditiores quidem caperent, si latine essent tradita. Minus igitur, quam Christianorum fert opinio, Judæi Talmudica studia excolunt, quippe, quæ ad meram eruditionis ostentationem comparata, scholæ potius quam vitæ inserviunt. Nam, cum quæ controversia oritur, cum jus inter litigantes dicendum, non ex Mischna aut Gemara decisio petitur, sed Europæi nostri secundum Schulchan Aruch, Orientales, secundum Maimonidis Jad sententiam ferunt, qui libri veterum scita & constitutiones nude & in legum formam exhibent. Verum enim vero, si quando Christiani Judæos Talmudis

l. 24. D. de Leg.

K lecti-

ſectione prohibere, atque illud e medio tollere ſatagunt, tum quidem hi tanto audaciores contra ire ſolent, & in eo diſcendo tuendoque nec induſtriæ parcere, nec ſumtibus. Eſt in hanc rem memorabilis, & ſi conſilium ac intentio ſpectentur, pæne dixerim invidenda hiſtoria, in Schevet Jehuda, quem librum Georgius Gentius ex Hebræo latinum fecit, ubi pag. 399. legimus: *Ex literis Feſſa Africæ urbe miſſis intellexi: Multos Hebræorum, qui ex Hiſpania ejecti fuere, cum mala ingentia ultra ferre non poſſent, quibus in itinere, dum in exilium properant, jactabantur, partim in Hiſpaniam reverſos, partim vero in obviis pagis conſediſſe. Inter illos, qui in Feſſæ regnum evaſerunt, repertæ ſunt ducentæ viduæ, partim ex numero illarum, quarum maritos, nulla prole relicta, certo obiiſſe conſtabat; quorum fratribus nubere lege tenebantur; qui, cum nusquam invenirentur, ipſæ novis nuptiis miſere fruſtratæ fuerunt. Partim vero ex illis, quarum mariti deſiderabantur; ſed an certo periiſſent, parum compertum erat: atq; ſic per legem aliis nubere prohibebantur. Hæ omnes, animis opibusq; concordes, ad urbem Saleam contenderunt; ubi magnis ædibus conſtructis una habitarunt, ſedula manuum opera quæſtum facientes: quem omnem, excepto pauxillo, quod vitæ parce ſuſtentandæ ſatis eſſet, alendis ſtudioſis ſuppeditabant.* Nolim vitio vertere Autori, quod narrationi huic ſequens ſubjecit ἐπιφώνημα: *Illuſtre raræ pietatis exemplum, in juſtiſſimis viduis omnis æternitatis tabulis merito inſcribendum.* Acciderunt iſta A.C. 1492. quo Ferdinandus & Iſabella Caſtellæ Reges, omnes Judæos, qui innumero numero erant, univerſa ditione exegerunt. Ex eadem hac gentis clade ac perſecutione, Iſaaco Abarbaneli, recentiorum Judæorum facile Principi, & cui ideo Grotium in Annotatis ad l. 1. de Jure Belli & Pacis cap. 2. n. 6. ſingulari indulgentia, *Illuſtriſſimi* elogium tribuere non piguit, occaſio nata eſt, literarum ſtudia calidius intentiusque tractandi, & præter alia, multa etiam adverſus Chriſtianam religionem, quæ, absque illo exilio fuiſſet, nunquam meditaturus erat, ſcribendi, acuente tum illius ingenium cote calamitatis. Nam ſic ipſe in fragmento quodam apud R. Gedaliam in Schalſchelet Hakkabbala pag. 64. quo libros a ſe compoſitos percenſet, denique de ſe teſtatur:

וכל הפירושים והחבורים האלה עשיתי אחר שיצאתי מארץ מולדתי
כי קודם זה הייתי טרוד בחצרות המלכים ולא היה לי פנאי לעיין
ולא ידעתי ספר וכליתי בהבל ימי ושנותי בבהלה לעשות עושר

וכבוד

וכבוד וכן אבד העושר בענין רע ואחרי היותי נע ונד בארץ וחסרתי הממון אז דרשתי ספר יי׳ : Id est: *Omnes istos Commentarios librosq; composui, postquam patrio solo egressus sum. Prius enim in Regum Aulis occupabar, neq; otium mihi erat ad meditandum, aut peritia ad scribendum, diesq; meos in vanitate, & annos in solicitudine consumpsi, ut divitias & honorem mihi pararem: atq; sic etiam istæ opes male rursus periere. Postquam autem vagus profugusq; in orbe esse, & argento egere cœpi, tum vero sacras literas sum scrutatus.* Ergo, quia nec æquum, nec proficuum est, Talmudicos libros Judæis præripere, & in rogum inferre, illud unum relinquitur, ut Christianum Gersonem audiamus, virum, quod diximus, e Judæo Christianum factum, & qui eapropter quæ ad conversionem popularium conducunt, recte probeq; nos monere potest. Ejus autem, in libello de Talmude Judæorum part. 2. c. 18. consilium votumque legitur: **Ich wolte lieber wünschen / daß alle gelehrte Christen / auch den Thalmud lesen köñten / auf daß sie die Juden auch aus ihrem Thalmud überzeigen / und den Apostolischen Catholischen Christlichen Glauben daraus beweisen und darthun köñten. So würden sonder Zweifel dem HErrn Christo mehr Juden zugeführet werden / als leider jetzo geschiehet.** Quæ, Latine sic sonant: *Optarem potius, omnes inter Christianos Eruditi Talmud legere queant, quo Judæos etiam ex ipso eorundem Talmude convincere, & religionem Apostolicam Catholicam Christianam inde tueri ac defendere illis liceat. Hac ratione sine dubio plures Judæi ad Christum perducerentur, quam nunc, proh dolor! fieri contingit.*

Plane eadem persuasus fuit, qui sub initium XV. Seculi Ecclesiam Romanam, etsi non citra status controversiam, rexit Benedictus XIII. Pontifex. Etenim, minime omnium Gregorii IX. & Innocentii IV. Prædecessorum de Talmudicis libris e medio tollendis probavit placita, sed potius, si quis alius, certe solus Romanorum Pontificum, solertissime perspexit, non tantum bona quæ insunt illis scriptis, sed & mala quoque, in Christianæ rei commodum converti posse. Proinde, utrumq; hoc negotium dedit Hieronymo de Sancta Fide. Primum, ut Judæis ex propriis ipsorummet libris veritatem Christianæ religionis probatam daret; & deinde, ut quæ inhonesta, impia & blasphema iidem complectuntur, sedulo excerperet, ac in unum conferret. Juvat de gemino

hoc mandato audire ipſum Hieronymum : De priore inquit: *Et quamvis in erronea doctrina per dictos Rabbinos ordinata, & per Judæos ad præſens obſervata, quæ Talmud appellatur, quamplurimæ vanitates, hæreſes, & abominationes ſint inſertæ, non ſolum adverſus Legem Evangelicam, verum etiam adverſus Naturæ & Scripturæ Legem, divinam bonitatem, eſſentiam & omnipotentiam, propter quæ prædictum Talmud & Obſervatores illius nimirum veniunt acriter puniendi. Tamen cum toto hoc intentio Domini noſtri Papæ, pro nunc non eſt, niſi ſolum jubere, quod per proprias ſuorum* (Judaicorum) *Doctorum autoritates, eis probetur, dictam concluſionem fore veram. Scilicet, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe fuiſſeq; verum Meſſiam & in Lege Prophetarum, quem ipſi præſtolantur.* De altero mandato ſic loquitur: *Mandavit Sanctitas ejus, mihi Hieronymo de Sancta Fide, familiari & Medico ſuo, licet inſufficienti & indigno, quatenus per libros & volumina dicti Talmud occulte diſcurrens, quasdam ex abominationibus illis exciperem, & annotarem earum errores, & in quibus libris & capitulis continentur, ut ſublimis Sanctitas & ſapientia ſua, in ejus audientia informata, poſſet de juſtitiæ remedio providere, & ſicut ejus officii & dignitatis onus poſtulat & requirit.* Haud ſomniculoſe imperata hæc exequutus eſt Hieronymus, compoſuitque libellum duplicem, quorum uno Judæos ſuo gladio jugulare annititur ; poſteriore, prave ab illis dicta ſex omnino capitibus enarrat. Nempe, *primum tractat de his quæ ſunt contra caritatem & humilitatem, legemq; naturæ. II. De his, quæ ſunt contra Dei ſervitium & ejus perfectionem. III. De his, quæ ſunt contra Legem Moſaicam & Prophetas. IV. De vanitatibus, deciſ ibus, & vitiis in Talmud contentis. V. De his quæ ſunt contra Catholicam fidem, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, minime tolerandis. VI. De his, quæ ſunt in damnum maximum & intereſſe Chriſtianorum participantium cum Judæis.* Extat uterque liber, in Bibliotheca Sanctorum Patrum Tomo IV. ſub quorũ finem ſubjungi videas ad lectoren προσφώνησιν: *Nota, qui legis, quod Anno MCCCCXII. de menſe Auguſti, hic liber utilis ſine contradictione, adverſus perfidiam Judæorum compilatus fuit per Venerabilem Doctorem, Magiſtrum Hieronymum de Sancta Fide, olim Judæum: ex cujus recitatione ultra quinq; millia Judæorum converſi ſunt ad fidem Chriſti. Vnde omnis fidelis Chriſtianus hoc opus utile, ex debito debet memoriæ tradere, tanquam munus ab æthere legatum.* Atqui, in ſecunda parte operis, Judæorum affaniæ & horribiles blaſphemiæ, ſimpliciter & nude tantum recenſentur, magna copia, nec magis unquam eas vidi coacervari. Hanc tamen ipſam, æque ac priorem Sectionem, ſervandam eſſe, cenſuit & illa, quæ & poſt ſecuta eſt,

ætas

ætas, atque utramque dignam reputavit, quam cum elogio divini muneris omnibus Christianis ediscendam proponeret. Neque vero causæ sic agendi sentiendique deesse poterant, si quidem vera sunt, quæ de conversione Judæorum post illius commentationis prælectionem, sequuta, perhibentur. Compellit me propositi ratio, ut quædam ex Partis secundæ capite V. huc transcribam. Inter alia sic ibi legimus: *Est mihi facere summe necessarium, ut Sanctissimi Domini nostri Papæ præceptis obediam, cujus Sanctitas ipsorum errorum & injuriarum, & iniquitatum rationem vult habere, & in quibus Talmud tractatibus, libris & capitulis, continentur, per quos sunt scripta Rabinos, ut ipsius Sanctitas fidei Catholicæ reverentiæ & honori (Dei justitia prævia) valeat providere, prout sua competit Sanctitati. Primum itaq; declarant in Talmud, quod Sancta Dei & Domini nostri Jesu Christi quatuor Evangelia sunt merito comburenda, quod habetur in Sabbath. Et dicit Rabbi Joseph, quod talis executio in die festo fieri debet, excepto quod nomina Dei, quæ sunt in illis, debent assumi, & sequestrari, & cæteri libri comburi. Rab dicebat, imo etiam cum eisdem nominibus comburi deberent. Item reputant sanctam doctrinam Domini nostri Jesu Christi, & Sanctorum ejus Apostolorum, idololatria deteriora: & hoc dicit R. Moses de Ægypto, in libro Madda, in lectionibus Idololatriæ:* Centum & novem Christiani idolorum cultores sunt, prima feria est dies interitus ipsorum, & ideo prohibitum est in tali die conversari eisdem, neque in alia die quacunque interitus eorum: *& glossat R. Salomon, quod* interitus *hoc loco sumitur pro festo. — Insuper infideles ipsi & iniqui, attribuunt Redemtori Domino nostro Jesu Christo omnes malitias, & injurias & contumelias, quas possunt imaginari. Primum quidem eum maleficum dicunt, ut habetur in* Sabbath *cap.* qui ædificat. *Dicunt enim, quod Jesus Nazarenus duxerat secum de Ægypto fictilia & interclusit ea femori suo quibus mirabilia faciebat, & inducebat plebem ad credendum, quod ex propria virtute faciebat, &c. Item dicunt in* Herubin *cap.* Faciens tabulas, *quod deridens omnes Doctores, vel unum ex verbis Doctorum Talmud, in stercore fœtido & profundo inferni purgatur. Et dicunt, quod quidam Doctor, cum conjurationibus fecit exire Balaah & Jesum Nazarenum de inferno, & interrogavit Balaah quam pœnam patiebatur in inferno? qui respondit: quod puniebatur in caldaria plena spermate. Et interrogant Jesum, quam pœnam patiebatur? qui respondit, quod coquebatur in caldaria plena stercoris ferventis. — Insuper etiam sciendum est, quod quandocunq; unus ipsorum pessimorum & perfidorum infidelium intra se nominat aliquid, Christianitatem aut fidem sanctam Catholicam importans aut demonstrans, illud denominant ita turpi-*

bus, ita inhonestis, ita sordidis verbis, sicut pejus aut turpius pronunciari potest in Hebraico suo sermone, & magis effrenate & impudice. Nam de Genitrice Salvatoris mundi, primo illam pollutam appellant mundi: alii publicam meretricem: Apostolos & Christi martyres, lenones; Sanctas vero, meretrices; sacratam hostiam, corpus pollutum: Crucem Christi, abominationem; Ecclesiam vero, errorem: & prædicationem dicunt ululationem: Dominum nostrum Jesum Christum dicunt spurium; Sacerdotes Dei, tonsos; & tonsuram sacerdotalem, decalvationem. Diem Veneris sanctum diem, profanum: diem festum, ruinam: & parvulos Christianos, reptilia; sponsum & sponsam murilegum & murilegam: & orationem, defectum. Possent quædam circa ista moneri. Nam, non satis accurate horum arcanorum proditorem, ea quæ Talmudici, hoc est Gemaristæ effati fuerant, recitasse, vel illa arguunt, quæ circa hujus fragmenti initium, adversus *Domini nostri Jesu Christi quatuor Evangelia* promulgata esse asserit. Nos integrum locum, quem innuit Hieronymus, supra attulimus, in quo nullus de Evangeliis sermo, & adeo verisimile est, alios omnes potius Christianorum libros, quam Evangelia significari. Sic etiam in iis, quæ mox apud eundem sequuntur, aliqua latine expressa sunt negligentius, aut prorsus imperite. Sed de his in præsentia disquirere supervacuum foret, etsi ab eo tamen mihi non tempero, ut cavere jubeam, ne quis credat, eas quæ post citatum ex Herubin sacrilegum dictum, subjiciuntur maledicæ voces, in Gemara omnes legi: Secus se res habet, & ista convitia post Gemaristarum tempora nata sunt. Cæterum, revocavit nos Benedictus XIII. Pontifex in semitam, quam, alioversus vagando, reliqueramus. Etenim illius, & eorum, qui Hieronymi de Sancta Fide opus non suppresserunt, autoritate sententiaque probatur, haud alienum esse a pietate Christiani hominis, ut liber legatur, qui totus fere nil nisi cento est eorum, quæ Judæi impie ac stolide effutiverunt. Quamobrem ne opus quidem est ad recentiorum exempla provocare, qui similiter Judaica deliria, non parca manu, aliis tamen multis de suo subinde additis, cum quadam quasi interpolatione oculis mortalium exposuerunt. Horum præcipui sunt Antonius Margarita in libello de fide Judaica; Buxtorfii, iteratis editionibus in libello de Synagoga; Christianus Gerson in libello de Talmude; Ernestus Hessen in flagello Judæorum, aliique. Nisi quod Anno 1649. Venetiis denuo Melchior Palontrot-

lontrotti libellum ex meris Judæorum & præcipue R. Salomonis Jarchi absurditatibus, ordinem librorum Scripturæ V. T. sequendo, compilavit. Is titulum habet: *Raccolta di molti errori & chimere sognate da Talmudisti sopra l'espositione della Bibbia, e riferite particolarmente da R. Salomone, doue si vede la gran cecita, nella quale è caduto l'Ebraismo, per non hauer accettato la vera luce Giesu Christo Signor nostro, vero Dio d'Israël.* Id est: *Collectio multorum errorum & chimærarum, quos Talmudistæ in expositione Bibliorum somniarunt, & imprimis R. Salomo retulit. Ex iis apparet magna cæcitas in quam prolapsa est gens Hebræa, quia non acceptarunt veram lucem Jesum Christum, Dominum nostrum, verum Deum Israëlis.* Buxtorfius senior quoq; sæpe pollicitus est, daturum se nobis librum aliquem, *de Judæorum contra Christum & Christianos eorumq; religionem plusquam Vatiniano odio, blasphemiis diris, & execrationibus*, quem tamen laboré perficere, aliæ viri occupationes impediverunt. De reliquo, quia non contenti fuerunt Judæi, hinc inde suis libris quædam quibus Christus Servator, ejusq; doctrina exagitantur, immiscere, sed ea quoq; illos dementia cepit, ut, quamvis clanculū, integris Commentariis Elencticis ex professo Christianam religionem impugnarent, hos quoque libros, ii qui forte fortuna in tam horribilia secreta inciderant, evulgare, & publicæ luci exponere non dubitarunt Christiani Zelotæ. Nullum autem magis atrox, magis detestandum scriptum adversus Christum Dominum unquam conceptum est, quam libellus Toldos Jeschu. Hujus tamen compendium, pridem Porchetus Salvaticus, Genuensis, Monachus Carthusianus, in libro Judæis opposito part. 2. c. 11. exhibuit, atque adeo Lutherus exinde id Germanicum fecit, & in Tomo 8. Jenensi pag. 119. b. seqq. repræsentat, unde recentiores multi descripserunt, suisque inseruerunt commentationibus. Vir Clarissimus, Theodoricus Hackspanius, quo magistro Hebrææ linguæ tirocinia posuimus, & cujus nunc in Academia hac, utinam bene merentes, locum implemus, cum Judæorum librum Nizzachon, qui Christianam doctrinam unice confutare, omniaque Prophetarum quibus confidimus, vaticinia, nobis præripere nititur, nactus esset, nulla mora interposita nude Hebræo sermone, illum prælo subjecit. Ex hoc infelicis ingenii abortu, postea Sebaldus Schnellius, quo & ipso olim præceptore usi sumus, vir ante mul-

te multos tum eruditione, tum pietate, succenturiato labore quædam frustatim latine interpretatus est, ac palam evulgavit. Ad hunc pium religiosumq; hominem, postquam deventum est, nostra nunc in illius, quod suspicimus, exemplo, se sistit ab autoritate factisque veterum & recentiorum petita oratio. Imo potius eam terminamus, eruditis versibus, quibus ipse in dedicatorio carmine fragmenti cujusdam Lipmanniani, quod Latinitate donaverat, sic pro sua causa institutoque peroravit:

Quisquis Latinum, quicquid ad sacros, legis
Psalmos Davidis, ac Prophetarum librum
Lipmannus arcano annotat volumine,
Sentire bene te par erit, si sis bonus.
Non Christianis subdimus tectis faces,
Et fatuus ignis est, neq; mala ponimus,
Quæ excludet alter, ova corvi dæmonis.
Melior sedet mens pectori, data memor
Mutare fidei sperno ferrea aureis.
Videre cæcitatem & ingemiscere
Genti misellæ, quibus arenis fluctuat,
Solidumq; rupem Christianismi impetat,
Chartacea ista lectione licet. Sed &
Ab impotente robur hoste trahes. Times?
Non dicta, non hæc scripta censeto tibi.
Non qui venena tractat, ocyus tumet
Peritus, imperitus abstinens sapit.

Nempe supervacuum prorsus est, ab humana autoritate in hoc negotio præsidium porro petere, & per eam probatum dare, quod nullum nefas faciat, qui Judæorum adversus Christiana sacra objectiones ac blasphemias, modo fineque legitimis, mittit in lucem. Atqui, rei istius ipsum Spiritum S. habemus autorem, qui in Novi Testamenti libris multoties, non solum versuta ac impia argumenta, quibus Servatori nostro subinde molesti fuere Judæi, recenset, sed nec a convitiis ac scelestissimis eorundem vocibus repetendis abstinet. Illo narratore scimus, Dei filium Samaritanum, helluonem, & ardelionem audisse; scimus objectum ei fuisse, quod dæmonium teneat, quod dæmone adjutore in patrandis miraculis utatur; scimus ex ejusdem relatione horrendos sarcasmos, quibus in cruce pendens & jamjam moriturus Dominus

fuit

fuit petitus. Ergo dubium nullum relinquitur, hæc quoque, ceu reliqua omnia, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν fuisse scripta, & posse pium ac Christianum hominem, bonum pharmacum parare etiam ex illis venenis.

Et vero, (quo altera hujus Dissertationis pars continetur) haud aliud de posteriorum Judæorum scelerate dictis scriptisque adversus Christum & ejus Evangelium pronunciare oportet, nec enim vel ista sua carent utilitate. Scilicet, nos Christiani, ex lectione ejusmodi librorum, agnoscamus ἐνέργειαν πλάνης quam Deus Judæis immisit; agnoscamus illam πώρωσιν, illud κάλυμμα, quod oculos eorum veritatem intueri non sinit. Perpendamus diligenter, & stupeamus, quam nihil remiserit recentior Judæorum natio, etsi multis afflicta malis, a priscorum, qui Christi ævo vivebant, impietate, ita ut semper usque & usque progenies vitiosior prodiisse videri queat, & ideo indies magis magisque in γεννήματα ἐχιδνῶν, quadret acerba Stephani objurgatio: Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς· Semel nosse licet, illam, de qua ipse, qui *primus & novissimus*, *qui fuit mortuus & vivit*, apud Johannem in revelationibus queritur, τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ σατανᾶ, ut eam perpetuo fugiamus, exhorrescamus, & abominemur; ut tanto magis in amorem Numinis rapiamur. Siquidem, tum demum vere nostra intelligimus bona, cum Judæorum contemplamur miseriam & inanias; illorum tenebræ faciunt, ut majore quodam fulgore coruscet Christianæ doctrinæ flammeum jubar. Huc respiciens S. Augustinus lib. de vera relig. cap. 6. eleganter ait: *Ecclesia utitur gentibus ad materiam operationis suæ; Hæreticis, ad probationem doctrinæ suæ; Schismaticis, ad documentum stabilitatis suæ; Judæis, ad comparationem pulchritudinis suæ.* Ista consideratio, desperatæ ac perditæ conditionis Judæorum, non potest non intimos sensus ciere ad gratias agendas Deo, pro tantis beneficiis, & ad rogandum eum supplicibus votis, ut servet nobis sua munera, neque a se nos segreget, aut deserat. Cautos nos præstabunt Judæorum errores, ut verbum Dei reverenter & caste tractemus, nec nostrorum præjudiciorum ei affricemus æruginem, aut imbellis ingenii decempeda sacrosancta metiamur

 myste-

myſteria. Haud enim aliunde Judæis illa lerna pravarum opinionum, quam quia divinas literas neglectim habent, rarique inter eos Prophetarum libros lectione dignantur, contra omnes ad unum ſuas παραδόσεις, & majorum, ſæpe futilitatis plena commenta, Scripturæ oraculis longe anteponunt, tenentque mordicus. Hinc illæ lacrymæ: Hunc ſui verbi contemtum vindicat æterna Veritas, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα· Porro, blasphemiæ perditorum hominum cum mentem ſubeunt, niſi lapides ſumus, aut ſaltem infrunito animo, ſemper nos impellent, ut pia oſcula figamus Filio, ne ipſe nobis quoque iraſcatur, & in via male pereamus, atrocioremque Judæis patiamur condemnationem. Atque, ſic impii Judæorum libri, multum facere poſſunt, ad noſtram erga Deum pietatem promovendam, augendumque timorem, quo majeſtatem illius vereri nos par eſt. Sed & amplius, iidem vehementer conferent, ut officio noſtro in amando proximo recte defungamur, atque ſic utramque paginam divinorum præceptorum, quantum fert humana imbecillitas, impleamus. Nam, ex ſola lectione virulentorum librorum quibus Judæi noſtrum petunt Servatorem, ejusque allatrant doctrinam, complectimur vim & ſenſum, Paulini, de iis hominibus pronunciati: Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· Monſtrant quippe hæc ſcripta, quantus ipſis inſit religionis ſuæ propugnandæ fervor, quanta Deum patrio more colendi contentio, quantum alieni cultus faſtidium: quamque non vereantur capitis, imo internecionis ſuæ gentis periculum adire, modo his affectibus indulgere, ſuamque exercere queant κακοζηλίαν. Vnde ſimul relinquitur, idem nobis agendum eſſe, quod in hac cauſa Sanctus egit Apoſtolus, qui ſic jam de ſeſe teſtatur: Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν· Hoc exemplum imitemur, rogemusque ardentiſſime Chriſtum noſtrum, ut ipſe verus animarum paſtor, innumeras in montibus impietatis errantes Iſraëlis oviculas, non ultra infernali lupo prædæ eſſe ſinat, ſed ad Eccleſiæ ovile perducat, & tandem ex nobis iisque unum efficiat gregem. Juxta cum votis his ſeriis, ſumma ope niti nos decet, ut Judæis viam ſalutis comiter monſtremus, atque ad

agnitionem illos perducamus cœlestis veritatis. In hoc munere exequendo, rursus summum subsidium præbent libri arcani adversus Christianam religionem ab hominibus istis compositi. Etenim revelant nobis in quibus hæreant, quid eos solicitet, & unde proveniant, hæ, quibus agitantur, intemperiæ. Debet autem omnia ista intime habere perspecta, quisquis cum Judæis de religione miscere sermones postulat, & in via ad bonam mentem ducem se præstare; nec enim morbo consulere potest, nisi qui ejus complectitur vehementiam. Senecæ apposita ad hanc rem in ep. 94 verba sunt: *Si quis furioso præcepta det, quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in privato; erit ipso, quem monebit, insanior. Bilis nigra curanda est, & ipsa furoris causa removenda. Idem in hoc animi furore faciendum est; ipse discuti debet: alioquin abibunt in vanum monentium verba.* Nec minus huc pertinet S. Hieronymi, de Daniele sociisque ejus elegans dictum, quod ex commentar. in memoratum Prophetam, extat quoque Dist. 37. c. 11. *Qui de mensa Regis, & de vino potus ejus nolunt comedere, ne polluantur; utiq; si ipsam sapientiam, atq; doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut judicent, atq; convincant: quomodo si quispiam adversus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & adversus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum.* Nimirum, est in omni disputatione grave fœdumque vitium, quod Aristoteles ἄγνοιαν τοῦ ἐλέγχου appellat, & qui illud committunt, pugnant Andabatarum more, ridiculis ictibus. Tanto magis igitur hoc evitare convenit, quando cum Judæis certamen instituitur; ardua ea res est, & periculosæ plenum aleæ opus, unde munitus, ac tam feriendi, quam excipiendi artem probe doctus sit, oportet, quisquis in gymnico hoc agone vult comparere.

Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.

Julianus Pomerius Toletanus in lib. de sexta mundi ætate, hanc pugnam collatis signis depugnaturus, emisit in præfatione prudens, nostrisque animis sedulo infigendum dictum: *Ubi de Deo, vel contra Deum aliquid agitur, periculosum est pastori, si taceat; infame, si fugiat; mortiferum, si succumbat.* Ergo omnino cum Judæis sacrum militandum bellum est, verum caute, fortiter, ac decretoriis armis.

Fertur, & est quoq; apud multa lectione celebrem, carissimumq; collegam, Georg. Matthiam Königium in Bibliotheca p. 617. Conradum Pellicanum admodum adhuc puerum, audivisse aliquando Doctorem Theologum cum Judæo de religione contendentem, adeo quidem infeliciter, ut is homo, non a suo tantum adversario, sed a muliere quoque Hebræa, quæ forte aderat, ad probrosum silentium redigeretur. Ejus autem rei indignitate commotum Pellicanum, jam id ætatis incredibile desiderium Hebrææ linguæ discendæ pectore concepisse, seque totum illi studio devovisse. Quamobrem, admittamus salutare monitum, Victoris a Carben, ex-Judæi, & Coloniæ postea in templo Vrsulano sacrorum antistitis, quo sub finem lib. I. contra Judæos, sic hortatur: *Commonendus hic es, si tibi congrediendum est cum Judæo aliquo in certamen disputationis, cogites prius necessarium fore, ut sagittis telisq; pharetram refertam habeas, quibus te ab incursione illius tueri possis. Quibus vero si careas, consilium meum plane est, nequaquam tibi cum illo conserendas manus esse, quin abstineas potius. Nam, ut & alias te sæpe commonefeci, illorum mos est a pueritia ferme, & ab incunabulis, ad disputandum adversum Christianos institutos esse, atq; indies institui a suis majoribus. Etenim id ita cautum apud eos, imprimis de doctrina suæ legis, sibi provideant semper, ut sciant in promtu respondere, unicuiq; vel hæretico suæ sectæ, vel alias utcunq; infideli, ut ipsi arbitrantur, si quid sciscitatus ille ab eis fuerit.* Atque sane, qui infirmis argumentis cum Judæis confligantur ac dimicant, non tantum inanem operam sumunt, sed & illos reddunt obstinatiores, augentque eorum erga Christianam religionem contemtum ac aversationem. Dum enim credunt Judæi, nostram religionem tam arenosis superstructam esse fundamentis, non possunt non illam & ridere simul, & detestari. Id ne fiat, & ne oberrantibus cæcis, adversus Dei præceptum, lapides in mediam viam projiciamus, ad quos impingant, bona fide tandem tractemus, hoc conversionis Judæorum negotium, & accurata industria. Exploremus hostium nostrorum vires, quid in acie, quid in insidiis, quid in auxiliis habeant; scrutemur consilia, omnesq; machinationes; & postquam cuncta perspecta nobis sunt cognitaq;, & idonee nobis cavimus, tum impetum in eos faciant

Sic nostri numeri, junctæq; umbone phalanges.

Enim vero, sicuti in profanis bellis, exploratorum, Ducumque

disti

diſtincta fere ſunt munera, atque illi de hoſtium rebus renunciant, hi, ſecundum ea quorum indicium acceperunt, deliberationes actionesque attemperant; ita ſimile quid, in ſacra hac expeditione obſervare licet. Non enim iidem ſemper valent prælium adverſus Judæos inſtruere, qui arcana eorum ſunt expiſcati; contra in aliis, non quidem pugnandi pro aris Numinis noſtri ars & prudentia, ſed tamen notitia Judaicorum argumentorum deficiunt. Eſt nunc quaſi vaſtum quoddam pelagus Theologiæ ſtudium, & tam multa, tamque varia iis, qui ei ſe commiſerunt, ac alta petunt, neceſſario diſcenda offeruntur, ut vix ſpatium concedatur Rabbinorum & Talmudiſtarum reconditis abſtruſisque commentariis cognoſcendis animos occupare. Facile enim nomen gradumque Theologi tuetur, qui illorum librorum ſenſa non aſſequitur, ac ſatis eſt Divinarum Scripturarum volumina in lingua primigenia intelligere, & cum variant Interpretes, ex multis diſcrepantibus translationibus, advocato in conſilium Grammatico Rabbino, meliorem eligere poſſe. Nempe, ſi quis ultra velit progredi, &, (ne de Arabicis ac Syriacis nunc dicam) Rabbinorum difficiliores libros cum Talmudicis evolvere expetat, poſcit hic quoque labor, integrum hominem, integram vitam hominis. Ἴσασιν ὅσοι μεμυημένοι, nihil a me perperam dici; tum vero ſæpe nulla magiſtrorum ad hanc rem, nec librorum copia. Quæ cum ita ſe habeant, indubitanter conſequitur, id facto opus eſſe, ut Eruditi mutuas ſibi tradant manus operasq;, hoc eſt, ut Philologi bona mala Rabbinorum ſcripta in idioma latinum convertant, Theologi vero iis in commodum Chriſtianæ religionis, & ad profligandos illius inimicos utantur. Obligat utrosq; ad hæc præſtanda, officii & pietatis ratio, & tanto magis Philologos, quo pauciores in hanc usque diem ex Judæorum libris interpretatione fuere illuſtrati. Qua in ſententia, gaudeo me adſtipulatorem imo vero ἐργοδιώκτην habere, *τὸν πάνυ Hermannum Conringium*, in præfatione quæ Paradoxis de Nummis Hebræorum eſt præmiſſa, cujus dictum, alia noſtra quæ antehac diſſeruimus, ſimul inſigniter confirmans, hoc loco integrum afferendum eſt: *Reapſe*, inquit, *Judæos cæcitate illa divina laborare, clariſſimo ſane indicio eſt, vel illa Talmudis veneratio. Ideoq; expedit quammaxime, ut codicis*

 illius

illius impia vanitas in apertam lucem protrahatur. Enim vero Innocentius IV. Papa in Bulla quadam voluit in Gallia Talmudis exempla omnia comburi: inesse enim illi, blasphemias in Deum & Christum ejus ac Beatam Virginem manifestas, inextricabiles abusiones erroneas, ac stultitias inauditas : *Illa autem flammæ pœna nemo Judæorum posset emendari, potius augeretur hinc eorum pertinacia. At si volumen illud ejusq; improba absurditas in omnium conscientiam producatur, & Judæis pariter id profuerit, & Christianis. His scilicet præbetur occasio, Deo majores agendi gratias pro misericordi illuminatione, quæ nobis obtigit Spiritus S. beneficio: simulq; monebimur omnes, ut pergamus Deo servire in timore ac tremore, ne subtracta divina gratia in similem cæcitatem prolabamur. Judæis vero poterit tunc demum ob oculos poni, divina, quam patiuntur, indignatio: ut ita manuducantur ad agnitionem illius criminis, quo tantam Dei maledictionem commeruerunt. Non potuit hactenus justa felicitate hoc agi, quod Talmud raro fuerit in Christianorum manibus, & spretum vel damnatum magis quam adhibitum in justum usum. Cœperunt sane non adeo pridem deniq; verti in linguas vulgo notiores quædam Mischnæ partes, Gemaræ tamen perpauca. Ex re autem esset & Christianorum & Judæorum, verti omnia. Hoc animo equidem gratias ago iis qui hactenus hanc curam subierunt: rogo præterea omnes, quos Deus linguarum peritia exornavit, vel imposterum ornabit, ne graventur hanc molestiam interpretandi suscipere, certo confisi, velut Ecclesiæ magnum hoc ipso fructum sunt allaturi, ita Deum fore largum remuneratorem.* Spectant huc vehementer, ea, quæ pridem Lutherus tom. 8. Jen. fol. 12. b. quamvis de Alcorano scripsit: Ich hätte gern den Alcoran selbst gesehen/ und wunderte mich/ wie es zugienge/ daß man den Alcoran nicht längst hätte in die Lateinische Sprache bracht/ so doch der Mahmet/ nun länger/ dann neun hundert Jahr regirt/ nnd so grossen Schaden gethan hat/ doch niemand sich darum angenommen/ zu erfahren/ was Mahmets Glaube wäre. Sind allein damit zu frieden gewest/ daß Mahmet ein Feind Christliches Glaubens wäre: aber wo/ und wie/ von Stuck zu Stuck/ ist nicht laut worden/ welches doch vonnöthen ist zu wissen. Latine sic sonant: *Libenter ipsum Alcoranum vidissem, & miror qui acciderit, quod Alcoranus non pridem in Latinam linguam fuit conversus, cum tamen Mahometes jam ultra nongentos annos regnum teneat, & tanta damna intulerit, nemine id agente, ut perquireret, quæ Mahometis esset religio. Hoc solo contenti erant, quod Mahomet sit hostis Christianæ fidei: sed qua*

ratione,

ratione, & quibus in Capitibus, non innotuit, quæ tamen scire opus est. Ecquis non videt hanc querelam longe potiori jure de Judæorum ad suos errores pertinentibus libris nondum Latine extantibus, institui posse? Nam, cum illos angues in sinu nostro foveamus, Muhammedis autem cultores a nobis separati ac remoti degant, magis a Judæis quam a Muhammede nobis imminet periculum, ac eapropter non tam hujus, quam istorum veneni vim mortiferam evulgare, suadet ratio. Probe ista intellexit Conradus Graserus, vir doctioribus in Hebræa literatura merito accensendus, qui, in præfatione libri, quo visionem Danielis cap. IX. expressam, dilucidat, talia sermocinatur: *Legi Sepher quendam Nizachon, qui inter Judæos circumfertur, conscriptus Stylo pure Hebraico, in quo Christiana religio XVII. argumentis acerrime oppugnatur; & Judaismus vicissim XXXV. argumentis, si recte memini, contra eandem asseritur. Autor etiam, seu potius autores (nam constat in eodem adornando plures laborasse) Lutheri & Calvini scripta allegant. Cumq; me stylus pure Hebraicus valde afficeret, constitui eundem latine interpretari: nisi Judæus, qui codicem mihi mutuo dederat, cum hoc ex meo incauto sermone subolfecisset, eum mira vafritie denuo mihi extorsisset. Quod propterea heic adduco, ut si forte deinceps tale aliquid in virum bonum incideret, (quamvis talia a gente diligentissime occultentur) operam in eo suam Ecclesiæ non deneget.* Cæterum, aut nimis mea me decipit opinio, aut singularis divinæ Providentiæ opus est, principio, quod a paucis his annis, quædam egregia (cogor de aliis parce loqui, quia æmulum & imitatorem me habent) ingenia, viam ad adeundos Judæorum quosque & adeo Talmudicos quoque libros straverunt. Amplius, hoc pariter soli dispositioni Dei Optimi Maximi acceptum refero, quod arcanissimi Judæorum Manuscripti libri, quibus omnia mysteria illorum continentur, & qui diu hactenus absconditi latuerunt, summaque cura custoditi fuerant, nunc nobis obtingunt. Notatu dignissimum est, quod Lutherus tom. 8. Jen. fol. 75. suæ ætatis Judæos, cum rem prioribus seculis insuetam, Hebrææ linguæ studia in Germania excoli, & illius literaturæ Professorem Witebergæ constitutum viderent, verbis jactasse prodidit: **Weil wir Christen ihre Bücher begunten zu lesen / sols bald besser werden:** *Quia Christiani illorum libros legere incipiamus, mox res in melius immutatum iri.* Non decepit homines opinio, nec omnino falsa

mens

mens eorum augurata eſt, etſi ipſi aliorſum, atque negotium ſucceſſit, reſpiciebant. Haud enim temere, vel fruſtra, circa initium ſuperioris ſeculi, cœpit, ut nonnemo loquitur, Germania hebraicari, ſed, hoc Deus voluit, nec aliter poterat Eccleſia, a labe, quæ ex temporis & humani ingenii vitio ei adhæſerat, per quandam quaſi luſtrationem repurgari. Nam, ut pura & ſincera rurſus fieret, neceſſe erat, ut Scripturæ ſacra oracula, in authentico ſermone, quo fuerant edita, intelligerentur, & ut gradu dejecta, quæ diu dominatum imerito exercuerat, Latina verſione, Hebraica veritas reſtitueretur in locum. Proinde, æque ad reformandam ac formandam Eccleſiam, Deus Doctores & Apoſtolos dono linguarum ſecundum menſuram & modum, quem ipſe cuique negotio proficuum ac neceſſarium ſciebat, inſtruxit. Hinc eorum qui hanc ætatem præceſſerunt, cordatiſſimorum (hoc enim elogio merito illos appellem, quippe & antiquis Ennius tria corda habere dicebatur, quod loqui Græce, Oſce & Latine ſciret,) virorum, ea maxime fuit occupatio, ut ſacras literas ex ſuis fontibus exponerent, ſenſumque illarum rimarentur, quem variis in latina & vernaculis linguis verſionibus, Commentariisque propoſuerunt. Et vero, Dei beneficio, Hebraismi purioris ac dialecti qua Spiritus S. uſus eſt, ſtudium, intra ſeculi unius ambitum, tam feliciter hactenus excultum fuit, ut ipſos recentiores Rabbinos hac in parte longe antecellamus, &, ſi nobiscum Chriſtiani vivimus, nec alios extra quærere laboramus, nihil magis deſiderari poſſe videatur, & abunde beati ſimus. At, quia præterea noſtro ævo, miſericors Numen, non paucorum animos, Judæorum difficiles ac ſecretos libros tractare compellit, & cum prius nulla ratione tales nanciſci & vel ſolum Talmud integrum vix oculis uſurpare liceret, ultro nunc omnia quibus opus eſt offert, fallor, an eſt hoc quoque magnæ alicujus rei omen, & multum habet id in receſſu? Vtinam vero hac vice non fallar, & ut, ceu Judæorum habet formula, במהרה בימינו *brevi, ac in diebus his noſtris*, id eveniat, quod de omnibus numeris abſoluta gentis converſione, ante mundi decretorium diem eventura, præter alios Divinos vaticinatores, imprimis Paulum Apoſtolum prædixiſſe, omnis, uno Hieronymo demto, credidit pia antiquitas, crediderunt ex poſterioribus

quoque

quoque viri morum sanctissimorum, & inter θεολογικωτέρους numerandi; quorum plerorumque testimonia, Piis suis desideriis superaddidit nuper Vir Insignis, Philippus Jacobus Spenerus pag. 153. seqq. Interea temporis nos Christiani quoque minime compressis manibus sedere, verum ad Judæorum conversionem expeditiorem reddendam, consilia & vires conferre debemus. Saltem id agendum, ut errores hominibus suos monstremus, & os iis probe obturando, operam demus, sentiant, non impune in religionem nostram illuserint. Si verum fateri volumus, hactenus paulo remissius hoc præstitum est, & majus studium fuit, domesticos motus componere. De Judæis, ab omni memoria pauci soliciti fuerunt, quin & plurimi ex iis ipsis, qui cum his potissimum hostibus confligere decreverant, non semper robur & æs triplex circa pectus habuerunt, & pro duris telis, sæpe ficulneas hastas secum attulere. Josephi Scaligeri, hoc, in Excerpt. p. 185. dictum legimus: *Judæi hodie cum disputant, sunt subtiles. Justinus Martyr quam misere contra Tryphonem scripsit, & Tertullianus? Debet esse valde peritus Judaismi, qui Judæos volet reprehendere & refutare. Mirum Christianos contra se scribere, non contra Judæos. Judæi contemnunt Christianos, non credibile est, quod docti sint, & subtiles Judæi, sunt convincendi ex Talmud, non ex Novo Testamento, ridebunt. Mirum est neminem rei illi studere, miserum, quod nos Christiani contra alios scribamus, & nemo contra Judæos.* Quæ incomparabilis Herois, eadem meum animum crebro subiit miratio, atq; id imprimis ostento mihi simile visum est, quod in Romana Ecclesia observavi. Jactat ea, se ad fide Christiana imbuendos rudes ac idololatras homines, Sacerdotum & Catechetarum in remotissimos orbis angulos quotannis integras colonias emittere. De horum successu, quo in China, Japonia, & alibi inter ultimas gentes utuntur, plenos libros habemus. Narrant enim nobis quantæ catervæ in singulos prope dies Christo accedant, quam nullis laboribus parcant illi præcones, quantas molestias devorare cogantur, quam rerum naturam, quoties miraculum edere collibitum est, ad suos nutus obsequentem habeant; & quantis denique tormentis a paganis lacerati, pleriq; tandem indigne mortem obeant. Videram Romæ illas magnificas augustasque ædes, quibus *Collegium propagandæ fidei*, nomen, unde tanquam ex alveari quocunque terrarum provolant isti, ceu

M vocan-

vocantur, Missionarii, instructas Præfecto Cardinale, immensis opibus, &, quod ego maximum reputabam, typographia, quæ omnes alias Europæ, characterum peregrinorum & in his oris vix unquam visorum apparatu, facile superat. Cæterum, illud mente tacitus mecum frequenter volvebam, ecquæ causa esse posset, quod tantis impensis, tantis cum periculis, tanta contentione, de gentilibus ad Christianismum perducendis curam Pontifex suscipiat, Judæorum interim, quorum, ne de aliis locis dicam, Romæ adeo, & in universo Ecclesiastico Statu incredibilis multitudo reperitur, pæne omnino incuriosus. Habetur sane Romæ (nam in aliis Papæ subjectis urbibus, ne hoc quidem contingit) singulis Sabbatis, in templo quodam huic rei dicato, a monacho quodam Dominicano concio, cui ex Judæis viri fœminæque definito numero interesse coguntur. Sed concio, ut ita dicam, mere profana, quam ne preces quidem pro Judæorum conversione comitantur, & quæ plerunque nullius controversiæ jugulum premens, circa genu, tibiam, aut talos hæret, multis insuper sannis ad exagitandos tantum Judæos est composita. Eapropter hi quoque in risus, & screatus se resolvunt, & Concionatori suo frequenter obganniunt. Adest, qui hoc casu ingenti pertica in eos animadvertat, quod cum exequitur, ibi tum turbæ fiunt, ita ut pausam interdum facere cogatur præco, qui deinde postquam ad clepsydram verba fudit, eodem carpento quo advenerat, splendide domum revehitur. Delineo rerum faciem, prout mihi Romæ viventi objiciebatur. Fortasse aliis temporibus minore strepitu ista peraguntur, & magis serio; certum tamen est, nihil frigidius & negligentius Romanum Clerum tractare quam Judæorum conversionis negotium. Ad Gentiles Christiana fide imbuendos ignotarum nationum linguæ addiscuntur, transmittuntur maria, fiunt apud barbaros, ceu fama est, cum vitæ præsentissimo discrimine, quotidianæ exhortationes, quibus pondus ac autoritatem miracula crebra, manifesta, & hominum mentes percellentia, conciliant. At de Judæis, qui in ipso gremio Pontificiæ ditionis nutriuntur, qui familiariter cum multis ex clero agunt, qui cum monachis assidue conversantur, & emendi vendendique commercia intra ipsa asceteria exercent, a superstitione liberandis, nemo

valde

valde ſolicitus eſt,cum tamen citra periculum huic officio liceat vacare. Nullius linguæ minus,quam Hebraicæ,ſtudium, Romani Clerici excolunt, nullorum infidelium aut hæreticorum converſionem ſegnius quam Judæorum exoptant,& non tantum labori, vigiliis impenſisque in eam rem parcunt,ſed,nec illam oſtenta faciendi vim, quæ pretio non emta, & ſolis verbis, in Dei gloriam (agitur autem hujus utique res inter Judæos) abſolvitur, in illorum vicis unquam exercent. Quin, ſi tanta e longinquis regionibus adorea, annon per omne Turcicum Imperium,per Perſiam totamq; Africam diſperſi agunt infiniti Judæi,informationis indigi? Sed horum quoque in gratiam,quenquam Miſſionarium iter aliquando ingreſſum eſſe,nunquam fando accepimus. In naſcente Eccleſia Principes Apoſtolorum partiti inter ſe fuerant munus ſuum,& Petrus Judæos,Paulus gentiles,viam ſalutis docere ſuſcepit,unde hujus ad Galatas dictum: Πεπίςευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυςίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς· Peculiare quoq; mandatum a Chriſto Magiſtro Petrus acceperat,ςηρίξαι τοὺς ἀδελφοὺς, *confirmandi fratres*, quales ſine dubio Judæi ſignificabantur. Eſto igitur, referat nobis in cæteris Petrum Apoſtolum Romanus Pontifex,ejusque exprimat exemplum. Saltem hactenus autoris ſui veſtigia minime legit, quod præ Judæis gentiles complectitur, horumq;magis,quam illorum æterna comoda,quantum in ſe eſt, procurat, plane quaſi in Pauli,non Petri locum ſucceſſiſſet. Iſta mecum volutanti,nata eſt ſuſpicio, fieri poſſe, ut hic quoq; ſuos nonnihil manes Romana Curia patiatur,& ideo accuratiorem de gentilibus quam Judæis convertendis adhiberi ſolicitudinem, quod gentiliũ converſio pontificiæ ſcenæ potius inſerviat, ejusq; rem augeat gloriamque. Videlicet,ſi ad unum omnes Judæi,qui in Eccleſiaſtico Statu degunt,Chriſto nomen dent, ejusq; meritum & paſſionem agnoſcant,non redditur Romanæ Sedis conditio vel hilo melior, imo fortaſſe aliquid ei decederet etiam,nam Judæos gravioribus quam Chriſtianos tributis onerare,mos & ratio poſtulant Sed, nec alibi morantes Judæi, commodi ſpem admodum præbent, ubique poteſtate deſtituti,ubique ſine capite,

— *Extorres, alienaq; regna tenentes,*
Sub gravis exilii ſervitiiq; modo.

At, apud Barbaros, cum bene succedunt res, & tractu temporis, non plebeji tantum homines, sed Principes quoq; nomina inter Christianos profitentur, crescit majestas & existimatio Ecclesiæ Romanæ, & fiunt insuper novæ nationes fisco illius tributariæ. Hæsitantem in hac conjectura, firmavit scitus libellus, *Interets & maximes des Princes & des Estats Souverains*, quem ab Illustri Roanensi Duce conscriptum esse, creditur. Ejus pag. 133. legas: *Il faut sçauoir la maxime politique des Papes, qui ne cherchent qu' à bailler des Principautés, a la charge de les conquester: dont ils donnent en suite l' investiture aux conquerans, s' attribuans par ce moyen des droits temporels sur les Royaumes. Paul troisiéme en a fait un illustre exemple. Les Rois de Maroc & de Thunis s' estant convertis à la foy catholique, & ayant esté à Rome prier sa Sainteté qu'il luy plût leur donner rang entre les Rois Chrestiens, selon la dignité & la grandeur de leurs estats: apres qu'ils furent cathechisez & baptisez, le Pape leur demanda tribut de leurs Royaumes pour les auoir fait Chrestiens, & voulut mesme exiger de grandes impositions de leurs estats, afin d' entretenir, ce disoit-il, grand nombre d' ecclesiastiques & de religeux qu' il vouloit establir dans leurs Royaumes; les charges que le leur demandoit, estoient de six cens mil escus payables pour une fois, deux cens mil escus pour l' entretien desdits ecclesiastiques, & par chaque année cent mil escus de tribut, & cinquante mil aux religieux. Les Rois estant de retour dans leurs païs d' Afrique, quitterent la religion catholiq. que cette tirannie leur auoit fait haïr. Ce Pape Paul III. fit aussi la mesme chose a deux Rois des Indes.* Id est: *Oportet notare arcanum dominationis Pontificum, qui nihil aliud quærunt, quam ut principatus aliis tribuant cum conditione illos occupandi: eorum deinde investituram conferunt victoribus, atq; hoc modo jura temporalia in regna sibi vindicant. Paulus III. ejus rei illustre exemplum dedit. Maroccanus & Tunetanus Reges amplexi fuerant fidem catholicam, Romamq; petierant, rogantes illius Sanctitatem, locum ipsis assignare dignaretur inter Reges Christianos, pro dignitate & amplitudine eorum ditionis. Cum capita Christianæ religionis didicissent, & baptismum admisissent, petebat Papa tributum ab illorum regnis, quod ipsos Christianos fecisset, quin & magnos census ex illorum regionibus exigere nitebatur, ut, ceu ferebat, ingentem numerum Sacerdotum & Monachorum alere posset, quos in ipsorum regna ad ibi morandum esset missurus. Intra hæc autem consistebat Papæ petitio, ut semel nunc sexcenta millia coronatorum solverent, ducentaq; millia alendis dictis Sacerdotibus, annuatim deinde centum millia tributi loco, & millia quinquaginta Monachis penderent. Reges domum in Africam reversi, repudiabant religionem Catholicam, cujus odium ista tyrannis apud eos conciliaverat. Idem Papa Paulus III.*

rem

rem eandem erga duos Indiæ Reges exercuit. Tenemus ergo, quid missiones in partes infidelium in recessu habeant, & quo præcipue tendant. Adeo piget gratis bonum esse, & commune omnibus præceptoribus didactrum poscere, ne artem suam ipsi turpiter prostituisse videantur. Atenim missionum quæ tantopere deprædicantur, in partes infidelium, hæreticorumque, alia insuper secreta nobis detegit Autor scriptionis il Vaticano languente part. 2. p. 487. seq. e cujus dictis, id quoque discas, minime ab iis, qui has expeditiones suscipiunt, mendacia proloqui, & quæ facta non sunt, pro veris venditare, alienum esse. Sic rursus Pasquinus, Marforius, & Gibberus Rialtinus invicem confabulabantur. PAS. *Quello che mi dispiace sommamente, che la Congregatione de Propaganda Fide, manda in paesi Hereticali per la conversione degli Heretici alcuni Missionari, che non sanno ne meno legere l' Euangelio di Christo, onde per lo più in luogo di conuertir, son conuertiti, con scorno della Santa Sede*. MAR. *Missionari titolari, perche non fanno alcuna funtione, essendo questo carico di Missionario dato solo, per poter sotto questo pretesto scroccare qualche Dottorato, in modo che quando vn Cardinale vuol' auanzare vn Frate suo dipendente, se per sorte questo si sconstra d' essere ignorantissimo, senza speranza di poterlo per il mezzo delle scienze solleuarlo al grado di Dottore, gli farà dare vna patente di Missionario* In partibus infidelium, *per lo spatio di tre anni, e nel fine poi dell' vltimo, lo fa dechiarar Maestro*. GOB. *Ma doue si ferma durante il tempo di tre anni? non va effettiuamente a predicar la fede di Christo?* MAR. *Appunto. Se ne passera in Inghilterra con vna spada in cinto, trattando qualche negotio meccanico, per alcuno de' suoi prossimi Parenti, doue sguazza per qualche tempo, e poi assistito de suoi amici, accommoda vna fede falsa, con la quale fa vedere d' hauer conuertito le migliaia, non che le centinaia d' heretici*. GOB. *E con questo ingannano l' innocente Congregatione, col cauarne la patente del Magistero*. Hoc est: PAS. *Illud mihi maxime displicet, Congregationem de Propaganda Fide, ablegare in regiones Hæreticorum, ad convertendos Hæreticos, aliquos Missionarios, qui ne quidem legere possunt Christi Evangelium, unde plerumq; invicem ut alios convertant, ipsi convertuntur, cum Sanctæ Sedis opprobrio. MAR. Sunt Missionarii solo nomine, non enim ullam functionem sacram exercent, sed missiones ideo tantum iis conceduntur, ut hoc prætextu Doctorales honores queant immerentes adipisci. Nempe, cum quis Cardinalis Monachum sibi obnoxium ad majora evehere postulat, atq; is forte penitus rudis deprehenditur, nec spes apparet, quod doctrinæ beneficio in gradum Doctoris eum queat extollere, curat ei dare*

 diplo-

diploma Missionarii. In partibus infidelium, *ad spatium triennii, atq; sub finem ultimi anni, facit ut proclametur Magister. GIB. Sed ubi durante triennio agit? annon vere proficiscitur ad fidem Christi prædicandam? MAR. Sane vero. Petet fortasse Angliam gladio latus cinctus, ibiq; in gratiam alicujus e proximis cognatis quid rei mechanicæ tractat. Postquam per tempus aliquod genio indulsit, adjutus ab amicis, producit testimonium falsum, quo commonstrat, non centurias solas, sed myriadas Hæreticorum se convertisse. GIB. Sic decipit innocentem Congregationem, eiq; diploma Magisterii extorquet.* Enim vero, non solas mechanicas artes exercere, aut mercibus commutandis in Britannia vacare istos homines, nunc eventus & sæva seditionum flamma docet, quæ postquam doloso cineri diu fuerat supposita, hoc ipso, quo ista scribimus tempore, cum terrifico fulgore impetuque erumpit. Sed de his Regum tutelare Numen viderit, atque

—— *Pro talibus ausis*
Persolvat grates dignas, & præmia reddat
Debita.

Nos interea loci ostendimus, ad id conducere Judæorum quibus Christiana religio oppugnatur, libros, ut quod magnum ad victoriam momentum affert, hostem nostrum, antequam cum eo congrediamur, recte noscamus. Addendum his porro, eosdem suppetias nobis insuper ferre in ipso conflictu. Etenim, incauti illi adversarii, sæpe arma accipiunt, quibus magis læduntur, quam nocent, & tela vibrant, quæ ad nihil prosunt, quam ut in ipsos rejiciantur. Tum vero ea Veritatis, maxime cælestis, vis est, ut se plane opprimi non patiatur, & si minus omnem suum vultum ostentare queat, saltem stricturas radiorum subinde emittat. Itaq; observare licet, cum ad Dictum aliquod Classicum Sacrarum literarum, quo noster Messias exerto velut digito monstratur, deventum est, quam se torqueant, isti corruptores, non interpretes, quantas strophas & sycophantias excogitent, quantis distortionibus & depravationibus utantur, ut vaticinii robur enervent. Quo autem magis ipsi Divina testimonia pytismate suo conspurcare laborant, eo melius nitent, labemque refugiunt. Proinde & desperatæ illorum causæ, & exulceratæ conscientiæ, vix aliud certius argumentum est, quam variæ, multumque a se invicem distantes opiniones, quas circa eundem Scripturæ locum comminiscun-

nifcuntur, & ex fe fingunt tanquam aranei. Cæterum, in nostras res tractare, & de iis difquirere volentes, apte quadrat, & ex omni parte convenit, illud Lactantii l. 5. Divin. Inſt. c. 2. de nescio quo, æquali fuorum temporum in Bithynia Philofopho, qui ipfe quoque tres libros contra religionem nomenque Christianum evomuerat, prolatum : *Ubi religionis contra quam perorabat, infirmare voluit rationem, ineptus, vanus, ridiculus apparuit, quia gravis ille confultor utilitatis alienæ, non modo quid oppugnaret, fed etiam quid loqueretur nefciebat.* Quamobrẽ eundem apud nos fructum referunt Judæi antagoniſtæ, quem retuliffe iſtum Philofophaſtrum verbis mox fequentibus memorat Lactantius: *Nam*, inquit, *fi qui noſtrum affuerunt, quamvis temporis gratia conviuerent*, (fic eſt in Lugdunenfi, qua utimur, editione : verum MS. noſter Codex, utique multo melius pro poſtrema voce, habet *conticerent*) *animo tamen derifere, utpote cum viderent hominem profitentem, fe illuminaturum alios, cum ipfe cæcus effet : reducturum alios ab errore, cum ipfe ignoraret ubi pedes fuos poneret ; eruditurum alios ad veritatem, cujus ille ne fcintillam quidem unam vidiffet aliquando : quippe, cum fapientiæ profeffor, profligare fapientiam niteretur.* Proinde, oſtendendum eſt Judæis, quam turpiter fe dederint ipforum Hyperaspiſtæ, fuis Disputationibus, quam ignari fint dogmatum inter Chriſtianos receptorum, quanta prodiderint falfa. His animadverfis, illi labafcere occipient, contra Chriſtianæ religioni commendatio accedet, & rurfus quod in perniciem fuerat excogitatum, convertetur in noſtram non folum, fed & Judæorum falutem. Nimirum, hoc femper egit cœleſtis Providentia, ut portæ inferorum non tantum non vincere poffent Ecclefiam, fed etiam ingratiis famulari ei interdum, & incrementis illius occafionem præbere cogerentur. Obfervavit id circa Chriſtianis a Porphyrio objecta fcripta, Vir fummi judicii Hugo Grotius, & de iis per epiſtolam, quæ eſt inter ad Gallos exaratas 182. numero, decus Galliæ & feculi noſtri, Nicolaum Fabricium Peirefcium, Senatorem Aquenfem, fic affatur. *Mitto, Vir Nobiliffime, nonnulla e Porphyrii libris, allata a Chriſtianæ fidei defenforibus, unde cognitu facile, quam multa in eundem ufum derivari poffint e libris ejus, fi totos haberemus ; illos præfertim, quos contra Chriſtianos cum fcriberet, plurima ipfe in fe & fuos arma porrexit. Veneno, quod ineffe iis libris poteſt, fatis parata remedia, ex tot Chriſtianorum Apologeticis fcriptis : illis præcipue, quæ contra Celfum Origenes, contra Julianum*

Cyril-

Cyrillus commentati sunt. Quare ad egregium publicum pertinere arbitror, ut illi libri sint in manu eorum, qui uti & velint & possunt. Quæ, si recte sic arbitratus est, Vir maximus, &, si juvat ab interitu liberare Porphyrii libros, quia Christianæ religioni ad vincendos veteres paganos, qui pridem funditus interciderunt, & quorum nec vola nec vestigium in orbe amplius invenitur, argumenta exhibent: longe majus operæ pretium est, eos, *qui uti volunt & possunt*, in promtu habere illa scripta, quæ hostes præsentissimos, qui ultro nos lacessunt, ac ad pugnam provocant, frangendos perdendosque, aliquid faciunt. Præterea, nisi vana spes me alit, illud adhuc amplius præstat editio arcanorum Judaicorum librorum, ut, etiam sibi relicti Judæi, desinant imposterum maledicere, & ab ejusmodi scriptis componendis sibi temperent. Toti enim tremunt horrentque, cum vident omnia sua secreta emanare in publicum, & libros, quos summa circumspectione conditos habent, quibusque, ne in Christianorum manus pervenirent, inconnivis oculis stygius invigilat draco, communis juris fieri, & a quoque homine, ob adjectas versiones legi ac intelligi. Nam, si quicquam unquam, certe versiones horum librorum ægerrime ferunt, & se plane proditos clamant, cum talis aliqua in lucem prodit. Neque destituit ipsos ratio. Quippe, si solum Hebraice libri isti extent, non tantum ex illa re periculum, imo si verum profiteri licet, non Judæis, sed nobis id obesse deprehenditur, dum sic unice fere, in ipsorum, non nostrum cedunt usum; quando pauci e Christianis Rabbinorum scripta, quæ interpretatione destituuntur, integra recte percipiunt. Potest pro exemplo valere Lipmanni liber Nizachon, quem vix unus aut alter Fidelium eruditorum nonnunquam sibi perstringendum sumsit. Nempe interpretatio deerat, & seorsim edita Schnelliana translationum fragmenta, in paucorum pervenere manus, ideo ab iis qui in Hebraicæ literaturæ secundis ac tertiis consistendum sibi duxerunt, minime est lectus, soli magistri in hac arte, dicam autori per occasionem impingere ausi sunt. Judæi majus ex impressione ceperunt commodum, qui in ignem mittentes, quarum nihil assequebantur, a B. Hackspanio nostro adjectas observationes, nudum textum servarunt, ac quasi a se editum foverunt & amplexati

xati

xati sunt, descriptionis labore deinde liberati. At, si quis liber interpretationem adjectam habet, non metus est, ut Judæos emtores cupidos inveniat, nam talem cane pejus & angue aversantur, præcipue, si ob additam versionem, &, in pagellas legendi ordine, Hebraica præpostere repræsententur. Istud enim, illorum opinione peccatum ingens est, & perversio naturæ rerum; cumque majore lingua Hebræa affici nequeat contumelia, igitur sicubi quædam sic impressa vident, secum stomachantur, & a lectione abstinent. Generatim autem, omnes quorumcunq; suorum librorum translationes Judæos odisse, & vel illam Sacrarum Literarum nobis invidere, constat ex Herbani Judæi verbis, quæ illi in Disputatione cum Gregentio Tephrensi Archiepiscopo, coram Homeritarum Rege exciderunt. Κακῶς κατέστρεψαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἑκοντὶ τὰς βίβλους τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν, ἵνα ταύταις ἐμφιλοχωροῦντες ὑμεῖς ἐπιστομίζητε πάντας ἡμᾶς· *Perperam Patres nostri, Israëlis populi libros ultro & sponte in linguam Græcam converterunt: ut his vos studiose & obnixe insistentes, nobis omnibus os obstrueretis.* Vtut vero nihil in universum fingere, aut excogitare licet, quod magis cruciet, magisque offendat Judæos, quam si libri eorum mystici mittantur in populum Christianorum: tamen evenire simul potest, ut aliquorum intimos sensus percellat hæc res, & ut secum reputent, non de nihilo esse, quod Christiani non vereantur, adversus se scriptos inimicissimos ac communi Judæorum opinione irrefutabiles libros, bona fide in apricum proferre, sine ulla castratione, aut mutatione unius verbi. Quin adeo, quod sustineant, adjectis etiam interpretationibus, lectionem illorum promiscui juris facere. Quæ dum ad animum revocabunt, oportet obstupescere incipiant, & unam rem ex alia cogitando, huc denique evadant, non tam desperatam conclamatamque esse Christianorum causam, ceu vulgo sui tribules existiment, verum objectionibus ac criminationibus quæ circumferuntur, paratas utique in orbe extare defensiones. Nemo enim sanus & sobrius, propriam turpitudinem & deformitatem, a proclamatore in foro & compitis, advocata per buccinam turba recitari jubet; estque magnum innocentiæ signum, confidenter ac animose, tum loqui, tum agere. Nasci hinc potest occasio, porro

indagandi veritatem, & ſæpe ex hujusmodi re quapiam, levique ex principio, Judæus aliquis ad bonam frugem revocatus eſt a perdita malitia. Tam multpiliciter, Judæorum, quibus nos petimur libri, ſi edantur, ad ipſorum prodeſſe poſſunt converſionem; quam quidem nos curamus unam, quæ ſola ad nos attinet, & ad quam tanquam ſcopum, omnia noſtra conſilia, molitiones, & conatus, unice collimant. Supereſt autem, ut de hoc converſionis negotio, quoque mentem aperiamus, quomodo feliciter, & cum ſucceſſu, a Chriſtianis tractari debeat. Atque hic quidem illud principio monendum, libris noſtris, qui in hunc finem ſcribuntur, ut Judæi in rectam viam perducantur, parum admodum iſtos homines directim juvari. Nam, ſi Latine edantur, a nullo poſſunt legi, quia vix quenquam usquam gentium ex Judæis reperire eſt, qui illius linguæ notitia ſit imbutus. Niſi fortaſſe quidam medicinam profitentes excipiendi veniunt, ſed, qui & ipſi perquam tenuiter hoc idioma addiſcere ſolent, & abunde doctos ſe exiſtimant, ſi unius alteriusve libri de ſanitate curanda, latino ſermone tradita, leviter queant intelligere, de aliis parum ſoliciti. Similis prope ratio eſt librorum qui in lingua Germanica adverſus Judæos adornantur, nam ne hanc vernaculam quidem, in Germania degentes Judæi, ſuis literis ſcribere aut legere valent, verum Germanica charactere Hebræo vulgo exarant, imprimuntq;. Ergo Latinos Germanicosq; libros, noſtris Judæis legendos dare, eſt libros clauſos illis offerre, & obſignatos ſigillo adamantino. Vnde nec æquum agunt, qui hoc argumento Judæos publice infamant, & ſedibus pellendos ſuadent, quod adverſus tot tantasq; a Chriſtianis Theologis errorum, quibus religio ipſorum laboret, confectas demonſtrationes, adhuc obſtinatum animum gerant, hæſitentque ſemper in veteri luto. Quippe certum eſt, illas commentationes in eorum manus non perveniſſe, nec ſi perveniant, alicujus eſſe boni. Italos tamen, Hiſpanos, & Belgas Judæos, linguis regionum, unde originem trahunt, cum circa eas non aliter ac Chriſtiani verſentur, fructu aliquo ſcriptis fortaſſe confutare licet, imo omnes ubiq; morantes, libris mere Hebræis. Quanquā nec his nimium tribuerim. Nempe ſic natura comparatum eſt, ut ægre quis accedat ad lectionem librorum, quos in ſuam injuriam

putat

putat esse compositos, aut si id faciat, jecur difficili bile, animum præjudiciis affert tumentes. Tum vero pleraque quæ scribimus in hoc argumento Christiani, Philosophiæ, & artis ratiocinandi, tum veteris sacræ quoque & profanæ historiæ saltem aliqualem, Novi autem Testamenti accuratissimam cognitionem in legente requirunt. Quarum rerum omnium cum penitus rudes sint Judæi, quanto meliores sunt rationes quibus impugnantur, tanto minus earum nexum assequuntur, & vim illationis revocant ad animum. Absit tamen a me quam longissime, ut ideo improbem eorum labores, qui veritatem Christianæ Religionis adversus Judaicas criminationes vindicant. Quin potius vehementer hæc cœpta laudo, atque ad illa continuanda, per viscera misericordiæ Dei nostri, quosque, quorum pectori Spiritus Sancti χαρίσματα ad bella sua militanda, copiose & abundanter ipse infudit, serio etiam atque etiam hortor & quæso. Horum autem Centurionum ac Induperatorum uti præcipuæ in hoc negotio partes sunt, ita necesse est alios quoque huc evocemus, qui istorum ductum & auspicia sequantur, qui in excubiis stent, velitationibus hostes lacessant, aut arma ministrent, ac commeatum. Nempe, verisimile evadit, sic res nostras prospere cessuras, si hanc ineamus viam. Opus principio est, ut Rabbinicæ ac Talmudicæ literaturæ periti Philologi, exploratores agant, omnia Judæorum castra intime scrutentur, eorum aditus viasque perquirant, rimentur faculis accensis molitiones & consilia, atque hæc aperiant. Fiet id, si Judæorum libros cujuscunque generis tandem illi fuerint, in latinum idioma transmutent, & sicubi opus, notis ac commentariis illustrent, publiciq; juris faciant. Jam porro capient ex his scriptis Theologi sublimiores quæ sibi & Reipublicæ Christianæ utilia sunt, atque ea in rem suam convertent; capient fœda, absurda, & nefanda, ut illorum atrocitatem ostendant, ut errores solide refellant. Hic autem scripturam poscimus, quo excogitatissimæ illorum pro fide Christiana rationes, & argumenta ahenea, perennent cum Ecclesiæ æternitate. In his libris legendis, & penitus animo condendis, eos, qui se istis mystagogis initiandos tradunt, omnesq; Christianos quibus proximi caritas cordi est, sedulos esse oportet, imprimis vero illos,

quibus cum Judæi habitant, ut quotiescunq; in homines iſtos incidunt, de infelicitate, & praviſſimis in quibus verſantur opinionibus illos commoneant, ſcrupulos injiciant, & blande monſtrent veritatis regiam viam. Nam, ſi ſpes ulla eſt Judæos ad ſanam mentem perducendi, id vivæ potiſſimum vocis fiet beneficio, quæ, ceu B. Hieronymus in præfat. generali ait: *Latentem habet energiam, & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſa, fortius ſonat.* Solo familiari ſermone, ſufficienter exponi poſſunt rationum noſtrarum momenta, & tolli difficultates, quæ impediunt, quo minus a Judæis recte percipiantur. De ſenſu autem menteq; rationum poſtquam conſtat, crebris, aſſiduis, & largis confabulationibus, eædem deinde repetendæ, inculcandæ, & imprimendæ. Accedit enim longiore tractatu indies major vis quædam & pondus, atq; pariter ut corpori ferrum, ſic oratio animo, non ictu magis quam mora imprimitur. Quia vero, ſic probe cenſente Plinio Juniore in epiſtola quadam ad Nepotem, ea imprimis *altiſſime in animo ſedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis adfigit:* Ideo Conciones quoque publicas pro convertendis Judæis ordinare vel maxime neceſſarium eſt. Atque hic jam mea animo & corpore humiliter demiſſeque congeniculantis, ad Vos, PRINCIPES, MAGISTRATVSQVE CHRISTIANI, ſe convertit oratio. Qua per omnia ſacra, per Veſtros, Veſtrarumque ditionum ac Rerumpublicarum cuſtodes Genios, Vos obſecro & obteſtor, ut Judæorum, quorum mundi Arbiter Vos Dominos conſtituit, tantilla Vos tangat miſeratio, & ut de præconibus qui beatifica Chriſtianæ religionis doctrina eos erudiant, ipſis proſpiciatis. Hoc Principum, hoc Magiſtratus eſt, ſe præſtare ποιμένας λαῶν, ſive, bonorum paſtorum munia imitari. Sane, curant quidem paſtores, ne pecus quæ morbida facta, totum ovile corrumpat; ſed non ideo tamen eam lupo committunt, non abs ſe in deſerta propellunt, aut dejiciunt in præceps. Salutares herbas conquirunt, pharmaca infundunt, fomenta adhibent, & quoad fieri poteſt, ſtudent mederi. Idem vos circa Judæos facere par eſt, qui, quamdiu tranquille placideq; traducunt vitam, nec Vobis detrimento ſunt, (ſed hoc ne fiat, Veſtra Vobis juſtitia legesq; præſtabunt) ad Veſtram curam pertinent, nec negligen-

gligendi mortuorũ canum instar, aut ad Garamantas Indosq; ablegandi. Sinite propitii, ut juris consultissimi Cujacii verba ex lib. 7. Observ. c. 30. Vobis hic recitem, cujus viri placita in sanctiora Vestra consilia, in forum & judicia toties admittitis, ac sequimini: *Augustus apud Philonem in suis exprimit edictis, collegia, & coitiones Judæorum (Synedria quædam lex Codicis vocat, qua voce & Judæorum doctores in suis libris utuntur) se ideo permittere, quod non sint crapulæ primum & vinolentiæ, deinde quod non seditionum nutriculæ, sed scholæ temperantiæ, & justitiæ, summo ardore animi hominum omne virtutis genus amplectentium. Itaq; hodie non modo dissoluta eorum collegia, sed ejectos etiam eos & capite deminutos sane non probo, quos vetus Christianorum Ecclesia non rejecit, quos Deus Opt. Max. præ cæteris diebus extremis ad gloriam elaturus est, nec enim donationes suas revocat.* Quomodo vero comparatæ esse debeant conciones quæ ad Judæos diriguntur, & qua ratione peragendæ, Gregorius XIII. Pontifex sapientissime definivit, & profecto, si quid unquam, ex cathedra. Nec enim potest majori solicitudine circumspectione ac prudentia, concipi circa hoc negotium formula mandati alia, quam ea esse deprehenditur, quæ ab ipso superioris seculi quarto supra octogesimum anno fuit promulgata. Quamobrem illam exhibebo, ut, ceu meretur, valeat pro exemplo. *Sancta mater Ecclesia, cujus Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israëliticæ gentis, populiq; Dei peculiares reliquias, pio nunquam desinit affectu miserari, graviterq; contristatur Judæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus & gratiis, cujus erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa, unde etiam Christus Salvator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diversas orbis partes tot jam secula dispersam, ac contagiosi gregis more, per invia & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis siti perire, longeq; non a terrena tantum, super quam Dominus flevit, sed quod gravius est, a cœlesti quoq; Hierusalem, nisi Christum, quem negavit, confiteatur, exturbari. Qua miseratione & mœrore nos quoq; non leviter commoti, indies semper aliquid excogitamus, unde eorum conversioni & saluti opportunius provideatur, ipsisq; ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio pervenire. Quare solicito hæc animo meditantes, ac felicis recordationis Nicolai Papæ V. nonnullorumq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, præsenti constitutione generali præcipimus, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, etiam Cardinalatus honore præditis, ut in suis quisq; civitatibus, terris & locis, in quibus competens aliquis numerus Judæorum,*

qui Synagogam constituat, commoratur, curent Sabbati, vel alio cujuscunq; hebdomadis statuto die, ad Judæos ipsos in locum præstitutum, non tamen Sacrum, nec ubi sacra confici solent, convocatos, per aliquem Magistrum in Theologia, aliumve idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut alias, prout commodius eis videbitur, Hebraicæ (si fieri poterit) linguæ peritum, sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur Scripturæ Veteris Testamenti, Mosis scilicet, & Prophetarum, præsertim vero, quæ eo Sabbato leguntur, seu lectæ in eorum sunt Synagogis, juxta Sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum Catholicæ Ecclesiæ sensum, ac in eis disseratur de veritate Christianæ fidei, de certo adventu & incarnatione Filii Dei, illiusq; nativitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad inferos, resurrectione, in cœlum ascensione, de ejus Evangelio in toto terrarum orbe per Apostolos ejus, & alios sanctos prædicato, innumeris atq; clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de ejus spirituali & vero regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua tum Hierusalem, & terræ eorundem Judæorum desolatione, tum ipsorum ubiq; terrarum dispersione, & captivitate, & de aliis similis argumenti dogmatibus & articulis, ex Lege & Prophetis, de diutina præterea & irrita Judæorum adventus Messiæ, & carnalis ipsius regni expectatione, de vana eorum, quæ sæpe, quin imo quotidie eos frustrata est, spe reditus in terram promissionis, & restaurationis tertii templi, & demum de multiplicibus & variis erroribus & hæresibus eorum, in quas miserrime se demerserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum Scripturarum interpretatione, quarum literam & sensum fabulis, mendaciis, & variis dolis & modis detorquentes, corruperunt & depravarunt, & hactenus corrumpere & depravare non desinunt, deq; omnibus aliis, quæ eos possunt ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamq; fidem convertere, pro loci, temporis, sumptiq; argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromtis demonstrationibus, nulla cum obtrectatione aut iracundia, sed magna cum charitate & modestia, veritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos Sermones & Lectiones, volumus universos & singulos utriusq; sexus Judæos, a duodecim annis supra, infirmitate & alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in civitate & locis, ut præfertur, habitantes, vel aliunde advenientes, etiamsi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum convenire, ut tertia saltem eorum pars, nec unquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis arbitrio ordinarii pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint, competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis vero de numero Fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo unicuiq; mandatum est, immemor

mor, qui eos a salutaribus hujusmodi sermonibus seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impediverit, seu contenderit quoquo modo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarii arbitrio omnino procedatur. Cæterum Imperatorem, Regesq; & Principes omnes, nec non Respublicas, Magistratus & Dominos temporales seculares rogamus & obtestamur in Domino, ut Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis prædictis, eorumq; Vicariis & Ministris, suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri. Miseremini PRINCIPES, & MAGISTRATUS, miserrimorum Judæorum, vel potius, mementote, Deo æterno, cujus vicarias vices in terris geritis, & quem placatum semper habere exoptatis, gratiorem Vos victimam offerre nō posse, quam si ejus templis, aris ac pulvinaribus, inferatis animas a morte redemtas, & imbutas vera ipsius agnitione. Ita ille vicissim, vitam prolixam, regimen securum, domus tutas, exercitus fortes, ministros fideles, populos probos, civitates quietas, & quæcunque vota Vestra sunt, Vobis largiter concedat, ac olim vivendi spatiis expletis, ovando in cœleste Capitolium ascendentium capitibus, imponat pulchras coronas, & lucidis sideribus magis micantes, OB HOMINES SERVATOS.

Vos autem, VIRI THEOLOGI, suscipite libentes volentes, libros, quos vestræ commendo & committo fidei, iisque in emolumentum Christianæ religionis utimini feliciter. Satis exposui, quibus quantisque ex causis permotus fuerim, nefanda hæc scripta vobiscum communicandi, & tenetis omnem rem. Etenim, nihil inconsulte & temere egi, sed prius omnes mecum subduxi rationes, quin & me sapientiores adhibui in consilium, num audere & incipere mihi liceret talium librorum editionem. Cæterum, deprehendi veris rationibus, quas mea mihi mens, & aliorum divinarum humanarumque rerum solers intelligentia suggesserunt, non fas tantum esse, hæc in lucem protrudere, verum etiam ad id faciendum me sumopere teneri. Quod si recentiorum Moralistarum fidem meretur assertio, qua persuadere satagunt, Ecclesiam, quando sub excommunicationis pœna Hæreticorum libros legere vetat, ea prohibitione neutiquam illos homines complecti, qui libros hos legendos aliis tradunt; non erat admodum laborandum. Verum, novorum dogmatum autores, nondum ejus sunt autoritatis, ut secure quis cum iis in tenebris micare sustineat. Aliis opus erat argumentis, ad tranquillandam conscientiam meam, & constituendum illam extra metum, ne cuiquam homini offendiculi occasionem, præter neces-

Vid. Escobar Theol. Mor. l. 7. sect. 2. c. 33. probl. 59.

neceſſitatem, dediſſe viderer. Accedebat reliquis omnibus confirmationum momentis, illud denique, quod vel unum ſufficere poterat, quorumcunque quos editurus eram librorum, pridem alios publicitus exhibuiſſe Fragmenta, ceu ſuis locis indicabo; nullamque in his ſcriptis reperiri blasphemiam, aut dictum Chriſtianorum ſacris injurium, quod non ſexcenti ante nos allegaverint, Judæisq; objecerint. Cum vero hi contra, talia præfracte negent, atque iſta gratis a Chriſtianis confingi clamitent, nunc illos confundendi, & ſceleſtam mendacemque eorum linguam compeſcendi dabitur anſa. Hoc meum inſtitutum, ſimul ac bonis probari, & ad promovendam Divini Nominis gloriam aliquid conferre intellexero, edam mox reconditorum librorum Volumen alterum, imo & tertium quoque, quod amœniora quædam complectetur. De reliquo, adhibui cautiones omnes, quæ in hoc negotio uſurpari poterant. Nimirum, converti ordines pagellarum, & calcem ibi locavi librorum, ubi Hebræi caput ponunt, ut illos a lectione abſterrerem. Adjeci interpretationes fideliſſimas, ut queant intelligi, & proſint quoque Theologiæ Candidatis in Academiis, ad ingenii nervos in fruſtis eorundem examinandis, intendendos, ſeligendasq; ſibi materias Disputationum. Poſtremo, ipſe ſpecimen ſeveræ acrisq; Cenſuræ compoſui, quo, quia pleræque graviores, quæ nobis cum Judæis controverſiæ intercedunt, attinguntur, ac veritas Chriſtianæ religionis pro parte virili vindicatur, quod adverſus unum librum dictum eſt, reliquis omnibus applicare licebit, & ſaltem potiores vindice dignos nodos, noſtris cuneis diffringere. Hoc Catone, omnes æqui rerũ Arbitri, ceu ſpero, & ab iis precibus omnibus contendo, contenti erunt, quoad Vos, VENERABILES THEOLOGI, meliora & exactiora proferatis. Veſtrum enim jam eſt, *aſſumere univerſam armaturam Dei, ut poſſitis obſiſtere tempore adverſo, & omnibus confectis ſtare. State igitur lumbis circumcinctis veritate, & induti thorace juſtitiæ. Calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis. Supra omnia aſſumentes ſcutum fidei, quo poſſitis omnia* TELA IGNEA SATANÆ *extinguere. Galeam etiam ſalutis recipite, & gladium Spiritus, hoc eſt Verbum Dei. Omni prece & deprecatione, orantes omni tempore per Spiritum, & illi ipſi rei excubantes, cum omni perſeverantia & ſupplicatione. Pax Fratribus, & charitas cum fide, a Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto.* GRATIA CVM OMNIBVS QVI DILIGVNT DOMINVM NOSTRVM JESVM CHRISTVM IN INCORRVPTIONE. AMEN.

זכרון ספר נצחון

דר׳ ליפמן׃

CARMEN MEMORIALE
Libri Nizzachon
a R. Lipmanno

compositi.

Ei ſubjungitur ſedula ſolidaque

CONFVTATIO.

QVidam R. Lipmannus, quem ſub finem Seculi a Chriſto nato XIV. vixiſſe conſtat, ut odio immenſo, quod erga Chriſtianam Religionem conceperat, indulgeret, & apud Judæos iniret gratiam, compoſuit primo Librum prolixum, cui NIZZACHON, hoc eſt VICTORIA nomen fecerat. Viſus enim eſt ſibi is homo, ſe in eodem omnes Chriſtianorum copias, quas in ſui ſacrorumque ſuorum defenſionem, ex Veteri Teſtamento legere ſolent, fudiſſe, & conjeciſſe in turpem fugam. Atq; hunc librum, Judæis, qui illum clanculum, & ſcriptum tantum tenebant, ereptum, pridem publici juris fecit V. C. Theodoricus Hackſpanius, etſi ex Codice vitioſſimo. Vnde nos duobus MSS. adjuti, innumeris in locis depravatam ac hiulcam editionem emendavimus, ac reſtituimus integritati. Enim vero Lipmannus, confecto infelici opere, memoriæ tribulium conſulturus, potiora ejus argumenta, ſtrictim & breviter carmine complexus eſt, idque ediſcendum propoſuit, ut reſponſiones adverſus Chriſtianos tanto magis in promtu haberentur, ſi ex improviſo cum his agendum eſſet. Fuit igitur omnino Lipmanni tale, quale Hugonis Grotii, ſed contrario fine, erat inſtitutum. Nam & hic ſimiliter, quas pro Veritate Religionis Chriſtianæ confirmanda congeſſerat rationes, patria lingua verſibus incluſit, quo rectius memoriæ mandarentur; &, ut in Paganos, Mahumetiſtas, Judæos, aut Atheos, in longinquis itineribus incidentes ſui Batavi, pro virili revincerent errores, aut ſaltem id caverent, ne ab aliis vincantur. Sic, ipſe Vir Summus, conſilii ſui rationem, tum ſub principium iſtius poematis, tum deinde Ampliſſimo Hieronymo Bignonio, in latina, ſoluti ſermonis editione, enarravit. Cæterum, nos, Lipmanni Carmen, quod Hackſpaniano MS. deerat, uni autem noſtrorum ſubjunctum deprehenditur, nec minus Doctiſſimo Amico noſtro, Chriſtophoro Arnoldo teſte, in Codice quem Guil. Henricus Vorſtius tenuit, pariter comparebat, publice edendum, exponendum, & confutandum nobis ſumſimus. Brevis & conciſa dictio, ſæpe effecit, ut de ſenſu admodum laboraremus, & non perfunctorie torqueremur. Sed, adhibendo uberiorem librum Nizzachon in conſilium, ſuperavimus difficultates, & moleſtiſſimas tricas. Pietas ſuaſit κρύσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας.

Adeſte ÆQVI LECTORES, rem cognoſcite, & ite in ſuffragia.

Ecquid

מה אשיב לאפיקורס:
הבא להאביד ולהרוס:

ECquid respondebo Epicureo,
Qui adventat ad perdendum & destruendum,

תורת שומרי אמונים:
ועל הייחוד מדבר גבוהים:

Legem *Sacrosanctam* Fidelium,
Atque *Dei* unitatem cum superbiloquentia impugnat?

בראשית ברא אלהים:

Objicit primum illud Gen. I, 1. In principio creavit אלהים *Ex plurativo numero vocis* אלהים *petens subsidium.*

אבן תשובה למינים:

Sed enim parata est Hæreticis responsio.

אלהים לשון רבים קראו:

Sane quidem verbum אלהים multitudinem significat:

ברא יוכיח יחודו:

At *vox* ברא creavit *apposite statim* unitatem arguit.

מדלא כתיב בראו נשגב שמו לבדו:

Nimirum, quia non scriptum est בראו *crearunt*. Ideo *Dei unius* nomen, unice celebrandum.

ודרך המקרא כך לדבר:
בעלות ומרות רבים מחבר:

Est vero hæc Scripturæ consueta loquendi ratio,
Vt in encomiis, & cum dominatus alicujus designatur, in plurativo numero verborum fiat constructio.

אדוני יוסף בעליו עמו אדוני האדונים:

Nam sic Gen. 39, 20. *herus Josephi vocatur* אדוני יוסף & Ex. 22, 14. *de domino rei commodatæ dicitur* בעליו עמו *Atq; prorsus omnino simili ratione Deut.* 10, 17. *Deus unus & solus, quiq; mox unitatis numero* האל הגדול הגבור והנורא Deus maximus, fortissimus, summeq; formidabilis *audit, idem etiam* אדוני האדונים *plurativi numeri vocibus appellatur.*

 Porro

שוב פוקרים משטינינו׃	Porro debacchantur Adverſarii noſtri;
נעשה אדם בצלמנו׃	*Objectando verba* Gen. 1, 26, Faciamus hominem ad imaginem noſtram. *Iſtis quoq; ſuam de Deo opinionem confirmare volentes.*
תשובה בצידו כתבה׃	*At etiam ibi* confeſtim e latere adſcripta reſponſio:
ויברא אלהים את האדם׃	*Etenim ſic habet comma ſequens 27.* Et creavit Deus Hominem,
לבריה שפלה בשר ודם׃	Creaturam exilem, carneam, & ſanguinolentam.
ומה צריך להתיעץ בה׃	Ejus vero nomine, quid opus erat inſtituere conſultationem?
את מי נועץ בעת יסד ארקים׃	Nam, quem conſuluit id temporis, cum crearet Orbem,
תבל ומלואה אף שמים׃	Hocque univerſum, & quæ in eo continentur, cum ſummo cœlo?
עצת מלאכיו מקים׃	*Cæterum quod ad verba*, Faciamus Hominem &c. *attinet, dicendum; iisdem* Deum Angelorum ſuorum impleviſſe conſilium,
עושה שלום במרומיו׃	Vt in ſupernis ſedibus pacem conciliaret.
גם נמלך עם ארץ ושמים׃	Amplius, cū Terra & Cœlis quoq; deliberationem *Deus* inivit:
נותני שכר תנוב טל ומים׃	Largirentur vinum, fruges, rorem & aquas,
רעב ושבע על הארץ לטובה׃	Penuriam quoque, & abundantiam, in beneficium terrigenarum.
למה גוים רגשו׃	Quare igitur tumultuantur Gentes,
עת למשפט נגשו׃	Et diſputando nobiſcum congrediuntur?

Con-

שהאב מתייעץ עם בנו	*Contendunt* Patrem a Filio ſuo petiiſſe conſilium.
בבריאות עולם איך נפרדו:	*Sed*, quomodo in creatione Orbis ii dividebantur,
לפי דבריהם שנצמדו	Qui tamen ex ipſorummet opinione uniti erant,
עד בית שיני לבניינו:	Ad deſtructionem usque templi ſecundi?
אחרי הפרד מעמו:	Cum autem poſtea hic ab iſto ſejungeretur,
ובשרו עליו יכאב:	Atque vehementiſſimos in corpore experiretur dolores,
ויקלל את יומו:	Execrabatur ipſe diem nativitatis ſuæ,
אוי לבן ואוי לאב:	*Amare quiritans*: Væ Filio! væ item Patri!
וקודם שנעשה בשר:	Atque prius etiam quam factus eſſet caro,
מי נותנו ליועץ ושר:	Quis conſiliarium eum Ducemq; conſtituit,
לשית עם כלבי צאנו:	Ac canibus gregis appoſuit cuſtodem?
מעץ הדעת טוב ורע:	*Sed & ex* arbore ſcientiæ boni & mali
פוקרים המינים להרע:	Peſſimi erroris occaſionem arripiunt Hæretici:
שהנולדים יורדים שאולה:	*Contendendo*, omnes homines ad inferos deſcendiſſe,
עד יום מותו לחכות ברגימה ותלייה:	*Quotquot* ad diem Servatoris ipſorum *in hanc lucem editi fuerunt*, *ibiq, anxie* præſtolatos eſſe, illud ſive lapidationis ſive crucis ſupplicium, *quod eum manebat*;
מכות לוקח מהם וקללה:	Vt per id a doloribus, dirisque *infernalibus* liberarentur.

מרוע בושש רכבו :	*Enim vero :* Quare tamdiu tardavit currus illius
לבא ולהציל בוטחיו :	Venire, & in ipſum confidentes ſervare?
ואחרו פעמי נתיבו ;	Quare moram produxerunt greſſus ſemitæ ejus,
וגאל את ממכר אחיו :	Nec prius redemit *poſſeßionem*, a fratribus venditam?
וראייה משמואל סוד לגלות ;	*At, omnia iſta* confirmare nituntur ex Samuelis hiſtoria. *Nempe quia ex inferis Samuelem a Pythoniſſa evocatum cenſent, hinc colligunt, omnes defunctos ibi commoratos eſſe. Verum, enormitatem terribilis* ſecreti, facile revelare eſt:
למה הרגזתני לעלות ולא שמח לאותה הצלה :	*Scilicet, Samuel quaſi indignabundus, 1. Sam. 28, 15. Sauli dixiſſe legitur:* Quamobrem commoviſti me ad aſcendendũ? nihilq; lætabatur iſta liberatione temporaria; *quod tamen ſine dubio facturus erat, ſi in gehenna ipſe degiſſet.*
בינו בוערים בעם אובד עיצות :	Cogitate igitur, Homines ſtultiſſimi, & omnis conſilii expertes,
המגששים כעורים בחוצות :	Quique cæcorum inſtar per plateas palpando oberratis,
דבריכם איך יאמנו :	Qua ratione a vobis tradita vera eſſe poſſint!
האבות והמלכים והרועים	Anne Patriarchas, Reges *Sanctiſſimos*, itemque Paſtores *illos Gentis noſtræ,*
איך יחשבו לזרע המריעים	Semini facinoroſorum annumeratos fuiſſe,
למדורות אש קדמונינו	Omnesque Majores noſtros in rogo *in-*

	go *infernali arſiſſe, evadit credibile?*
הנתלה והנקבר ונשתנה מראיתו :	Num ſuſpenſus aliquis, ſepultus, inque cadaver mutatus,
היוכל להציל דבר שלא נוצל ביום מותו:	Rem ullam liberare poſſet? *Num id præſtaret,* qui ipſemet in die mortis ſuæ liberationem nullam invenit,
וצעק למה עזבתני:	Clamitans, *Deus mi, Deus mi,* quare deſeruiſti me?
והלא בן אדם אני :	*Qui alias diſerte profeſſus eſt:* An non filius hominis ego ſum?
ואת ראשי אנה אניחנו :	*Quemq; ſumma egeſtate preſſum, omnibusq; rebus deſtitutum conſtat queſtum fuiſſe,* Quorſum reclinabo caput meum?
רבים פוקרים וארץ רעשה:	Amplius, calumniando boant multi, ita ut ipſa terra ſonitu concuciatur,
וינחם יי' את אשר עשה:	*Ecce, Gen. 6, 6. ſcriptum reperitur:* Et pœnituit Deum quod *hominem* creaverat,
ויתעצב על לבו:	Eamque ob rem animi diſcruciabatur. *Ergo, inferunt, cadere poteſt in Deum pænitentia, dolor, & τὰ πάθη cætera.*
מידי שמים כולנו :	*Sed, ſciendum,* omnes mortales, quæque ipſi poſſident, in Dei eſſe manibus, *ita ut de his ex arbitrio diſponat:*
חוץ מיראת צורינו:	Tantum excipitur Religio, *ſive Pietas* erga Numen, *quæ a cujusq; voluntate pendet, nec a Deo tribuitur, cum liberum ſit homini, tam virtutibus ſe mancipare, quam contrariis vitiis:*

Nec

בו יכיר האדון את אוהבו׃

Nec enim aliter Supremo Domino conſtare poſſet de iis qui ſe amant, *niſi plenam boni maliq; optionem haberent*:

על לבו של אדם להתעצב׃

Eſtque pœnitentia proprie hominum, *& per translationem Deo tribuitur, quod in iſtos unice quadrat.*

ויאמר אמחה את האדם׃

Ogganniunt deinde Adverſarii: De vobis Judæis accipi poteſt, illud Gen. 6, 7. Dixit Deus, delebo hominem: *Actum enim eſt de vobis, periiſtis funditus. Verum, ô væſani, quid gloriamini, ſi Deus veſtra opera ad nos caſtigandos utitur?*

היתפאר הגרזן על החוצב׃

Nunquid enim efferre ſe poteſt ſecuris adverſus illum, qui eam adhibet ad cædendum?

אל תשמח ביום אובדם׃

Quanto ſatius erat meminiſſe exhortationis Divinæ apud Obadiam commate 2. Noli lætari *de Judæis*, quo die pereunt.

בעבור אנשים ריקים׃

Certum eſt: Propter bardos ejusmodi, amentesque,

לא תסלף דברי צדיקים׃

Non patientur vitium dicta ſacrata:

נאמר עוד לביתך נאוה׃

Atqui in his Pſalm. 43, 5. *perſpicue* legimus: Redibit olim Domui tuæ pulchritudo.

אמר עולם חסד יבנה׃

Legimus *item Pſalm.* 89, 3. Mundus miſericordia ædificabitur.

ברוך אל עליון קונה׃

Sit igitur Deus excelſus & *παντοκράτωρ* benedictus,

מכון לשבתו איוה׃

Qui locum habitationi ſuæ expetivit,

Fra-

ואת אחיו לשלום יפקוד:	Fratresque suos in pace visitabit.
עת ספוד ועת רקוד:	Est tempus plangendi, est & saliendi tempus:
בשעת חדוה חדוה:	At, cum læta aderunt tempora, indulgebimus gaudio.
המגיד מראשית אחרית:	*Deus omniscius*, qui antequam contingunt, eventura prænunciat;
ענה ואמר לא אשחית:	Is testatus est, edixitque: Non perdam plane *Judaeos*.
ולמה צר גוי נכרית:	*Quod si vero quis quarat*: Eccur *nihilo minus* creavit *Deus* Gentem exponendam calamitatibus,
אשר כונן להשחית:	Quamque soli internecioni destinasse videtur,
נכרי בעם זו יצרתו:	Alienigenas, in locum eorum quos ipse plasmavit, *substituens?*
כמו בראשון למען שיתי אותותי אלה בקרבו:	*Huic sciendum, idem prorsus nunc obtinere*, quod in prima *captivitate Ægyptiaca acciderat; quam Deus Ex.* 10, 1. *ideo se permisisse profitetur*, ut ederet miracula sua in medio inimicorum.
ויען המין וישא מושלו:	Sed, instat Hæreticus, atque nobis parabolas suas occentare occipit,
עד כי יבא שילו:	*Cum illo trito* Gen. 49. 10. Donec venerit שילו *mire paratragœdians: quasi exinde necessario consequatur, Messiam pridem venisse.*
משיב על הקללה:	Tu vero dilue ista maledicta,
הקהה את שיניו למען תיורא:	Et hebeta homini dentes, *obtundeque os*, ut totus contremiscat.
למי אונציון אתה קורא:	*Dicito:* Quid existimas innui istis verbis?

למלכות בית דור שבטלה	Annon Regnum Domus Davidicæ ? At vero iſtud deſierat
ארבע מאות שנה נעצר׃	Vniverſos quadringentos annos,
קודם לידה ותלייה	Ante nativitatem & ſuſpenſionẽ *veſtri Redemtoris*,
כשהגלם נבוכד נצר׃	Cum Nebucadnezar Judaicam gentem in captivitatem abduceret,
ועיור עיני צדקיה׃	Et Zedekiæ erueret oculos.
תען לכסיל כאיולתו׃	Reſponde ſtulto, ſecundum fatuitatem ejus,
שבט נשיא שילה	*Ac dicito: Vox* שבט Principem *deſignat, qualem noſtra Gens in Ægypto ex ſtirpe Davidica deſcendentem adhuc habet. Falſum igitur Judæos* שבט *amiſiſſe. Verbum* שילה
שלייתו הוא בן דוד לעת הגאולה׃	A שליה *quod Secundinam ſignificat, deflexum eſt, idq; innuit, Meſsiam* Davidis filium, futurum noſtrum Salvatorem.
רבים אומרים הנה העלמה׃	Multi crepant *dictum Eſaiæ* 7, 14. Ecce virgo concipiet.
תשובה בשתם וכלימה׃	At reſponſio, ad ipſorummet dedecus vergit, & contumeliam.
ואקרב אל הנביאה בקירוב בשר כשאר בנים׃	*Siquidem, apud eundem Prophetam, Cap.* 8, 3. *ſuccedit poſtea:* Et congreſſus ſum cum Prophetide. *Proindeq; negari nequit, prolem de qua vaticinium præceſsit*, ex conjugali concubitu ſuſcipiendam fuiſſe, prorſus uti procreantur liberi alii; *nec vocem* עלמה *de Virgine, ſed de Vxore capi oportere.*

Neq;

אעידה לי עדים נאמנים:

Neq; aliter ista succeßisse, provocat Propheta *commate* 2. ad testes veridicos,

לאוריה וזכריהו נראה:

Ad Vriam, & ad Zachariam, qui negotio interfuerunt.

נאמרה ארורה האדמה:

Et vero, execratus *est Deus* Terram, *post Adami peccatum, Gen* 3, 17.

והאשה והתלייה נתקללה:

Diras quoque est imprecatus Mulieri, *quod se a Serpente seduci passa fuerat, ibidem commate* 16. *Maledixit* item Deut. 21, 23. Suspensionis supplicio.

כל הנוגע במת יטמא:

Insuper Num. 19, 11. immundus pronunciatur, quisquis cadaver tetigerit:

וכי חפצה נפשו בכל אילו:

Ergo, quomodo delectari potuit *Deus ipsorum*, omnibus istis *rebus nefandißimis; ut in terra moraretur, ut nasceretur ex muliere, ut periret suspensionis supplicio, ut fieret cadaver?*

שקר אומרים ודבר סרה:

Jam, circa locum Esaiæ 9, 6. mendacium magnum, scelusque committunt *Christiani, dum illum de Servatore suo interpretantur.*

על חזקיה הנבואה נאמרה:

Sed, frustra sunt, nam de *Rege* Hiskia enunciavit verba,

פלא יועץ אל גבור ונורא:

Is, qui vere est & dicitur admirandus, Consiliarius, Deus fortis, & tremendus.

ידו אל לוצצים משך:

Præterea, manum suam cum derisoribus extendit *inimicus noster;*

בהוכיחנו על דבר אשר ישך:

Reprehendendo nos, ob illam rem quæ mordet, *culpandoq;, quod nimium Vsura,* נשך *dictæ, &*

a נשך Mordere, *nomen habenti, dediti ſimus.*

ימות ובהררי קודש לא ישכון׃

Ait inimicus: David Pſalmo 15, 1. *percontatur: Quis habitaturus in montibus ſanctitatis tuæ? Succedit inter alia commate* 5. *eum futurum; qui pecuniam ſuam non exponit fœnori, talemq́ transportationi non eſſe obnoxium. Hinc infert adverſarius. Hæc, cum ita ſint, vos Judæos fœneratores acerbiſſimos* manet transportatio, nec in montibus ſanctitatis habitabitis.

ועוד הוסיף להוציא דיבות׃

Pergit etiam calumniando hoſtis noſter,

שהריבית מחלל שבת׃

Et de violato per uſuras Sabbato, *facit expoſtulationem; eo quod uſuræ noſtræ etiam Sabbato currant, nec ulla quies ſit pecuniæ quam fœnori dedimus.*

דבר שקרים לא יכון׃

Nulla eſt mendaciis firmitas,

דברי דוד לא באו כי אם להזכיר דברי מגידי׃

Et fruſtra nobis objiciuntur verba Davidis, cujus omnia dicta eo tendunt, ut nobis in memoriam revocent ſanctiones Legislatoris noſtri, *atq́ ne hilum eorum quæ iſte conceſſit, abrogant.*

כאשר הזהיר מלאכי׃

Idem & Malachias *ſub finem libri ſui* feciſſe deprehenditur;

זכרו תורת משה עבדי׃

Graviter hortans: Memento te Legis Moſis ſervi mei.

לנכרי תשיך ולא לאח ניכר׃

Itaq́ ſervare oportet præceptum Deut. 23, 19. 20. *promulgatum:* Extraneo dabis pecuniam fœnori, ſed non fratri noto: *ac oportet uſuris vexare Chriſtianos, nec David & Moſes ſibi invicem adverſantur.*

Illud

ממצא חפצך ודבר דבר:	*Illud vero falſiſsimum eſt, Vſuras Sabbatum profanare: Nam Eſaias* 58. 13. *nos docet, id tantum nefas eſſe, ut quis Sabbato* lucrum perſequatur, & *de eo captando* verba faciat:
והרהר התיר לשבת נכון:	Interim cogitationes permiſſæ ſunt, cum quis quietus ſedet.
מונים מדני אל הנוגשים	*Deniq;*, computant ex Daniele Perſecutores
קילקול מקדש הקדשים:	*Tempus* deſtructionis Sanctuarii noſtri,
ועת יכרת משיחכם:	Tempus item obitus Redemtoris ipſorum.
לא נכתבו אותן הדברים	Verum, carent Scripturæ fundamento quæ afferunt,
ומלבם בודים השקרים:	Et ex ſuo corde comminiſcuntur mendacia.
נשיב יכרת קריזמכם:	Reſpondeamus iis: Pereat χρίσμα veſtrum.
יענו ויאמרו בני אל חי:	Subjiciantque, & dicant omnes filii Dei vivi:
אנה המשיח בימיו:	Vbi erat Meſſias in diebus Danielis?
והלא כלו משיחי על יד נבוכד בו דמיו:	Et, annon omnes Meſſiæ per Nebucad-*Nezarem* e medio fuere ſublati? Ipſe reus eſt illorum ſanguinis,
כמה שנים לפני דניאל:	Idque multis ante Danielem annis accidit.
אנא השם תחיש גואל:	Tu autem, o Bone Deus, accelera nobis adventum Redemtoris noſtri,
ותאמר אני ײ אלהיכם:	Et enuncia iterum *conſolatoria verba, toties olim de Judæis prolata:* Ego ſum Dominus Deus veſter.

CONFVTATIO.

Præparatio ad certamen.

CVm Judæo, impuro homine, & veteratore non imbelli, verſutoque, qui Domini & Redemtoris noſtri, JESV CHRISTI θεανθρώπου, acies probro afficere auſus eſt, manus conſerere, ipſumq; vincere, & univerſa ejus in quibus confidebat, arma auferre dum inſtituo, rem me difficilem, viribusq; longe majorem moliri, ultro agnoſco. Atenim, non tam ſperare, quam confidere licet, illum mihi futurum præſidio, cujus cauſam defendendam ſuscipio, &, in cujus æternæ ſpem gratiæ, hæc libenter a me pugnabitur pugna. Ne igitur turpiter ego me dem, & hoſti meo, infernalibusque illius ſuppetiis deridendum me præbeam, faciam id, quod frugi milites mox prælium inituri, facere ſolent, & in genua mea provolutus, ad Deum Exercituum, omnis juſtæ victoriæ autorem, confugio, pias preces, quas S. Julianus, Toletanæ Eccleſiæ ſeptimo Seculo Epiſcopus, ante ſimilem cum Judæis conflictionem, fuderat, quæque Tomo IV. Bibliothecæ SS. Patrum pag. 109. comparent, corde animoque devotis, itero.

Accedam ad te DOMINE, in humilitate Spiritus mei. Loquar tibi, quia multam ſpem & fiduciam dediſti mihi. Quis conſurget mecum adverſus malignantes, aut quis ſtabit mecum adverſus loquentes iniquitatem, niſi tu DOMINE adjuveris me? Tu ergo fili David, qui revelato myſterio ad nos in carne veniſti, * clavo crucis tuæ ſecreta cordis mei adaperi, mittens unum de Seraphin, per quem can-

* Barthius l. 19 Adverſar. c. 14. legit *claVe*.

candens carbo ille de altari tuo ſublatus, * ſordentia labia mea depurget, mentem enubilet, dicendi materiam ſubminiſtret, ut lingua mea, quæ proximorum utilitati per charitatem ſervit, non erroris redoleat * caſum, ſed veritatis perſonet ſine fine præconium. Amen.

* *Surdentia* legendum ex opinione Barthii.

* *Cauſam* emendat Barthius.

Ecquid reſpondebo] Sic incipiendi occaſionem Lipmanno præbuit monitum R. Eleaſaris, quod legitur in Sanhedrin fol. 38. b. & in Pirke c. 2. הוי שקוד ללמוד תורה מה שתשיב לאפיקורוס i. e. *Eſto aſſiduus ad diſcendum ex Lege Divina, quæ reſpondenda ſint Epicureo.* Habuit hoc dictum quaſi in deliciis, Autor, qui veterem huic volumini inſertum Librum Nizzachon compoſuit, illudq; repetit ad nauſeam. Et vero, fuit ſane olim, ſeclis prioribus, Judæorum in diſcenda lege ſua ingens ſtudium, & diligentia prorſus eximia; unde nec gloriari veretur Joſephus 2. contra Apionem: Ημῶν δ᾽ ὀντινοῦν εἴτις ἔροιτο τοὺς νόμους, ῥᾷον ἂν εἴποι πάντα ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ· τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες, ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγκεχαραγμένους· *Noſtrorum vero quemlibet ſi quis leges interroget, facilius quam nomen ſuum recitat. Vniverſas quidem mox a primo ſenſu eas diſcentes, in animo velut inſcriptas habemus.* Sed his temporibus, magna ſæpe hominum deprehenditur inſcitia, iisque nihil præter lucrum jam dulce eſt. Infamis nebulo, & propudium Academiæ noſtræ, Julius Cunradus Otto, qui a Judaicis ſordibus per baptiſmum repurgatus, paulo poſt ad vetus volutabrum rediit, hactenus quidem recte in præfatione inſulſiſſimi libri Gali Razia teſtatur: *Pauciſſimi Hebræi Hebraicam linguam, nedum Talmud vel alios Rabbinorum libros intelligunt, ſed ut bruta in diem vivunt, & licet orent, vix pauci quid orant, animadvertunt, ut ita maxima pars illorum neſciat, quid credat, vel in quo moriantur, & vitam quærant æternam.* Potuit homo nequam iſta ex vero affirmare, nam, ſi quis alius, ipſe ex illorum quos deſcripſit, erat numero.

Vnde Lipmanno primordium verborum

Veterum Iudæorum legis peritia.

Recentiorum ruditas.

Epicureo] Multis, quæ Cl. Buxtorfius Lexici Talmudici pag. 195. ad vocem אפיקורוס congeſſit, pauca quædam ſuperaddamus. Sunt nimirum Rabbinorum aliqui tam inepti, ut exiſtiment verbum hoc domi ſuæ natum eſſe. Vnde in Commentario noſtro τῶν Pirke Autoris incerti, legitur: אפיקורס הוא לשון הפקר לפי שתלמידי חכמים והתורה נעשו בזויים אצלו כהפקר: i. e. *Vox* אפיקורס *a verbo* הפקר (quod *rem neglectim & pro derelicto habitam*, notat,) *inflexum*

De voce אפיקורוס

eſt

est: Nam homo ejusmodi, Discipulos Sapientum, Legemq; vilipendit, instar rerum abjectarum. Alii, rectius agnoscunt אפיקורוס nomen fuisse proprium hominis cujusdam, qui multa perperam docuerit, idq; transiisse deinde in appellativum. Hinc Cohen de Lara in Lexico, ad illam vocem annotavit: כן קראו לראש המינין האומר שאין השארות לנפש וכי עולם של הפקר לית דין ולית דיין ולית עלם אחרן: *Sic vocabatur Hæresiarcha, qui negabat animas superesse* (corporibus, quique negabat) *mundi gubernatricem providentiam, nec minus jura judicemq; supremum inficiabatur, juxta cum vita futura.* Ante eum Elias ad vocem מין in Tisbi scripserat: קראו רז״ל למי שאינו לו דרת מין וכתב הרמבם ז״ל כי זה השם אינו נופל רק על צדוקי או ביתוסי: ותמיה אני כי נמצא בספרי היונים שהיה אדם אחד שהיה שמו מאני ולא היה בעל דרת ועל שמו נקראים כל הנמשכים אחריו מינין כמו מן אפיקורוס נקראו אפיקורסים: Münsterus vertit: *Rabbini, eum, qui vivit sine lege, Min vocant. Et scripsit Rambam (piæ memoriæ) hoc nomen tantum convenire dici de Zaddukeo & Bajethosi, id quod ego miror, cum inveniatur in libris Græcorum, fuisse hominem quendam, nomine Mane, qui vixerit sine lege, a quo omnes qui eum secuti fuère, Minin appellati fuerunt: sicut ab Epicuro vocantur Epicurei.* Cæterum Lipmannus, per Epicureos palam hic Christianos intelligit: nempe, quia placebat vetus dictum, & ad illud voluit alludere, itaq; retinuit antiquam vocem. At vero, quod nostris temporibus Judæi in libris qui imprimuntur, Christianos notare volentes, pro nomine נוצרים *Nazareni*, quo vere iis significantur, verbum אפיקורוסים imprimis vero subinde initiales literas aliquarum vocum, nempe עכו״ם adhibent, id fit, ut nobis fucum faciant, & verba dent, quasi eæ appellationes, minime omnium ad nos, sed, vel ad suæ gentis Hæreticos veteres, Sadducæos, & Karæos, quorum reliquiæ supersunt, vel eos, qui in extremis orbis plagis reperiuntur idololatras, attineant. Hæc, vulgo nobis persuaderi patimur. Sed vero fallunt his nominibus ii homines, ut pueri talis, & longe aliter ea accipiunt, ac nostra fert sententia. Primus indico secretum, quod nondum in cujusquam, quantum constat, notitiam pervenit. Literæ עכו״ם non amplius explicandæ nunc sunt עובדי כוכבים ומזלות *Cultores siderum & planetarum*, ceu omnes explicant, & explicuit quoque Buxtorfius in Abbreviaturis. Verum, jam plurimum elementa hæc, innuunt verba: עובדי כריסטוס ומרים *Cultores Christi & Mariæ.*

Arcanum revelatur.

ria. Hoc in aurem Lectoris dico, prout mihi Rabbinus quidam id credidit: St.

Fidelium] Nimis placet Judæis circumlocutio, qua apud Esaiam 26,2. se designari arbitrantur: גוי צדיק שמר אמנים *Gens justa fidei servantissima.* Itaq; nullum mirum, eam hic crepare quoque Lipmannum. Veteres Magistri in Schabbat fol. 119. b. ineptissime hoc dictum tractant. Est ibi: אמר ריש לקיש כל העונה אמן בכל כחו פותחין לו שערי גן עדן שנאמר פתחו שערים ויבא גוי צדיק שומר אמונים אל תיקרי שומר אמונים אלא שאומרין אמן מאי אמן אמר רבי חנינא אל מלך נאמן: Id est: *Resch Lakisch dicere solebat: Quisquis* (precibus quæ publico nomine in Synagogis funduntur) *quanta vocis maxime potest intensione, subjicit τὸ Amen, ei aperiuntur portæ Paradisi. Legitur enim (Es. 26,2)* Aperite portas, ut ingrediatur gens justa שומר אמונים fidei servantissima. *Non autem legendum* שומר אמונים fidei servantissima; *sed* שאומרין אמן proclamantium Amen. *Quid verò notat ista vox* אמן *Amen? Respondet R. Chanina* (singulas literas, singulas notare voces. Istas videlicet) אל מלך נאמן Deus Rex Verax.

Distortio & depravatio dicti Es. 26. 2.

Dei unitatem cum superbiloquentia &c.] Si Vnitatem Essentiæ intelligit Lipmannus, turpiter mentitur, insignemq; nobis facit injuriam. Essentiæ enim unitatē omnes Christiani, corde credimus, ore profitemur, atq; longe melioribus, ipsi Judæi quam norunt, probamus argumentis. Judæorum vulgo, & ipsius quoque Lipmanni, hoc unum fere solumque adversus πολυθεότητα ex humana mente depromtum fundamentum est, quod plures Dei sese invicem in agendo impedire, & contraria velle queant, cui rei, tum natura Numinis, tum ipsa quoque mundi hujus machinæ admirabilis harmonia, repugnent. Eam colligendi rationem, etsi minime improbamus, tamen præter illam aliæ inculcandæ, altius petitæ. Etenim, cum Deus sit substantia, quæ nullo loco continetur, quæ omnibus rebus præsens adest, & mundum universum permeans etiam extra ejus fines existit, ita, ut neque limitibus terrarum marisque, aut ambitu cœlorum, aut spatiis quæ porro extenduntur imaginariis, ejus existentia terminetur: Hinc sic inferimus: Si alius esset Deus præter unum, oporteret & hunc pariter similis naturæ, & interminatum esse, quia immensitas ad Dei essentiam necessario pertinet. Atqui non possunt duo infinita simul consistere. Quippe permearent sese invicem, non quidem penetratione dimensionum, quæ in re immensa nullæ sunt; sed tamen eo pacto, ut duarum essentiarum infinitarum, ex omni, ut ita dicam, parte, con-

Dei unitas probatur.

Dei unitas probatur.

fusio & commixtio, penetrationem dimensionum a qua corporum natura abhorret, absurditate & inconvenientia longissime superaret. Præterea, si plures essent Dii, necesse esset, eos vel specie inter se differre, vel numero. At, specie differre non possunt: Quemadmodum enim omne id, quod cum homine specie non convenit, homo non est; sic, qui specie a Deo discreparet, Deus esse non posset. Hinc adeo nec ipsos paganos ea dementia cepit, ut Deos variarum specierum procuderent. Fecerunt enim illos omnes & intelligentes, & immortales: quæ vero discrimina inter ipsos constituerunt, ea petebant, vel ex eorum sexu, vel ex muneribus, quibus se potissimum addixerant; vel ex locis in quibus habitabant; vel ex aliqua potestate atque autoritate qua pollebant; vel ex aliis rebus ejusmodi, quæ nihil ad naturã ipsam & essentiæ constitutionem pertinent, sed inter τὰ συμβεβηκότα numerantur. Prorsus, uti inter homines, quorum omnium cum eadem essentia sit, & definitio, multiplex tamen variumque discrimen est, in iis rebus, quæ ad essentiam extrinsecus accidunt, quæque ab illa, vel reapse, vel minimum mente, facile segregantur. Neque vero magis fieri potest, ut plures sint Dii numero discrepantes. Quod si enim non pugnat cum natura Numinis, ut sint plures uno Dii, neque pugnabit, quin sint plures duobus, & plures tribus, & quatuor, & quinque, & sic deinceps; ita, ut nullus eorum numerus exprimi queat, in quo ista multiplicatio sistatur. Scilicet, est ea, inter naturam Divinam, & cæteras omnes differentia, quod in aliis rebus, essentia, quæ definitione explicatur, & existentia, per quam e suis causis in apertum prorumpit, & ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν deducitur, nullo necessario nexu inter se cohærent. Nam, quæ revera sunt, habent quidem essentiam; at, quæ essentiam habent, hoc est, quæ definiri possunt, non illico nanciscuntur existentiam, verum, sufficit illis non repugnantia ad existendum. Sed enim in Deo, res aliter se habet, atque in eo, usque adeo non differunt essentia & existentia, ut non modo non actu, sed ne mentis quidem conceptione, ista sejungere liceat; cum nihil quicquam in Deo possibile sit, quod non sit actu. Τὸ γὰρ ἐνδέχεσθαι τοῦ εἶναι οὐδὲν διαφέρει ἐν τοῖς ἀϊδίοις· *Posse enim, ab ipso Esse, non differt in perpetuis, sive æternis*, inquit Philosophus l. 3. Phys. c. 4. t. 32. idque l. 9. Metaph. c. 8. sibi sic pulcherrime & irrefragabiliter demonstrandum sumit: Τὰ μὲν ἀΐδια, πρότερα τῇ οὐσίᾳ τῶν φθαρτῶν, ἐστι δ᾽ οὐθὲν δυνάμει ἀΐδιον· λόγος δὲ ὅδε· πᾶσα δύναμις ἅμα τῆς ἀντιφάσεώς ἐστι· Τὸ μὲν γὰρ μὴ δυνατὸν ὑπάρχειν, οὐκ ἂν ὑπάρξειεν οὐθενί· Τὸ δυνατὸν δὲ πᾶν ἐνδέχεται μὴ ἐνεργεῖν· τὸ ἄρα δυνατὸν εἶναι, ἐνδέχεται καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι· Τὸ αὐτὸ ἄρα δυνατὸν καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι· Τὸ δὲ δυνατὸν μὴ εἶναι ἐνδέχεται μὴ εἶναι, τὸ δὲ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι φθαρ-

φθαρτὸν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τοῦτο αὐτὸ ὃ λέγεται ἐνδέχεσθαι, μὴ εἶναι, ἢ κατὰ τόπον, ἢ κατὰ τὸ ποσὸν, ἢ κατὰ τὸ ποῖον ἁπλῶς δὲ τὸ κατ' οὐσίαν οὐθὲν ἄρα τῶν ἀφθάρτων ἁπλῶς, δυνάμει ἐστὶν ὂν ἁπλῶς· Id est: *Æterna, priora corruptibilibus substantiâ sunt: nihil vero potentia, æternum est. Ratio autem hæc: omnis potentia simul contradictionis est. Quod enim non est possibile esse, non inerit alicui. Omne vero possibile contingit non agere. Quod igitur est possibile esse, contingit esse & non esse: quod vero est possibile non esse, contingit non esse, quod autem contingit non esse, corruptibile est, aut simpliciter, aut hoc ipsum, quod dicitur, contingere non esse, sive secundum locum, sive secundum quantum, sive secundum quale: simpliciter vero, quod secundum substantiam. Nihil igitur simpliciter incorruptibilium, simpliciter potentia est.* Quæ, cum ita sint, efficitur, ut, si Dii plures uno sint, infiniti esse possint: &, si possint esse infiniti, vere infiniti existant: quod postremum, si quis affirmet, næ, hunc, ut cum recta ratione insaniat unice operam dare, existimabunt omnes homines. Porro, si plures sunt Dii, *tum vero*, Grotio in libello de Veritate Relig. Christ. *p. 6.* sic dicente, *in singulis diversis sunt quædam proprietates singulares, quibus inter se discriminentur, quas in Deo qui natura est necessaria, ponere non est necessarium.* Imo, *quas in Deo ponere est impossibile*, inquam ego potius. Namque, si sic in Divinis se res habet, uti verbi causa, cum Petro & Paulo comparatum est, qui naturam quidem comunem habent, sed nihilo minus sic discreti existunt, ut multa Petro insint, quæ in Paulo esse non possunt, & contra, multa Paulo conveniant, quæ de Petro prædicare non licet, cum utrique certis quibusdam rebus discriminentur, & individui constituantur ac singulares. Quod si, inquam, eadem in Divinis ratio; necesse est, ut proprietates illæ in Divinitate, tanquam natura omniũ nobilissima & præstantissima, discrimen facientes, insignes sint, & utique tales, ut cognoscendæ veniant sub nomine perfectionis, sive, uti Græci significantius vocant, τελειότητος. Etenim, non nudus hic sufficeret ὑπάρξεως τρόπος, quippe longe aliter Petrus a Paulo quoque differt, quam tali τρόπῳ, qui, si solus eos discriminaret, non satis distinctam ipsorum generaret cognitionem. Eapropter, meram inter Deos confusionem faceret, qui cum Epicuro fingeret monogrammos, hoc est ita divisos natura, ut revera plures sint, & tamen adeo cæteris rebus indiscretos, ut nullo discrimine internoscantur. Quod si autem, ceu fieri æquum est, quisque Deorum, si plures essent, ab altero perfectione aliqva distinguatur, destituitur unus re aliqua, qua alter est præditus, quaque ille qui ea præditus excellit atque beatior habetur: hoc autem a natura Numinis penitus alienum est. Cum enim Deum dicimus, eum significamus, cujus forma tanta, tamque eximia, ac supra omnium aliarum rerum conditionem evecta est, ut nihil ei desit

Dei unitas probatur.

Dei unitas probatur.

ex illis quæ in naturam perfectiſſimam beatiſſimamq; ulla ratione cadere poſſunt. Cæterum, ut amplius progrediamur, ex ſumma hac perfectione, quæ Numini ineſt, non poteſt non oriri admirabilis quædam ἐξοχὴ majeſtatis, poteſtatisq;. Illa vero poteſtatem conjunctam habens majeſtas, ſi plures ſunt Dii, vel omnibus ex æquo competit, vel inæqualis ab iis habetur. At, inæqualem fingere non licet, nam, qui Deus eſt, eũ in omni re, quæ bonitatem involvit, ſummum eſſe convenit, absq; quo eſſet, nullatenus Dei nomen retineret, cum cæteroquin poteſtate & majeſtate inferior, præſtantiori cedere, & morem gerere cogeretur. Quẽadmodum autem inter Reges, is, qui alteri obnoxius eſt, & illius regitur imperio, nomen & regalem dignitatem, ſive τὸ κύριον minime habet, cum illi faſtigio τὸ ἀνυπεύθυνον inſitum ſit, & penitus implantatum. Pariter, nec vere ille Deus eſt, qui alterius Imperio ſubjacet, ejusque majeſtatem obſervat. Æquales poteſtate inter ſe Deos eſſe, æque a recta ratione abludit. Nam, ſi inter ſe conferantur, par in parem non habet imperium; erit itaque inter multos Deos ἀναρχία quædam, quod nemo affirmare ſuſtinebit, Si vero poteſtatis eorum conſiderationem ad mundum referamus, ὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, &, eorum multitudo qui ſummo jure imperant, magnos in rebus motus inducere ſolet, ac perturbationes; neque magis mundus duobus Numinibus, quam gemino Sole regi, ſalvo ſtatu terrarum poteſt. Niſi forte huc denique quis evadat, ut contendat eſſe mundos innumerabiles, quibus ſingulis, ſinguli Dii dominentur. Hoc inauditum hactenus figmentum, (Epicurus enim, qui innumerabiles mundos commentus eſt, eorum procurationem Diis abjudicabat) ſi cui placet, ei, ubi quem Diis exteris cultum exhibere vult, hoc mundo penitus exeundum, & in alium migrandum fuerit; quippe, uti Deorum quisque mundum habet attributum quem regat, ſic etiam ſuos cultores, intra proprii mundi ambitum concluſos habere debet, & nihil quicquam ſibi in alienum imperii uſurpare. Prorſus, uti in terra quoque, Regum dominia ita diviſa & limitata ſunt, ut eorum quisque ſubditis ſuis contentus, alienos neq; curet, neque ſibi obnoxios eſſe velit. Niſi forte, quemadmodum nimis ſæpe uſu venire ſolet, ut Reges alii aliorum regna invadant, Dii illi, nonnunquam ambitione & invidia ſolicitati, bella in vicinos ſuscipiant, & aliena imperia appetant, unde fiat, ut mundi ipſi inter ſe collidantur. Quæ omnia, manifeſtas continent abſurditates, nec citra ἀῤῥωςίαν τῆς διανοίας poſſunt admitti. Hanc, de Simpliciſſima Dei unitate, quam intellectus lumine ſic clarificamus, opinionem, firmiter quoque tenere jubent ſacræ Novi fœderis tabulæ, e quibus æque manifeſta, ac ex illis antiquis, pro Dei unitate licet depromere teſtimonia: 1. Cor. 8. 4. *Nullus eſt Deus, niſi unus: Nam, etſi ſunt, qui dicantur Dii, ſive in cœlo, ſive in terra; ſiquidem ſunt Dii multi & Domini multi, nobis tamen Unus Deus Pater,*

Pater, ex quo omnia, & nos in illum. Eph. 4, 6. *Vnus Deus & pater omnium.* 1. Tim. 2, 5. *Vnus Deus, unus etiam Mediator Dei & hominum.*

Dei unitas probatur.

Est igitur Deus Vnus, καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ, *& ratione, & numero*, ut ait Philosophus 12. Metaph. c. 8. Imo est illius unitas, unitate numerica perfectior. Scilicet, hæc finita est, negationem perfectionis aliarum unitatum includens; at Dei unitas, infinita est, omnisque unitatis omnem perfectionem formaliter vel eminenter complectitur. Vnde nihil contradicimus Maimonidi in Hilch. Jesode Tora c. 1. §. 7. scribenti: אלוה זה אחד הוא ואינו שנים ולא יותר על שנים אלא אחד שאין כיחודו אחד מן האחדים הנמצאים בעולם לא אחד כמין שהוא כולל אחדים הרבה ולא אחד בגוף שהוא נחלק למחלקות ולקצוות אלא ייחוד שאין ייחוד אחר כמותו בעולם: Id est: *Deus unus est, non duo, nec plures quam duo, sed unus: ejusq; unitati nihil ex iis quod in hoc universo unum est, respondet. Non enim est unus specie, quippe quæ multa continet singularia: nec est unus corpore, id enim in partes & extrema est divisibile: sed ita unus est, ut nulla ei similis in mundo reperiatur unitas.*

Trinitatis mysterium non repugnat rationi.

Cæterum, in una hac & simplicissima Divina essentia, sine ulla ejus divisione, tres tamen distinctos modos essendi, & per se subsistendi, sive, uti vulgo loquimur, tres distinctas personas, PATREM, FILIVM, & SPIRITVM SANCTVM, Christiani religiose veneramur. Atque hoc ideo unice facimus, quia Deus se talem esse, ipse in suo verbo diserte ac perspicue asseruit, cui nos fidem habere necesse est, καὶ πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν αἰχμαλωτίζειν Non enim, quemadmodum Gentiles ex sua corrupta ratione induxerunt πολυθεότητα, ita ex eodem fonte similis nobis error natus est, cum in tota hac re, ex fide pendeamus, & supernaturali revelatione. Docent vero illam ὑποστάσεων Trinitatem, satis clare nos multa Veteris Testamenti dicta, si respiciamus intrinsecam illorum idoneitatem, valorem, & objectivam evidentiam. At, clarissime, formaliter, terminative & distincte, cum expressione characterum personalium, hoc mysterium traditur in Novo Testamento, cujus sacro-sanctam αὐθεντίαν, alibi demonstrandam, nec a Lipmanno nunc in dubium vocatam, hic supponimus. Fatemur igitur ultro, Trinitatis mysterium, captum humanæ rationis longissime excedere, neque hanc, ulla ei probando argumenta suppeditare posse. Etenim, quæ ratio de Deo demonstrat, ex effectibus & creaturis depromuntur, & ideo ea solum de Deo probari poterunt, quæ illi, quatenus creaturæ ab ipso dependent, conveniunt. At, opera ad extra, cum sint indivisa, omnibusque Trinitatis Personis tanquam ab una virtute emanantia ex æquo competant, haud alio quam ad Dei unitatem nos deducent.

 Quamob-

Trinitatis mysterium non repugnat rationi.

Quamobrem vere Bonaventura 1. dist. 3. part. 1. q. 4. *Dicendum, quod pluralitas personarum, cum unitate essentiæ, est proprium Divinæ naturæ solius, cujus simile nec reperitur in creatura, nec potest reperiri, nec rationabiliter cogitari: ideo nullo modo trinitas personarum est cognoscibilis per creaturam, rationabiliter ascendendo a creatura in Deum.* Quæ, cum ita profitemur, illud interim simul sedulo firmiterque tenere jubemus, ita mysterium Trinitatis superare captum humanæ rationis, ut quemadmodum veritatem ipsius & sublimitatem assequi nequit, ita tamen eandem rationem, nec ullam falsitatem in illo deprehendere. Nam, imperfectiones quidem, per demonstrationem aliquam a Deo removeri queunt; at, posse unam naturam pluribus modis subsistere, demta imperfectione divisionis, perfectio est: est item perfectio, potentia communicandæ naturæ suæ per generationem aliquam: quare hæc nulla unquam sana sobriaque ratiocinatione a Deo possunt removeri. Ex his dictis, jam suapte sponte consequitur, imbecilla, frivola, ineptaq; esse omnia ea, quæ Judæi de Trinitatis in Vnitate impossibilitate oblatrant. Largimur enim, unam singularem & indivisam essentiam finitam, tribus personis communem esse non posse, nec ullum in tota rerum creatarum universitate dissimile extare exemplum: non igitur in eo laboramus. Sed, illud ostendant nobis Judæi, si viri sunt, persimilem Divinæ & infinitæ illius essentiæ esse rationem, atque huic idem repugnare, quod creata & finita essentia non admittit. In quo si deficiunt, deficiũt autem utiq;, desinant tandem de Dei Trinitate doctrinam, sannis & probris petere. Vti enim a potentia finita, ad eam, quæ, ut Poetæ gentilis verbis dicam, *immensa est, finemq; non habet*, haud licet argumenta nectere, Deique vires, humana decempeda metiri: ita nec a finita essentia, ad infinitam valet subsumtio, nefasque est, huic, ex illa, in subsistendo, terminos præfigere ac limites, non enim mens finita ab infinita gradu tantum, sed specie ipsa atque natura distinguitur. Vsus igitur rectæ rationis, quantum ad res Theologicas, in eo consistit, ut illa quæ a ratione comprehendi possunt, sedulo distinguãtur ab iis, quæ captum rationis exuperant. In prioribus explicandis, exerit sane vim suam humani ingenii acies: in posterioribus, id unum præstare debet recta ratio, & ea sola gloria illi relicta est, ut, quod Scriptura docet, recte comprehendat, totoque deinde assensu firmiter amplectatur. Quemadmodum enim nemo nisi Deus, de Deo convenienter loqui potest; ita postquam aliquid ab ipso, de sui Numinis natura perspicue revelatum est, in eo acquiescendum; nam, si quid præterea humana mens explorare aut præstare satagit, necesse est, ut densæ, & inexplicabilis erroris caligini sese involvat; ibi tũ cæcutit eius oculus, nec potest παρακύψαι. Atque hoc non inde provenit, quasi quicquam in natura divina deprehendatur, quod rationem rectam evertit: sed, quia ratio, in infini-

infinitæ rei contemplatione, magnitudine fulgoris obruta, fatiſcit, nec contra tueri ſuſtinet. Quapropter, eſt quidem omnino, humanus intellectus, quando bene ſe habet, ac præjudiciorum malorum privus exiſtit, quaſi menſura & regula quædam, ad nonnullarum rerum naturam vere dimetiendam. At, res illas ejus generis eſſe oportet, ut intellectum non transcendant. Scilicet, uti decempeda identidem ad trabem admota, ejus magnitudinem deprehendimus; ita rationis regula rebus applicita, harum formam, proprietates, affectiones, & quæ in iis ſunt reliqua, recto judicio metimur. Cæterũ, ſicuti ea, quorum quantitatem perquirimus, terminatæ debent eſſe magnitudinis, debentq; cum decempeda habere proportionem; quippe ubi ſpatium immenſum eſt, & in quo ad finem nunquam pervenire conceditur, decempeda nullum uſum præbet, nihilq; conſultius, quam ut plane abjiciatur. Pari modo, ea quæ intellectu complecti volumus, neceſſe eſt congruant cum illius capacitate; in rebus quas comprehendere nequit, quæque ejus facultatem immenſo intervallo ſupergrediuntur, ratiocinationi renunciandum eſt. Etenim, ſi finita mens, infinitum quod eſt, aſſequi pertentet, longe magis inſanit, quam is deſiperet, qui magnum & inexhauſtum oceanum, exiguæ fictili laguneulæ infundere laboraret. Proinde, ceu monuimus, ſolicite diſcrimen faciendum eſt, inter ea quæ evertunt rationem, & quæ rationem excedunt. Illa, conſiſtunt in implicatione contradictionis; hæc, in infinitate naturæ ſuæ. Quæ ſibimetipſis repugnant, & contradictorie ſe involvunt, ea, ſi concedantur, deſtruunt judicium rationis, itaq; ab omni ſana mente rejiciuntur. Quæ rationem transcendunt, ea non ſubvertunt illius judiciũ, ſed huic ſeſe ſubtrahunt, ne quid præcipitanter ab ea pronuncietur. Quid contradictionem in ſe implicet, facile pervidet recta ratio, cum occupatur circa rem notam, quam ab omni parte conſpicit, quam comprehendit. In re non tantum ignota, ſed quæ adeo ob infinitatem ſuam noſci non poteſt, haudquaquã temere ratio definit, quid contradictionem inferat, quid non inferat, cum rei imẽnſitas rationem prorſus excludat. Non eſt igitur rectæ rationi operoſum pronunciare, Petrum non eſſe in Paulo, nec Paulum in Petro, communitate naturæ: quia natura illa quæ in Petro eſt, ita ad Petreitatem, ut ſic dicam, definita & reſtricta eſt, ut Paulo communis eſſe nequeat, niſi per illam mentis noſtræ operationem, qua eam abſtrahimus ab iis rebus, per quam individua fit. Operatio autem illa & abſtractio, in mente noſtra tota eſt, & nihil in rerum natura ponit, per quod idonea reddatur, quo cum Paulo communicetur. Vt vero ſtatuamus, naturam divinam quæ in Patre eſt, non poſſe reapſe, & citra ullam mentis fictionem, cum Filio communicari, atque in eo exiſtere, non abolita utriusq; perſonæ diſtinctione, æq; nos facile definire poſſe, niſi deliramus, haudquaquam judicandum eſt. Nimirum natura humana quid

Trinitatis myſterium non repugnat rationi.

na quid ſit, & quæ eidem convenire queant, ſatis perſpectum habemus, exindeque in illa imaginaria communitate naturæ inter Petrum & Paulum, contradictionem deprehendimus. At, natura divina, quoniam immenſa eſt, comprehenſionem noſtram fugit; idcirco quid eatenus illi conveniat, quid minime, eſt extra rationis, ut Scholaſtici loquuntur, activitatis ſphæram. Atq; iſta quoq; S. Auguſtinus, in aurea epiſtola 174. Paſcentio Arriano inculcat, cum enim Catholicam de Dei Vnitate & Trinitate doctrinam præmiſiſſet, ſubjungit elegantiſſime: *Non autem iſta corporaliter ſentiuntur, non uſitato more intelliguntur in Deo, qui potens eſt facere, ſicut dicit Apoſtolus, ſupra quam petimus, & intelligimus; Si autem facere; quanto magis eſſe?*

Ex plurativo numero vocis אלהים] Non eadem omnium Chriſtianorum de hac re eſt ſententia. Sane, ſunt quidam, qui nomen אלהים de Deo uſpiam adhibitum, propria, & originaria ſignificatione, pluralitatem Divinarum Perſonarum inferre, acerrime contendunt. Sunt tamen alii, quibus ſecus videtur, atq; præter cæteros Druſius in Comment. ad difficil. loca Pentat. c. 1. dicam impingit grandem prioris ſententiæ patronis, eumque ſi audimus, nihil quicquam plurativus אלהים in receſſu habet. Cauſatur enim, parem eſſe vocabuli illius rationem, ac ejus quam habet verbum Liberi, apud Latinos, etiam de uno ſolo uſurpatum; aut, cum apud eosdem Latinos, Athenas, Thebas, Salonas, vel Tenebras quoque dicimus, quæ, utut terminatione plurativæ ſunt voces, unitatis tamen ſenſu ab omnibus accipiantur. Atque, ſic porro urget, negare neminem, unum eſſe cœlum ſupremum, quod Apoſtolus tertium, & David cœlum cœli vocet, verum nihilo ſecius illud vocari Hebraice שמים numero duali, vel, quod Hieronymo placuerit, plurali. Sed, miror, iſta Druſio potuiſſe excidere, nec advertiſſe eum, quam minime hæc, ex quibus facit illationem, cum verbo אלהים conveniant. Scilicet, voces, ab illo exempli gratia allatæ, cum ſingulari forma penitus deſtituantur, ideo nullum mirum eſt, eas ſub plurativa terminatione, unitatem ſignificare. Quod ſi enim, & ſingularem & pluralem formam admitterent, dubium nullum relinquitur, etiam in his, ſicuti in reliquis vocibus omnibus, ad unam rem exprimendam, ſingularem numerum adhibitum iri, proindeque pluralem quoties uſurparetur, ex vi & proprietate ſermonis, ac citra translationem, connotaturum multitudinem. Enim vero non tantum in plurativa forma אלהים dicimus, ſed & ſingularem אלה Hebræus ſermo agnoſcit, magno inter hoc verbum, & ea quæ Druſius profert, diſcrimine; eamq; ob cauſam, haud reprehendendi ſunt, qui non penitus de nihilo eſſe putant, cum plurativo potius, quam unitatis, quod facere poterat, numero, Spiritus S. in Scripturis utitur. Placet igitur

Druſii opinio de voce אלהים

Quæ non videtur admittenda.

Alia

igitur mihi media ſententia, atque omnino exiſtimaverim; verbum אלהים ita ſæpenumero in Scripturis eſſe poſitum, ut naturæ Divinæ pluralitatem perſonarum innuere videatur; nam, ſemper id fieri, dicere non auſim, & quædam exempla ſuadent contrarium: quamobrem affixa pronomina, & quæ præcedunt ac ſequuntur, totamq; contextus συνάφειαν ſolicite conſiderare oportet. Et vero, notavit ſolerter Sebaſtianus Schmidius, ceu in Tractatu de imagine Dei in Hom. p. 7. proditum ab eo eſt, Onkeloſum & Jonathanem, Chaldæos Paraphraſtes, cum in ſacro textu eſt אלהים modo pluralivum illum numerum retinuiſſe, modo pro eo ſingularem אלהא uſurpare, atque illud quidem facere in iis locis, in quibus non ſola eſſentia, vel præcipue attenditur, ſed ad perſonas eſt reſpectus; hoc vero, cum eſſentiæ maxime habetur ratio: ac proinde merito cenſet, ſuperfuiſſe aliquid apud iſtos, de veteri vera Hebræorum Theologia. Interim, nollem argumento ab אלהים petito, adverſus pertinacem Judæum diſputans, temere uti, atque potiora & fortiora quæ in medio ſunt, deſerere. Habet enim ſpeciem, quod de Dominii nominibus ex conſuetudine Hebrææ Linguæ, etiam cum de uno ſermo eſt, in plurativo numero poſitis, Lipmannus & alii communiter excipiunt. Eſt nobis in animo illud Thomæ, 1. q. 32. art. 1. in concl. *Cum aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non ſunt cogentes, cedit in irriſionem infidelium. Credunt enim, quod hujusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus.* Hinc adeo vel Muhammedi Pſeudoprophetæ, in Alcorano, Surate de Ape, hortari viſum eſt: *Vocate populum ad legem Divinam cum prudentia & concionibus, & diſputate adverſus eos cum bonis rationibus.*

substituitur.

Caute adverſus Judæos diſputandum.

At vox ברא appoſite ſtatim &c.] Obſervavit Georgius Calixtus lib. de præcip. Chriſt. Relig. controv. p. 11. primum Lombardum, locum ברא אלהים probandæ perſonarum in Divinis pluralitati adhibuiſſe, & neminem ante ipſum id feciſſe, non Origenem, non Hieronymum, cum utrique alioquin Hebraice doctiſſimi eſſent, & harum rerum curioſiſſimi. Neſcio an Origenes, & Hieronymus, argumento, quod a plurativo אלהים formatur, diffiſi fuerint. Ex vetuſto tamen libro Rabbot manifeſtum fit, etiam ante illorum, nedū Lombardi ætatem, quoſdam, ceu veriſimile eſt, Chriſtianos, hanc difficultatem Judæis moviſſe; atque ex ipſo hoc libro quoque depromta eſt, ea, quam hic Lipmannus ſuggerit, ſolutio: Sic enim ibi fol. 10. col. 2.

Calixti de Lombardo obſervatio.

Eam dubiam reddunt Judæorum priſca monumēta.

שאלו המינים את רבי שמלאי כמה אלהות בראו את העולם
אמר להם אני ואתם נשאל לימים הראשונים הה״ד כי שאל נא
לימים ראשונים למן היום אשר ברא אלהים אדם אשר בראו

אין כתיב כאן אלא אשר ברא חזרו ושאלו אותו אמרו לו מה הוא רין דכתב בראשית ברא אלהים אמר להם בראו אלהים אין כתיב כאן אלא ברא אלהים: Id est: *Percontati sunt Hæretici R. Simlaum, quot Numina Orbem creassent*? (esse enim verisimile, plura illi negotio intervenisse, cum plurativo dicatur, ברא אלהים) *Respondit ipsis: Ego & Vos consilium petemus a primo hexaëmero: Nam præcipitur nobis* (Deut. 4, 32.) Interroga quæso primos dies. (Atque commodum succedit:) למן היום אשר ברא אלהים אדם inde ab eo die quo creavit Deus hominem: *Non dicitur hoc loco* אשר בראו quo crearunt, *sed*, אשר ברא *quo creavit:* (omnis igitur exclusa est pluralitas.) *Cæterum reversi, ab eodem quærunt, quomodo salvaret verba* בראשית ברא אלהים *Respondit: Non dicitur* בראו אלהים sed ברא אלהים (apage igitur omnem pluralitatis suspicionem.)

Hebrææ linguæ circa Dominii nomina proprietas.

Vt in Encomiis & cum Dominium &c.] Largimur Lipmanno eum esse Hebrææ linguæ idiotismum; cujus exempla collegerunt Glassius l. 3. Philolog. Sac. tract. 1. can. 25. & Buxtorfius l. 2. thes. Gramm. c. 2.

Tantum אלוה & אדון inter Divina nomina admittunt numerum multitudinis.

Nam sic Genes. 39, 20.] Premit Lipmannus vestigia R. Salomonis ad Gen. 35, 7. commentantis: במקמות הרבה יש שם אלהות ואדנות בלשון רבים כמו אדוני יוסף אם בעליו עמו ולא נאמר בעלו וכן אלהות שהוא לשון שופט ומרות נזכר בלשון רבים אבל אחד מכל שאר השמות לא תמצא בלשון רבים: Id est: *In multis locis nomina* אלוה *&* אדון *adhibentur numero plurativo, uti* (Gen. 39, 20.) אדוני יוסף & (Ex. 22, 14.) אם בעליו עמו neque dicitur, (אדונו aut) בעלו *Atq; sic nomen* אלוה *etiam, quod judicandi facultatem, & dominii notionem complectitur, in plurativo numero exprimitur; at vero, haud ullum aliud, ex omnibus reliquis Divinis nominibus plurativo numero adhibitum invenies.*

Torquet Judæos locus Gen. 1, 26.

Objectando verba Genes. 1, 26. Faciamus &c.] Non debent ægre ferre Judæi, si loco hoc ad probandam Personarum in Divinis pluralitatem utimur. Favere enim illum causæ nostræ permultum, vel nobis tacentibus, clamant tot tamque diversæ responsiones, quibus argumentum inde formatum, conantur eludere. Plurimas coacervat Menasse Ben Israël in Conciliatore, quarum tamen nullam, vel sibi, ex asse satisfecisse, non obscure prodidit, dum potiores per ἀνακεφαλαίωσιν in unum colligendo, sic tandem concludit: *Sed, sive cum omnibus secundis causis loquatur Deus, sive cum intelligentiis tantum, sive cum elementis, sive cum animis, sive regio more hac dicat, seu deniq; incitet*

Et imprimis Menassen.

incitet semetipsum, sibiq; imperet, conciliatione ejusmodi tota tollitur controversia. At, cum ipse Menasse non reperiat, in quo tuto pedem figere possit, quis nobis Christianis vitio verteret, si minus in talibus gerris acquiescimus, atque hoc Menassi neutiquam concedimus, istiusmodi conciliatione aliqua totam tolli controversiam? Ipsa enim opinionum ab eo in medium allatarum, multitudo, obruit hæsitantem lectorem, non instruit, quin adeo, magis perplexus & dubius dimittitur, quam dudum fuerat. Et vero, quantopere locus iste Scripturæ, pluralitatis alicujus in Divinis suspicionem inducat, docet ille de Mose apologus in Rabbot fol. 10. col. 2. רבי שמואל בר נחמן בשם יוחנן אמר בשעה שהיה משה כותב את התורה היה כותב מעשה כל יום ויום כיון שהגיע לפסוק הזה שנ' ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמינו כדמותינו אמר לפניו רבון העולם מה אתה נותן פתחון פה למינים אתמהא אמר לו כתוב והרוצה לטעות יטעה: Id est: *R. Samuel Nachmanides, nomine Jochananis dixit: Cum Moses Legem Divinam in literas redigeret, quodq; diei opus,* (totamq; historiam creationis,) *ordine descripsit. Cum vero pervenisset ad verba:* Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram, *ait Moses Deo: Arbiter mundi,* (anne hæc verba, sub ista plurativi numeri conceptione exprimere me convenit?) *&, nunquid tu hæreticis apertionem oris,* (prætextumque excusandi errorem) *suppeditabis? Miram rem! Respondit* (Deus:) *Scribe tu: Qui volet errare, errori indulgeto.* Huc pertinet, quod in Megilla fol. 10.a. refertur, Septuaginta Seniores, qui Græcam Bibliorum versionem in gratiam Ptolemæi Regis adornarunt, pro נעשה אדם בצלמנו כדמותנו *Faciamus hominem ad imaginem nostram secundum similitudinem nostram*: ita transtulisse, quasi scriptum fuisset אעשה אדם בצלם ובדמות *Faciam hominem in imagine, & in similitudine.* Quæ, sive vera sint, sive falsa, saltem id arguunt, antiquissimos Judæos agnovisse, locum istum Geneseos, præbere occasionem, formandi cogitationes de aliqua in Divinis pluralitate.

Velint, nolint, coguntur fateri, illum favere Christianis.

Confestim e latere adscripta responsio.] Rursus Lipmannus ista ex Sanhedrin fol. 38. b. accepit, ubi legimus: אמר ר' יוחנן כל מקום שפקרו המינין תשובתן בצידן נעשה אדם בצלמינו ואומר ויברא אלקים את האדם בצלמו: Id est: *Dixit R. Jochanan: Ubicunq; locorum* (in Sacris Literis) κρησφύγετον *aliquod habent Hæretici, ibi statim e latere adjicitur responsio.* (Citant pro sua in Divinis pluralitate, dictum numeri plurativi:) Faciamus hominem ad imaginem nostram. *At, subditum reperitur* (unitatis numero:) Et creavit Deus homi-

Talmudistarum Regula.

Contraria Galatini.

hominem ad imaginem suam. R. Jochananis Regulæ, suam hanc, quam & lib. 2. de arcan. cathol. verit. intulit, opponeret Galatinus: *Vbicunque in Sacris Veteris Testamenti literis, unius Dei essentia insinuatur, semper fere ibidem & trium Personarum pluralitas innuitur. Et e contra, quocunque in loco Personarum Trinitas exprimitur, semper pene eodem quoque in loco, & Divinæ substantiæ unitas explicatur, ne aut propter singularis Dei unitatem, Personarum Trinitas a Divina natura excludatur, aut propter Personarum Trinitatem, plures Dii esse credantur: sed sic in altero tres Divinæ hypostases absque confusione ab invicem distinctæ credantur, ut in altero ipsius Dei unitas omnino salvetur.* Hoc num satis firmum axioma sit, alii viderint, nos illud in ancipiti relinquimus.

Lipmanni & Philonis Iudæi in sententia & verbis conspiratio.

Nam quem consuluit &c.] Vti solent frequenter eadem, non iisdem in mentem venire, sic plane hæc ipsa quæ Lipmannus profert, suo quoque animo reputavit, & in lib. de mundi opific. edisseruit sermone Philo Judæus, loco, ob postrema verba notabili. Confirmant enim adhuc amplius id, quod jam modo diximus: Parere nimirum istud dictum: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram*: plus negotii Judæis, quam ut illud expedire possint; nec nos Christianos illud tractantes, nodum, quod ajunt, in scirpo quærere. Εισάγει τὸν πατέρα τοῦ ὅλων ταυτὶ λέγοντα· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν· Μὴ γὰρ χρεῖός ἐστιν, εἴποιμ᾽ ἄν, οὑτινοσοῦν, ᾧ πάντα ὑπήκοα; ἢ τὸν μὲν οὐρανὸν ἡνίκα ἐποίει καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, οὐδενὸς ἐδεήθη, οὗ συνεργήσοντος, καὶ ἄνθρωπον δὲ βραχὺ ζῶον οὕτω καὶ ἐπίκηρον, οὐχ οἷός τε ἦν δίχα συμπράξεως ἑτέρων, αὐτὸς ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κατασκευάσασθαι; τὴν μὲν οὖν ἀληθεστάτην αἰτίαν Θεὸν ἀνάγκη μόνον εἰδέναι. Interpres vertit: *Introducit Propheta Patrem hujus universitatis dicentem hæc: Faciamus hominem juxta imaginem nostram, & juxta similitudinem. Dicat aliquis: nunquid opus est quopiam ei, cui obediunt omnia? an cum cælum faceret, terram & maria, nullo egebat cooperatore: hominem vero, tam parvum animal ac fragile facturus, non poterat absque alieno adjutorio suismet ipse viribus effingere? Hujus rei causam verissimam, necesse est Deum solum scire.* Atque laudandus fuisset Philo, si in hac ignorantiæ professione perstitisset, quia vero, porro crassam & insubidam conjecturam afferre maluit, meretur reprehensionem. Ecquid enim ineptius, quam dicere:

Philonis stultæ conjecturæ,

Ἐπὶ μόνης τῆς ἀνθρώπου γενέσεως φησιν, ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ὅπερ ἐμφαίνει συμπαράληψιν ἑτέρων, ὡς ἂν συνεργῶν, ἵνα ταῖς μὲν ἀνεπιλήπτοις βουλαῖς τε καὶ πράξεσιν ἀνθρώπου κατορθοῦντος ἐπιγράφηται θεὸς ὁ πάντων ἡγεμών· ταῖς δ᾽ ἐναντίαις ἕτεροι τῶν ὑπηκόων· *De sola hominis generatione scriptum est: Dixit Deus; Faciamus hominem:*

nem: quod indicat assumtos alios tanquam cooperatores: ut irreprehensibiles tam voluntates quam actiones hominis recte se gerentis, acceptum ferantur Deo rectori omnium: contraria vero, aliis ipsi subditis. Non est nostri jam instituti, contra Philonem ostendere, in verbis tam paucis, tum in assignando Deo creatori causas creandi succenturiatas, tum circa originem pravarum quæ in homine sunt cupiditatum, atq; adversus illarum in Adamo carentiam, non solum in sacras literas sanamq; rationem, sed & ipsa Judæorum Magistrorum placita, peccatum esse multimodis: nobis enim in præsentia tantum id negotii incumbit, ut Lipmannum absolvamus. Interim tamen, quia hoc simul adversus nostrum Sycophantam facit, Philoni pro sua conjectura, quare in creatione Hominis, longe alio sermonis genere usus fuerit Deus, quam cum Cœli & terræ, & quæ in his sunt siderum animantiumq; productionem moliretur, istam nostram reponimus: quod, etsi, prout mox constabit, certum est, Deum pluralitatis Personarum essentiæ suæ, circa creationem hujus universi, & reliquorum animantium, non obscura annotasse indicia: Tamen, cum

alia opponitur sanior.

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ,

quodque solum Divinitatis imaginem & similitudinem quandam referre debebat, condere vellet, magis perspicue pluralitatem personalem suæ essentiæ verbis, *Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram;* signare voluit, ut paulo apertius constaret, de Divinitatis ad quem homo conditus est, archetypo.

Cum crearet Orbem hocque universum &c.] Vult utique Lipmannus isto sermone hoc dicere, neminem in consilium adhibitum fuisse, cum mundi hâc fabricam Deus architectus exstrueret. Atq; simili loquendi ratione Propheta quoque Esaias 40, 12, 13, 14. in re eadem ad idem significandum utitur, graviter floridisque verbis inquiens: מי מדד בשעלו מים ושמים בזרת תכן וכל בשליש עפר הארץ ושקל בפלס הרים וגבעות במאזנים : מי תכן את רוח יי׳ ואיש עצתו יודיענו : את מי נועץ ויבינהו וילמדהו בארח משפט וילמדהו דעת ודרך תבונות יודיענו : *Quis mensus est pugillo suo aquas, & cœlos spithama expandit, aut complexus est trientali pulverem terræ? & ponderavit statera montes, & colles lancibus? Quis expendit Spiritum Domini? ut vir a consiliis ei, docuit eum? Cum quo communicavit consilium ut instrueret se, doceretq; se iter judicii, doceret, inquam, se scientiam, & viam summæ prudentiæ notam faceret sibi?* Ad quæ commentans Kimchi, inter alia bene scribit: אין מלאך וכל שכן אדם שיתקן את רוחו ושיודיעהו עצתו כשעשה העולם ואמר לו כן תעשה וכן אמר נוטה שמים לבדו:

Interrogatio sæpe negandi vim habet.

Id eſt : *Non Angelus, nedum homo, Spiritum Dei direxit, conſiliumq́, ei ſuggeſſit, cum orbem crearet, dicendo : Sic facias. Hinc &* (Job. 9, 8. de Deo) *legitur* : Qui extendit cœlos ſolus.

Lipmannus inconſtans ſibi contradicit.

Angelorum ſuorum impleviſſe conſilium &c.] Quæ nunc ſequuntur apud Lipmannum, pugnant utique valde cum prioribus. Cum enim id modo vellet, ad nullius conſilium in creando homine Deum attendiſſe, tamen iſta, quæ ſequuntur, Angelorum, Terræ quoque & Cœli, ſuffragationem admittunt. Scilicet, correxiſſe ſe videtur poëtaſter noſter, ne mendacii accuſaret Magiſtros cum ſuo dicto in Sanhedrin fol. 38. b. אין הקב״ה עושה דבר אלא א״כ נמלך בפמליא של מעלה i. e. *Nihil quicquam Deus agit, niſi inſtituta prius deliberatione cum familia cæleſti.*

Vaniſſima Rabbinorũ de Angelis & Attributis Divinis, inter ſe discordibus commenta.

In ſupernis ſedibus pacem conciliaret] Credo, reſpiciunt hæc, nugas Rabbinorum in Rabbot fol. 10. col. 1. בשעה שבא לבראת את אדם הראשון נמלך במלאכי השרת אמר להן נעשה אדם בצלמנו כדמותינו אמרו לו אדם זה מה טיבו אמר להן צדיקים עומדים ממנו הה״ד כי יודע ייי דרך צדיקים כי הודיע ייי דרך הצדיקים למלאכי השרת ודרך רשעים אבדה אבדה מהם גילה להם שהצדיקים עומדים ממנו ולא גלה להם שהרשעים עומדים הימנו שאלו גלה להם שהרשעים עומדים הימנו לא היתה מדת הדין נותנת שיברא: א״ר סימון בשעה שבא הקב״ה לבראת את אדם הראשון נעשו מלאכי השרת כיתים כיתים וחבורות חבורות מהם אומרים אל יברא ומהם אומרים יברא הה״ד חסד ואמת נפגשו צדק ושלום נשקו חסד אומר יברא שהוא גומל חסדים ואמת אומר אל יברא שכולו שקרים צדק אומר יברא שהוא עושה צדקות שלום אומר אל יברא דכוליה קטטה: מה עשה הקב״ה נטל אמת והשליכו לארץ הה״ד ותשלך אמת ארצה אמרו מלאכי השרת לפני הקב״ה רבון העולמים מה אתה מבזה תכסיס אלטיכסייה שלך תעלה אמת מן הארץ הדא דכתיב אמת מארץ תצמח: Id eſt: *Cum Deus creaturus eſſet Adamum primævum hominem, deliberationem inſtituit cum Angelis miniſterii, dicens illis* : Faciamus hominem, ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram. *Reſpondent ipſi: Iſte homo quid profuturus eſt? Ait Deus : Juſti ex eo prodibunt : Ideo S E.* (Pſal. 1, 6.) Nam novit Deus viam juſtorum : (Quaſi diceret:) *Notam fecit Deus viam juſtorum Angelis miniſterii.* (Sequitur in Pſalmo :) At

via improborum peribit. (Hoc est:) *Istam non revelavit Angelis. Nempe indicavit Angelis, proditurosjustos ex Adamo, at non indicavit illis, proditurosex eodem improbos: Etenim, si indicasset orituros quoq; improbos ex Adamo, non permisisset Divinum attributum justitiæ, illius creationem. R. Simonis dictum est: Cum Deus creaturus esset hominem primævum, Angeli Ministerii in partes & factiones quasdã secesserunt. Quidam ex illis dicebant: Non creetur: Alii dicebant: creetur. Quo pertinet dictum* (Psal. 85, 11.) Benignitas & Veritas occurrerunt sibi: Justitia & Pax mutuo exardescebant. *Videlicet, Benignitas dicebat: Creetur; nam beneficentiam exercebit. At Veritas, dicebat: Non creetur; quantus quantus enim erit, nil nisi mendacium erit. Justitia dicebat; Creetur: quia, quæ justa sunt peraget. Contra Pax dicebat; Non creetur; nam plenus erit contentionum. Quid fecit Deus Benedictus? Prehendit Veritatem, eamq; in terram deturbavit, prout S. E.* (Dan. 8, 12.) Et dejecit Veritatem in terram. *Tum vero inquiebant Angeli ministerii Deo Benedicto: Mundi arbiter: Itane spernis, τὴν σὴν σφραγῖδα ἀληθινήν? Ascendat* (quæsumus) *Veritas ex terra. Unde S. E.* (Psal. 58, 12.) Veritas ex terra germinet. Vah! quantum affaniarum, quarum me piget, pudetque! Poterat discere ex Sacris Literis Lipmannus, nullas lites, nulla jurgia in æternis beatarum mentium sedibus locum invenire, sed habitare eas, *in caula pacis, & in habitaculis securissimis, atq; in locis ad quietem tranquillissimis*: Es. 32, 18. esseque, *delectationes ad dexteram Dei in seculum seculi*, Psal. 16, 10. Neque vero Deo quoque, ara aut deprecatore opus est, ad Angelos placandos, quippe cum nutui ejus obtemperent, *efficientes verbum ejus, auscultantes voci verbi ejus*, Psal. 103, 20. Itaque, ne Seraphini quidem, Principes quasi, & antesignani cœlestis illius gregis, audent coram Divina majestate consistere, sed trementes, horrentesque, alis suis vultum pedesque obtegunt, Es. 6, 2. nedum ut erga illiu[s] voluntatem parum reverentes se præstare, & Deo cum quid plac[et], contra mutire vel hiscere sustineant. Sane, non ignoramus, fuisse a[li]quando, cum eo temeritatis quidam Angelorum progrederentur, [u]t supremo Numini rebelles fierent, & sociis adversarentur. Sed hos nõ versutia aliqua, aut blandimentis vel precibus ad officium & concordiam Numen redigere studuit, nam ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους· *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.* 2. Pet. 2. 4.

(Dei Sigillũ est אמת Schabbat fol. 55. a. Sanhed. fol. 64. a. Joma fol. 69. b.)

Ea explo-duntur.

Amplius, cum Terra & Cœlis &c.] Sic delirat quoque Autor veteris, quem damus, libri Nizzachon, haud procul ab initio; eum juvat conferre. Veruntamen falsum hoc esse, & æque minus cum Terra & Cœlis, quam cum Angelis, Deum in Hominis creatione, deliberationem

Absurdum est, Deum, de creando homine, consilium

cum Cœlo & Terra inivisse.

tionem instituisse, solide tum ex Scripturæ disertis verbis, tum legitima ratiocinatione, dabimus probatum. Principio enim ipse Deus apud Esaiam 40, 12. 13. 14. dicto quod paulo ante expressimus, verbisq; perspicuis, omnem hanc de se suspicionem procul remotam vult, quasi cuiusquam consilio in actionibus suis utatur. Huic ergo fidem adhibere tenemur. Deinde, sic concludimus: Qui nullum in creando homine Deo creatori adjumentum præbuerunt, ad illos verbum נעשה *Faciamus*, minime referri potest. At, nec Angeli, (addamus enim hos iterum) nec Terra & Cœlum ullum ei in creando homine præbuerunt adjumentum. Consequens igitur est, nec ad Angelos, nec ad Terram aut Cœlum verbum נעשה *Faciamus* posse referri. Assumtum rursus probamus, Dei ipsius testimonio, apud Es. 42, 5. *Sic ait Deus ille fortis, creator cœlorum, & qui extendit eos, qui expandit terram, & res prognatas ex ea: qui indit animam populo agenti in ea, & spiritum ambulantibus in ea.* Et cap. 44, 19. *Sic ait Dominus vindex tuus, & formator tuus ex utero: Ego Dominus facio omnia, extendo cœlos solus, expando terram per me ipsum.* Proinde, merito Maimonides in More Nevuch. part 2. c. 6. אין מה שחשבו הפתאים שיש לו ית' דברים או מחשבה או התבוננות או שאלת עצה והעזר בדעת אחרים ואיך יעזר הבורא במה שברא: Representamus locum ex nostro MS. Codice, nam in excuso Veneto exemplari est quædam verborum, או התבוננות incommoda trajectio, quæ emendanda; atque hoc dicit Maimonides: *Non prout fatui persuasi sunt, est aut Deo benedicto sermo, aut cogitatio, aut ratiocinatio: nec petit ipse aliorum auxilium vel consilium. Quomodo enim adjuvari posset Creator a sua creatura?* Porro, ad aliam adhuc ἀπόδειξιν adversus Lipmannum formandam, etiam verba בצלמנו כדמותנו *Ad imaginem nostram secundum similitudinem nostram*, nobis sunt præsidio. Ad quorum enim imaginem & similitudinem Adamus non fuit creatus, ad eos Deus neutiquam sermonem suum direxit: Non vero creatus est Adamus ad imaginem Angelorum, aut Cœli, Terræque, multo minus ad imaginem aliquam quæ iis cum Deo communis, quippe quæ nulla fingi potest: Inferimus proinde rursus jure bono, nec ad Angelos, nec ad Cœlum & Terram, Deum sermonem suum direxisse. Neque juvaret Lipmannum, si exciperet, referre Hominem intellectu suo formam Angelorum, & cum microcosmus sit, Cœli, Terræque imaginem. Aliud enim est convenientia aliqua, aliud imago, potestque simulacrum iconicum fortuito depictum, Titii lineamenta oris quodammodo exhibere, non tamen illius imago dicetur, cum non sit ad habitum corporis illius tanquam ad exemplar expressum. Pari ratione, etsi Homo cum Angelis, cum Cœlo Terraque aliquatenus convenit, non tamen ad illorum, sed Dei solius imaginem conditum ipsum esse, Scripturæ autoritate

ritate nixi aſſerimus. Scilicet, ſi ſufficeret quævis convenientia, ad imaginem & ſimilitudinem conſtituendam, quid obſtat, quo minus bruta ad Dei imaginem condita dicantur, quia eſſe & vivere, quæ Deo inſunt, pariter participant? Quod idem animadvertit Thom. 1. q. 93. art. 3. in concl. inquiens: *Non attenditur per ſe ratio divinæ imaginis in homine, niſi præſuppoſita prima imitatione, quæ eſt ſecundum intellectualem naturam, alioquin etiam animalia bruta eſſent ad imaginem Dei.* Atque hactenus allatæ rationes, uti tam ad Angelos, quam ad Cœlum Terramque generatim attinent, ita de his poſterioribus alias inſuper ſpeciatim formare licet, e quibus pateſcit, non potuiſſe iis Creatorem loqui, & pactionem, quod Lipmannus vult, cum ipſis facere. Etenim, quia ſenſu rationeque Cœlum & Terra deſtituuntur, & nec ſermonem loquentis, nec voluntatem ejus percipere valebant, non eſt veriſimile, voluiſſe æternum Numen rem magnam cum illis confabulari. Proinde urgemus illud Maimonidis in part. 1. More Nevuch. c. 2. dictum:

Absurdum est, Deum, de creando homine, consilium cum Cœlo & Terra inivisse:

השכל אשר השפיע הבורא על אדם והוא שלמותו האחרון הוא אשר הגיע לאדם קודם מרותו ובשבילו נאמר וצוה בו שהוא בצלם אלהים ובדמותו ובגללו דבר אתו וצוה אותו כמו שאמר ויצו יי׳ אלהים ולא תהיה הצואה לבהמות ולא למי שאין בו שכל:

Cl. Buxtorfius vertit: *Intellectus, quem Creator Adamo primo infudit, (qui eſt perfectio ipſius poſtrema) collatus ipſi fuit jam ante rebellionem* (h. e. lapſum) *ejus. Propter illum enim dictum eſt de Homine, quod creatus ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei: propter illum etiam loquutus dicitur Deus cum eo, & præcepta ei dediſſe, ſicut dicitur:* Et præcepit Dominus Deus Adamo. *Præceptum enim non datur brutis, & intellectu ac ratione carentibus.* Quod ſi præceptum non dat Deus brutis ac intellectu & ratione carentibus, multo minus per pactum & conventionem mutuam, cum iis contrahit. Equidem, habet cæteroquin Scriptura προσωποποιΐας exempla elegantiſſima ſimul, & efficaciſſima, atq; locutiones hyperbolicas adhibens, ſermonem ad cœlum & terram, flumina, montes, ac ſylvas drigit, illisque ſenſum ac mentem indere videtur. Sed id tantum fit in libris poëticis, aut cum Prophetæ incitatione aliqua animi extraordinaria elati, ac veluti divino motu conciti, extra conſuetam loquendi rationem evolant. In illa vero ſimplici & plana creationis narratione, tale quid ſi quis fieri dicat, non is πάθος nobis aliquod aut ὕψος, ſed id, quod Græci Rhetores ψυχρὸν, imo vero φορτικὸν vocant, deſignaret.

Gen. 2, 16.

Jam finge, fieri potuiſſe, ut Deus cum Cœlo Terraq; ſermocinaretur, ſaltem in eo Lipmannus turpiſſime impingit, quod contra omnem

Aut de eo alendo & ſu.

Rentando

Scripturæ ſermonis contextum, non ab Homine creando, ſed jam creati alimentis ac nutritione, confabulationis, quam Numini cum Terra & Cœlo interceſſiſſe commentus eſt, argumentum arceſſit; quomodo nec ii ex Rabbinis inſanire deprehenduntur, qui alioquin in eodem cum Lipmanno luto hærent, atque Dei ad agendum magnifice exhortantem ſermonem, ad ima, ſordesque iſtas trahere non verentur. Omnes enim ita torquent verba, ut tamen creationis ſenſu illa haudquaquam privent. *Divini Theologi Cabaliſtæ*, inquit Menaſſe Ben Jſraël, *in ſacro opere Zoar, ſubtilius verba S. Scripturæ accipientes, dicunt, Ecce in cunctis reliquis operibus & creaturis S. Scriptura in ſingulari loquitur, ut ſit lux; producat terra &c. ſed quando de homine agit, ait, faciamus, in plurium numero, ſignificans (quæ etiam Platonis ſententia erat) Deum loqui cum ſecundis cauſis, quibus dicta, Ecce, ſupereſt ut animal creem, quod nomine cum immortalibus conveniat, verum id ſi immediate a me procederet, totum divinum eſſet: proinde, vos corpus date, ego, quæ reſtat, animam dabo.* Sequitur paulo poſt apud eundem: *R. Moſeh Gerundenſis, verbis R. Joſeph Quimhy, ait, Deum locutum cum terra atq; elementis; adducitq; pro ſe quod eodem ſexto die terram producere animalia juſſerat Deus, cum qua nunc quoq; ſermonem habens dicat, faciamus in plurali. Et ſic terram, limum ac pulverem dediſſe, unde corpus Adami creatum eſt, cui Deus animam inſpiraverit.* Enim vero, cum ſupra ſatis oſtenſum ſit, abſurdum, & a ſacris literis rectaque ratione alieniſſimum eſſe, ſi quis dicat, Deum de creando Homine cum Cœlo Terraque ſermonem inſtituiſſe, illud coronidis loco, Lipmanno quoque declaremus, iisdem vitiis laborare ejus opinionem, qua Hominis creationem ſoli quidem Deo, ſuſtentationẽ vero creati, quaſi ex pacto quodam, Cœlo, Terræq; tribuit. Non enim, ſicuti ſtatuarius, confecta ſtatua, diſcedit, aut manibus cõpreſſis ſedet, ita & Deus, formato Homine illius curam abjecit, cœloq; & terræ commiſit: ſed, ipſe eundem, imo & reliqua creata omnia, perpetuo alit, fovet, protegit, nihilque in univerſum fieri poteſt, quod non præſciverit Deus antequam eſſet, & cui non cooperetur, cum fit & editur, ita ut nec tenuiſſimus pulviſculus, nec minima roris guttula, ſine hoc concurſu formentur. Maimonides in 1. parte More Nev. c. 72. recte dixit & probe: מעשה הנהגת השם יתו והשגחתו בכל חלק מחלק עולם ואפילו הדק הפחות: i. e. *Providentia & Gubernatio Dei, in omnes & ſingulas Mundi partes, etiam minimas & leviſſimas ſe extendit.* Et Commentator Maimonidis in Hilchot Jeſode Tora c. 1. §. 3. ſic ſcribit ad mentem Autoris ſui: הקבה הוא ממציא כל נמצא והוא המקיימו בשפע ששופע עליו תמיד ומפני זה הם צריכים לו והוא איננו

אינו צריך להם׃ Id est: *Deus Benedictus producit quicquid productum est, idq; conservat, influxu quem perpetuo ei communicat: itaq; creaturæ illo indigent, ipse vero iis opus non habet.* Nimirum secus si esset, atque si circa hominem imprimis, fieret aliquid independenter a Deo, nec Deus esset immensa mente & potentia præditus, nec in Deo viveremus, moveremur & essemus, imo universa religio, invocatio, gratiarum actio, fiducia, spes præmii, metus supplicii, tollerentur e medio. Quapropter, pendent a Deo, qui solus independens, & solus a seipso est, omnia immediate, tam immediatione, uti loquuntur, suppositi, abest enim a re nulla, repletque cœlum & terram; quam immediatione virtutis, quippe cum hanc virtutem non aliunde communicatam, sed a seipso omnem habeat. Proinde, si vere rem reputemus, differunt Creatio & Conservatio, nudis tantum nominibus; creare enim est initium essentiæ rebus dare, conservare vero, est largiri essentiæ illius continuationem. Prorsus, uti Sol, cum primum oritur, radiosque per orbem diffundere incipit, lucem afferre, cum idem illud usque ad occasum continuat, eandem conservare dicitur. Hanc creationis cum conservatione intimam conjunctionem, ex Materia abunde perspicimus, eo, quod nulla vi in nihilum redigi ipsa potest, sed quemadmodum ad ejus creationem infinita opus erat potentia, ita soli infinitæ potestati illius omnimoda destructio & annihilatio subjacet. Interim, non impedit hæc providentia, causarum secundarum, & primæ illi subditarum, ordinem, quem Deus ut constituit, sic & tuetur, occultaque benedictione & influentia, fovet & prosperat: nonnunquam vero, cum expedit, retardat, aut aliò divertit, vel etiam maledictione occulta privat successus. Sunt igitur omnia a Deo, etiam illa, quæ per causas secundas fiunt, solis peccatis exceptis, quæ quatenus talia, nullo modo sunt a Deo; sed, a creaturis intelligentibus, deficientibus eatenus a Deo, & suprema bonitate, unice habent ortum.

Aut de eo alendo & sustentando.

Nos quidem Lipmanno locum Gen. 1, 26. fœde depravanti, sic abunde satisfecimus. Sed illud superesse videtur, ut ostendamus, & hoc, & Veteris Testamenti dicta alia, omnino comprobare eam, quam Christiani de pluribus in una Divina essentia personis, tenemus Catholicam fidem. Quia enim istud imprimis dogma Judæis est scandalum, ideo ratio exposcit, ut operam demus, quo illis indubiam fidem faciamus, nihil alienum nos docere, a Mosis & Prophetarum oraculis. Cum igitur magnum Christianismi momentum in ea re positum sit, hoc thema multi Theologorum, accurate & exquisite tractarunt, imo haud est aliquis, cui non sit dicta & probata S S. Trias. Unde non reliquit istorum, quam suspicere nos par est, diligentia, ut novi quid hic afferam, sed, si velim quid commentari, illorum scrinia unice compilare me oportet. In quem quoniam me redactum video locum, a libris qui in o-

mnium sunt manibus mihi temperans, eorumque lectionem cuiq; commendans, ex pulcherrima Dissertatione, quam Vir florentissimus ingenio & doctrina, MOSES AMYRALDVS, *De Mysterio Trinitatis, deq; Vocibus ac Phrasibus, quibus tam in Scriptura, quam apud Patres explicatur*, scite & venuste composuit, quando eius in nostris oris nulla est copia, quæ huc pertinent, excerpam. Sunt egregia profecto, habentque nervos & artus Sapientiæ, ita ut pretium iis, mi Lector, nos ponere, & illa diligenter discere, ac meditari conveniat, Judæis deinde inculcanda. Segrego autem, interea loci, a me quidem prorsus & longissime illam controversiam, qua vulgo disquiritur, num sub Veteri Fœdere viventibus, æque ac nobis qui sub Novo degimus, ad salutem necessarium fuerit, credere, personarum in Divinis Trinitatem; unde nec mea facio, si quæ obiter occurrunt apud Amyraldum, quasi ad decisionem illius litis tendentia. De antiquis enim Judæis parum solicitus, id vehementer velim, ut iis qui nunc vitam agunt, Trinitatis dogma ego comprobare queam. Hactenus igitur, amplector Amyraldi tradita & exosculor. Sic autem verbo tenus, se habet Dissertationis laudatæ Pars IV. quæ est

De primordiis revelationis Mysterii Trinitatis in Veteri Testamento.

VIDIMVS quidquid illud est quod Deus in operibus creationis, & in eorum conservatione per Providentiam, inter Gentiles de suo Numine revelavit, nullam certam hominibus occasionem præbuisse quidquam de mysterio Trinitatis suspicandi; adeo ut si quid de eo cognitum habuerunt, id necesse sit aliqua traditione ad eos aliunde esse derivatum. Nunc diligenter exquirendum est, quid sit ea de re in Veteri Testamento patefactum Judæis, a quibus omnis vera de Deo notitia ad reliquas Nationes permanavit. Et quoniam in essentia divina tres personas esse dicimus, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, de Patre autem nulla potest esse controversia, si Filii personam e Scriptura demonstraverimus; ab ea hæc pars Dissertationis nostræ inchoabitur, ut inde ad tertiam ordine procedamus. Voces אלהים & יהוה & שדי & aliæ quibus Deus in Veteri Testamento designari solet, eum significatum habent, ut naturam Divinam citra ullum respectum ad pluralitatem personarum sæpenumero denotare videantur. Quamobrem ubi nulla distinctionis suspicio est, pro communi illa Dei natura sumi poterunt. Vbi vero aliquid reperietur quod distinctionis suspicionem movebit, tum nomina illa significationem suam nonnihil immutabunt, & naturam Divinam innuent, prout se in hac potius

quam

quam in illa persona manifestavit. Vt igitur inde ordiamur, statim initio Geneseos Moses ait אלהים ברא *Deum creavisse cælum & terram.* Cæterum, in primo illo momento creationis terram ait fuisse תהו ובהו hoc est, rudem, confusam, indigestam, & omni forma carentem molem aliquam, quæ rebus omnibus materiam suppeditare debuit. Atque eo narrationis suæ principio sic constituto, ita sese ad reliquam creationis descriptionem accingit, ut dicat omnia verbo aliquo Dei fuisse ex illa materia producta & constituta. Ait enim, *Tum dixit Deus, fiat lux, & facta est lux.* Ita versu 6. *Et dixit Deus: Esto expansum inter aquas, &c.* Et versu 9. *Postea dixit Deus, confluant aquæ, &c.* Quæ verba versu 11. & 14. & 20. & 24. in productione rerum omnium repetuntur. Istud autem historiam illam oscitanter legentibus, leve fortasse videbitur. At, siquis ad rem tanti momenti animum paulo diligentius appellat, & apud se reputet, quanto consilio quantaque sapientia narratio illa sit a Divino Scriptore instituta atque perfecta, ille sermonis usurpationem, ejusque tam frequentem repetitionem in eo loco rerum creatori attribui, mysterio vacare non existimabit. Primum enim quid causæ est, cum in materiæ productione e nihilo nulla talis loquelæ mentio fiat, in aliarum rerum creatione non usurpetur modo sermo, sed etiam identidem iteretur? Etenim, materiæ creatio, quia e nihilo fiebat, si per se consideretur, difficilior fuit quam aliarum rerum e materia formatio. Quapropter ejus historia aliquanto operosius institui debuisse videtur. Deinde, omnis sermo vel ἐνδιάθετος est, vel προφορικός. Quamobrem is qui a Mose hic Deo tribuitur, ad alterutrum eorum, si nihil aliud subsit, referatur necesse est. Omnis autem sermo προφορικὸς, qualis in Scriptura sacra Deo nonnunquam attribuitur, constat ex vocibus articulatis, quibus significandi vis indita est ex instituto. Ante creationem rerum autem nullæ dum tales erant voces. Deus enim certe illis apud se non utebatur. Quo igitur Deus sermone tum usus esse dici potest? Adde quod Deus vix usquam loqui dicitur, quin vel homines vel Angelos alloquatur; creaturas scilicet audiendi & intelligendi facultate præditas. Eo vero tempore quo nondum erat tempus, neque quidquam existebat præter materiam inanem omnium formarum, quis usus esse poterat sermonis externi in voce articulata consistentis? Quis eum audire, aut intelligere potuit, cum nulla dum creatura existentiam ab eo nacta esset? Quod si quis dicat habuisse sermonem illum vim imperii, cujus interventu res quas Deus fieri voluit, erumpebant & existentiam adipiscebantur, frustra erit, & nihil dicet, quod sit ad rem. Siquidem omne imperium verbis conceptum ad eas creaturas dirigitur quæ sunt aptæ ad id excipiendum. Nihil autem erat tum; tantum abest, ut aliquid fuerit, quod imperi-

Perpenditur historia Creationis.

Perpenditur historia Creationis.

perium excipere potuerit. Et quod dici solet fuisse in rebus nondum existentibus potentiam obedientialē ad existendum, quæ ad imperium istud referretur, pro nihilo haberi debet. Omnis enim obedientia talis, nihil aliud est, quam existentiæ rei possibilitas, ut loqui solent, per quam non repugnat, quin sit, quia eam esse, contradictionem non involvit. Id autem refertur ad potentiam activam & efficientem quæ in Deo est, non autem ad imperium vocibus dearticulatis comprehensum. Quidquid enim ex vocibus dearticulatis & aliquid significantibus constat, id quatenus tale est, naturaliter fertur ad intelligentiam aliquá, nō autem ad ullam aliam facultatem. Tum, in omni imperio res quæ præcipitur, & res cui præcipitur sunt inter se distinctæ. Præcipitur enim alicui, ut efficiat aliquid, quod est ab ipso efficiente diversum. In his autem verbis, ***Fiat lux***, si referuntur ad lucem ipsam, & res imperata, & ea cui imperatur, inter se confundentur. Adde præterea, quod imperium quatenus in vocibus situm est, nullam rerum efficiendarum in se virtutem includit. Verba enim hoc quidem præstant, quod vi suæ significationis, objecta quædam mentibus audientium offerunt; at nihil præterea faciunt, saltem ut sunt verba. Quod si ideo, quia sunt sonus aliquis, habent tantam vehementiam, ut aërem impellant, & ad aures accidant cum impetu, & res circumstantes concutiant, id nihil ad rem nostram attinet, quia neque tum erant ulla corpora quæ vehementia soni illius imperii pulsaret, nec pulsatione illa, si qua facta fuisset, res quæ nondum erant, existere potuissent. Aut igitur imperium illud prorsus inutile fuit, aut ad ipsam Dei potentiam dirigebatur, ut eam excitaret ad agendum: quod est vehementer absurdum. Nam David quidem nonnunquam animum suum incitat ad laudandum Deum: ut vero Deus semetipsum & aliquam proprietatum suarum ad operationes exstimulet, aut infrequens est, aut prorsus inusitatum: & si omnino insolens non est, saltem potentiam suam alloqui debuerat, ut David animam suam compellat, non autem dicere simpliciter, ***Fiat lux***, qui sermo nullam potentiæ divinæ significationem involvit. Ad sermonem ἐνδιάθετον quod spectat, multo adhuc minus, si nihil præterea fuit, ad rerum effectionem & productionem contulit. Est enim sermo internus cogitatio quædam & operatio mentis versantis circa res cognoscendas, volendas, aut imperandas: quæ si intra mentem consistit, nulla facultate pollet ad res illas, quæ extra mentem esse debent, efficiendum atque formandum. Huc accedit, quod si Deus contentus fuit illa cogitatione, ut & res possibiles intelligeret, & eas existere vellet, & præterea tacito quodam imperio existere juberet, nihil necesse erat, ut id Moses commemoraret, multo vero minus ut id identidem iteraret. Quis enim dubitare potuit quin Deus, cum res omnes virtute sua produxit, cogitationem talem apud se instituerit,

prout

prout ejus natura & agendi ratio a nobis concipi ſolet? Ea enim narratio accommodata erit ad eam agendi rationem quam homines ſequuntur. Jam autem certe quicunque vel ædificium vel quodcunque aliud opus induſtria & efficientia ſua peragit, id primum habet informatum in mente, & in voluntate deliberatum, & ἐν τῇ προαιρέσει inſtructum ac veluti imperatum denique. Quis ergo unquam de architecto narrationem ita inſtituit, ut dicat; primum cogitavit & conſtituit jacere ædificii fundamenta: deinde cogitavit & conſtituit parietes fundamentis ſuperſtruere: tertio cogitavit & conſtituit trabibus & contignationibus parietes interjungere; ut id ſepties aut octies repetat, donec omnibus ædificii partibus dinumeratis, tandem narrationem abſolvat? Putida eſſet & inepte ſuſcepta diligentia, in re de qua nemo ambigere potuit. Huc accedit quod ne quidem Moſes id ita narraverit de operis deſignatione quæ in mente fit, ſed de illius effectione; quaſi Deus antequam manum admoveret operi, illius ideam perfecte in animo informatam non habuiſſet, ſed ad ejus conſtructionem acceſſiſſet, ita, ut primo illius membro perfecto, ſecundum deſignaret; ſecundo abſoluto, tertii formam atque figuram apud ſe inſtitueret, & ſic deinceps: cum omnes architecti qui paulo peritiores ſunt, univerſi operis effigiem in mente deſignatam habeant, antequam quidquam reapſe moliantur. Verum, quid verbis opus eſt? Ipſa hiſtoriæ illius lectio manifeſtum facit omnibus, ſi quid a Deo tum dictum fuit, id intra cogitationem non conſtitiſſe, ſed fuiſſe verbis foras enuntiatum. Nam, cum Scriptura Sacra ſermonem internum ſignificare vult, non ita loquitur ויאמר *& dixit:* ſolet addere בלבו *in corde ſuo*, quod de Deo ipſo nonnunquam ἀνθρωποπαθῶς uſurpatur. Et frequens illa repetitio verborum iſtorum, *& dixit*, eam ſpeciem præ ſe fert, ut aliter quam de ſermone προφορικῷ non poſſint, niſi admodum incommode & violenter, uſurpari. Quod, quia magnas, ut ſupra vidimus, atq; inexplicabiles difficultates habet, eo nonnulli confugiunt, ut dicant, neque λόγον προφορικὸν neq; λόγον ἐνδιάθετον, proprie in eo negotio interveniſſe: ſed Moſem ita narrationem inſtituiſſe ſuam duntaxat, ut ſignificaret res omnes eſſe perfectas admirabili quadam virtute atque facilitate. Etenim quia neque vectes aut ferramenta, neque machinationes aut molitiones ullas Deus ad mundi creationem adhibere neceſſe habuit, tanta facilitate factam eam eſſe Moſes innuit, quanta fieret opus aliquod, ſiquis ad id ſolis verbis uteretur. Quod in Evangelio denotare voluit ille, qui Chriſto dicebat; *Dic tantum modo verbum, & ſervus meus ſanabitur*. Verum, ne id quidem admitti poteſt. Primum enim paſſim in Scriptura Sacra, ubi de creatione agitur, ea vi verbi divini facta eſſe memoratur. David in Pſalmis id non ſemel comme-

Perpenditur hiſtoria Creationis.

Perpenditur historia Creationis.

commemoravit. Alii Prophetæ & ſacri Scriprores Davidem in eo imitati ſunt. Et quod auctor Epiſtolæ ad Hebræos hoc Chriſto attribuit, quod omnia φέρει τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, eo proculdubio reſpicit, ut quomodo revera novus mundus verbo Evangelii ſuſtinetur, ſic etiam alter ille vetus, qui olim creatus fuit, vi alicujus verbi conſtitiſſe putetur. Huc accedit, quod ſi Moſes voluit ſolummodo ſignificare mundi creationem factam eſſe nullo negotio, longe rectius feciſſet, ſi ſine ulla circuitione dixiſſet, omnia facta fuiſſe ſola Numinis voluntate. Etſi enim, ſecundum modum conſiderandi noſtrum, aliud eſt in Deo voluntas, aliud vero potentia quæ decreta voluntatis exequitur, (ea enim diſtincta ſunt in hominibus & in Angelis, ad quorum exemplum conceptus noſtros de Numine formamus) attamen & in Deo ſunt unum atque idem, & locutio illa longe adhuc illuſtriorem divinæ virtutis ideam in animis noſtris ingenerat, quam ſi omnia ſolo verbo facta eſſe dicamus. Aut, ſi virtutem illam Dei, quæ per ſe inviſibilis eſt atque incomprehenſa, Moſes aliqua re indicare voluit, quæ haberet ſimilitudinem aliquam rerum corporearum, & quæ in ſenſus incurrunt, commodius facilitatem illam creandi Moſes interpretatus eſſet, ſi omnia ſolo Dei nutu facta fuiſſe ſcripſiſſet. Adhuc enim minus operoſus eſt, qui annuit, quam qui ſermocinatur; & qui id quod vult, nutu peragit, quam qui ad id ſermonem adhibere neceſſe habet, potentior exiſtimatur. Vnde ſunt iſta Principum Poëtarum Μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον· Et, *nutu totum tremefecit olympum.* Denique, nam fortaſſe diutius quam par eſt, in eo immoramur, id ſi Moſes innuere voluit, cur id ſemel aut bis dixiſſe non contentus, tam ſæpe repetiit, ut ſi nihil ſit in ea narratione μυστηριώδες, tam frequens ejusdem rei inculcatio ferenda non videatur? Nam ejus narratio quidem, ſi ſemel dixiſſet, *Deus imperavit ut mundus exiſteret, dicendo, Fiat mundus, & ſubito apparuit*, potuit habere ὕψος, quod ab ipſo Longino obſervatum eſt. At, tam ſæpe iteratum, ſi, inquam, nihil aliud fuit, ab eo quod ὕψος eſt, ad id quod Græci Rhetores ψυχρὸν aut adeo φορτικὸν vocant, non degenerare non potuit. Certe in omni narratione præcipue requiritur, ut fidem faciat: fidem autem facere nequit niſi veriſimilia narret: veriſimilitudo vero in eo potiſſimum conſiſtit, ſi ea dicantur, quæ fieri ſolent, quæque iis conveniunt, de quibus narratio inſtituta eſt. Non ſolent autem homines, cum ædificium aliquod conſtruunt, ſic loqui, nemine audiente: aut ſi id illis ex impetu aliquo animi accidit, reprimunt ſeſe, ne quid faciant contra quam decet: multo vero minus id ipſi Deo convenit, qui nunquam loquitur, niſi ubi neceſſe eſt, & graviſſima de cauſa. Jam igitur operæ pretium eſt animadvertere, quid in rerum creatione ſermo ille Dei præſtiterit. Primum, cum materia eſſet natura

tura

Perpenditur historia Creationis.

tura sua admodum opaca,& densissimis tenebris involuta, fecit, ut ex ea caligine lux emergeret, in qua rerum opifex deinceps in operando versaretur. Deinde,ne aquæ quibus materia circumfluebat, nimium incommodarent,eas in duas veluti partes divisit,quarum alteram subduxit in sublime, alteri subsidere permisit, & expansum interjecit inter eas,quo perpetuo dirimerentur. Tum,partem illam quæ subsidit,quia reliquæ materiæ undique superstagnabat, jussit in certum quendam locum secedere, ut reliqua orbis terrarum superficies,locum plantis, & habitationem animantibus futuris in sicco præbere posset. Postea plantas ipsas eduxit e sinu terræ,& earum unamquamque, tum sua forma vestivit,tum implevit suo semine, ex quo postmodum propagaretur. Quo facto, ex illa luce quæ primo die e tenebris emicuerat, tornavit duo luminaria, quæ diei ac nocti præficerentur, & ea cum cæteris sideribus in cœlo collocavit.Rebus ita constitutis,& ingētibus mundi partibus inter se conjunctis ac coagmentatis, quinto die omne genus piscium & animantium reptilium, omneque genus volucrium pariter ex aquis produxit, & hasce in cœlo volare, illa in aquis& in terra habitare voluit. Denique sexto die terrestria creavit animalia, & hominem ipsum condidit, quem in hoc mundo, tanquam in amplissima, omni supellectile instructissima, omnique ornatu decoratissima domo, cum ingenti potestate atque auctoritate locavit. Ex quo nunc nobis facile est colligere, Deum, qui sic eo loco vocatur, quique primus memoratur in ea historia, mundi materiam e nihilo fecisse, sed rudem illam, ut supra diximus, & formarum inanem, & tenebris obsitam, & omnium rerum egentem, tanquam lutum obscœnum, quod manum opificis expectaret. Sermonem vero, qui neque in verbo προφορικῷ, neque ἐν λόγῳ interno consistebat, sed in aliqua re quæ Deus esset, (nam quid potuit esse præter Deum?) & quæ tamen a Deo nonnihil discreparet, (utique sermo a loquente distinguitur,) mundi designationem instituisse sapientissime, ut, si Deo, materia, τῷ λόγῳ materiæ digestio, formarum subministratio, ordinis constitutio, ac denique mundi partium conjunctio & collocatio debeatur. De Spiritu postmodum agemus. Nunc in disquisitione secundæ personæ perseveremus. Geneseos 16, v.7. is qui Agarem jubet ad heram suam reverti, *Angelus Domini* vocatur; versu vero 13. dicitur *Jehova* vel *Dominus* simpliciter. Eiusdem lib. cap. 18. vers. 2. tres Angeli Abrahamo apparent, quorum unus appellatur *Jehova* eodem capite vers. 10. 13. 17. & 33. Item cap. 19. vers. 15. & 17. 19. 21. si inter se conferantur, ex iis manifestum erit, ex illis Angelis qui Sodomam & Gomorrham subverterunt, vnum esse Jehovam. Cap. 22. v. 11. & 15. Angelus ille qui Abrahamum repressit ne filium occideret, quique *Angelus Jehova* nuncupatur, vers. 12. 16. 17. 18. ea sibi tribuit quæ uni

De Nomine Dei Angelis tributo.

De nomine Dei Angelis tributo.

Jehovæ competere possunt. Item, cap. 32. v. 24. ille qui cum Jacobo luctatur, quique homo appellatur, quia speciem hominis externam præ se ferebat. vers. 27. 28. 29. 30. & *Deus* appellatur, & ea sibi arrogat aut tribui patitur, quæ pariter in unum Deum competere possunt. Exod. cap. 3. vers. 2. Angelus dicitur ille qui Mosi apparuit e rubo, qui tamen Jehova vers. 4. & 6. vocitatur. Item ejusdem lib. c. 14. v. 19. ille qui castra Jsraëlitarum præcedebat, quique mare discidit, ut populo transitum aperiret, *Jehova* pariter esse dicitur vers. 21. Eiusdem libri cap. 23. vers. 20. 21. Angelo Jehovæ tribuuntur quæ Jehovæ ipsi soli potius convenire videntur. Atque alibi passim eadem reperiuntur. Nam Num. 20. vers. 20. Angelus Domini dicitur populum eduxisse ex Ægypto, quod memorabile facinus ab eo procul dubio factum est, qui Deus est benedictus in æternum. Et Jud. 6. vers. 11. Gedeoni dicitur apparuisse *Angelus Jehovæ*, qui vers. 15. & 16. Jehova nuncupatur sine circuitione: quemadmodum Jud. 13. vers. 3. & 22. in historia conceptionis & nativitatis Samsonis. Quamobrem omnino necesse est, vt vel Angelo creato nomen Jehovæ sit inditum, vel Jehovæ ipsi Angeli nomen sit per œconomiam aliquam attributum. Ex doctrina de Trinitate posterius hocce facile est ad explicandum. Quum enim tres Divinitatis personæ sint æternitate, dignitate, & omnibus virtutibus æquales, ita tamen ob œconomiam aliquam admirabilem inter se partitæ sunt operationes suas, ut altera alterius Angelus dici possit. Est enim Angelus מלאך hoc est *nuntius*, qui mittitur ab aliquo, vel ad voluntatem mittentis perferendam, vel ad eam exequendam, si res qua de agitur in actione versatur. Jam autem opus redemtionis generis humani tale fuit, ut ad id peragendum una e tribus illis personis necesse haberet e sublimi illo Majestatis divinæ solio aliquantisper descendere, partim ad voluntatem Numinis hominibus annuntiandam, partim ad mortem ipsam voluntarie subeundam, quamobrem per dispensationem illam ab altera persona mitti potuit. Eadem causa Messias, cui id munus incumbebat Mal. 3. v. 1. *Angelus fœderis* appellatur, quia ejus interventu fœdus salutare Gratiæ cum hominibus institui debuit. Et quia in liberatione populi Israëlitici ex Ægypto typus exstitit in quo redemtionis illius æternæ opus adumbratum fuit, eadem œconomia peractum est, una ex tribus personis nonnihil de majestate sui Numinis voluntarie decedente, ut ab altera cum munere & ministerio mitti posset. Mirum autem videri non debet si ei Angeli nomen attribuitur, cui tale munus taleque ministerium demandatur. Oeconomiam autem illam inter personas æqualis & supremæ dignitatis, summa cum ratione institui posse, alibi a nobis perspicue demonstratum est. At ut Angelo creato, Jehovæ nomen attribuatur, rationi vehementissime repugnat. Primum enim si Angelus ali-

quis

quis אל vel אלהים appellaretur, minus videretur absurdum, quia nomina ista possunt denotare potestatem ex aliquo munere ortam. Quanquam neque judicibus qui sunt in terra, neque Angelis qui versantur in cœlo, nomen אלהים usquam datur, nisi communiter, & ita ut eorum nemini singulariter assignetur. At in nomine *Jehovæ* tanta majestas est, ut personæ quæ mera creatura est, tribui non posse videatur. Non enim significat potestatem ex munere aliquo natam, sed ipsam Dei essentiam æternam, nullis vicibus obnoxiam, & ita perpetuo sibi constantem, ut ne vel leviculam quidem mutationis umbram subire queat. Qua de causa vox est apud Hebræos tantæ reverentiæ ac religionis plena, ut eam neque cuiquam communicari posse, neque vero a quoquam pronuntiari debere putent. Adeo quod Angelus creatus hoc nomen neque sibi arrogare, neque ab alio pati debuit ut sibi tribueretur, nisi ex Dei permissu aut mandato. Jam autem quæ nomina Deus ipse vel imponit, vel imponi peculiari sua Providentia permittit, nunquam inania sunt earum rerum quæ ab ipsis significantur. Vt enim nomina sunt rerum ipsarum indicia, sic ubi ea Deus vel imponit ipse, vel imponi procurat, res ipsas illis addit comites, ne temere indita esse putentur. Sic cum Abrahæ ac Saræ nova nomina indidit, res ipsas in iis præstitit, quæ novis istis nominibus designabantur. Quod in aliis etiam videre est. Quid autem potuit esse in natura Angeli creati, quod æternitatem atque immutabilitatem illam essentiæ Dei repræsentaret? Huc accedit quod Angelus ille, quisquis est, non nomen Jehovæ solum sibi vindicat, sed res ipsas sibi arrogat quæ majestatem & amplitudinem illius æquant & comitantur. Sic enim Abrahamum alloquitur. *Per me ipsum juro, quandoquidem fecisti hanc rem, & non subtraxisti filium tuum, me prolixe benedicturum tibi*, &c. Quisquamne Angelus potest per semetipsum jurare, quasi nullum haberet superiorem? Quisquamne talem benedictionem, non alieno, sed suo ipsius nomine polliceri, quam unus Deus omnipotens præstare fuit idoneus? Atque idem ille Angelus interrogatus a Jacobo, quicum luctatus erat, quodnam esset ipsi nomen, id voluit esse celatum, quasi ἀνεκλάλητον esset, & supra conditionem creaturarum. Quid quod fideles quibus Angelus iste olim apparuit, eum pro summo Deo agnoverunt, eique illa tribuerunt, quæ in unum Deum competunt, quæque ille aut manifesto admisit, aut non repudiasse narratur? Nam Jacobus post luctam ait, se *Deum ipsum vidisse*, & uxor Manoæ, mater Samsonis, idem dixit de Angelo qui ipsi apparuerat, eique de more Judæorum sacrificavit. Quantum autem qui mere sunt Angeli, ab eo absint, ut sibi quidquam eiusmodi exhibere patiantur, & ex re ipsa facile colligitur, & ipsi luculentis exemplis haud semel testatum fecere. Fuit ergo in

De Nomine Dei Angelis tributo.

go in illa re aliquid quod Judæorum animos vehementissime commovere debuit, ut si minus mysterium istud distincte perciperent, quomodo Jehova & mitteret Angelum, & ipse pro Angelo mitteretur, admirarentur tamen & suspenso animo expectarent, donec id quid sibi vellet, clarius explicaretur. Est locus illustris cap. 19. libri Geneseos versu 24. *Jehova demisit super Sodomam & super Gomorrham, pluviam sulphuris & ignis, a Jehova e cœlis*: ex quo loco nonnulli tam veteres, quam recentiores, pluralitatem personarum in essentiæ divinæ unitate subsistere collegerunt. Argumentum autem illud inefficax esse putavit Johannes Mercerus, auctor de doctrina Trinitatis rectissime sentiens, & linguæ Hebraicæ, si quisquam unquam fuit inter Christianos, peritissimus. Opinionis suæ eam rationem affert, quod cap. 28. simimilis phrasis reperiatur. Sic enim locus se habet. *Dixit autem Jehova, occultemne ego ab Abrahamo quod sum facturus? Cum Abraham futurus sit gentis magnæ ac potentis pater, &c. Nam agnovi eum, ut quum præceperit filiis suis & familiæ suæ post se, etiam observent viam Jehovæ, exercendo judicium & jus; utque præstet Jehova Abrahamo id quod promisit ei.* Nolim certe nimis acriter ea de re cum quoquam contendere. Duo tamen observanda videntur. Prius est, quod locutio non est plane similis. Nam in hisce postremis verbis, narratio dramatica est, in qua Deus introducitur de se loquens primum in prima persona: deinde subito ad tertiam descendit, quod non est in aliis Scripturæ locis insitatum. Certe hoc frequens est apud Psaltem, ut postquam de se sermonem aliquem in prima persona inchoavit, ad aliam statim transeat, & de Davide tanquam de tertio aliquo sermonem continuet & absolvat. Quod quum ab hominibus fiat, mirum videri non debet si a Deo pariter fieri prædicatur, quoniam sacri Scriptores Deum fere loquentem introducunt quomodo homines loqui solent. At in altero loco narratio mere historica est. Non est autem æque solemne, ut historicus, cum de una tantum persona loquitur, narrationem ita instituat, ut eadem actio duabus personis attribui videatur. Quod in hoc loco manifeste fit. Nam & textus hebraicus, & septuaginta Interpretum versio Græca, & Latina translatio vetus, & Chaldaica paraphrasis, & quicquid usquam est Versionum recentiorum in eo consentiunt: ut ex illis Mosis verbis appareat, Jehovam esse per quem fit ut pluat, tanquam per causam efficientem & aliquo modo instrumentalem: & item Jehovam esse a quo pluit, tanquam a causa impellente & principali: quod Jehovam a Jehova manifesto distinguit. Neque vero de nihilo esse videtur, quod Moses non dicit: *Dominus pluit sulphur & ignem e cœlo a Domino*; sed, *Dominus pluit sulphur & ignem a Domino e cœlo.* Nimirum Jehova qui pluit tanquam causa proxima & aliquo modo instrumentalis, tum in terra esse videbatur. Vnus enim erat e

Locus Gen. 19.24. expenditur.

tribus

tribus illis Angelis qui Abrahamo apparuerant. Quamvis enim ab aliis se separavisset, ut cum Abrahamo colloqueretur, & *abiisse* dicatur post finitum colloquium, non dicitur tamen abiisse in cœlum; ut verisimile sit, eum in terra substitisse, donec Sodoma & Gomorrha deflagrarent. Ille vero Jehova in cœlo esse statuitur, a quo, tanquam a principali causa, & quæ alteram personam Jehovam nuncupatam, veluti pro auctoritate ad agendum impelleret, horrenda illa pluvia manavit. Alterum illud est quod observari debet. Vetus est Judæorum opinio, ducta usque ab antiquissimis temporibus, libros Veteris Testamenti, præsertim vero Pentateuchum, & in eo peculiariter Genesim, ea sapientia scriptos esse omnes, ut præter sensus reconditos & abstrusos, quos illi solent summa diligentia investigare, si quid in eis occurrat quod sit paulo insolentius scriptum, id non esse positum temere, sed dispensatum sapientissime, & debere attentissime considerari. Ut si non satis eo tempore intelligeretur, quid contineret, expectarentur ea secula, quibus Deus olim inusitatam quandam rerum divinarum cognitionem Ecclesiæ suæ pollicitus erat se indulturum esse. Non dubito autem quin iste locus in eo numero sit. In libris sequentium Prophetatarum, præsertim vero Davidis, & Salomonis, & Esaiæ, doctrinæ illius, non amplius levia & veluti fugientia vestigia, sed documenta alte impressa, & luculenta testimonia reperiuntur. Ea diligenter inspiciamus. Ac primum quidem illud observandum est, quod oracula de Messia, quæ in libris Mosis extant, illustria quidem illa certe sunt, & pro temporum istorum conditione insigniter magnifica, quæque ingentem exspectationem in animis hominum excitare debuerunt. Ex iis tamen vix est, ut quisquam tum colligere potuerit, Deum illum esse futurum, nisi per varios ratiocinationum circuitus, quos quam difficile & operosum fuerit sub ea Dispensatione persequi, nemo per se non videt. Nam caput quidem serpentis a nemine conteri potuit, qui non haberet virtutem omni diabolorum potestate superiorem. Benedictio illa, quam ex semine Abrahami in omnes familias terræ diffusum iri, Deus ipse spopondit, tanta ubertate manare non potuit nisi ex fonte inexhausto. Populorum omnium cœtum ad se vocare Sciloh, & ab iis obsequium impetrare nequivit, nisi præditus fuisset incredibili quadam auctoritate & potentia. Summus ille Propheta, quem ex Israëlitarum gente Moses suscitatum iri prædixit, non potuit omnibus aliis Prophetis, atque adeo ipsi Mosi auctoritatem abjudicare, ita ut solus audiendus esset, quin eos omnes incomparabili sapientia antecelleret. Ista autem omnia certe in unum hominem convenire non possunt, qui hominis conditionem non transcendat. Verum ea quæ nunc accurate perspicimus, postquam aliis oraculis, & rerum eventu illustrata sunt, nonnisi confuse & imperfecte cognita fuerunt, antequam clarius

Locus Gen. 19.24 expenditur.

 explica-

explicarentur. At tempore Davidis mirum in modum illa clarescere cœperunt. Quid enim? Cum Psalmo secundo Deus dicit se Filium genuisse, cui imperium tradit in universum orbem terrarum patens atque porrectum; cui omnes reges & supremi populorum magistratus parere teneantur; quod ni faciant, eos virga ferrea, haud secus ac vasa figulina contriturus sit: quem illi osculari debeant, hoc est omnem illi honorem omneque obsequium deferre, si ejus iram vitare velint: cujus furor denique si vel nimium exarserit & succendatur, sit eos omnes misere perditurus; cum portus sit contra, & perfugium, & spes æternæ salutis iis omnibus qui ad ipsum se recipiunt; quam cogitationem in hominum animos injicit, nisi quod tanta potestas cum potestate divina est omnino æquiparanda? Nam quod Judæi de Davide blaterant, quasi descriptio illa personæ & regni Messiæ in eum competere possit, usque adeo insulsum est ut id commemorare pigeat. Nondum tamen is, de quo eo loco agitur, diserte Deus appellatur. Psalmo centesimo decimo, David, Messiam Dominum suum appellat. *Dixit*, inquit, *Jehova Domino meo*: eique hoc tribuit, quod ad dextram Dei considere debuit, Deo ipso sic jubente: *Sede a dexteris meis*. Quo nihil magnificentius dici potest. Regum enim qualis fuit David, qui optimo & plenissimo jure regnavit, quis Dominus esse potest, qui non sit Deus? Rursus, quum regum Orientalium nemo quemquam ad dextram suam sedere passus sit, quicum dignitatis & imperii majestatem non communicaret, quis ad dextram Dei considere potuit, qui non esset Deo æqualis? Vt omittam, quæ in reliquo Psalmo de Messiæ regno, & sacerdotio, & imperio in omnes populos, & terribilibus victoriis magnificentissime scripta sunt, quæque aliquid in se continent, quod supra creaturarum conditionem excellit. Ex illis certe promtum fuit colligere Messiam futurum fuisse Deum. Cui autem & potestas & natura Dei convenit, dubitabile non est, quin ore rotundo Deus possit appellari. Revera sic nominatur Psalmo 45. Postquam enim Psaltes personam ejus in eo Psalmo magnifice descripsit, & illi decus, gloriam, imperii vim atque splendorem incomparabilem, ac denique potestatis durationem sempiternam attribuit, (quæ sane in hominem, qui merus homo sit, cadere nequeunt) sic eum alloquitur. *Dilexisti justitiam, & odisti improbitatem, propterea unxit te, ô Deus, Deus tuus, oleo gaudii præ consortibus tuis.* Vt plane nihil desit ad ejus majestatem divinam indigitandam. Distinguitur autem ab altero qui Deus itidem dicitur; & ita Messias Deus esse prædicatur, ut alter ille nominetur *ejus Deus*; quod uti Judæos in admirationem dignitatis Messiæ rapere debuit, sic fieri non potuit, quin illis videretur magnopere impeditum atque perplexum, quomodo is qui vere Deus futurus erat, esset tamen ipse Deum aliquem habiturus. Cætera quæ in Psalmis Davidis reperiuntur ad

Testimonia e Psalmis pro Messiæ Divinitate.

eam

eam rem pertinentia, quantumvis illuſtria, conſulto nunc miſſa facio, ne diſputatio hæc noſtra creſcat in infinitum. Itaque ad Salomonem veniamus. Is capite 8. Proverbiorum ita loquentem Sapientiam induxit. *Ego Sapientia habito in conſilio, & ſcientiam cogitationum inveni. Timor Jehovæ eſt odio habere malum, & os loquens perverſitates odi. Penes me eſt conſilium ac ſapientia, ego ſum intelligentia: mea eſt fortitudo. Per me reges regnant & principes decernunt Juſtitiam. Per me Principes gerunt principatum, & ingenui omnes judices terræ. Ego amantes mei amo, & ſtudioſe quærentes me inveniunt me, &c. Jehova poſſidebat me principio viæ ſuæ: opera ſua, ante ullum tempus. Ante ſecula inuncta fui: ante principium, ante primordium terræ. Quum nullæ eſſent abyſſi, edita vel formata eram; quum nulli eſſent fontes graves aquis. Quum nondum factum eſſet ut montes demerſi incumberent terræ: ante colles edita & formata eram,* &c. Quæ verba, & ſequentia, Interpretes diverſimode accipiunt. Alii enim illa interpretantur de Sapientia Dei, quæ ſub idea virtutis & proprietatis concipitur. Alii putant virtutem Sapientiæ hic non modo a Deo, ſed & ab omni alia re per animi cogitationem abſtrahi, & enthovſiasmo quodam vel poëtico, vel prope ad enthovſiasmum poëticum accedente, per proſopopëiam quandam veluti informari, atque introduci de ſe deque laudibus ſuis magnifice quidem, ſed vere tamen gloriantem. Alii denique in iſtis verbis putant eſſe aliquid reconditius, quod ad ſubſtantialem aliquam & actu exiſtentem ſapientiam ſignificandam pertineat. Nos illa penſitemus. Et ad primam illam opinionem quod attinet, eſt ab omni ratione aliena. Primum enim cum, ut Ariſtoteles alicubi ait, utrum habitum, an vero hominem habitu præditum deſcribas, perinde ſit; tantundem hic facit Sapientia, ſi Dei proprietatem denotat, quam ſi Deus ipſe, quatenus ſapiens eſt, de ſe locutus eſſet. Atque id aliquanto de Deo verius eſt quam de homine prædito aliquo habitu, quandoquidem in Deo proprietas & eſſentia ſunt unum atque idem. Quid igitur attinebat ut hic Deus ſuam ſapientiam tam jactanter prædicaret? Quis illam revocaverat in dubium, ut neceſſe haberet eam a contemptu extraordinaria illa jactantia vindicare? Deinde, fac iſtius gloriationis præbitam Deo fuiſſe occaſionem aliquam, quid opus erat ut ſuam iſtam virtutem formaret in perſonam, eamque cothurno indueret, ut ſic in laudum ſuarum prædicatione paratragœdiaret? Nam apud Jobum quidem, quoniam æquitas Providentiæ Dei accuſata fuerat, ille & ſapientiam & potentiam ſuam miris modis extulit, ut jus ſuum ſummum ex duabus illis rebus efflorescens hominibus oſtentaret. At de ſe loquitur ibi, non autem de virtutibus ſuis enthovſiaſtice veluti corporatis. Apud Ezechielem, quia Dei juſtitia Judæorum querelis ſuggillata fuerat, defenditur illa quidem ab eo & accurate & vehementer.

De Loco Prov. 8 12. diſquiritur.

At de

De Loco Prov. 8. 12. seqq. disquiri.

At de seipso sermonem instituit, justitiam suam per σωματοποιΐαν loquentem non introducit. Apud Esaiam Deus ideo irascitur, quod Judæi, vera virtute, veraque pietate neglecta, observatione rituum legalium se numine ipsius satisfacturos esse putabant, & sese mirifice jactabant in larvata illa religione. Quod ut redarguat atque reprimat, ipse ingenium suum aperit, rerum istarum negligens illud, & solius veræ sanctimoniæ amans, & eapropter in cæremoniarum observationem acerbissime invehitur. At id facit de se directe & sine circuitione sermocinans, non autem virtutem aliquam suam inducens, quæ sese hominibus venditaret. Tertio, si quid erat quod hic singulariter, & sine ullo exemplo exigeret, ut illa Dei virtus in abstracto considerata, de se ita loqueretur, quid opus erat ut suam æternitatem multis verbis prædicaret? *Jehova* inquit, *possedit me principio viæ suæ*, &c. quibus multa similia sequuntur. Haud enim certe magis quisquam de æternitate sapientiæ Jehovæ dubitare potuit, quam de æternitate Jehovæ ipsius: & quemadmodum Jehova non est Jehova si non est æternus, sic neque Dei nomen meretur si potuit ab initio sapientia carere. Denique, si necesse fuit ut Sapientia æternitatem suam tam operose tamque solicite adstrueret, cur se a Jehova ipso ita distinguit, ut se dicat esse ab eo *possessam*; ut *alumnum* eius se fuisse glorietur; ut quia fuit ipsi *in deliciis*, & *coram eo lusit* omni tempore, veluti præ gaudio gestiat, & lætitia exultet ac propemodum efferatur? Vbinam est in Scriptura sacra tam audacium tamq; inusitatarum figurarum exemplum? Altera opinio rem obiter spectantibus ad verisimilitudinem propius accedere videtur. Quod enim initio capitis Sapientia clamare, & intelligentia vocem suam dare dicitur: quod stare in summitate locorum excelsorum, & juxta vias, & in loco semitarum; quod vociferari in loco portarum & in ostio civitatis, ut homines ad se vocet, & eos a stultitia revocet; habet speciem aliquam προσωποποιΐας elegantissimæ & efficacissimæ. Nec abludit illa a consvetudine poëtarum, qui res in habitibus consistentes duntaxat, & corporibus vestiunt, & spiritu animant, ut inter homines aliquo modo versentur. Talis est illa Astræa, per quam Justitiam denotare voluerunt, quæque postquam aureo Seculo in terris habitavit, deterioribus temporibus hominum vitiis expulsa, in cœlum reverti coacta est. Verum, ut ab eo incipiamus, mirari subit, quid causæ fuerit cur Salomon poëticam istam licentiam imitaretur. Nam David excellentissimus poëta, & qui nonnunquam sibi tantum indulget, ut & Deum loquentem introducat, & in descriptiones hyperbolicas excurrat, & sermonem suum ad montes, ad flumina, ad sylvas ipsas convertat, ut illis sensum ac mentem indere videatur, nihil unquam quidquam istiusmodi tentavit.

vit. Nam apostrophæ ad res quæ etsi sensu carent, substantiam tamen aliquam habent, non sunt ita inusitatæ, quin etiam ab Oratoribus nonnunquam usurpentur. Sic Cicero colles & tumulos Albanos appellavit, sic alii elati incitatione aliqua extraordinaria animi, ac veluti divino motu conciti, extra consuetam loquendi rationem evolarunt. At, ut virtutem aliquam sic ab omni concretione vel Dei vel hominum abstraheret, & eam, ut ita dicam, incorporaret, eique mentem atque loquelam attribueret, nusquam a Davide factum est. Adde præterea quod id multo minus Salomoni in eo libro quam Davidi conveniebat. Nam, non nego quidem Salomonem poëtam fuisse, quanquam pauca illius scripta extant, ex quibus id colligi possit: nec illi historia Veteris Testamenti hoc tribuit, sed incredibilem & plane incomparabilem sapientiam ac scientiam rerum omnium. Verum, inquam, id non nego. At, quis liber magis abhorret a stylo poëtico, quam divina illa quidem, sed tamen farrago Proverbiorum? Titulus enim ipse משלי statim ostendit esse congeriem sententiarum & dictorum, in quibus præter sensum, ut loquuntur, moralem, est aliquod acumen quod ingenium excitat ad cogitandum: prout in more positum fuit inter Orientales, ut in talibus rebus Philosophiam suam collocarent. Tum, etsi ratio Poëtices Hebræorum propemodum ignoretur, non videtur tamen oratio Proverbiorum numeris adstricta, ut fascis ille sententiarum pro poëmate habeatur. Sed, fac rem aliter se habere, & quemadmodum Theognis, & Phocylides, & Simonides, & Solon ipse Philosophiam moralem & præcepta politica brevibus quibusdam sententiis, in carminum modum formatis, comprehenderunt, sic etiam Salomonem γνώμας illas quas in id volumen congessit, versibus explicasse, quid istiusmodi poësis γνωμολογικὴ commune habet cum audacibus illis figuris, quibus non utuntur inter poëtas nisi vel qui volunt prorsus μυθολογεῖν, vel qui furore aliquo perciti, extra communes & loquendi & sentiendi oras abripiuntur? Age autem, Sapientiæ illius, quæcunque est, verba paulo diligentius expendamus, ut manifestum fiat quam procul a veritate absint, qui interpretationem istam tuentur. *Ego, inquit sapientia, habito in consilio, & scientiam cogitationum invenio.* Istud quidem tanquam de virtute illa intellectuali, sed poëtice in personam conformata, pronuntiatum dici potest. *Timor Jehovæ est odio habere malum, superbiam & arrogantiam, & viam malam, & os loquens perversitates odi.* Nec omnino præceptum istud dedecet sapientiam loquentem, tametsi pro habitu accipiatur. Neque penitus abhorret id quod sequitur. *Penes me est consilium, & sapientia, ego sum intelligentia, mea est fortitudo.* Verum, quæ proxime succedunt, qui possunt ad habitum intellectualem referri? *Per me Principes dominantur, Principes, inquam,*

De Loco Prov. 8, 12. seqq. disquitur.

De Loco Prov. 8. 12. seqq. disquisitur.

& omnes Judices terræ. Vel enim iſtis verbis ſignificatur ductu ſapientiæ omnes reges atque principes orbis terrarum adminiſtrare imperia ſua, vel poteſtate ſapientiæ fuiſſe illos ἐν ὑπεροχῇ conſtitutos. Prius illud falſum eſt. Nam quotuſquiſque eſt regum, præſertim illis temporibus, quibus omnes, præter ſolos reges Judæorum, veri Numinis cognitione carebant, qui in adminiſtratione imperii ſui ſapientiam illam, in qua eſt timor Domini, in conſilium adhibuerit? Nonne a prima uſque origine poteſtatum, vis & libido, & avaritia, & ambitio, & iſtiusmodi peſtes generis humani, plurimum in regendis imperiis valuerunt? Poſterius eſt abſurdum. Non enim Reges & Principes poteſtatem ſuam habent niſi a Deo: & ſapientia quatenus eſt virtus, neceſſaria quidem eſt ad legitimam regnorum gubernationem, ad regum ipſorum conſtitutionem, quaſi illi ſuam auctoritatem & majeſtatem debeant, vel nihil vel parum conferre poteſt. Id jus Scriptura ſacra ſolet uni Deo vindicare. Sequuntur hæc. *Ego diligentes me diligo, & quærentes me inveniunt me. Divitiæ & gloria mecum ſunt, ſubſtantia ſtabilis & juſtitia. Melior eſt fructus meus auro & obryzo: & proventus meus argento electo. Per ſemitam juſtitiæ deduco, in medio ſemitarum judicii. Efficiendo ut poſſideant amantes mei id quod eſt: denique theſauros eorum impleo.* Et hæc fortaſſe accipi poſſunt, quomodo narrant Veteres virtutem eſſe olim Herculem allocutam. At iſta quæ proxime ſequuntur: *Jehova poſſidebat me principio viæ ſuæ, ante opera ſua, ante ullum tempus;* qui pote ut ad habitum intellectualem in corpus ita concretum accommodentur? Jam enim vidimus id intelligi non poſſe de proprietate Dei, cuius intempeſtivum eſſet æternitatem aut antiquitatem tanto ſtudio commemorare. Pergit vero ſic. *A ſeculo* נסכתי, *a principio, ante terram.* Eſt autem ilud נסכתי proprie *inuncta fui*, quod uſurpatur de inauguratione regum, cum oleo conſecrantur, Ideoque alii id vertunt *inuncta fui*, ſecuti verbi proprietatem: alii *principatum habui*, per metonymiam aliquam, quia reges, uti dixi, & Principes unctione inaugurabantur. Id vero quomodo in virtutem illam intellectualem competere poteſt? Nam illa, *a principio, ante terram*, ea tempora denotant quæ creationem anteceſſerunt, & quibus nondum ulla creatura erat quæ ſapientia polleret. Poſtquam vero naturæ intelligentes per creationem extiterunt, obtinuitne revera ſapientia imperium, de quo jure merito gloriaretur? Quamdiu Adamus in integritate vixit, ſapientia fortean ita ſeſe iactare potuit: ſiquidem illius ductu poteſtatem exercuit, quæ ipſi a Deo attributa eſt. At iſtud non fuit diuturnum: & poſtquam ſemel homo in peccatum lapſus eſt, inſipientia & ſtultitia res humanas fere perpetuo conturbarunt. Quæ ſequuntur talia ſunt. *Quum nondum eſſent voragines formata ſum: quum nondum eſſent fontes abundantes aquis. Antequam montes fundati eſſent, ante colles formata ſum,*

ſum, nondum fecerat terram, & plateas, & ſummitates pulverum orbis. Quæ prorſus ſunt ἀκατάληπτα, ex ea hypotheſi, niſi nobis commentum arrideat idearum Platonicarum. Nam Plato quidem exiſtimabat ideas omnium rerum exſtitiſſe ante mundi creationem. At religio Chriſtiana, & Philoſophia Peripatetica, & recta ratio, jampridem meteoriſmos illos exterminarunt. Hæc ſequuntur apud Salomonem: *Quando præparabat cœlos, illic eram: quando deſcribebat circulum in ſuperficie abyſſi: Quando firmabat cœlos deſuper, quando roborabat fontes abyſſi: Quando ponebat mari ſtatutum ſuum, & aquis ne tranſirent littus ſuum: quando deſcribebat fundamenta terræ: Eram apud eum veluti alumnus, & eram in lætitiis quotidie, & ludebam coram illo omni tempore. Ludo in orbe terræ ejus, & delectationes meæ cum filiis hominum.* In quibus verbis quatuor continentur. Sapientiæ antiquitas, quæ mundi antiquitatem ſuperat: ejus præſentia, qua Deo aſſiſtebat quum mundum creavit: interioris admiſſionis familiaritas, qua Deo fuit in deliciis: denique ἀναστροφὴ cum hominibus, quam ipſa dicit eſſe cum ſingulari delectatione conjunctam. Et de antiquitate quidem atque æternitate jam diximus. Præſentia illa qua Deo mundum creanti aſſiſtebat, eſt diligenter advertenda. Non enim certe quidem ſapientia erat otioſa in eo opere: nam nihil minus cum ſapientia conſentaneum eſt, quam ut in admirabili illa machinatione, quæ eius opem vel maxime flagitabat, ſtaret complicatis brachiis, & conniventibus oculis, expectans quid ex eo incepto confieret & oriretur. Quid autem in eo ſapientia præſtare potuit, niſi ut partium operis ordinem deſcriberet, & membra Vniverſi accurate disponeret, ne quid perturbate deſignaretur? Ad eam rem autem quid conferre potuit ea virtus intellectualis, quæ quantumvis eleganter & magnifice προσωποποιῇ, ſubſiſtere nequit tamen niſi in mentibus hominum, qui nondum erant? Familiaritas illa quæ ſapientiæ cum Deo & interceſſit ante rerum creationem, & etiamnum intercedit, res eſt quæ ſi nihil aliud eſſet, ſola tamen impediret quominus talis proſopopœia hoc loco admitteretur. Apoſtolus cap. 8. Epiſt. ad Rom. hoc per proſopopœiam τῇ κτίσει tribuit, hoc eſt, univerſæ mundi machinæ, quod συνωδίνει & συστενάζει fidelibus, veluti exerto capite, & cum aliqua impatientia expectans revelationem libertatis gloriæ filiorum Dei. At figura intra eos terminos conſiſtit; nihil quidquam ipſi Deo affingit quo ille τῆς κτίσεως deſiderio tangi ſignificetur. Quamquam ſane mundi machina res eſt & quæ perſona indui poteſt, & cujus ſi quid vehementer expetit, ratio haberi debere videtur. Hic ubi proſopopœia uſque adeo audax eſt, ut ſit ex eorum numero quæ apud Rhetores Græcos παρακεκινδυνευμένα vocantur, non modo mentis habitui tribuitur & mens, & loquela, &

De Loco Prov. 8. 12. ſeqq. disquiritur.

De Loco Prov. 8 12. disquiritur.

καύχησις atque adeo etiam μεγαλαυχία quædam inusitata & dignitatis suæ ostentatio, sed etiam eo usque ille progreditur, ut in sinu atq; oculis Dei, tanquam alumnus in ulnis nutritii, gestari se & ludere glorietur. Hoccine est in ulla poësi tolerandum? Αναστροφὴ cum hominibus quænam possit esse tali sapientiæ conjuncta cum delectatione memorabili, equidem non video. Ea scilicet est conditio mortalium, ut qui aliquanto plus quam alii intellectu & ratione vigent, (est autem in ea re sita sapientia humana, mente sana scilicet, & vivida atque lucida ratione,) sæpenumero querantur secum pessime agi, quia vel in solitudine vivunt, adeo rara res est bona mens, vel sint veluti scopus ad quem omnia contradictionis iacula destinantur. Sic enim natura comparatum est, ut similes similibus gaudeant. Si cujus ingenium a moribus reliquorum abhorret, haud secus ac peregrinæ cuidam avi & incognitæ, a cæteris auibus plumæ intervelluntur. Sic Socrates apud Athenienses male audivit & male acceptus est. Sic a Romanis Cato repulsam tulit. Sic denique quisquis unquam scientia, sapientia, virtute excelluit, ille propemodum ab omnibus impetitus vitam in multis offensionibus traduxit. Vnde ergo illa sapientia orta est, quæ in terris causam nacta est cur inter homines sibi tantopere placeret? Quid ergo, inquiet aliquis, nullane hic est προσωποποιΐα? Est sane, sed quam aliter interpretari oportet. Salomon, secundum Davidem parentem eius, sapientiæ caput constituit in timore Domini, unde omnes virtutes fluunt: & impios, peccatores, hoc est, qui peccato indulgent, solet appellare *stultos, insipientes*, & istiusmodi nominibus, quæ mentis errorem atque depravationem significant. Optime. Nihil enim est homine vitioso, & qui peccato sese dedit, insipientius; ut qui veluti data opera sese in exitium dat præcipitem, neglecto atque posthabito summo bono, quod est in communione Dei positum, & ad quod per pietatem atque sanctimoniam pervenitur. Sunt autem in operibus Dei, & in eorum gubernatione per Providentiam, tam clara documenta, quæ homines ubique ad Dei notitiam & timorem incitant, quæque eos a peccato avocant, ut vocem undique propemodum mittere videantur. Ea causa est cur initio hujus capitis octavi Proverbiorum Sapiens ita loquatur. *Nonne sapientia clamat & intelligentia dat vocem suam?* &c. *dicendo. Vos o viri, inclamo, &c. intelligite fatui astutiam*, &c. in quibus est admirabilis quædam prosopopoeia. Verum, documentorum illorum quæ in operibus Dei, præsertim vero in administratione providentiæ elucent, causa est sapientia illa ὑποστατικὴ, quæ initio Geneseos sermo Dei nuncupatur, quæque rerum creationi primum & affuit & præfuit, ut eas ordine disponeret; deinde postquam semel creatæ sunt, eas pariter conservavit, rexit & gubernavit, ita ut non

modo

modo eius virtute mundus universus substiterit, sed etiam ut omnia illa ad veram sapientiam veramque virtutem hortamenta, quæ ex omni parte exaudiuntur, ad eam tanquam ad causam suam referri debeant. Vt enim Deus illo suo verbo, suaque sapientia substantiali usus est ad rerum constitutionem, sic eam ad earum conservationem & rectionem adhibet. Quum autem sapientiam illam *substantialem* appello, non intelligo Dei proprietatem aliquam, quæ tametsi in Deo essentia sit, tamen a nobis sub idea virtutis & attributi concipitur. Intelligo aliquid quod ita Deus est, ut tamen aliquo modo differat ab illo qui primus in rerum creatione Deus appellatus est, & quod ab eo differt, non ut attributum differt ab essentia, sed ut in communi natura & in participatione eiusdem essentiæ differre potest, ut postmodum videbimus, persona a persona. Postquam igitur Salomon sapientiam istam loquentem initio capitis intulit, ita ut quæ de illa dicit, quæque illam loqui facit, accipi possint de re quæ cum persona non sit, tanquam persona repræsentatur tamen; longius provectus, & a Spiritu Dei sublatus multo altius, ascendit usque ad eam sapientiam quæ persona est, ut ab effectu devenitur ad causam. Eam igitur ita describit ut illi æternitatem attribuat, & in mundi creatione cooperationem cum Deo, & familiaritatem talem qualis inter patrem & filium, inter nutritium & alumnum, intercedere solet, & cum hominibus ἀναστροφὴν denique, qua pro memorabili bonitate ipsius, vehementer delectatur. Etsi enim plerique mortalium admonitiones eius hortationesque respuunt, eos amat tamen, & indefesso studio eorum emendationem, quantum id objectorum externorum repræsentatione fieri potest, quotidie procurat: quod si parum promovet, si hominum peccatis & malefactis indesinenter offenditur, ea est illius majestas, natura, atque bonitas, ut non possit in eam ægritudo cadere; ut sit supra omnis offensionis incursum; denique ut studium & amor quo genus humanum prosequitur, nullo contemptu frangi ac debilitari possit. Id autem quam cogitationem in Judæorum animos injicere debuerit, neminem latere potest. Si nondum illis arcanum Trinitatis omnino aperuit, saltem eos percelli oportuit rei tam incomprehensibilis admirabilitate. Vt enim apud Deum esset aliquis alius, qui sit ipsi coævus & coæternus, qui ei in rerum creatione operam sapientiæ præstiterit, cui cum eo tanta familiaritas intercesserit, ut ab eo sit pro filio & pro alumno vehementissime dilectus, qui hominum salutem usque ab initio rerum omni genere documentorum & hortationum perpetuo procuraverit, res adeo stupenda fuit apud eos qui ex mundi contemplatione, præsertim vero e disciplina Mosis didicerant unicum esse Deum, ut præ illius admiratione hominum mentes e sui potestate exire prope oportuerit. Atque de eo loco nunc satis. Nam alibi denuo nobis erit considerandus. Nunc ad

De Loco Prov. 8, 12. seqq. disquiritur.

De Loco Es. 7, 14. Esaiam veniamus. Quod ille prædixit fore ut *virgo conciperet & pareret filium*, debuit Judæis mirum videri. Nam si oraculum istud acceperunt in sensu, ut loquuntur, composito, hoc est, ita ut intelligerent virginem quam homo non attigisset, in utero habituram esse, id fieri non potuit sine ingenti miraculo. Si in sensu diviso accipiendum esse putarunt, locutionis raritas & παραδοξολογία debuit eos vehementissime commovere. Attamen nihil in eo fuit quod ullam in numine pluralitatem argueret, nisi per varias ambages, quæ admodum obscuros & difficiles explicatus haberent. Quod filius qui ex ea virgine nasci debuit, *Immanuel* fuit indigitandus, habebat proculdubio παράδοξον & inexpectatum quid, quod hominum animos extra ordinem excitaret. Nam nomina quæ jussu ipsius Dei imponuntur, non sunt rerum ipsarum inania, sed prægnantia veluti & effectu comitata. Attamen ut sunt hominum ingenia in eo genere vel obtusa vel pervicacia, utque cavillari amant, nondum id fortasse fuit satis efficax, ut Judæis persuaderet, filium illum Virginis, quicunque esset, futurum esse Deum, qui nobiscum, hoc est, cum hominibus in terra versaretur. At capite nono verba sunt quæ omnem pertinaciam expugnare possunt. Locus Es. 9. 6. consideratur. *Puer*, inquit Propheta, *natus est nobis, filius datus est nobis, in cuius humero positus est principatus: & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis. Amplitudini illius principatus, & paci nullus erit finis, in solio Davidis & in regno ejus*, &c. Est illud memorabile, quod isti puero, quisquis est, attribuitur imperium & respectu amplitudinis, & respectu diuturnitatis, interminatum, quodque adeo pacificum futurum est, ut pax eius ac tranquillitas nulla re unquam turbetur. Eum enim qui tali imperio potitur, necesse est esse & vita immortalem, & mente atque sapientia immensum, & potentia infinitum, ut pacem in imperio suo constanter & imperturbate tueri queat. Ista autem in unum Deum competunt. Verum nomina illa, quibus appellandus est, eius divinitatem extra omnem dubitationis aleam constituunt. Eorum cavillationes hic non moror, qui in isto ויקרא nescio quid vitilitigant, & pleraque nomina quæ sequuntur ad Deum ipsum referunt, ut puer ille, qui filius dicitur, *Princeps pacis* tantummodo vocitetur. Quæ hic vel a Judæis, vel ab Hæreticis in eam rem dicuntur, adeo contorta sunt, & absurda, & violenta, ut ipsa se sua sponte refellant, & obiter in explicatione titulorum illorum a nobis refutabuntur. Quod primum occurrit, est *puer*, nomen spectans ad naturam humanam significandam. Denotat enim hominem, sed vel adhuc infantem, vel saltem qui nondum adolevit. Nam Grammatici quidem varias hominum ætates nominibus istis significari tradunt, ut ילד sit *recens natus*, ינק *lactens*, עלל *parvulus*, נער

puer, עלם *adolescens*, בחור *iuvenis*, איש *vir*, זקן *senex*, & ישיש *decrepitus*. Et isto Esaiæ loco ילד meo quidem judicio, est infans recens natus: at primarum ætatum gradus sæpenumero confunduntur. In appellatione Filii est multo plus majestatis. Etenim absolute ita posita, non expresso nomine patris, Dei filium proculdubio designat. Porro filii nomen duobus modis sumitur: nimirum vel ut significetur is qui naturam habet a parente communicatam; quomodo Salomon dicitur filius Davidis: vel per figuram aliquam, ut Prophetarum filii dicebantur ii qui erant Prophetarum discipuli, ob similitudinem aliquam quæ inter naturæ communicationem per generationem, & communicationem doctrinæ per disciplinam, intercedit. Et non ignoramus quidem summos Magistratus Dei filios in Psalmis appellari posteriore modo, quoniam est in eorum potestate imago quædam ἐξουσίας illius quam Deus in creaturas obtinet: quo sensu nonnulli Messiam Dei filium appellari disputant, ob munus illi a Deo demandatum. Verum tria sunt quæ ad id dicenda habemus. Vnum est, quod ad figuratas vocabulorum significationes confugiendum non est, ubi propriæ locum habere possunt. Quum igitur Filii propria nomenclatio in eo fundata sit, ut qui sic appellatur habeat naturam eius naturæ similem quæ est in eo cuius dicitur filius, & ut natura illa sit ab uno in alterum transfusa; antequam isti nomini hoc in loco propriam significationem eripiamus, demonstrandum est illum de quo agitur, nec posse habere naturam naturæ divinæ similem, nec eam habere a Deo propagatam. Demonstrari autem illud, qui pote, quandoquidem natura divina ab omni parte infinita est, atque ideo prorsus incomprehensa? Nam imperfectiones quidem per demonstrationem aliquam a Deo removeri possunt. Perfectiones vero, qualis est potentia communicandæ suæ naturæ per generationem aliquam, non possunt ab eo demonstratione prohiberi. Alterum est, quod supremi magistratus Dei filii nuncupantur plurali & collectivo vocabulo. Vt vero unus aliquis ex hominibus, eximius inter reges atque Monarchas, Dei filius singulariter & κατ᾽ ἐξοχὴν appelletur, nullo testimonio probari potest. Vnus Messias ea nomenclatione gaudet, & præter eum nemo. Nam quæ habentur Psalm. 2. ad Messiam pertinent, quemadmodum ista verba, *Ero ei pater, ille mihi erit filius.* Tametsi ergo daremus, quod certe concedi nequit, Messiam appellari Dei filium ob unum munus mediatorium quod illi impositum fuit, attamen oporteret in eo munere esse aliquid summopere excellens, & quod regem illum a reliquorum numero & sorte segregaret. Tertium denique illud est, quod jam supra observavimus, munus illud regium quod ei traditum est, esse istiusmodi, ut personam requirat, in qua sint virtutes & qualitates plane divinæ. Sequitur nomen *Admirabilis*, hebraice פלא quod habet incomparabi-

Locus Es. 9. 6. consideratur.

Locus Es. 9, 6. consideratur.

parabilem emphasim. Ea enim admirabilia dicuntur, quæ natura, aut virtutibus & qualitatibus, usque adeo præstant, ut non modo sint supra sortem aliarum rerum, sed etiam supra captum earum naturarum, quibus admirabilia esse dicuntur. Admirationis enim causa est ignorantia, cum mens eo usque non assurgit, ut ad naturam, vel ad causas, vel ad magnitudinem rerum attingat. Certe פלא quod *mirificare* vertitur, proprie significat vel *absconditum* esse, vel *separatum*. Quæ autem *abscondita* sunt, aciem mentis nostræ fugiunt : quæ vero magno intervallo segregata sunt a nobis, ad ea facultates nostræ non extenduntur. Vnde nata est alia illa significatio *mirificandi*. Quamobrem si Messias habet naturam ita mirabilem ut captum nostrum superet, est supra conditionem creaturarum. Si virtutes eius mirabiles esse dicuntur, tales esse nequeunt nisi in mirabili natura, & quæ sortem atque captum creaturarum excedat. Id autem vel Numen est, vel aliquid simile Numini. Simile autem nihil quidquam Numini esse potest, quod non sit Numen ipsum. Succedit illud *Consiliarius* יעץ, in quo vis est incredibilis. Primum enim observatu dignum est quod eo modo Messias singulariter appellatur : nimirum ut significetur ἐξοχὴ aliqua per quam supra omnes alios consiliarios extollitur. Laus autem consiliarii posita est in prudentia & in consilio. Quamobrem eum qui ἐξόχως ita dicitur, consilio & sapientia abundare oportet. Deinde, cum consiliarii dicantur ideo quia alicui consulunt, & ab aliquo consultantur, is vel eo modo nominatus est quia Deo consilium dat, vel quia consiliarii munere fungitur erga homines. Deo autem dare consilium quis dici potest nisi ea sapientia οὐσιώδης, de qua supra diximus eam adstitisse Deo in creatione rerum, eique etiamnum in earum conservatione ac gubernatione operam præstare suam? Sin autem potius intelligendum est de consilio quod dat hominibus, is omnibus hominibus omni tempore omnique loco demum præbere consilium potest, qui infinita sapientia & prudentia præditus est. Atque id convenit ei soli sapientiæ quam supra vidimus suis veluti vocibus in viis & in compitis platearum editis, miseros mortales inclamare, ut desistant a stultitia sua, & in viam timoris Dei, in quo sapientiæ caput est, tandem aliquando ingrediantur. Denique, si Consiliarius dicitur ea figura per quam antecedens usurpatur pro consequente, quia illi Deus arcana omnia sua communicat, (reges enim fideles suos consiliarios nihil celant,) necesse est eum esse Deo similem, quicum tantam familiaritatem colit, ut habeant omnia communia, etiam quæ abstrusiora sunt: adeo ut alter sit in alterius veluti sinu, ubi sunt illi soli omnia consilia pervia, omnia secreta revelata, qui Dei particeps est. Qui autem talis est, mirum non est si אל in sequentibus appellatur. Sive nomen illud

lud vertatur *Deus*, sive *Fortis*, perinde est, & eodem recidit: significatur enim ea natura quæ dignitate, robore, omnibus denique virtutibus res alias omnes tanto intervallo superat, ut præ illius magnitudine reliqua omnia pro nihilo putentur. Quod sequitur, גבור duplicem significatum habere potest. Nam certum est quidem, eo proprie denotari virum & magnitudine animi, & corporis viribus ita præstantem, ut sit aliquo modo supra naturam; quales fuerunt illi qui a Græcis heroës appellati sunt, quique ab ipsis diis genus duxisse existimabantur. Tanta enim in iis vis animi, tantum robur membrorum apparebat, ut si fuissent solo hominum sanguine sati, impossibile fuerit eos tales existere. Et quemadmodum originem suam dicebantur trahere a Diis, sic etiam ob singularem virtutem & inusitata facinora, tandem aliquando in Deorum numerum referebantur. Judæorum natio, melius edocta, nihil istiusmodi fingebat: at agnoscebat tamen in heroibus illis, qualis fuit si quis unquam alius, Samson, singulare aliquid in quo Dei virtus sese peculiariter exerebat. Et virtus illa appellabatur *Dei spiritus*, a quo & Samson, & David, & nonnulli alii, tum corripiebantur, cum aliquid quod esset supra reliquorum hominum audaciam & vires, animo designabant, & reapse exequebantur. At ut sæpenumero vocabula ab hominibus ad Deum transferuntur, Deus appellatur interdum גבור ut Ps. 28. 8. & Jerem. 32. 8. atq; alibi. Scilicet, vocatur eo nomine, cum potentiæ eius mirabilia facta, præsertim in eventibus bellorum, magnifice memorantur. Itaq; qui proxime אל appellatus est, גבור etiam hic dici potest per metaphoram, adeo ut nihil tamen de laude divinitatis ipsius deteratur. Verum, esto; appelletur גבור magis proprie: sic ejus quidem natura humana designabitur, sed & quæ incredibili virtute prædita est, & conjuncta cum natura divina ὑποστατικῶς: nam una certe hic persona describitur. Id autem Judæorum mentes admiratione obstupefacere debuit, quibus natura divina longe melius cognita fuit quam Gentilibus, qui Deorum sanguinem cum humano misceri posse arbitrabantur. At istud longe adhuc majorem admirationem habet, quod ille qui paucis verbis antea *infans recens natus* appellatus est, in iis quæ sequuntur אבי עד, *Pater æternitatis*, indigitatur. Vel enim pater æternitatis dicitur quasi *Pater Æternus*, locutione hebræis familiari, vel æternitatis ipsius causa & conditor esse significatur. Prius illud non potest convenire nisi in Deum, qui solus æternus est. Et *Pater* quidem certe dici non potest respectu ejus cujus supra filius appellatus est; nam relationes istæ inter se permutari non possunt. Quamobrem rerum aliarum omnium pater nominabitur, ut quibus τὸ εἶναι concessit; quod de λόγῳ & sapientia supra vidimus esse traditum. Posterius adhuc mirabilius est.

Locus Es. 9. 6. consideratur.

Locus Es. 9, 6. consideratur.

est. Quum enim æternitate ipsa nihil quidquam antiquius cogitari posse videatur, statuitur tamen eius pater, hoc est, causa, quæ naturaliter suum effectum antecedit. Id tamen absurdum non est. Etenim vox hebraica עד significat proprie tantam longinquitatem temporis, ut sive in futurum prospicias, non reperias illius finem, sive cogitationem retro rejicias, nequeas pervenire ad eius initium. Quum igitur ille de quo Propheta agit, appelletur אבי עד hoc nimirum designatur, non posse creaturam intelligentem adeo longe mentem suam in tempora præterita immittere, & secula quæ ante mundi creationem exstitisse finguntur, evolvere & replicare, quin postquam omni ope connisa illa fuerit, ut ad ultimum temporis imaginarii momentum sese extendat, eum existere reperiat a quo & tempora, & omnia alia tanquam a principio suo ducuntur. Quod denique שר שלום appellatur, vel ingenium eius denotat, quasi diceretur *princeps pacificus*, vel sortem imperii eius, quia nimirum populus ipsius alta pace fruetur. Atque hæc duo sibi mutuas præstant operas. Non enim posset eius regnum perpetua pace florere, quod continetur in verbis sequentibus, nisi esset princeps ipse ingenio mirifice comparato ad pacem stabiliendam ac conservandam: neque tantam habere potest proclivitatem ad pacem, quin, quandoquidem & consilio & viribus abundat, eam inter subditos suos constituat ac tueatur. Vtut est, titulus iste magnificum quid habet & singulare. Ingentes illi Monarchæ qui late in Oriente imperitarunt, (instituitur enim hic inter regnum Messiæ, & eorum imperia, tacita quædam oppositio) ingenio fuerunt ut plurimum bellicoso, & rerum alienarum avido; qui ut habendi & dominandi sitim suam explerent, partem illam orbis terrarum bellis misere vastarunt, ut Nabucodonosor, & Cyrus, & qui eos imitatus est Alexander Magnus, quos postea secuti sunt Romani, in quos superiorum potestas omnis concessit. Postquā vero imperia sua victoriis vel constituerunt vel propagarunt, neque satis felices neq; satis potentes esse potuerunt, ut pacem in iis conservarent. Nam & bellis intestinis laboraverunt, & tandem vel mole sua fatiscentia, vel hostium externorum impetu concussa dissipataq; jacuerunt. Quum hic noster, de quo Esaias, & sponte animi, & felicitate sortis, & virtute deniq; sua, pacem semel partam, in imperio immenso, sit in æternum retenturus. Atq; hic operæpretium est observare nomina illa quæ Messiæ eo loco attribuuntur, non esse temere congesta, sed ordine quodam composita, qui mysterio carere non videtur. Quod enim *puer infans* dicitur, pertinet ad naturam humanam: quod *Filius*, naturam divinam indicat; non enim esse potest Dei filius nisi ex naturæ communicatione. Quod *Admirabilis* prædicatur, Dei sublimitatem arguit; quod *Consiliarius*, naturæ humanæ commemorationem includit, utpote quam induit ut arcana Dei, ex

ipsius

ipſius ſinu depromta, cum hominibus communicaret. Quod nominatur אל ſive *Deus*, pertinet ad majeſtatem numinis ſignificandam: quod גבור ſive *præpotens heros*, ei naturam humanam, quamvis mirabiliter excellentem, aſſerit. Quod *Pater æternitatis* vocatur, extra dubium ponit eum eſſentia divina præditum eſſe: quod denique *Princeps pacis*, id eum inter homines connumerat, qui imperio in homines potiuntur. Sic igitur utraque natura, divina & humana, illi alternis ita attribuitur, ut ſi Judæi paulo oculatiores fuiſſent, hominis cum Deo unionem in Meſſia futuram eſſe deprehendiſſent. Multa ſunt alia quæ in eam rem afferri poſſent niſi properaremus. Sed tempus deſtinatum huic ſcriptioni cogit me finem facere in uno loco, qui omnium clariſſimus videtur, prout lux illa, procedente tempore, & ad Meſſiæ manifeſtationem accedente, paulatim provehebatur & augeſcebat. Ille extat apud Malachiam, cap. 3. verſ. 1. in hisce verbis. *Ecce ego miſſurus ſum Angelum meum, qui expediat viam ante me: & repente veniet in Templum ſuum Dominus quem vos quæritis, & Angelus fœderis quo vos delectamini, ecce venturus eſt, ait Jehova exercituum.* Quinam ſit ille Angelus quem Deus dicit ſe miſſurum eſſe ante ſe ut expediat viam ſuam, partim conveniunt, partim vero diſſident Judæi & Chriſtiani. In eo diſſident, quod illi contendunt eum eſſe Eliam, qui deſcendet e cœlo, ut novo quodam in terris miniſterio fungatur: hi verba iſta interpretantur de Johanne Baptiſta qui venit in Spiritu & in virtute Eliæ, hoc eſt, cuius dotes, & vita, & miniſterium tantam conformitatem cum Elia habitura erant, ut pariter potuerit cum eo nomen habere commune. At in eo conveniunt tamen, quod utrique deſignari putant aliquem, qui futurus eſſet Meſſiæ antecurſor, quique viam illi ad hominum animos convertendos & ſubigendos, prædicatione & vivendi ratione muniret. Quinam vero ſit ille qui loquitur cum dicit, *Ecce ego qui miſſurus ſum*, ambiguum eſſe poteſt. Nam in antecedentibus, ſermo eſt de Jehova, qui ſermo hic videtur eſſe continuatus. Et iſta, quibus verſiculus clauditur, *ait Jehova exercituum*, plane id confirmant. Quum tamen illud, *ante me*, aliorſum lectoris mentem trahat: non enim ille quiſquis eſt, qui Angelus appellatur, Jehovæ illius præcurſor eſſe debuit, ſed Meſſiæ. Venire ſcilicet Meſſiam oportuit qui verſaretur inter homines, non Jehovam iſtum exercituum, qui ſic appellari ſolet, quique cum Meſſias appariturus erat, debuit ſeſe in cœlo ſuo continere. Certum eſt multa eſſe loca, in V. Teſtamento, in quibus Jehova nominatur, quæ tamen de Meſſia intelligenda ſunt. Id ex Pſalmo CII. & aliis probare licet, ſi liberet. Et ſi quis ingenii vires contenderet, fortaſſe non eſſet difficile id ipſum in hoc loco demonſtrare. Quod ſi fieret, expedita eſſet iſtorum verborum interpretandorum ratio; nam, *ante me*, ante Meſſiam ſignificaret. Verum ne quis hic nos

De Loco Malach. 3, 1.

De Loco Malach. 3, 1.

dicat esse subtiliores æquo, neve Judæi Scripturam sacram a nobis distorqueri querantur, ponamus hic Jehovam exercituum a Messia distingui; saltem non infitiabuntur quin Dominus ille quem quærere dicuntur, sit Messias, cujus expectatio eos jam inde a principio gentis illius tenet. Id enim ex eo manifestum est, quod Jehova, postquam dixit, *ante me*, statim, mutata loquendi ratione subjungit, & *repente veniet in templum suum Dominus quem quæritis*, transitione facta a prima persona ad aliam, nulla de causa nisi quia revera mutabatur. Adde quod dicitur venturus *in Templum suum*: hoc est in novum Templum; quod, post destructionem prioris, iis temporibus ædificatum, præsentia sua frequentaturus atque cohonestaturus erat. Id autem ad Messiam pertinet, qui versari debuit inter homines, non ad Jehovam illum, de quo supra diximus oportere eum eo tempore cœlo sese continere. Nam habitaverat quidem Deus superioribus seculis in Arca: & quamdiu templum Salomonis mansit, populus Jsraëliticus eo beneficio usus est, ut Jehovam haberet in eo templo habitantem. Verum post excidium Jerosolymorum & destructionem Templi, quid Arca illa factum sit, plane ignoratum est, & alterum Templum ea perpetuo caruit. Et cum esset ea jactura plane inæstimabilis & irreparabilis, non aliter in eo Judæi sese consolabantur, quam spe Messiæ, qui præsentia sua vicem Jehovæ suppleret. Eo posito, quod negari non potest, cur Templum illud appellatur templũ Messiæ, si Messias Deus non est, atq; adeo is Deus qui Jehova nuncupatur? Nam neque de facto, ut loquuntur, alii quam Jehovæ consecratum fuit; neque de jure alii consecrari debuit: & toto illo tempore quo substitit, templum Jehovæ a Judæis appellatum est. Et hoc igitur Judæis mirabile videri debuit, & admirationem augere, quod Jehova ille distinctus a Messia, dixerat se missurum esse Angelum suum ante se. Alterum enim innuit esse in essentia divina pluralitatem aliquam: alterum, in ea pluralitate tamen conservari unitatem: ut duo sint quibus convenit, ut Jehova vocari possint, ut unus tamen sit Jehova, quia est aliquid illis duobus ita commune, & quod de uno dicitur, de altero pariter dici possit. At, inquiet aliquis, idem ille Messias, quem eandem cum Jehova naturam habere dicis, appellatur eodem loco Angelus; quæ nomenclatio ministerium denotat. Qua ergo ratione fit, ut qui Jehova est, supra quem nefas est vel sola animi cogitatione ullum alium constituere, idem tamen sit minister atque Angelus? Angelus certe quidem dicitur, sed *fœderis*, ut ab altero illo Angelo distinguatur. Nam fœdus dicitur, κατ' ἐξοχὴν, novum: quia dignitate & efficacia ita excellit, ut reliqua cum eo comparare non liceat. Est igitur *Angelus fœderis* quia illius mediator est, quod quomodo eum Jehova inferiorem ita faciat, ut tamen cum eo æqualitatem retineat atque conservet, alibi a nobis explicatum est. Quam potens

autem sit ille Angelus, & quantopere Angelorum, qui sic proprie dicuntur, dignitatem superet, ex verbis sequentibus intelligitur, in quibus describitur eius adventus. *Quis autem sustineat diem adventus illius? aut quis consistet cum apparuerit? Nam ipse quasi ignis conflatoris est, & ut smegma fullonum. Ut sedet conflans & purgans argentum, ita purgabit filios Levi, defæcans eos, velut aurum & argentum, ut sint Jehovæ qui offerant munus juste: & suave sit Jehovæ munus Judæ & Hierosolymorum, ut diebus priscis, & ut annis antiquis.* Cujus est, quæso, Ecclesiæ scorias expurgare nisi Dei? Estne in cuiusquam vel Angeli, vel alius creaturæ viribus situm, ut tantum terrorem sui adventus injiciat, & ut tantam in Ecclesiam reformationem & sanctimoniam inducat, ut defæcatis eius sordibus, niteat in conspectu Domini & admirabiliter splendescat? Ex his atque similibus V. Testamenti locis, in quibus Messias describitur, satis apparet in Numine esse saltem δυάδα, per quam ille qui Messias futurus erat, a Jehova ita distinguitur, ut tamen unam habeat cum eo & naturam & maiestatem. Quod ut mirabilitatis plenum est, sic non dubito, quin in istorum temporum obscuritate fidelium animos miris modis exercuerit. Nec aliter illi proculdubio æstum suum composuerunt, nisi quod cum eam opinionem animo penitus imbibissent, temporibus Messiæ omnia manifestatum iri, (quæ opinio ita Judæam pervaserat, ut ad Samaritanos ipsos manarit, quod ex colloquio Christi cum fœmina Samaritana constat,) expectarunt uberiorem cognitionis copiam, quæ mentes huc & illuc divisas ac fluctuantes, tandem aliquando sisteret. Nunc videamus quid Vetus Testamentum de tertia persona vel obscure innuerit, vel aperte significarit. Dici non potest quam attenta dignum animadversione sit, quod in ipso limine librorum Mosis, post illa verba, *In principio creavit* אלהים *cælum & terram*, statim additur: *Et terra erat res informis & inanis, & tenebræ erant super facie abyssi, & spiritus Dei incubabat superficiei aquarum.* Observant viri docti, non carere mysterio, quod cum Moses nomen aliquod Dei hic usurpare potuerit quod singulariter efferretur, maluit adhibere nomen אלהים quod pluralem terminationem habet. Nimirum existimarunt verbum ברא *creavit*, quod singulare est, innuere essentiam Dei esse unicam: nomen אלהים pluralitatem personarum insinuare. Verum Judæi responsionem habent in promtu; etiam ubi agitur de hominibus singularibus, nomina illa, quæ vel ab hominibus ad Deum translata sunt, vel a Deo ad homines propter aliquam potestatis & auctoritatis communicationem descenderunt, nonnunquam pluraliter usurpari. Ut apud Esaiam cap. 19. אדנים קשה *domini durus*, pro duro domino atque intractabili: cui alia similia proferri possunt. Quod igitur ex aliqua sermonis hebraici proprietate proficisci potuit, non est temere trahendum ad mysterium, ne in re

De Loco Malach. 3, 1.

Locus Gen. 1, 2. suo momento ponderatur.

Locus Gen. 1, 2. suo momento ponderatur.

tanti momenti imbellibus telis pugnare videamur. At illud sane maxime memorabile est, quod statim initio Moses fecit mentionem Spiritus Dei, & ei peculiarem quandam functionem & operationem assignavit. Primum enim, ut jam supra observatum est, sacer historicus docet a Deo creatam esse rerum omnium materiam rudem & indigestam: deinde addit, Dei Spiritum illi veluti insedisse, tanquam avem quæ ovis suis incubat, quæque illa molli quadam alarum suarum motitatione fovet, ut ex iis pulli tandem excludantur. Ea enim est vis verbi רחף unde מרחפת ortum est. Certe Spiritus apud Hebræos, vel ventum denotat; vel Angelum; vel substantiam immaterialem, sed cum corpore coniunctam, ut est anima humana; vel denique id quod pulmone ducitur & ex eo exspiratur. Et video quidem nonnullos per רוח eo loco intelligere ventum aliquem, cuius opera Deus materiam illam humore redundantem veluti ventilabat & exsiccabat, ne putresceret. Quam ad rem citant locum e Psalm. 147. 18. *flabit* רוחו *spiritus eius, & fluent aquæ:* ubi illud *spiritus*, de vento, istud vero, *eius*, de Deo intelligendum venit. Verum vel ventus est aër agitatus, vel exhalatio aliqua quæ motu suo aërem concitat. Eo autem tempore neque dum aër erat, neque vero exhalatio ulla, quæ vel suopte motu, vel aliunde impulsa aërem agitaret. Adde quod periculum non erat ne materia illa putisceret; non enim tanto ante creata fuerat ut diuturnitate corrumperetur: & si multo ante creata fuit, corrumpi tamen eo modo non potuit, quandoquidem in putredine pellitur e materia forma, qua eo usque caruerat. Quod si corrumpi potuit, propterea ventus creandus non fuit, qui corruptionem ventilatione prohiberet. Quid enim? Non poterat Deus, qui materiam crearat, eam conservare sine ope venti? Non poterat qui materiam condiderat, mundum formare e materia putri? Verum, nugas illas omittamus. Angelum hic Spiritus significare nequit. Neque enim Angeli adhuc creati fuisse videntur: neque unus, quicunque tandem fuerit, angelus, tantæ moli materiæ insidere atque incumbere valuit: & videmus quidem Angelos, pluraliter & collective designatos, Angelos Dei nonnunquam appellari; at ut unus eorum aliquis *Dei spiritus* appelletur, nusquam occurrit, nisi ubi cum additione *mali*, Dei Spiritus Saulem agitasse perhibetur. Quod nihil ad rem quam agimus attinet. Vocabulo Spiritus animam humanam indigitari, usqueadeo certum est, & in Scriptura frequens, ut nihil necesse sit id exemplis confirmare. At Deus talem Spiritum nullum habet. Et memoratur quidem Christus moriens *Spiritum* suum commendasse Patri. At id de Christo dicitur qua homo est, non qua Deus benedictus in æternum. Denique Deus, quia corporeus non est, nullos pulmones habet, quorum agitatione & motu animam ducat ad sui refrigerationem, ut fit in animantibus, & eo tempore quo

Dei

Dei Spiritus aquis incubuisse dicitur, nullus erat aër qui spiritu attraheretur. Quod cum ita sit, necesse est eo verbo designari aliquid quod diversum sit ab omni re creata, quandoquidem nihil dum creatum erat præter eam materiam a qua manifesto distinguitur. Quid igitur illuderat? Scilicet, cum Moses ista scribebat, quid esset Dei Spiritus, Israelitis prorsus ignotum non fuit. Is enim in conspectu populi super septuaginta seniores resedisse dicitur: & quod in iis Spiritus ille præstitit, ita in omnium oculos atque aures incurrit, ut a nemine ignoraretur. Non ergo quidquam aliud per Dei Spiritum intelligere potuerunt, quam quod illis jam sub eo nomine innotuerat; nimirum, cum locum istum legerunt, venit illis in mentem admirabilis quædam virtus Dei, quæ quamdiu materia rerum informis & vacua mansit, eam sustentabat & fovebat, & parabat ad eas formas recipiendas, quibus postmodum instructa decorataque fuit. Cæterum cum Dei virtus soleat animo concipi tanquam proprietas quædam, quæ nihil omnino differt ab eius essentia, hic tamen & nomenclatione Spiritus & universa loquendi ratione, a Deo videtur, non ut proprietas, secundum modum nostrum concipiendi, sed tanquam persona, manifeste distingui. Postquam enim Moses dixit, *Initio Deus creavit cœlum & terram;* addit continuo, *& Spiritus Dei motitabat se super aquas.* Cur enim, si Deum ita significare voluit, ut nihil discreparet ab eo quem cœlum & terram creavisse dixerat, subito & sine ulla causa, loquendi rationem immutavit? Quod si jungatur cum eo sermone quem supra consideravimus, res nos eo ducet, ut id divinum Scriptorem significare voluisse putemus: Deum, scilicet, qui sic appellatur, quique primus memoratur in ea historia, mundi materiam e nihilo fecisse, sed rudem illam, & formarum indigentem; Spiritum vero Dei, qui ita Deus est, ut tamen ab eo distinguatur qui materiam e nihilo produxit, eam alis veluti suis circumplexum esse, ut simulac tempus esset, virtutem suam in eius formatione & digestione exereret: Sermonem vero, qui ita Deus esset, ut a Spiritu Dei nonnihil discreparet, mundi designationem instituisse, quam Virtus illa Dei, quæ Spiritus dicitur, potenter exequeretur. Cap. 6. eiusdem libri Geneseos, Deus, hominum peccatis irritatus, ita loquitur: לא ידון רוחי באדם לעלם. Quæ verba Arias Montanus ita vertit. *Non contendet Spiritus meus cum homine in seculum.* Alii aliter. Nos in versione acquiescimus, & quid per Spiritum Dei intelligatur, indagandum esse putamus. Quidquid est, neque ventus, neque Angelus, neque aër quem spiritu ducimus, eo verbo significari potest. Nihil enim ista attinent ad eam peccatorum ultionem quam Deus in aquarum eluvione parabat. Quamobrem ex quatuor illis quæ vocabulo Spiritus supra denotari diximus, restat animus humanus

Locus Gen. I, 2. suo momento ponderatur.

De Loco Gen. 6, 3.

De Loco Gen. 6, 3.

humanus, qui Deo tribui nequit, nisi velimus hic etiam esse ἀνθρωποπάθειαν aliquam, ut quemadmodum sæpe David per suam animam semetipsum indigitat, sic etiam Deus hoc significare velit duntaxat, se non amplius esse cum hominibus disceptaturum. Verum in omni ἀνθρωποπαθείᾳ debet esse aliquid, quod si minus absolutam similitudinem, (id enim certe nequit, ob infinitam naturæ divinæ & naturæ humanæ discrepantiam,) saltem aliquam analogiam indicet, quæ intercedat inter ea quæ in homine revera sunt, & quæ in Deo per figuram illam esse dicuntur. Dei sapientia oculus appellatur, quia quemadmodum ille mente cognoscit, sic nos oculis cernimus. Dei virtus atque efficientia, manus & dextra nuncupatur, quia quemadmodum nos manu, sic ille virtute operatur. Solio insidere & pedes in terra tanquam in scabello reponere dicitur, quia quemadmodum regum majestas in throno sublimi conspicitur, & potestas eorum in eo manifesta est, quod in tribunali sedentes pedibus æquant subditorum capita, ac propemodum ea calcare videntur; sic etiam tanta est in Deo gloria, tantus potestatis splendor, ut non modo fulgeat in cœlo singularem in modum, sed etiam in terris, ubi minus apparet, omnem hominum magnitudinem, quanta quanta est, longe supergrediatur. Hic vero quid τῇ ἀνθρωποπαθείᾳ præbuit occasionem? Est ne aliquid in Deo quod spiritus & corporis rationem habeat, quodque possit cum corpore & cum spiritu humano aliquomodo conferri? Est enim Deus totus mens, totus actus, totus denique spiritus, isque, ut supra vidimus, longe simplicissimus, in quem nulla compositionis umbra vel tenuissima cadit. Adde præterea quod disceptatio illa, quæ fuit inter Deum & homines istorum temporum, si Spiritus nihil aliud denotat nisi Deum ipsum, tota in eo posita fuit, quod Dei lenitas atque μακροθυμία cum hominum iniquitate luctabatur. Hominum scilicet peccatis incendebatur ad vindictam; ira eius χρηστότητι & clementia mitigabatur. Usquamne igitur in Scriptura Dei clementia illa & longanimitas appellatur Dei Spiritus? Solentne Dei proprietates eo vocabulo denotari? Nam Christus quidem ait Deum esse πνεῦμα. At id de essentia Dei intelligitur, non autem de eius proprietatibus & attributis, quomodo, prout naturam eius concipimus, ab essentia distinguuntur. Quamobrem eorum haud dubie sententia longe potior est, qui pugnam illam inter Dei Spiritum atque homines, interpretantur de hortationibus ad pœnitentiam, quæ eo usque factæ fuerant instinctu Spiritus Dei; deque invicta hominum pertinacia qua hortationibus illis perpetuo restiterunt. Nam Sethus & Enochus, & Noë, & alii viri sancti, qui temporibus illis & superioribus extiterunt, a Spiritu Dei acti,

acti, monitis, & exemplis, & promissionibus, & pœnarum denuntiationibus, hominum in omne genus peccatorum ruentium malitiam vel corrigere ac emendare, vel saltem aliquatenus reprimere & sufflaminare nitebantur. Contra autem obsistebat hominum nequitia, & quotidie magis ac magis insolescebat. Cujus invictæ audaciæ ac pervicaciæ Deus tandem aliquando pertæsus, veluti obice rupto, sivit iram suam more torrentis in homines effundi. Est igitur illa phrasis admodum similis alteri quæ habetur Act. 7. 51. ubi Judæi dicuntur τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτειν, nisi quod in illa concertatione de qua Genes. 6. Spiritus dicitur contendere, ut hominum obstinationem vincat: in hoc dicuntur homines contra obsistere, ne vincantur. Porro, quod *Dei Spiritus* appellatur, vel est afflatus ipse, cujus instinctu viri sancti loquebantur, vel principium ex quo afflatus ille profectus est. Et priore quidem modo Metonymia erit in qua effectum causæ nomen obtinebit: posteriore, locutio erit magis propria. Quomodocunque accipiatur, principium illud ex quo afflatus profectus est, quodque Spiritus Dei proprie nuncupatur, erit aliquid quod nonnihil a Deo diversum est, quandoquidem dicitur esse *Dei*, & tamen est idem cum Deo; nam quid potest esse Spiritus Dei nisi Deus, si neque ventus est, neque Angelus, neque aër qui respirationi inservit, neque quidquam quod simile sit animo humano? Quanquam si esset aliquid simile, quandoquidem naturæ humanæ potissima pars in spiritu posita est, Spiritus Dei ad naturam divinam maxime pertineret. Quamobrem & locus ille hanc cogitationem in Judæorum animos injicere debuit, esse in talibus locutionibus aliquid quod alio tempore clarius explicari debuit. Tertius est de Spiritu Dei locus illustris apud Mosem Num. 11. ubi Deus dicitur de Spiritu suo, qui super Mosem residebat, partem aliquam seposuisse, ut eam septuaginta senioribus communicaret: quo facto illi in conspectu populi prophetarunt. Etenim afflatus illi quorum vi seniores illi prophetabant, ab uno Deo proficisci potuerunt. Nam donum prophetiæ divinum est ita, ut neque homines neq; Angelos auctores habere queat, ut Judæi ipsi fatentur. Quamobrem necesse est ut ille Dei Spiritus ad quem, tanquam ad causam suam, refertur, Deus sit. Et tamen distinguitur a Jehova, cuius Spiritus esse dicitur, & a quo sepositus & septuaginta senioribus communicatus perhibetur. Quid restat ergo, quia Dii plures uno esse nequeunt, nisi ut in essentia Dei sit aliqua distinctio, per quam, etsi unica illa manet, in pluribus subsistit, quibus Dei nomen tribuendum est? Ne autem hæc Dissertationis nostræ pars nimium crescat, quæ de Spiritu Dei dicenda supersunt, in pauca verba conferamus. Quæcunque ab hominibus fieri possunt, illa vel ad virtutes intellectuales, & superiorem animi partem, vel ad virtutes morales, quæ spectant ad appetitus; vel deniq;

De Loco Gen. 6, 3.

De Loco Num. 11, 25.

ad vires & facultates corporis referuntur. Et in Novo Testamento quidem, quidquid boni est in hominibus fidelibus, & in quo virtutes Christianæ tam intellectuales quam morales consistunt, etsi ordinarium sit duntaxat, solet attribui Spiritui illi qui ex Christi communione suppeditatur. In Veteri, frequentius est ut ad Dei Spiritum ea referantur quæ in omni genere admirabilia sunt, quæque superant modum ordinarium virtutum humanarum. Nam Prophetiæ donum, ut jam supra memoravimus, a Spiritu Dei proficisci prædicatur. Vis intelligendorum & interpretandorum somniorum quæ in Iosepho, & in Daniele fuit, quæque potentissimos Monarchas in admirationem rapuit, Spiritui Dei assignatur. Stupenda illa scientia rerum propemodum omnium quæ Natura continentur, qua scientia Salomon supra omnes alios mortales inclaruit, a Spiritu Dei tanquam a causa sua manavit. Prudentiam incomparabilem qua David domi militiæq; pollebat, & qua omnes consiliarios suos a se superari gloriabatur, Spiritui Dei acceptam tulit. Artes acu pingendi, & opera aurea atque argentea, omneque genus toreumatum admirabiliter fabrefaciendi, quæ in Bethsaleele & Aholiabo fuerunt, a Spiritu Dei inditæ illis & inspiratæ dicuntur. Animi fortitudo & constantia intrepida quam David in periculis ostendit, ab ipso Spiritui Dei attribuitur. Generosam indolem, ab omni flagitio abhorrentem, & viro principe dignam, a qua multum desciverat in adulterio cum Bersabea, & in Vriæ homicidio, ubi in se restitui ac renovari cupit, postulat ut Dei Spiritus sibi de novo suppeditetur. Corporis robur incredibile & supra naturæ modum, quod in Samsone fuisse memoratur, attribuitur virtuti Spiritus Dei, qui ipsum, ubi necessitas id postulavit, corripiebat. Vno verbo, nam omnia commemorare longum esset, quæcunque singularem aliquam admirabilitatem habent, illa non Naturæ, non Angelis, non viribus creaturarum assignantur in V. Testamento, ac ne Deo quidem ipsi aliter attribui solent, quam quatenus Spiritum suum vel dare, vel immittere, vel tanquam unctionem aliquam infundere perhibetur. Neque unctio illa qua summi Sacerdotes, & Prophetæ, & Reges olim consecrabantur & inaugurabantur, alio pertinebat, quam ut Spiritus Dei dona externo signo designarentur. Quod si quis paulo diligentius consideret, in eo duo facile animadvertet. Vnum, quod per Spiritum eum designatur aliqua persona quæ Deus est: nam extra Deum nihil quidquam concipi potest, quod tot tantarumque rerum causa idonea esse queat. Alterum, quod persona illa quæcunque est, distinguitur ab eo quod donatur. Atque id usque adeo in V. Testamento manifestum est, ut etiamsi Judæi multa in Messia suo magnifica esse futura crederent, quibus sortem omnium creaturarum facile superaret, magis tamen cognitam haberent majestatem Spiritus sancti, utpote cujus divinitas

De Spiritu S. in V. T. prædicata expenduntur.

vnitas aliquanto erat in Scripturis disertius explicata. Qua in re, si quid eos conturbabat, ideo quod difficile est unitatem essentiæ divinæ cum pluralitate personarum conciliare, hærebant illi fortasse quidem, & quid fidenter pronuntiarent, satis compertũ non habebant. Attamen in rei admiratione defixi, expectabant meliora tempora in quibus arcana Scripturarũ retegerentur. Vnum a Lectoribus huiusce Dissertationis hic mihi concedi postulo, ut postquam Filii & Spiritus Sancti personas separatim consideravi, expendam nonnulla loca in quibus tres Numinis personæ simul in Veteri Testamento indicari putantur. Verba sunt Dei ipsius ad hominis creationem se accingentis, Genes. c. 1. *Faciamus hominem ad imaginem nostram* &c. quæ nisi difficultatem haberent, tot sententias Interpretum non peperissent. Judæorum nonnulli in ea opinione fuerunt, ut putarent istis verbis elementa appellari quæ ad corporis humani compositionem Deus adhibere volebat: ut quemadmodum ad ejus constitutionem aliquid singula contributura erant, sic etiam inter causas illius ab ipso Deo memorarentur. Et eorum certe quidem unumquodque symbolam veluti suam eo contulisse dubium non est. At causæ materialis naturam obtinent tantummodo; verbum autem istud, *Faciamus*, procul omni dubio denotat causam efficientem. Tum hæc, *ad imaginem nostram*, ad elementa referri nequeunt. Neque enim homo factus est ad imaginem elementorum, sed Dei: neque, si qua in re elementorum similitudinem homo refert, Deus ita loqui debuit, quasi inter elementorum imaginem, & imaginem Dei quidquam esset commune. Denique, cum ista verba consultationem aliquam significare videantur, vehementer absurdum est Deum inducere ita loquentem, quasi ille, qui sapientissimus est, & ipsissima sapientia, consilii societatem cum elementis coiret, ubi de hominis creatione deliberandum est. Alii, qui & ipsi Judæi, eam absurditatem evitare volentes, putant consultationem istam fuisse cum Angelis initam. Cujus rei exemplum esse arbitrantur 1. Reg. 22. in istis verbis: *Quis ibit nobis deceptum Achab?* Verum in eo loco proprie consultatio non est. Decretum erat apud Deum Achabum deceptum iri. Tantum interrogando, *Quis ibit*, quemadmodum reges ubi volunt satellites suos incitare, eorum alacritatem talibus verbis sciscitantur, Deus Angelorum suorum voluntatem aliquo modo tentare perhibetur. Est enim ista narratio per ἀνθρωποπάθειαν aliquam, ad similitudinem rerum quæ in aulis regum fiunt, veluti conformata. Nam non solent Monarchæ milites & stipatores suos adhibere in consilium; sed quæ ipsi decreverunt, ea satellitibus imperant, ut executioni mandentur. Adde præterea quod de Angelorum creatione nihil adhuc dictum erat a Mose. Non videtur autem esse consentaneum ut hic Deus dicatur consultare cum iis de quibus sint, an non sint, nondum quid-

De Loco Gen. 1. 26.

De Loco Gen. 1,26. quam eſt pro certo conſtitutum. Deniq; quænam eſt illa imago ad quam homo creari debet, quæ Deo ſit atque Angelis communis? Certe quacunque in re ſita ſit imago Dei quam creatio expreſſit in homine, dubitari non poteſt, quin magna pars illius ſita fuerit in eo imperio quod homini in omnes alias creaturas traditum eſſe eodem loco narratur. *Faciamus*, inquit Deus, *hominem ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram, qui dominentur in pisces maris, & in volucres cæli*, &c. Vt enim Deus eſt omnium rerum dominus, cum jure creationis, tum eo quod naturæ dignitate infinitis partibus ſupra res omnes excellit; ſic etiam voluit homines rebus omnibus aſpectabilibus quæ ab ipſo creatæ erant, pro poteſtate dominari. Quod cum Angeli non habuerint, eorum imago in eo poſita eſſe nequit. Alio igitur alii confugiunt, & ajunt Deum ſemetipſum alloqui, hominum more; & præterea, uti plurali numero, conſuetudine ab idiotismo Hebræorum non aliena, cujus exemplum extare dicunt in hoc eodem libro Geneſeos, cap. 11. verſ. 7. *Agedum deſcendamus & confundamus ſermonem eorum*, &c. A qua opinione Mercerus diſſidere non videtur. Equidem non negaverim quin homines ad aliquod opus ſe apparantes, nonnunquam ultro ipſi ſeſe compellent, animi incitandi cauſa. Id in Pſalmis Davidis frequens eſt, & apud Comicos Græcos atque Latinos uſitatiſſimum. Tum, in utraque illa lingua uſus utriusque numeri, pluralis & ſingularis, promiſcuus eſſe poteſt, etiam ubi de uno agitur. At inter Hebræos id in more pariter fuiſſe poſitum, neſcio an ex Veteri & Novo Teſtamento poſſit exemplo ullo probari. Nam in eodem illo capite 11. Geneſeos, qui ſic loquuntur: *Agedum formemus lateres*, &c. plures erant. Item qui Pſalmo 11. ſic ſeſe ad rebellionem adverſus Meſſiam exſtimulant; *Disrumpamus lora iſtorum*, &c. plures erant itidem: quemadmodum apud Jacobum plures ſunt qui rationes ſuas ita ſubducunt ad agendum: *Hodie vel cras proficiscemur in illam urbem*, &c. David vero cum ſemetipſum incitat ad laudandum Deum, animam ſuam alloquitur ex Orientalium inſtituto: verum ad id numerum ſingularem adhibet. Vbi talia in eius Pſalmis reperiuntur, *Venite incurvemus nos*, &c. ut Pſalm. 95. vel plures ſunt qui loquuntur, vel ſi unus loquitur tantum, iis verbis utitur quibus alloquitur multos, & cum iis conſociatur. Iſtud igitur, *Deſcendamus & confundamus ſermonem eorum*, ſi locutio illa non eſt Hebræis uſitata, tam poteſt negotium faceſſere, tamque myſterium aliquod continere, quam locus ille, *Faciamus hominem*, nonnullis myſticus exiſtimatur. Non auſim hic quidquam audacter affirmare. Attamen non negabo locutionem iſtam mihi ſemper eſſe viſam habere peregrinum quid, & quod potuit Judæorum mentes nonnihil ſollicitare. Nam ἀνθρωποπάθεια quidem inuſitata non eſt. At phraſis ipſa, ubi de uno agitur, talis eſt ut illius exempla requirantur. Quæ

autem

autem usque adeo rara ſunt & extraordinaria in V. Teſtamento, neque ſolent, neque debent oſcitanter præteriri. In eo imperio quod Deus hominibus in eorum creatione conceſſit, tria erant: Auctoritas ſcilicet; Mens vel ſapientia; & vis quædam neceſſaria ad imperium adminiſtrandum. Nam omne legitimum imperium auctoritate nititur, quam Deus iſtis verbis indulſit, *Implete terram eamq; ſubjicite, & dominamini in piſces maris*, &c. Alioqui homo tantam poteſtatem ſibi arrogare non eſſet auſus. Item, neceſſe eſt ut qui imperium habet, ille ſapientia polleat, absque quo eſſet, imperii adminiſtratio cæca foret atque temeraria. Ideoque Deus, cum creavit hominem, non illi animam dedit eductam e materia, ut cæteris animantibus, ſed *ſufflavit in nares ipſius halitum vitæ*, hoc eſt, illi animam indidit ab ipſo Deo profectam, ſpiritualem, immortalem atque intelligentem. Denique, neque poteſtas quæ ἐξȣσία græce dicitur, neque ſapientia ad exercendum imperium ſufficit, niſi conjuncta ſit aliqua vis aut δύναμις, cujus efficacitate fiat ut imperio obtemperetur. Ea autem δύναμις ſita erat in aliqua Dei Providentia, quæ Adamo imperium ſuum exercenti præſto fuiſſet, ſi in integritate perſeveraſſet. Atque illius exemplum & documentum in eo videre eſt, quod omnes agri beſtias, omnesque volucres cœli, Deus ipſe ad Adamum adduxit, tanquam ad gubernatorem & cuſtodem iis appoſitum, ut eis nomina imponerentur. Nimirum, quia animalia futura erant materia & inſtrumenta dominationis hominis, debuerunt ab eo veluti cenſeri, & ad nomen & numerum quodque ſuum, tanquam miles aliquis, Adamo vocante reſpondere. In eo autem non ſolum imago Dei, quod apud omnes in confeſſo eſt, ſed etiam Trinitatis adumbratio aliqua videtur eſſe conſtituta. Nam penes primum illum qui Deus initio Geneſeos appellatur, eſt ſumma rerum poteſtas, ut quibus initium ortus dedit in materiæ productione. Penes alterum, qui ſub idea Sermonis ſeſe noſcendum præbet, videtur eſſe Mens. Apparuit enim ille in ordinatione rerum, & in diſpoſitione atque coagmentatione formarum ex quibus mundus conſtat. Ea de cauſa vocatur alibi *Sapientia*, ut jam vidimus. Sermo autem, ſi ſpectetur quatenus eſt internus, nihil aliud eſt quam mens atque ſapientia in actu, ut loqui ſolent: ſi vero conſideretur ut eſt externus, eſt interioris imago, quam ſi fingas ὑσιῶσθαι & ſubſtantiæ naturam adipiſci, erit mens ἐν ἐνεργείᾳ pariter. Denique, penes tertium, qui dicitur *Dei Spiritus*, eſt illa vis agendi quæ δύναμις dicitur, & quæ ſeſe exeruit, tam in ſuſtentatione materiæ, antequam informatur, quam in productione formarum, quales ſunt a Sermone delineatæ. Hæc autem ita dicuntur a me, non quaſi exiſtimarem potuiſſe illa diſtincte in Judæorum animos incidere. Non eo usque mens humana tum aſ-

De Loco Gen. 1. 26.

ſurgere potuit. Hoc tantum volo, in iſtis verbis fuiſſe aliquid quod animum admiratione aliqua defixum detinere potuit. Ad alia progrediamur. 2. Samuel. cap. 23. verſ. 2. hæc ſunt Davidis verba. *Spiritus Jehovæ locutus eſt in me: & Sermo ejus ſuper meam linguam fuit*: in quibus diſertam Trinitatis mentionem contineri nonnulli autumant. Nam Jehova pater eſt, prima perſona: Sermo Jehovæ ſecunda: Spiritus denique Jehovæ tertia. Et de Spiritu quidem res eſt extra omne dubium conſtituta. Nam & diſtinguitur a Jehova, cujus Spiritus eſſe dicitur: & deſcribitur ut perſona, quæ locuta eſſe prædicatur. Iſtud enim, *Spiritus domini locutus eſt in me*, habet ſingularem emphaſim, neque aliter accipi poteſt, quam quomodo Deus ipſe in Prophetis locutus eſſe perhibetur. De ſermone, non eſt æque indubitatum. Nam ſolemne eſt in Veteri Teſtamento, atque adeo apud Davidem, ut poſterior pars verſiculi ſit prioris explicatio vel confirmatio. מלתו *Sermo ejus*, verbum eſt quod proprie ſignificat *loquelam*, & denotat ſermonem προφορικὸν duntaxat, non autem λόγον, qui poteſt etiam τὸν ἐνδιάθετον ſignificare. Vbi autem ſecunda Divinitatis perſona per Dei ſermonem indigitatur, ſolent adhiberi eæ dictiones quæ utrumque λόγον denotant, quia offertur ad cognoſcendum tanquam intellectus quidam in actu, vel tanquam ſermo ſubſtantialis, qui ut ſupra diximus, nihil aliud eſt quam mens ἔναρθρος, vel loquela ἐνάρμοστος, quæ nacta eſt vim ſubſiſtendi.

De Loco 2. Sam. 23, 2.

Quamobrem nihil de iſto loco fidentius dixerim, ne videar nimis acutus. Pſalm. 33. v. 6. hæc habentur. *In Verbo Domini cæli facti ſunt: & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum*: in quibus per דבר ſecundam perſonam nonnulli intelligunt: per רוח פיו tertiam, quæ ſpiritus ſolet appellari. Nullus dubito quin pſaltes in eo loco reſpexerit ad hiſtoriam creationis, quo modo a Moſe recitata eſt. Habet præterea דבר multo majorem emphaſim quam מלה & λόγον denotare poteſt etiam quatenus eſt ἐνδιάθετος, &, ut ita loquar, mentalis. Tum, eodem Spiritu quo Moſes agebatur, David etiam locutus eſt, & quod myſterium in hiſtoria creationis alter innuit, hic potuit alter eodem afflatu perſequi, & Eccleſiæ tradere, quanquam breviter & obſcure, donec in ſequentibus ſeculis clarius evolveretur. At de ſpiritu illo oris Dei, res non videtur æque expedita. Nam & hic repeti poteſt quod in ſuperiore loco diximus, unam ſententiam apud Davidem ſolere in duo veluti membra dividi, quorum alterum alterius ἐξήγησιν continet, & rem eandem explicat diverſis verbis, confirmationis ergo. Nemo autem loquitur qui ex ore ſpiritum aliquem non emittat, quo Pſaltes in iſtis verbis reſpicere videtur. Et creberrimum quidem eſt in Scriptura ut tertia Divinitatis perſona Spiritus Dei vocitetur. At

De Loco Pſal. 33, 6.

ut nominetur Spiritus oris ipsius, non est æque frequens, & ut designetur eo modo, ratio nomenclationis vix ferre potest. Non enim Spiritus Dei appellatur, ut postmodum videbimus, allusione facta ad id quod aërem pulmone ducimus & emittimus, sed alia de causa. Certe in sermonis pronuntiatione duo sunt: spiritus scilicet expulsio, & vocis articulatio cui vis significandi indita est. Posterius autem hocce potius pertinet ad mysterium secundæ personæ innuendum, quam tertiæ: appellatur enim מאמר λόγος, *sermo*, &, ut in hoc Psalmo fortean, דבר. Prius ergo in mysterium processionis tertiæ personæ non convenit: tum quia Spiritus ille qui ex ore mittitur inter loquendum, nihil est aliud quam materia vocis quæ articulatione veluti informatur: tum etiam quia tertia persona, non ex prima solum sed etiam ex secunda procedere putatur. Quapropter nolim talibus testimoniis vel pugnare adversus Judæos, vel uti ad Christianos edocendos, ne plus subtilitatis quam soliditatis habere videantur. At omnino memorabile est, & meo quidem judicio, invictum, quod habetur apud Esaiam, cap. 61, vers. 1. & 2. *Spiritus Domini Jehovæ est super me; eo quod unxit Jehova me ad evangelizandum mansuetis. Misit me ad obligandum fractos animo, ad proclamandum captivis libertatem, & vinctis aperturam ergastuli. Ad proclamandum annum acceptum Jehovæ,* &c. Verba ista ad Messiam referri debere Christus ipse auctor est, cap. 4. Evangel. Luc. v, 21. neque id Judæi, quantumvis pertinaces, infitiari possunt. Nam Esaias quidem Dei Spiritum acceperat; neq; aliter potuit esse Propheta. Et prophetæ solebant oleo inungi, qua cæremonia donorum Spiritus Sancti communicatio figurabatur. Attamen ista verba, *Spiritus Dei est super me*, adeo magnifica sunt, ut Esaias ea vix; quæ sequuntur, talia, ut ne vix quidem de se pronuntiare potuerit. Neque enim ille obligavit fractos animo, neque captivis libertatem proclamavit, neque vinctis aperuit ergastula; neque illius vel opera, vel tempore facta sunt quæ verbis istis & sequentibus continentur. Ea demum in apparitione Messiæ complementum suum sortiri debuerunt. Messiam autem grande aliquid, & quod hominum conditionem longe superaret, quodque adeo cum ipso Jehova posset æquiparari habiturum esse, jam supra demonstratum est, & ex hoc ipso loco facile colligi potest. Præterquam enim quod ea quæ spondet se esse facturum, vires creaturarum excedunt, postquam ita sermonem suum inchoavit, *Spiritus Domini Jehovæ est super me*, eumque verbis sequentibus eodem filo continuavit, absque ulla personæ immutatione, versu 8. ita loquitur, *Quia ego Jehova amo jus; odi rapinam*, &c. ut manifestum sit eum qui Jehovam Dominum appellaverat, talem esse ut ipse se Jehovam prædicet, quo nil clarius esse potest. De Spiritu jam diximus minus παράδοξον Judæis esse visum si quid illi tribueretur

De Loco Es. 61, 1. 2.

quod

quod eum ſummo Deo æquaret, adeo frequenter quæ in unum Deum competunt, de illo in Scriptura prædicantur. Qualis autem quantusque ſit ex hoc ipſo loco patere poteſt. Etenim quandoquidem eo inungi dicitur, qui Deus eſt, quique Jehova nuncupatur, neceſſe eſt eum eſſe virtutem ipſius Dei, immenſam illam, ineffabilem & admirandam. Diſtingui tamen ab utroque manifeſtum eſt. Nam qui inungit, & qui inungitur, & is ex quo inunctio fit, diverſas perſonas eſſe oportet. Geminus fere illi locus eſt, Eſa. c. 11. qui non eſt prætermittendus. Prædicit enim ibi Propheta fore *ut prodeat ſurculus e trunco ſucciſo Ieſſæ, & ut e radicibus ejus virgula effloreſcat*: quibus verbis Meſſiam deſignari nemo ambigit. Tum addit continuo. *Super eo quieſcet Spiritus Jehovæ, Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ, Spiritus conſilii & potentiæ, Spiritus ſcientiæ & reverentiæ Jehovæ.* Atque in iis duæ reliquæ perſonæ Trinitatis comprehenduntur: prima, quæ Jehova ſolet appellari, & tertia, quæ Spiritus Jehovæ nuncupatur. De majeſtate primæ, ipſum Jehovæ nomen teſtificatur, & in eo omnes conſentiunt. Secunda quanta futura ſit, (etſi enim jam exiſtebat ab æterno, loquitur tamen de ea propheta tanquam de perſona naſcitura olim, ejus incarnationem deſignans,) ex hiſce potiſſimum manifeſtum eſt. Primum, quod quidquid eſt virtutum in ſpiritu Jehovæ, præſertim earum quæ ad regnum perfectiſſime & ſapientiſſime adminiſtrandum pertinent, in eo ſeſe magnificentiſſime exeret, adeo ut in eo ſit cum ipſo Jehova futurus comparandus. Qualem enim eum eſſe oportet, quem Spiritus Dei non leviter afflat, non ad breve tempus corripit, non denique una & altera virtute inſtruit, quo poſſit munere ſuo utcunque legitime defungi; ſed quem omni genere præſtantiſſimarum virtutum abunde replet, & ſuper quo adeo quieſcit, tanquam in propria ſua ſede locatus? Deinde, quod illi tanta virtus attribuitur, ut ſolo halitu oris ſui hoſtes ſuos ſit diſſipaturus ac peremturus. Nam reliquis regibus opus eſt exercitibus, & machinis bellicis, & magno commeatu, & variis opibus denique, ut regna ſua tueri, & inimicos ſuos profligare queant. At *hic*, inquit Propheta, *percutiet terram virga oris ſui, ſpiritu labiorum ſuorum morte afficiet improbum.* Quibus verbis infinita potentia deſignatur. Denique, verba quæ ſequuntur, tam perſonam ejus quam regni conditionem ita deſcribunt, ut nihil magnificentius eſſe poſſit. *Erit*, inquit Propheta, *juſtitia cingulum lumborum ipſius, & fides ipſa cingulum feminum ejus.* Quiſquamne eſt mortalium qui juſtitiam & fidem adeo penitus induerit, ut utramque pro cingulo perpetuo geſtare prædicetur? *Quapropter commorabitur lupus cum agno, & pardus cum hœdo recubabit, vitulusq; & juvenis leo, ac pecus pingue ſimul erunt, & puer parvulus dux inter eos erit. Et vacca urſaq; compaſcentibus ſimul recubabunt catuli eorum; & leo ſicut bos comedet ſtramen. Et oble-*

De Loco Eſ. 11, 1. ſeq.

ctabi-

ftabit se lactens super foramen basilisci, & super specum viperæ depulsus a lacte manum suam injiciet. Istud vero quid aliud est, quam virtute Messiæ rerum naturam funditus immutatum iri? Cujus autem naturam immutare est, nisi illius qui est ejus auctor? Aut quisquamne potest mundum universum ad eum statum redigere, in quo primum creatus fuit, qui non eadem potentia polleat cum ipso creatore? Ad tertiam personam quod spectat, præterquam quod appellatur Spiritus Jehovæ, quod, ut alibi videbimus, singularem quandam habet emphasim, coacervatio illa atque exaggeratio virtutum quarum causa statuitur, non alia de causa fit, nisi ut significetur, eum esse sapientiæ atque sanctimoniæ fontem perennem & inexhaustum. Quod quam vim habeat, per se quivis intelligere potest. Cap. 59. ejusdem Prophetæ, tres illæ personæ eodem loco pariter memorantur. *Vt revereantur inde ab occasu nomen Jehovæ, & ab ortu solis gloriam ejus.* Hæc est prima. *Et adveniat Sioni Redemtor, & conversis a defectione in Jacobo.* Hæc est secunda. *De me autem hoc erit fœdus meum cum istis, inquit Jehova, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, ait Jehova, ex hoc tempore usq; in seculum.* Hæc est denique tertia, cum donis quæ ex ea proficiscuntur. Ioëlis autem capite secundo magnifica hæcce verba habentur. *Agnoscetis in medio Israëlis, me esse, meq; esse Jehovam Deum vestrum, & nullum esse amplius: neq; erubescet populus meus in seculum. Eritq; postea ut effundam Spiritum meum super omnem carnem &c. Sol ipse vertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Jehovæ magnus & verendus. Et quisquis invocaverit nomen Jehovæ, servabitur.* Illic primam & tertiam personam aperte significari, nemo ambigit. Secundam designari per ista postrema verba *quisquis invocaverit nomen Jehovæ, servabitur,* Apostoli nos docent. Innui vero in istis, *antequam veniat dies magnus & verendus,* ne Judæi quidem infitiari possunt; etenim in eis adventum Messiæ prædici confitentur. Ex his & similibus locis, quæ a me brevitatis causa prætereuntur, fideles qui vixerunt sub V. Testamento, si minus clare & perspicue collegerunt in una essentia divina, quam semper illi crediderunt esse maxime singularem, subsistere distincte tres hypostases, (mysterii enim illius aperta revelatio melioribus temporibus reservata fuit,) saltem de ea aliquid potuerunt haud incerte subodorari. Neque dubitabile est, quin suspensi atque hæsitantes inter tres illas unius Numinis, quæ ipsis apparebant, veluti φάσεις, quæ mentes eorum admiratione obstupefaciebant, tempora Messiæ, quibus omnia revelatum iri sperabant, ingenti cum studio ac pene anxietate animi præstolarentur. Non enim de veteribus illis fidelibus ex ingenio hodiernorum Judæorum existimandum est. Hi præter velum incredulitatis, quo eorum animus involutus & obtectus

Locus Es. 59. 19. 20. urgetur.

Locus Ioëlis 2. 27. seqq. urgetur.

 est,

est, ut loquitur Apostolus, nefario illo odio quo Messiam nostrum persequuntur, incitati, adversus omnia illa Veteris Testamenti testimonia efferuntur & obdurescunt; damque singularitatem atque unitatem Numinis in Scriptura traditam, retinere sese atque propugnare autumant, sponte cæcutiunt ad eam lucem, quæ illis aperit personarum pluralitatem. Illi vero, quibus nulla erat istiusmodi pertinaciâ occæcata mens, nullo præjudicio & anticipata opinione præditus intellectus, de re illa magis sincere magisque convenienter judicarunt. Non ut doctrinam istam vel diserte traderent, vel distincte complecterentur: id enim revelationis modulum, & temporum rationem, atque conditionem Ecclesiæ superabat: sed ut ab ea non abhorrerent, si quis propheta eam in lucem apertiorem extulisset. Atque id palam factum est in manifestatione Christi. Quamvis enim quandiu fuit in terris, mysterium illud nondum plene cognitum esset, (debuit enim a Spiritu cum reliquis arcanis religionis Christianæ, die Pentecostes patefieri,) attamen & vivente Christo atque in terris degente, magna ad id lucis accessio facta est, & ex Apostolorum prædicatione, post Christi ascensionem in cœlum, & missionem Spiritus, ita inclaruit, ut non modo Gentiles qui ad Christum vocati sunt, sed etiam Judæi ipsi, qui in fide de unitate Numinis innutriti erant & educati, plerique, tanquam Scripturis consentaneum, amplecterentur. Nunc ad Novum Testamentum veniamus.

Lipmanni mendacium

Patrem a filio suo petiisse consilium &c.] Mentitur Lipmannus. Etenim, nemini unquam Christianorum tanta væcordia innata fuit, ut opinaretur, Patrem in creando homine consilii fuisse expertē, & ideo Filii perquisivisse sententiam. Quin, nec animi pendētis, aut consilium opemq; flagitantis verba sunt, *Faciamus hominem &c.* nec quisquam, cui sinciput sanum est id affirmaverit. Inest iis potius summus consensus, & quædam quasi excitatio, qua Divina Trinitas se ad ipsum opus formandi hominis accingit. Perventum enim erat ad creationis complementum, nec quid aliud restabat, quā ut illud quoq; adderetur. Nimirum, est illa ratio loquendi, fere talis, qualis infra c. 11. Gen. ter se nobis offert: & de hominibus quidem com. 3. ויאמרו איש אל רעהו הבה נלבנה לבנים ונשרפה לשרפה *Dixeruntq; alter alteri, agedum, formemus lateres, & excoquamus optime.* Item mox com. 4. הבה נבנה לנו עיר ומגדל וראשו בשמים *Agedum exstruamus nobis urbem & turrim, cujus fastigium exurgat in cælum*: de Deo vero commate 7. הבה

Qualis sit illa locutio: *Faciamus hominem &c.*

הבה נרדה ונבלה שם שפתם *Agedum descendamus, & confundamus ibi sermonem eorum.*

Pater & Filius conjunctim orbem crearunt.

Quomodo in creatione Orbis ii dividebantur] Absit longissime, ut concedere cogamur, Patrem & Filium, in creationis opere fuisse sejunctos, aut in diversa ivisse. Conjunctissimi erant, & concordissime operabantur. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Joh. 1. 1. seqq.

Trinitatis personæ perpetuo sunt unitæ.

Uniti erant usque ad destructionem templi secundi] Iterum mentitur Lipmannus, nam & hoc nemo unus Christianorum asseruit, Filium a Patre tum separatum fuisse, cum, (ut S. Augustini in Ep. 178. verbis utar) *circumamictus carnis vera trabea*, in hoc mundo visibilis degeret; imo nec in ejus morte quidem id factum. Πίστις ἡ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα θεὸν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι σεβώμεθα· Μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν μερίζοντες· Ἄλλη γάρ ἐστιν ὑπόστασις τοῦ πατρός, ἄλλη τοῦ υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀλλὰ καὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μία ἐστὶν ἡ Θεότης, ἴση ἡ δόξα, συναΐδιος ἡ μεγαλειότης· *Fides Catholica hac est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. Sed Patris, & Filii & Spiritus Sancti, una est divinitas, aqualis gloria, coaterna majestas.* Uti est in Symbolo Athanasiano.

Lipmanni mendacium

Execrabatur ipse diem nativitatis &c.] Novum ex orco productum mendacium est, Christum maledixisse diei nativitatis suæ, & aliquando in hæc verba prorupisse, ut quereretur: *Va Filio! va item Patri!* Concedimus tamen, Jesum Christum Servatorem nostrum, cum suprema hora immineret, tristissimum fuisse, & in agonia constitutum, inter tremores, horrores, sudoresque sanguineos, tertium exclamasse: Ἀββᾶ ὁ πατήρ· πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο· *Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. Transfer calicem hunc a me.* Sed, uti nec illa tristitia & anxietas, quam Dei filius ἐν μορφῇ τοῦ δούλου solum passus est, quicquam divinitati ejus detrahit, ita nec illæ preces dissensum Patris & Filii, nedum separationem arguunt. Cum enim illud mortis λύτρον pro humano genere persolvendum esset, non necessitate, sed mera voluntate, admisit Redemtor noster dolores cruciatusque, ut pro nobis satisfaceret; & natura humana naturali conditioni re-

Christi, cum pateretur, tristitia & dolores, consistunt cum illius divinitate

ni relicta, tantum dolebat, quantum doluisset, si cum divinitaté non fuisset personaliter unita. Atque, ut cum Ambrosio l. 10. in Lucam pie dicam: *Minus contulerat mihi* (Christus,) *nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione Divinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur: Suscepit enim tristitiam meam, ut mihi suam lætitiam largiretur, & vestigiis nostris descendit usq; ad mortis ærumnam, ut nos suis vestigiis revocaret ad vitam. Confidenter ergo tristitiam nomino, quia crucem prædico: neq; enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem.* Cæterum, ex illa ad Patrem precatione, non id consequitur, Patrem & Filium fuisse sejunctos, cum enim unum sint, & ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως καὶ ἀχωρίστως conjungantur, separatio fieri nequit. Illud tantum inde colligas, esse in Christo duas voluntates, quod etiam ita se habere Catholica Ecclesia profitetur. Est enim præditus Divina voluntate, quæ idem omnino volebat quod Pater; est insuper & præditus humana voluntate, atque ista, quæ ferebatur in objectum secundum se consideratum, mortem, tanquam inclinationi naturæ contrariam, declinare cupiebat, verum sine omni ἀταξίᾳ & inobedientia: subjiciebat enim se divinæ voluntati, & sub hac conditione cupiebat, si vellet pater. Unde superioribus verbis subjicit Servator: ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ· *Sed, non quod ego volo, sed, quod tu.* Cum igitur pater id nollet, nec humana voluntas id voluit, scilicet deliberate, & respiciendo objectum cum omnibus suis circumstantiis. Quapropter ne quidem contrarietas erat inter istas volitiones, quia mere naturalis, & altera deliberata, cum non versentur circa objectum eodem modo consideratum, sibi opponi non possunt. Sic, (ut hoc, de quo infra agendum erat, per occasionem anticipemus) nec illam jam crucifixi Servatoris ex Psal. 22. acerbissimam vociferationem, Ελωῒ Ελωῒ, λαμμᾶ σαβαχθανί; vitio ei dare, atque in hac disputare Judæi debent. Ita enim exclamabat Dominus pro more humano, uti conveniebat infirmitati carnis quam assumserat, & ne dolores non sentire videretur. Scilicet, omnia quæ sunt ejus generis, ad Christi humilem atque exinanitionis statum pertinent, quo gloriam & majestatem suam ad tempus quasi seposuit & occultavit, quoad χρῆσιν nimirum, non κτῆσιν, & quo, sub abjecta humanæ conditionis forma latuit. Debent igitur, quæ in Scripturis de Christo dicuntur, pro naturarum diverso respectu sedulo distingui. *Cum enim*, (uti habent valde apposita S. Augustini in epist. 57. ad Dardanum verba) *sit Christus Deus & Homo*; (*Deus utiq;, unde dicit; Ego & Pater unum sumus: Homo autem: unde dicit, Pater major me est:*) *idemq; Filius Dei unigenitus a Patre, & Filius hominis ex semine David secundum carnem, utrumq; in illo observandum est, cum*

Idem de precibus & querimoniis judicandum.

loquitur

loquitur, vel cum de illo Scriptura loquitur, & quid secundum quid dicatur, intuendum. Nam, sicut unus homo, est anima rationalis, & caro; sic & unus Christus est Verbum, & Homo. Proinde quod ad verbum attinet, Creator est Christus: Omnia enim per ipsum facta sunt. Quod vero ad hominem; creatura est Christus. Factus est enim ex semine David secundum carnem, & in similitudinem hominum factus. Item, quia in homine duo sunt, anima & caro; secundum animam tristis fuit usq; ad mortem; secundum carnem passus est mortem. Nec tamen, cum Filium Dei Christum dicimus, hominem separamus, aut cum eundem Christum Filium Hominis dicimus, separamus Deum. Quamobrem salva omnis res est; nihil Novi Testamenti Tabulæ de Christo absurdi enunciant, nihil nos Christiani credimus aut profitemur, quod non cum pietate erga Deum, rectaq; ratione, pro modulo mysteriorum, queat conciliari. Quiescant igitur Judæi, & desinant maledicere, nec porro nobis objicant, offendi sese Jesu nostri planctu, gemitibus, & ejulatione. Quanquam, abstinere jure bono poterant ab ista criminatione, & prius dispicere, num nefanda illa, quæ de ipsissima Divinitate, & in qua nullam humanitatis σχέσιν admittunt, Rabbini veteres enunciasse deprehenduntur, valeant excusare. Quædam eorum afferemus per saturam: Berachot fol. 3. a. אמר רב יצחק בר שמואל משמיה דרב שלש משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקבה ושואג כארי ואומר אוי שהחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגליתי את בני לבין אומות העולם: Id est: *Autore Raf dixit R. Isaacus, Samuelis filius: Tres Vigiliæ sunt noctis, & in unaquaq; earum sedet Deus Benedictus, & leonino rugitu vociferatur: Væ mihi, quod desolavi domum meam, & quod combussi templum meum, quodq; liberos meos paganis in captivitatem addixi.* Sequitur deinde: אמר ר׳ יוסי פעם אחת הייתי מהלך בדרך ונכנסתי לחורבה אחת מחורבות ירושלם להתפלל בא אליהו זכור לטוב ושמר לי על הפתח והמתין לי עד שסיימתי תפלתי לאחר שסיימתי תפלתי אמר לי שלום עליך רבי ואמרתי לו שלום עליך רבי ומורי ואמר לי בני מפני מה נכנסת לחורבה זו אמרתי לו להתפלל ואמר לי היה לך להתפלל בדרך ואמרתי לו מתיירא הייתי שמא יפסיקו בי עוברי דרכים ואמר לי היה לך להתפלל תפלה קצרה באותה שעה למדתי ממנו שלשה דברים למדתי שאין נכנסין לחורבה ולמדתי שמתפללים בדרך ולמדתי שהמתפלל בדרך מתפלל תפלה קצרה ואמר לי בני מה קול שמעת בחורבה זו ואמרתי לו שמעתי בת קול שמנהמת כיונה ואומרת אוי שהחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי

Iudæi impie & absurdissime ipsi Divinitati tribuunt mœrorem, & questus;

היכלי והגליתי את בני לבין האומות ואמר לי חייך וחיי ראשך לא
שעה זו בלבד אומרת כך אלא בכל יום ויום שלש פעמים אומרת
כך ולא זו בלבד אלא שישראל נכנסין לבתי כנסיות ולבתי
מדרשות ועונין אמן יהא שמי' רבא מברך הקבה מנענע ראשו ואומר
אשרי המלך שמקלסין אותו בביתו כך מה לו לאב שהגלה את
בניו ואוי להם לבנים שגלו מעל שלחן אביהם: Id est: *Dixit R. Iose: Aliquando iter faciendo intravi sub parietinas quasdam, quæ sunt inter rudera Hierosolymitana, ut ibi precarer. Ibi tum adfuit Elias* (Propheta) *piæ memoriæ, meq; ante ostium operiebatur, & expectabat, donec preces meas absolvissem. Post eas igitur finitas, ait mihi: Pax tibi, mi Magister: Respondebam: Pax tibi Magister mi, & Præceptor mi: Tum ille: Fili mi, quare intrasti sub istas parietinas? Ajebam: ut precarer: Ad quæ, ipse: Precandum tibi erat in via. Subjiciebam: Verebar, ne quis prætereuntium me interturbaret. Hic vero ipse dicere: Brevem precationem fundere debebas. Atq; tum quidem, tria ab illo didici: Scilicet didici, non esse secedendum in parietinas: Didici item, licere preces fundere in itinere: Deniq; didici, eum qui in itinere precatur, oratione brevi uti debere. Cæterum, Elias adhuc amplius quærebat: Fili mi, quam exaudivisti vocem in parietinis istis? Respondebam: Audivi* θείην ὀμφὴν, *gementem instar columbæ, ejulantemq;: Væ mihi, quod desolavi domum meam, & quod combussi templum meum, quodq; liberos meos paganis in captivitatem addixi. At vero ille: Ita vivis tu, & ita vivit caput tuum, non hac tantum hora ista vox editur, sed ejus quotidie ter fit repetitio. Neq; hoc solum contingit, quin insuper, quotiescunq; Judæi in Synagogis & & Acroateriis constituti,* (consueta formula) *inclamant*: Amen. Sit nomen ejus magnum benedictum! *tum Deus Benedictus caput succutiendo, inquit: Felicem Regem, quem* (subditi) *in domo sua sic collaudant! Ecquid vero Pater meretur, qui liberos captivitati addixit? Et, o infelices liberos, qui a mensa paterna exclusi, exules vagantur!* Rursus in Be-

Item preces, rachot fol. 7. a. legitur: אמר רבי יוחנן משום רבי יוסי מנין
שהקדוש ברוך הוא מתפלל שני והביאותים אל הר קדשי ושמחתים
בבית תפלתי תפלתם לא נאמר אלא תפלתי מכאן שהקדוש ברוך
הוא מתפלל מאי מצלי אמר רב זוטרא בר טוביה אמר רב יהי
רצון מלפני שיכבשו רחמי את כעסי ויגולו רחמי על מדותי ואתנהג
עם בני במדת רחמים ואכנס להם לפנים משורת הדין:

Id est: *R. Iochanan, nomine R. Iosè dixisse fertur: Unde constat Deum Benedictum preces fundere? Nimirum ex illo* (Esaiæ 56. 7.) Et adducam i-

pſos

ipsos ad montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ. *Non dicitur hîc*, (in domo) orationis eorum: *Sed*, orationis meæ; *exinde* (igitur colligere licet,) *Deum Benedictum preces fundere. Quæ vero sunt illa precum verba concepta? Sic prodente R. Sutra Tobiæ filio, secundum Raf, sunt ista: Ita velim, jubeamque ego, ut misericordia mea vincat iram meam, &, ut miserationes meæ, obvolvant reliqua mea ἰδιώματα; atque ut cum liberis meis misericorditer agam, eosque intra benignitatis penetralia statuam.* Item fol. 59. a. tanquam verum commendatur, illud, etsi hominis necromantæ, cum R. Ketina causam terræ-motus ab eo perquisivisset, responsum. בשעה שהקב״ה זוכר את בניו ששרויים בצער בין אומות העולם מוריד שתי דמעות לים הגדול וקולם נשמע מסוף העולם ועד סופו והיינו גוהא: Id est: *Eo tempore, quo Deus Benedictus recordatur filiorum suorum, quam moleste inter gentiles vitam agant, destillare facit duas lacrymas in immensum pelagus, earumque sonitus ab uno orbis cardine ad alterum usque exauditur, atque hæc causa terræ motuum.* Pertinet huc in Bava Batra fol. 74. a. vel potius, uti in En Jacob. fol. 82. col. 3. locus repræsentatur, dictum: אמר רבה בר בר חנה אמר לי ההוא טייא תא אחוי, לך טורא דסיני אזלי חזאי דהדרן ליה עקרבי וקיימן כחמרי חיוורתי שמעתי ברת קול שאומרת אוי לי שנשבעתי ועכשיו שנשבעתי מי מפר לי: Id est: *Narrabat nobis Rabba, nepos Channæ: Dixit mihi aliquando mercator quidam Arabs, veni, ostendam tibi montem Sinai. Cum igitur ivissem, vidi montem undique cinctum scorpiis, qui ibi stabant, quasi quidam candicantes asini. Cæterum, audita mihi filia vocis est, hunc questum edens: Heu mihi, quod juravi,* (de Judæis in captivitatem ablegandis!) *Atque nunc postquam juravi, quis me solvet religione juris jurandi?* Simile monstrum alunt sequentia, quæ ex Chagiga fol. 5. b. depromimus: ואם לא תשמעו במסתרים תבכה נפשי מפני גוה מאי במסתרים אמר רב שמואל בר איניא משמיה דרב מקום ישלו להקב״ה * ומסתרים שמו מאי מפני גוה אמר רב שמואל בר יצחק מפני גאוותן של ישראל שניטלה מהם ונתנה לאומות העולם רבי שמואל בר נחמני אמר מפני גאוותה של מלכות שמים ומי איכא בכיה קמיה הקב״ה והאמר רב פפא אין עציבות לפני הקב״ה שנאמר הוד והדר לפניו עוז וחדוה במקומו לא קשיא הא בבתי גואי הא בבתי בראי ובבתי בראי לא והא כתיב ויקרא אדני ה׳ צבאות ביום ההוא לבכי ולמספד ולקרחה ולחגור שק שאני חרבן בית המקדש דאפילו מלאכי

Lacrumas quoque.

(Supplen- ex En Israel שבוכה בו)

מלאכי שלום בכו שנאמר הן אראלם צעקו חוצה מלאכי שלום מר יבכיון ׃ ודמע תדמע ותרד עיני דמעה כי נשבה עדר ייי אמר רי אלעזר שלשה דמעות הללו למה אחת על מקדש ראשון ואחת על מקדש שני ואחת על ישראל שגלו ממקומן ואיכא דאמרי אחת על ביטול תורה בשלמא למד על ישראל שגלו היינו דכתיב כי נשבה עדר ייי אלא למד על ביטול תורה מאי כי נשבה עדר ייי כיון שגלו ישראל ממקומן אין לך ביטול תורה גדול מזה ת״ר שלשה הקב״ה בוכה עליהן בכל יום על שאפשר לעסוק בתורה ואינו עוסק ועל שאי אפשר לעסוק בתורה ועוסק ועל פרנס המתגאה על צבור * ;

(Rursus ex En Israël supplendum בחנם)

Id est: (Jeremiæ 13. 17. dictum est:) Quod si non auscultabitis, in penetralibus flebit anima mea, propter dignitatem. *Ecquis sensus verborum*, In penetralibus? *R. Samuel Injæ filius, tanquam a Raf acceptum docuit: Habet Deus Benedictus locum quendam, in quo fletui indulgere solet, atq; huic* Penetralia *nomen. Quid vero sibi volunt verba* propter dignitatem? *R. Samuel Isaaci filius censet, ea attinere ad dignitatem Israëlitarum, quæ ipsis ablata, & paganis concessa est. Sed R. Samuel Nachmanides dignitatem ipsius Numinis intelligi opinatur :* (quippe ob hanc diuturnam Judæorum captivitatē ipsum Numen dignitate sua privatur, & contumeliæ exponitur, dicentibus paganis, defecisse præ senio vires Numinis Judæorum, nec posse iis amplius esse auxilio.) *Enim vero, siccine apud Deum fletus locum habet? Atqui dicere solebat R. Papa; Nulla apud Deum mæstitia: & provocare ad locum* (1. Chron 16. 27.) Decor & majestas coram eo, robur & gaudium in loco ejus. *At, nulla hic difficultas. Distinguendum enim, inter conclavia interiora & exteriora,* (nam in illis fletus habitat, in his neutiquam.) *Ain tu in conclavibus exterioribus non* (habitare fletum?) *Atqui scriptum est* (Es. 22. 12.) Et vocabit Dominus Deus exercituum die illo fletum, & planctum, & calvitium, & cincturam cilicii. (*Respondeo, concedi posse, sequi ex illis verbis, fletum etiam in conclavibus exterioribus ætheris reperiri;) verum fletus causa diversa est, agit enim locus de desolatione Templi,* (quam non Numen tantum,) *sed & Angeli pacis deflere solent, secundum illud* (Es. 33, 7,) Ecce supernæ potestates clamaverunt foris, Angeli pacis amare fleverunt. (*Cæterum post illa, supra ex Jerem. 13. 17. allata verba, sequitur porro:*) Et flendo flebit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini. (*Istam ternam fletus mentionem, seu triplicem potius lacrimationem, quam voces*, flendo, flebit, lacrymam, *involvunt, secum reputans*) *R. Eleasar, inquit: Quorsum tres illæ lacrymæ? Nimirum, una funditur ob* (desolationem) *templi primi, altera*

tera ob (desolationem) *templi secundi, & tertia propter Judæos sedibus extorres. Sunt tamen, qui* (tertiæ lacrymulæ causam reddere) *malunt, intermissionem studii Legis Divinæ* (quæ apud mortales deprehenditur.) *Enimvero, qui tertiæ lacrymationis causam exilium Judæorum statuit, non videtur errare, nam pro se habet diserta verba Jeremiæ:* Quia captus est grex Domini: *Quomodo igitur alter, qui intermissionem studii Legis Divinæ pro fletus ratione allegat, ista verba salvabit?* (Dicet, suam opinionem in iisdem plane verbis fundari:) *Nam nulla unquam major potest accidere intermissio studii Legis Divinæ, quam cum Judæi a patria sua exulant. Magistri tradunt, tria hominum genera Deum quotidie deflere: Nempe eos qui animo solerti vacare studiis possent, nec vacant; tum eos, qui ob stupiditatem vacare studiis nequeunt, & tamen vacant; deniq; Antistites qui temere super cœtum sibi commissum sese efferunt.* In Rabbot fere eadem, & multa alia ejus generis futilia deprehendas. Haud procul a fine τȣ̃ Midrasch Chumasch dicitur: הקב״ה נשקו למשה רבינו ונטל נשמתו בנשיקת פה והיה הקב״ה בוכה: Id est: *Deus deosculatus est Mosen Magistrum nostrum, atq; hoc oris osculo cum animam ei abstulisset, cœpit Deus flere.* In Echa Rabbati fol. 55. col. 2. legimus: באותה שעה שנכנסו אויבים להיכל ושרפוהו אמר הקב״ה שוב אין לי מושב בארץ אסלק שכינתי ממנה ואעלה למכוני הראשון הה״ד אלכה ואשובה אל מקומי עד אשר יאשמו ובקשו פני באותה שעה היה הקב״ה בוכה ואומר אוי לי מה עשיתי השרתי שכינתי למטה בשביל ישראל ועכשיו שחטאו חזרתי למקומי הראשון חס ושלום שהייתי שחוק לגוים ולעג לבריות באותה שעה בא מטטרון ונפל על פניו ואמר לפניו רבש״ע אני אבכה ואתה לא תבכה אמר לו אם אין אתה מניח לי לבכות עכשיו אכנס למקום שאין לך רשות ליכנס ואבכה שנאמר ואם לא תשמעוה במסתרים תבכה נפשי מפני גוה וגו׳ אמר להן הקב״ה למלאכי השרת בואו ונלך אני ואתם ונרו בביתי מה עשו אויבים בו מיד הלך הקב״ה ומלאכי השרת וירמיה לפניו וכיון שראה הקב״ה את בית המקדש אמר בודאי זהו ביתי וזהו מנוחתי שבאו אויבים ועשו בו כרצונם באותה שעה היה הקב״ה בוכה ואומר אוי לי על ביתי בני היכן אתם כהני היכן אתם אוהבי היכן אתם מה אעשה לכם התריתי בכם ולא חזרתם בתשובה אמר הקב״ה

לירמיה אני דומה היום לאדם שהיה לו בן יחידי ועשה לו חופה ומת בתוך חופתו: Id est: *Sub illam horam, cum intrarent hostes in Sanctuarium, illudq; igne cremarent, dixit Deus Benedictus: Jam porro nulla mihi in terris est habitatio; revocabo inde Providentiam meam, revertarq; ad sedes meas antiquas. Atq; hinc S. E.* (Hos. 5, 15.) Abiens revertar in locum meum, donec reos peragant se, & quærant faciem meam. *Tum vero plorabat Deus, querebaturq;: Heu mihi! quid feci? Providentiam meam infra* (in orbe) *propter Judæos habitare concedebam, atq; nunc ex quo peccarunt, repetii locum meum pristinum, fieri potest* (*quod tamen abominor,*) *ut sim factus irrisio gentibus, & ludibrium mortalibus. Id temporis, advenit Metatron, & in faciem se prosternens, ajebat coram illo: Arbiter universi, ego plorabo, tu vero noli flere. Cui Deus Benedictus: Si mihi flendi copiam non concesseris, petam e vestigio locum, in quem intrandi nulla tibi potestas, atq; ibi fletui indulgebo: unde S. E.* (Jerem. 13, 17.) Quod si non auscultabitis, in penetralibus flebit anima mea propter dignitatem, &c. *Post hac, ait Deus Benedictus ministris Angelis: Agedum, eamus ego & vos, lustremusq;, quid inimici fecerint domui meæ. Nec mora, abibat Deus Benedictus, ministris Angelis & Jeremia* (Propheta) *illum præcedentibus. Cumq; deferretur Deus Benedictus ad templum suum, tum exclamare: Hæc sine dubio est domus mea, & requies mea, in quam adventantes hostes pro libitu grassati sunt. Ergo cæpit plorare, queriq;: Heu mihi, ob istam domus meæ vastitatem! O filii mei! ubi estis? O Sacerdotes mei! ubi estis? O amici mei! ubi estis? Quid faciam vobis? Commonui vos, sed per pœnitentiam* (ad bonam frugem) *non estis reversi. Ad Jeremiam* (vero conversus) *Deus Benedictus, ait: Ego nunc comparandus venio homini filium unicum habenti, eiq; paranti nuptias, moriente interim filio in ipsa nuptiali festivitate.* Succedunt alia, æque inepta, quæ libens prætereo, illud unum adhuc ex fol. 56. col. 2. adscribere contentus: משהיתי שכינה יוצאה מבית המקדש היתה חוזרת ומגפפת ומנשקת בכותלי בית המקדש ובעמודי בית המקדש ובוכה ואומרת הוי שלום בית מקדשי הוי שלום בית מלכותי הוי שלום בית יקרי הוי שלום מן כרון: Id est: *Cum Divina Providentia Templum desertura esset, circuibat prius, amplexans, deosculansq; parietes domus sanctæ, ejusq; columnas; ac flendo dicebat: Heu paci sanctæ domus meæ! heu paci domus regni mei! heu paci domus gloriæ meæ! heu paci qua huc usq; fruita sum!* Poteram plura huc spectantia adducere, sed, ista sufficere possunt, ad intelligendum, quam indignis modis Judæi sacrosanctam Divinam Majestatem tractent, & quæ probra illi inferant. Certum est, si in unum congregent omnia consilia & rationes suas, nunquam efficient, ut quæ attulimus, ab hominibus sanis & sobriis dicta videantur, estque inter nostras, & illorum de Deo prædicationes, magnum discrimen

men, atque adeo immensum. Equidem non ignoro, fuisse inter Judæos, qui enormes tales sententias paululum corrigere studuerunt, nec dissimulo, Commentatorem libri En Israël fol. 1. col. 4. occasione duorum absurdissimorum dictorum, quæ primum & secundum inter allatas affanias locum obtinent, protestatum esse: רחמנא ליצלן מלחשוב ענינים אלה כפשטן ממש שהקב״ה אומר אוי וכו׳ וגם מנענע בראשו וכו׳ כי הפעליות האלה הם לבני אדם והוא יתעלה נבדל מכל זה עלוי רב אמנם דברים הללו נאמרים על דרך דברה תורה כלשון בני אדם לרמוז בלשון חידה כי רע בעיני ייי גלות בני ישראל וחרבן ביתו : Id est: *Deus misericors prohibeat, cogitare, dicta ista simpliciter, & secundum literas accipienda esse, quasi scilicet Deus dicat* : Væ mihi *&c. &, quasi caput ipse succutiat. Nam, illa* (querelæ &) *actiones, hominum propria sunt, ab iisq; omnibus excelsa Dei natura excellentissime abest. Sed vero dicta hæc, per quandam Scripturæ familiarem ἀνθρωποπάθειαν efferuntur, & αἰνιγματωδῶς indicant, displicere Divinis oculis captivitatem Judæorum, & desolationem domus suæ.* Sed vero, iste cuneus, durissimis nodis conquassandis, neutiquam sufficit. Principio enim, illud merito urgemus, saltem plerosque Judæos, ita vulgo persuasos esse, quasi omnia quæ attulimus dicta, de Deo, vere, proprie, & citra ullam translationem prædicentur. Quin nec reprehendi ea in re possunt, jureque id faciunt, quando, si probe considerentur enunciata illa, ita profecto se habent, ut inane istud translationis & ἀνθρωποπαθείας, quod quidam scioli quæritant, suffugium, penitus excludant, igitur non hi, sed isti, sensum & vim verborum percipere videntur. Ecce enim, in loco quem ex Chagiga excerpsimus, cum illud impium R. Samuelis filiæ Injæ, vel potius τοῦ Raf placitum, quasi Deus in intima cœli parte conclave retro habeat, in quod præ verecundia & ne a cœlitibus conspiciatur, sese abdens, amare ploret lacrimeturque, allatum esset, subjicitur quæstio, num hæc salva veritate de Deo queant efferri? & num fieri possit, ut beatas supernas sedes mœror & tristia inhabitent, imprimis cum non R. Papa tantum, sed ipsa sacra Scriptura oppido reclament? Hic vero, non subjicitur responsio, per translationis aut ἀνθρωποπαθείας remedium, malis verbis medicinam faciens, quod fieri utique ratio postulabat, si figurate fuissent prolata. Sed enim persistitur in dicti cruditate, suscipitur illius gladiatorio animo defensio, & jubemur citra dubitationem credere, cœli extimam partem fletum fere non admittere, at in intima, nihil illo esse frequentius. Quamobrem gerræ germanæ sunt, quæ Commentator operis En Israël, aliique pro excusandis Magistris proferunt, atque ædepol liræ liræ. Adde, quod si isthoc pacto cum translationibus &

In his excusandis frustra sunt.

ἀνθρωποπαθεία in rebus divinis ludere licet, καὶ συκοφαντεῖν, jam nihil in universum profecto, tam fœdum, nefandum, & abominabile a quopiam fingi ac cogitari posset, quod non cum metaphoræ, aut ἀνθρωποπαθείας excusatione, Deo queat tribui. At, vel de profano sermone, probe monet & ex re, vir eruditissimus, Gerhardus Joannes Vossius, in egregio Commentariorum Rhetoricorum opere l. 4. c. 6. n. 7. *Non omnes quæ se offerunt metaphoræ; a vitiis immunes sunt; ut omnino magno in metaphoris delectu opus sit. Certe vitiosæ sunt metaphoræ, quæ ducuntur a re dissimili: vel quæ longe petuntur. Peccant & illæ, quæ a simili quidem sumuntur, verum aut a rebus transferuntur humilioribus, aut turpibus, aut ad rerum tenuium illustrationem traducuntur a rebus nimis magnis.* Ergo, tanto majore in rebus sacris, & cum de Deo loquimur, circumspectione opus est, ne quid vile, abjectum, indecens, de tremenda illius Majestate proloquamur, eamque conditionis nostræ sordibus inficiamus, ac fœdemus. Non enim metaphoræ sive ἀνθρωποπάθειαι aliæ, præter elegantes, comtas, & verecundas illas, quæ ipsius verbo, per συγκατάβασιν καὶ οἰκονομικῶς, uti Græci Patres loqui amant, insertæ deprehenduntur, pro arbitrio temere sunt effingendæ, sed ex Apostoli 1. Cor. 2. 13. præcepto, oportet πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνειν·

Metaphoris caute utendum.

Ac canibus gregis &c.] Apud Jobum cap. 30. 1. quæ extat phrasis, per summam blasphemiam ad Christum huc traducitur. Istius maledicti pœnas, a Lipmanno, sine dubio jam pridem exegit, exigetq; æternum,

Lipmanni horrenda blasphemia digna quam æternis luat suppliciis.

——— *Stygius canis,*
Qui terna vasta capita concutiens sono,
Regnum tuetur. Sordidum tabo caput
Lambunt colubri: viperis horrent jubæ:
Longusq; torta sibilat cauda draco:
Par ira formæ.

Apage te Satan! Πιςὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριςὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι· *Certus hic est sermo, & dignus modis omnibus qui recipiatur, Christum Jesum venisse in mundum, ut peccatores servaret.* 1. Tim. 1. 15.

Apposuit custodem] Facit hæc de canibus blasphemia, ut mentem subeat illud supplicium, quo, justo Dei judicio, nostra ætate, in Viennensi Austriaca urbe, hominis Judæi horrendum, informe, ingens monstrum, quodque a Judaismo defectionem aliquamdiu simulaverat, tandem

De Ferdinando Francisco Engelsberger. Pseu-

tandem ob sua nefanda facta & dicta, præter alios cruciatus, canum quoque laniatu fuit affectum. Eam historiam, quam Viennæ partim a Christianis, partim a Judæis olim didici, ut integram literarum publicis monumẽtis consignem, & rei Christianæ, & posteritatis interest. Scilicet, quidam Judæus Bohemus, cui R. Chagim, quod vulgo Joachim valere volunt, nomen, quiq; ne leviter quidem suæ gentis eruditione imbutus erat, ex Pragensi Synagoga nescio quid vasorum argenterum furto abstulerat. Id cum innotuisset, atque, homo iste jam inter suos honeste secureque amplius agere non posset, anno hujus seculi sexto supra trigesimum ad Christianos defecit, & una cum liberis tribus, postridie festi natalitii Domini nostri, Raconitii, quod Bohemiæ oppidum est, baptismo fuit lustratus, in quo Ferdinandi Francisci nomẽ accepit. Cum vero Judæi non dissimularent, quod scelus ipse perpetrasset, & tantum ob malam conscientiam transfugam factum assererent, tum ad horum accusationes amoliendas, tum ut apud Christianos gratiam iniret, libellum, perexiguum eum quidem, composuit, מורה הדרך sive der Catholische Wegweiser / (id Latine, *Hermes Catholicus*, transferas licet,) inscriptum. In illo dogmata communia Christianorum, quædam etiam Romanæ Ecclesiæ propria, ex Veteris Testamenti Scripturis confirmare suscepit, meruitque P. Ægidii Schiesel Pragæ in Conventu B. M. ad nives, Guardiani, & S S. Theologiæ Lectoris, publicam approbationem. Habeo libellum ad manus, cui ipse nequam autor, quia typis Hebraicis carebat, quod illa lingua significandum erat, calamo inscripsit, in quem finem passim spatia vacua a typographo fuere relicta. Sunt ibi, fateor, quædam inserta Sacrarum Literarum testimonia, ea autem ubi quis segregaverit, cætera insulsum est scriptum, suisque frivolis & jejunis rationibus, magis comparatum, ut Judæorum obstinationem adaugeat, quam ut iis injiciat scrupulos. Attamen inficetis barbarisque numeris, circa finem sic is homo paratragœdiat: Also nach meinen Sitten / thue ich fleissig bitten/allhier zu dieser Zeit/alle gute ehrliche Leut/ ein jeden nach seinem Stammen hoch und nieder/ meinen Dienst williglich wieder / und mirs nit achten vor ungut/ zu gedencken ich ließ das Buch drucken aus stoltzen Muth/ damit zu rühmen und hochzusteigen/welches ich wil mit GOtt bezeugen/ das meine Gedancken sein auff das beste gestelt / auch von wegen der bösen Welt / die mich in Leute Meuler herummen tragen / als wann nicht des Glaubens halber ich mich hette tauffen lassen thuen sie sagen/sondern allein nur von bösen Stucken / deßenwegen lasse ich das Buch drucken/ zu sehen dran/ das ichs mit guten Gewissen habe gethan / wie auch eines theiles habe schon bereit/ ein Außlegung auff die Evangelien in kurtzer Zeit/ in Druck lassen außgehen / damit der gemeine Mann kan auch verstehen/ was er im Buch thut lesen/ und was die Wunder GOttes sein gewesen/

dochristiano, historia memorabilis.

wesen/ aus diesen Büchern zu nehmen gutte Lehr / auch meinen lieben Patten und Gefatter zu Ehr / Jden nach seinen Stammens/Graffen / Hern und Bürger / das demütiglichs Bitten Ferdinandi Francisci Engelsberger / welcher do hat geheissen Rabi Chagim zu vor/ein Rabiner und Lehrer auch Beschneider unter den Juden war. Confecto libro Viennam abit Autor, & Divo Ferdinando III. Cæsari quasi qui quondam Magister Israëlis & Rabbinorum longe eximius fuisset commendatus, facile magna ejus frui cœpit gratia, sic enim erat ille sanctimonia & clementia ante omnes alios Principes. Optimates quoque hominem in oculis ferre, illique bene facere; ipse contra voluptati indulgere, & curare se molliter. Sed tandem temporis processu, cum, ceu fieri solet, otio suo & nimia protervitate, quam satis superque pertulerant, plerisque molestus evaderet, & jam istud benefaciendi erga ipsum studium ac contentio refrigescerent, fodere non valens, mendicare vero erubescens, ne genium defraudare cogeretur, animum ad furandum iterum appulit. Ipsam igitur domum augustam, & sacrum Cæsaris gazophylacium cum Judæis duobus sociis violare ausus, cimelia summi pretii surripit. Non diu eludere poterat hoc scelus accuratissimam diligentiam eorum qui in latrones inquirebāt, atq; Ferdinandus Franciscus accusatus, captus, convictus, a judice sententiam accepit, enorme facinus laqueo luendum esse. His nunciatis, simulat continuo præparationem ad mortem, & ea facit omnia, quæ capitalis supplicii candidati solent peragere. Resolvit se in lacrumas, precatur assidue, auscultat libens se solantes, edit peccatorum confessionem, accipit sacram hostiam. Interim in sinu suo indubie sperabat, nunquam eventurum, ut sibi pereundum sit, ob illam quam semper plenissimam expertus fuerat, Cæsaris indulgentiam. Aderat morti dicta hora, cumque videret Ferdinandus Franciscus, omnia serio agi, neque ad solum terrorem, ceu ipse hactenus crediderat, injiciendum, scenam parari, in Prætorio, quod in foro piscario est, constitutus, & magnam Christi crucifixi imaginem ligneam manibus tenens, post recitatam publice condemnationis feralem formulam, percontatur, an sic ergo omnis salutis ac veniæ præclusa via sit? Respondet, qui ei commonendo aderat, Societatis Jesu Presbyter, non cogitaret amplius de terrestri vita, nam de hac jam transactum esse, potius ad mortem & futuram vitam se disponeret. Quibus auditis, furcifer ille, collectis viribus, Christi imaginem tanto impetu in solum projicit, ut in frusta dissiliret. Ac, quando omnino moriendum est, inquit, nunc, sic ex animi mei sententia dico edico, haud alium quam Judæum me moriturum, atque Christo Christianæque fidei, ceu clanculum a me semper factum est, nunc palam serio renuncio, ejusque rei, vos, quotquot adestis, testes voco. Obstupuere omnes, imprimis vero Jesuita, qui homini

mini in mentem revocat, ut paulo ante τὰ ἅγια ore suo sumserit. Tum furcifer: Sane quidem in os, verum haud ultra admisi turpes superstitiones vestras, & dirissimum panem. Nam illico in sudarium exspuens, post in lasanum conjeci abominamentum; atque vera me proloqui comperietis, modo faciatis explorationem. Abit Jesuita, deprehenditque rem ita se habere, prout dixerat sacrilegus. Interea loci confluxerat ingens hominum multitudo in forum piscarium, spectatum nebulonis processum ad furcam, atque his multi Judaei utriusque sexus immixti erant, nimium gaudentes, male periturum suorum sacrorum malum desertorem. Cum omnes in expectatione starent, praetorium egressus Jesuita, inque summis scalis consistens, ad plebem conversus, clamare occipit: Enimvero vos frustra praestolamini, ut Ferdinandus Franciscus supplicio afficiendus prodeat, magnum & incredibile quid accidit, quod poenam differre jubet. Narratis deinde breviter quae evenerant, addit supremis verbis: mirum nullum esset, si maledicta Judaeorum gens penitus e medio tolleretur. Vix ista enunciaverat, & jam in Judaeos tela & saxa volabant; tundebantur per urbem, prosternebantur, nummi, & annuli quoq;, resectis etiam quorundam una digitis, iis adimebantur, tabernae omnes fiebant praedae. Aegre, tardeque tumultuantes sedare potuerunt, militum hinc inde immissae turmae: at, quod motibus occasionem dederat flagitium hominis, in carcerem reductum, post quatriduum novam audivit, ipsoque facto subijt sententiam. Imponebatur primum currui mortalium perditissimus, atq; in foris celebrioribus quatuor, alternis, jam candenti forcipe frustum e pectore illi evulsum, jam lorum e tergo exsectum est. Alligabatur deinde equo, & ad locum supplicii per urbem raptato, juxta patibulum, amputata manus, praescissa lingua fuit. Postremo patibulo pedibus affixus lentoque igne tostus est, additis ab utroque latere canibus, qui pendentem assidue vellicabant, lancinabantque. In tantis tormentis vix sensum doloris edidisse dicitur fur, trifur, trifurcifer, sed preces semper hebraicas mussitasse: cumque dextra resecaretur, hac poena merito se affici asseruit, quia in contemtum Judaicae religionis manu illa scripsisset. Quamdiu autem vita supererat, nunquam desiiit trunco brachio pectus tundere, lingua trunca raucum & inconditum aliquid mugire, atque imprimis voces illius exceptae sunt: תהי מיתתי כפרתי *Sit mors mea scelerum meorum expiatio.* Cineres exusti, una cum ipso cespite in Danubium effudit supplicii executor carnifex, atque muro Praetorii Viennensis inserta aenea tabula est, quae etiamnum ibi visitur, cum hac duplici inscriptione:

Anno

Anno 1642. 26. Aug.

Joachim Engelberger ein Jüdischer Rabiner in Böhmen/ zu Rackonitz getauft / und als ein Christ Ferdinand Frantz genannt/ hernach neben zweyen Juden im Diebstall ertapt / und zum Strang verdammet / ist nach verlesenen Urtheil/ vor den sitzenden Gericht und allen Volck von Christo zu der Judenschafft wieder abgefallen / und hat das H. Crucifix grimmiglich zur Erden geworffen / die H. Dreyfaltigkeit und das H. Sacrament des Altars grausamlich gelästert / so gar dasselbe aus seinem Mund abscheulich vertilgen wollen. Daher er von neuen ins Gefängnus geführt / wol examinirt/ und mit gerechtem Urtheil verdammt / und Kraft desselben auf 4. Plätzen zweymal mit glüenden Zangen gezwickt / zweymal Riemen aus seinem Rucken gerissen / von dannen auf die Richtstatt die Gäns-Weyde geschlaift / ihme die rechte Hand abgehauen / und die Zung aus dem Rachen gerissen / so dann mit den Füssen aufgehenckt / lebendig verbrennt / und die Aschen in die Thonau zerstreuet worden.

Andern seines gleichen zum Abscheu / und zu Vertilgung seiner Gedächtnuß / GOtt aber zu Vermehrung seiner Glori und Ehr.

JOACHIM ENGELBERGER OLIM HEBRÆVS ET RABBINVS POSTEA CHRISTIANVS RACKONIZII IN BAPTISMO FERDINANDVS FRANCISCVS NOMINATVS : OB ENORME FVRTVM CAPTVS, AD LAQVEVM CONDEMNATVS , SENTENTIA LATA PVBLICE CHRISTIANAM FIDEM ABIVRAVIT, JVDAISMVM ITERVM INDVIT, CRVCIFIXI IMAGINEM IN TERRAM JVDICIBVS POPVLOQVE SPECTANTIBVS CONTEMTIM ABIECIT , IN SANCTISSIMAM TRINITATEM SS. EVCHARISTIAM HORRENDVM BLASPHEMVS, QVAM FICTO CHRISTIANISMO SVMTAM IRREVERENTER TRACTAVIT, IDEO RVRSVS EXAMINATVS, PERTINAX, CANDENTIBVS FORCIPIBVS VSTVS LORIS EXSCISSIS AD LOCVM SVPPLICII PER VRBEM TRACTVS, ABSCISSA DEXTRA, EXSCISSA LINGVA PEDIBVS SVSPENSVS VIVVS EXVSTVS EST, CINERIBVS IN ISTRVM DISPERSIS JVSTA SENTENTIA DEO VINDICANTE IN VINDICTAM SCELERIS ET HORROREM SVI SIMILIBVS.

AN. MDCXLII. XXVI. AVG.

Omnes homines ad inferos deſcendiſſe.] Hic Chriſtiani non ex aſſe nobiscum convenimus. Lipmannus ad Romanæ Eccleſiæ Doctores ablegandus eſt, ut cum ipſis tranſigat. Hos inter Raymundus Martini, in Pugionis Fidei part. 3. diſt. 2. integro prolixoque octavo capite, id probandum ſibi ſumit: *Quod non ſolum cæteri homines, ſed etiam ipſi ſancti Patres, & omnis Eccleſia Iſraël, ſive propter originale peccatum, id eſt propter culpam Adæ, ſive propter peccata perſonalia vel propria, omnes deſcendebant in infernum, uſq; ad Chriſtum.* Atque, pro confirmanda hac opinione, Rabbinorum quoque cumulantur teſtimonia. Similiter Galatinus l. 6. de arc. Cathol. verit. c. 6. *Sancti Patres in inferno a Diabolo Deo permittente propter Adæ peccatum detinebantur*: quæ quidem ſunt ipſiſſima Lombardi verba, ex comment. in Pſalm. 48. exſcripta. Etſi vero non deſunt, qui locum in quo pie defuncti Veteris Teſtamenti morabantur, *Limbum* appellare malunt, quam Infernum: unde in Cateches. Tridentin. ex decreto Concilii & juſſu Pii V. Papæ edita part. 1. art. 5. p. 49. legas: *Toto tempore V. T. uſq; ad mortem Chriſti, nulla anima quantumvis ſancta, conſequuta ſunt eſſentialem beatitudinem, quæ in viſione beatifica conſiſtit. Cœlum beatorum fuit clauſum propter Adami peccatum, uſq; ad mortem Chriſti. Vnde nec Enoch, nec Elias in cœlum beatorum tranſlati, adeo ut etiam B. Virgo ſi ante Chriſtum obiiſſet, non fuiſſet viſura Deum, ſed expectatura in Limbo Patrum, donec Chriſtus aperuiſſet regni januam clauſam per peccatum.* Nihilo minus res eodem recidit, & nominis tantum hoc fuerit diſcrimen. Nam de Limbi appellatione Rainoldus in Cenſ. Apocryph. prælect. 79. p. 939. ſic recte docet: *Dicitur metaphora a limbo ducta, quoniam extremitas veſtis ſive faſcia, quæ ambit partem extremam veſtis, appellatur limbus.*

Rom. Eccleſiæ dogma eſt, pios V. T. ante Chriſti adventum degiſſe in inferno:

Sive, ut alii vocare malunt, in Limbo.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Vnde ſuperiorem partem & extremitatem ipſius inferni, vocant limbum inferni. Scilicet, nec aliam quam ſupremam obſcuræ manſionis partem intelligunt, qui a metaphorica voce abſtinentes, ſcapham ſcapham, infernum infernum, in hoc negotio appellant. Si enim miſſis aliis rurſus Raymundus Martini adeſſe, atque mentem ſuam nobis declarare jubetur, ad part. 3 diſt. 2. c. 7. §. 10. nos ablegat, ubi ſatis aperte teſtatus ſit: *Duo erant olim animarum receptacula apud Inferos, unum bonorum, & alterum malorum: quodlibet tamen vocabatur infernus; ſed locus impiorum* שאול תחתיה *infernus inferior; juſtorum vero infernus ſuperior dicebatur.* Sed nobis, qui Catholicorum Proteſtantium Eccleſiam conſtituimus, alia circa hæc ſententia. Potius arbitramur eos, qui ſub ſtatu antiqui fœderis pietatem coluerunt, atq; in Meſſiam venturum, ſpe & fiducia collocantes, propter hunc, Dei miſericordiam vivi mori-

Abeunt in diverſa Catholici Proteſtantes:

 turiq;

turiq;implorabant, expleto vivendi tempore, quoad meliorem sui partē actutum cœli hæredes factos esse. Ut minime alia, quam quali nos in Novo Testamento fruimur, ipsi conditione usi fuerint. Nam, cum in hoc mundo semper obtineat, ut creditor debitorem vinculis & carcere solvat, etiam debito nondum soluto, modo fidejussor idoneus sese obtulerit: pietas prohibet asserere, minus tribuisse divinam justitiam Christo fidejussori, sed hujus satisfactionis vim infinitam, quæ Deo semper erat præsentissima, jam olim quoque antequam reapse præstita esset, omnibus qui hac nitebantur, liberationem ab inferno peperisse concludimus. Nempe, cum sic prorsus simili ratione, passio & resurrectio Christi quoque, sola causa sit nostræ a morte resurrectionis, atque hoc sensu Christus 1. Cor. 15, 20. ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων appelletur; tamen ante Christi resurrectionem, quibusdam contigisse novimus, ut vere a mortuis resurgerent, id quod haud alio profecto, quam futuræ Christi resurrectionis beneficio evenire potuit. Quapropter, cum Christus Apocal. 13, 8. τὸ ἀρνίον ἐσφαγμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, prædicetur, id eo sensu Theologi nostri accipiunt, quod mactationis quondã ab agno immaculato subeundæ salutaris efficacia, etiam ad mundi originem se porrigere innuatur. Agnovit ista Pererius, Disp. 21. in c. 13. Joh. p. 219. scribens: *Nequaquam dubitandum est, quin ante passionem & mortem Christi, non solum Apostoli, sed omnes etiam viri justi & sancti, qui fuere in Veteri Testamento, mundati fuerint a peccatis per virtutem futuræ mortis Christi. Mors enim Christi & futura & præsens & præterita virtutem habuit operandi remissionem peccatorum & sanctificationem in omnibus justis, qui fuerunt usq; ab initio mundi. Propterea enim secundum interpretationem plurium Doctorum in Apocalypsi cap. 13. dicitur Christus Agnus occisus ab origine mundi, quod virtus futuræ mortis ejus, usq; ab ipso mundi exordio operari cœperit salutem hominum.* Atque istis semel ita positis, non potuit non idem quoque circa Patriarcharum, piorumque hominum V. T. post fata statum, iis, quæ paulo ante ex aliorum Romanæ Ecclesiæ Doctorum ore recitavimus, vehementer dissona pronunciare. Nam Disp. 40. in cap. 14. Johan. p. 446. sic porro disserit: *Similius vero, dictuq; probabilius est, animas justorum, quæ ante Christi adventum post mortem erant in sinu Abrahæ, non fuisse tunc sub diaboli potestate. Non enim constituimur sub diaboli potestate, nisi propter peccatum, vel originale, vel mortale. Ergo, qui utroq; peccato carent, extra Diaboli potestatem sunt. Quod si per gratiam justificationis liberamur a potestate dæmonis, qui cum ea gratia decesserunt ex hac vita, & in ea confirmati sunt, eos ab imperio Diaboli esse liberos fatendum est. Adde, quod omnes justi sunt amici & filii Dei, & dicuntur non esse de hoc mundo, & appellantur filii lucis. At vero dæmon dicitur*

Quos fere sequitur Pererius.

dicitur princeps hujus mundi, & rector tenebrarum harum, non igitur mortui, qui erant justi, sub diaboli erant potestate. Enim vero plane indecens fuisset, justos, qui in hac vita victores diaboli fuerant, post mortem sub Diaboli potestate & imperio constitui. Ad hæc animas justorum post mortem in sinum Abrahæ non per dæmones, sed per Angelos deferri solitas, aperte ostendit historia Lazari, quam narrat Lucas cap. 16. At, hæc obiter dicta sunt. Neque enim manticæ quod Christianis nobis a tergo est, nunc excutimus.

Illud sive lapidationis sive crucis] Dum paulo magis cogito, verisimile evadit, vertendum potius esse; *Illud lapidationis & crucis.* Videtur enim Lipmannus Talmudistarum admittere narrationem, qui Jesum primum lapidibus obrutum ad necem, & postea demum suspensum fuisse perhibent. Nempe legitur in Sanhedr. fol. 43. a.
בערב הפסח תלאוהו לישו והכרוז יוצא לפניו מ׳ יום יוצא ליסקל על שכישף והיסית והדיח את ישראל כל מי שיודע לו זכות יבא וילמד עליו ולא מצאו לו זכות ותלאוהו בערב פסח: Id est: *Pridie festi paschatos suspensus fuit Jesus, & præco prius per dies 40. divulgavit:* (Jesus) *lapidationis supplicio afficietur, quia magiam exercuit, atq; seduxit, & ad profanos cultus impulit Israëlem: quisquis novit aliquid quod ad eum excusandum faciat, adesto, atq; illud edisserat. Cum nihil ad illum excusandum repertum fuisset, suspenderunt eum pridie paschatos.* Intellige, postquam prius lapidibus fuerat obrutus: Nam, ut est in Mischna Sanhedr. c. 6. §. 4. כל הנסקלין נתלין דברי ר׳ אליעזר וחכמים אומרים אינו נתלה אלא המגדף והעובד ע״ז: Id est: *Lapidati omnes suspenduntur ex sententia R. Eliesĕris. At Sapientes ajunt: non suspenditur* (post lapidationem) *nisi blasphemus & idololatra.* Comprimo me, nec enim de mendacio circa Jesu supplicium, quod satis est, dici potest. Vt Sacras Literas Novi Testamenti, ut Christianos omnes nunc seponam, sufficit, Paganos, Turcos, Terram adeo Cœlumque, & totam rerum universitatem, imo mendacii cæteroquin patrem Diabolum, agnovisse contrarium, & agnoscere.

Ex Iudæorũ opinione Christus lapidibus obrutus periit.

A doloribus dirisque) Receptiorem, ad quam alludit, Romanæ Ecclesiæ de Patriarchis V. T. in inferno agentibus sententiam, non recte accepit Lipmannus. Paululum aliquid inaudiverat per rumusculos, ac proinde hic quoque, sicut passim & ubique, suam nunc prodit ignorantiam & ruditatem, disputator infelix, & consilii improvidus. Possumus igitur hactenus, veritatis amore, cujus jura omnibus non Christianis tantum, sed & mortalibus inter se communia esse debent, hujus etiam Ecclesiæ, in hac causa nonnihil tueri partes, ejusque nomi-

Lipmannus dogma Rom. Ecclesiæ quod impugnat.

ne Lipmanno calumniæ notam inurere. Sane quidem contendu... vulgo Doctores Romanenses, etiam pientissimos quosque, qui ante Christi adventum in carnem mortui sunt, haud alibi quam in inferno degisse; iidem tamen qui sic animati sunt, illos cruciatos ibi fuisse negant pernegantque. Iterum audiendus Raymundus Martini in Pug. Fid. loco jam modo allegato §. 9. *Licet dæmones haberent potentiam detinendi Sanctos, & justos, in inferno usq; ad Christum; non tamen habebant potentiam eis nocendi, vel male aliquid faciendi.* Et Catechesis quoque Romana l. c. *Tertium receptaculi genus est, in quo animæ sanctorum ante Christi Domini adventum excipiebantur, ibiq; sine ullo doloris sensu beata redemtionis spe sustentati, quieta habitatione fruebantur.*

minus recte assequutus est,

Liberarentur] Ex supra dictis fluit, necesse esse, ut a nobis alienum, & Romanæ Ecclesiæ proprium dogma habeatur, Christum ideo ad inferos descendisse, ut ibi morantes, qui illius adventum anxie præstolabantur, Veteris Testamenti Patriarchas, inde educeret. Catholici Protestantes non vocamus quidem Christi ad inferos descensum in dubium, quem & Scripturæ testimonia, & Symbolum Apostolicum satis comprobant, sed eundem paulo aliter explicamus. Siquidem nostra opinione Christi ad Inferos descensus duplex est: Vnus Metaphoricus sive spiritualis, alter Realis verusque. Per illum intelligimus descensum calamitosissimum, quo Christus, tum toto tempore humilitatis suæ, tum potissimum in horto oliveti, cum sanguinem sudaret, & in reliqua ad mortem usque passione, acerbissimos dolores, cruciatus, terrores, & angustias immensas in sanctissimo suo corpore & anima perpessus est, atque sic vere iram Dei, legis maledictionem, pœnasque infernales sensit ac sustinuit. Vbi tamen cum Scholasticis sedulo distinguendum inter pœnas infernales quæ ab extrinsecis, & eas quæ ab intrinsecis causis proficiscuntur. Solis enim extrinsecis Christus fuit obnoxius, nec aliæ cum illius innocentia & sanctitate poterant consistere. At damnati, præter has extrinsecas, intrinsecis quoque subjiciuntur, quales sunt desperatio, blasphemiæ, morsus conscientiæ, & aliæ similes. Cæterum, Descensus inferni Realis verusq;, nobis est descẽsus triumphi gloriæque, quo Christus superatis jam omnibus doloribus mortis & inferni, ad ima tartara reapse descendit, ibique captivam ducens captivitatem, se cœli terræque dominum, & victorem diaboli omniumque hostium infernalium demonstravit, de iisdemque potentissime triumphavit. Hanc doctrinam fusius exponentes probantesque videri possunt Theologi, imprimis B. Gerhardus in Confes. Cathol. l. 2. art. 2. cap. 3. & Vir, vita ac moribus optimus, multiplicique; eruditione excellens, Antonius Reiserus, Fautor summus noster, in Augustino vindicato p. 66. seqq.

Protestantium de Descensu Christi ad Inferos doctrina, Quibus est vel Metaphoricus, vel Realis,

Quare tamdiu tardavit currus] Ex Jud. 5. 28. depromtæ sunt, hæc, & quæ sequitur, locutiones.

Quare moram produxerunt &c.] Dilatæ divinæ incarnationis causa in promtu est. Non facta fuit ἐνσάρκωσις Filii Dei, statim a principio mundi, & ante lapsum protoplastorum; nam illius peccati remedium esse debebat, & expiatio. Sed nec facta est continuo post lapsum, quia diu ante prædici & præfigurari tantum mysterium oportuit, ut eo majori postmodum reverentia exciperetur. Deinde præparandi prius homines ad eam rem per Legem erant, ut peccatum & miseriam suam, immensitatemque divinæ iræ, a quibus per Christum liberandi erant, agnoscerent. *Per Legem enim est cognitio peccati* Rom. 3. 20. Et, *ipsa pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide justificaremur*. Gal. 3. 24. Eapropter, nonnisi, *ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus*. Gal. 4, 4. Enim vero, non dilata fuit usque ad finem mundi incarnatio, nam alioquin omnis Dei cognitio & reverentia periisset; quippe etiam sic, sub Christi adventum, & Lex naturæ apud Ethnicos, fœdissima idololatria, & morum turpitudine, Lex item scripta apud Judæos, immani superstitione, vitiisque non parvis, penitus oppressæ jacebant. Cur Christi in carnem adventus paulo serius evenerit.

Nihilq; lætabatur,] Non ferit admodum hoc telum Romanæ Ecclesiæ Doctorum opinionem, de animis piorum Veteris Testamenti in inferno detentis. Largiuntur ii quidem κατὰ τὸ πολὺ, verum Samuelem ab Erebi claustris a pythonissa evocatū fuisse, unde Cardinalis Bellarmini lib. de Christi anima c. 11. verba sunt: *Anima Samuelis apparens Sauli de terra ascendere visa est. Et quamvis non desint qui negent, illam fuisse veram animam Samuelis, tamen opinio contraria & communior, & probabilior, & tutior est. Et deducitur satis aperte ex textu divinæ Scripturæ*. Interim dicant, licet, frustra fingi a Lipmanno intercapedinem cruciatuum, sed cum Samuel apud inferos tranquille, & sine doloris sensu ageret, ideo indigne ipsum tulisse, molestiam sibi creari, & cogi se ex Averno, quo descenderat, In Rom. Ecclesf. vulgo creditur verum Samuelem a Pythonissa evocatum.

Revocare gradum, superasq; meare per auras.

Adversus Doctores Protestantes plane nihil facit objectio, apud quos communiter obtinet sententia, non verum Samuelem fuisse, qui Sauli loquebatur, sed fallacem aliquem spiritum, ejus omnino generis, de quo Porphyrius secundo de Abstinentia animantium: γένος ἀπατηλῆς φύσεως παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον καὶ θεὰς καὶ δαίμονας καὶ ψυχὰς τεθνηκότων. Movent eos rationes variæ, quas inter Id negant Protestantes.

ratione inducti. ter hæc una mihi maxime momentosa semper visa est, quod, cum Saul queratur, Deum a se recessisse, nec eum se exaudire amplius sive per Prophetas, sive per somnia: nullo igitur modo verisimile evadat, de defuncto Propheta gratificari Deum Sauli voluisse, idque necromantias & incantationũ, rei tantopere a se damnatæ, interventu, quando ne per vivum quidem vatem aut insomnia aliquid renunciare dignabatur. & autoritate. Non alienus fuit ab hac sententia S. Augustinus, sic enim ad Simplic. l. 2. q. 3. postquam priorem opinionem quoque, quæ in Romana Ecclesia invaluit, attulisset, subjungit deinde: *Quanquam in hoc facto potest esse alius facilior intellectus, & expeditior exitus, ut non vere Spiritum Samuelis excitatum, a requie sua credamus, sed aliquod phantasma & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam, quam Scriptura nomine Samuelis propterea adpellat, quia solent imagines earum rerum nominibus adpellari, quarum sunt imagines; sicut omnia, quæ pinguntur aut finguntur ex aliqua parte materiæ, metalli aut ligni, vel cujuscunq; rei aptæ ad opera hujusmodi, quæq; etiam videntur in somnis, & omnes fere imagines, earum rerum, quarum sunt imagines, adpellari nominibus solent.* Et post aliqua interjecta: *Si igitur liquido constat, nominibus earum rerum, quarum sunt imagines, easdem appellari imagines, non mirum est, quod Scriptura dicit Samuelem visum, etiamsi forte imago Samuelis visa adparuit, machinamento ejus, qui transfigurat se velut in angelum lucis, & ministros suos velut ministros Justitiæ.* Venerabilis Vir, & de Ecclesia nostra præclare meritus, Abrahamus Calovius in Comment. ad 1. Reg. 28, 11. præterea tanquam hujus sententiæ adstipulatores laudat, Justin. q. 52. Tertul. l. de anim. c. 57. Chrysost. hom. 29. in Matth. Jus Canon. c. nec mirum 26. q. 5. & Thomam. p. 1. q. 89. art. 8.

Falso Lipmannus nos cæcos vocat. Quiq; cæcorum instar &c.) Manifesta phrenesi laborat Lipmannus, & vitio, quod ei inest, alios afflictari ait, more delirantium. Nobis, oculos cum aperuerit, simulque serenissime luceat,

Λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς ἐκ φάεος, φῶς

Verbum per se existentis Dei, Lumen, ex lumine lumen:

Vere tales sunt Iudæi. nec cæci esse possumus, nec in tenebris oberrare: Quippe, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς τὸ σκότος; *Quæ societas lucis ad tenebras?* 2. Cor. 6, 14. Contra Judæi, qui sine Numine, ejusque cultu, sine Rege, sine Republica, vagi & profugi, huc illuc per terrarum orbem circumcursant, omnisque consilii expertes sunt, qui somnia sibi fingunt, & vanissimas umbras venantur, annon jure bono mentis simul corporisque luminibus privis assimilari possint? dicant quæso omnes, qui micam rationis habent. Agnovit aptissimam convenientiam hujus comparationis ipse R. Samuel Morochianus in celebri Epistola, Arabice ad R. Isaacum

Subjul-

Subjulmetanæ Synagogæ Magiſtrum, ſub finem Seculi a Chriſto nato XI. ſcripta, cujusque latina interpretatio quam Alphontius quidam Hispanus dedit, in Tomo IV, Biblioth. S S. Patrum, & ſeorſim quoque edita habetur, a nobis vero etiam MS. poſſidetur. Etenim cap. 4. legimus: *Domine mi, valde mirabile eſt mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationem de captivitate iſta, & ſemper de hoc loquimur, & ſemper loquimur de reductione noſtra in Hieruſalem, & ideo ſumus cæci, vel deceptores ſimplicium.* Item cap. 14. *Timeo, Domine mi, quod ſit completum in nobis, quod dixit Dominus per Eſaiam Prophetam. Cecidit cæcitas ſuper Iſraël quousq; intravit plenitudo gentium: & iterum dicit cap. 6. Audientes audient, & non intelligent, & videntes videbunt & non cognoscent, quia corda iſtius gentis ſunt ingroſſata. Et adhuc eodem cap. Excæca cor populi hujus, & obtura aures ejus, ne forte addiſcant, & convertantur ad me, & ſanem eos.* Eſt igitur omnino verum, vel Judæis arbitris, quod ait Apoſtolus Rom. 11. 25. πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ισραὴλ γέγονεν· *Cæcitas ex parte contigit in Iſraël:* &, quia cum rebus nomina ſæpe conveniũt, perelegans in vocibus, עברים *Hæbrei,* & עורים *Cæci,* deprehenditur παρήχησις, quam ſæpe Judæis objectare ſoleo.

Patriarchas] Condonandum hoc Lipmanno, ab iis, qui Sanctos ante natum Chriſtum, fato ſuo functos, procul a Numine, cum dæmonibus in inferno habitaſſe, credi ſibi poſtulant, ſi Judæo homini, a ratione alienum viſum eſt, Deo cariſſimos Patriarchas in hunc adeó cenſum revocare. Obſervamus, ipſum S. Auguſtinum quodammodo torſiſſe idem hoc dubium, nec potuiſſe illum rem intricatam expedire. Cum enim in Ep. 99. ad Evodium monuiſſet, etiamſi Canonicarum Scripturarum hinc expreſſa non proferatur autoritas, tamen fere totam Eccleſiam conſentire, primum hominem, patrem generis humani, a Chriſto inferos petente, liberatum fuiſſe; jam pergit porro in hunc modum: *Addunt quidam, hoc beneficium antiquis etiam Sanctis fuiſſe conceſſum, Abel, Seth, Noë, & domui ejus, Abraham, Iſaaac, & Jacob, aliisq; Patriarchis & Prophetis, ut, cum Dominus in infernum veniſſet, illis doloribus ſolverentur. Sed quonam modo intelligatur Abraham, in cujus ſinum pius etiam pauper ſusceptus eſt, in illis fuiſſe doloribus, ego quidem non video: explicant fortaſſe, qui poſſunt. Solos autem duos, id eſt Abraham & Lazarum, in illo memorabilis quietis ſinu fuiſſe, antequam Dominus in inferna deſcenderet, & de iſtis tantum duobus dictum fuiſſe illi diviti: Inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt, ut ii, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neq; inde huc transmeare: neſcio, utrum quisquam ſit, cui non videatur abſurdum. Porro, ſi plures quam duo ibi erant: quis audeat dicere, non ibi fuiſſe Patriarchas & Prophetas, quibus in Scriptura Dei, juſtitiæ pietatisq; tam inſigne teſtimonium perhibetur?*

Lipmanni idem ſcrupulus qui Auguſtini.

betur? Quid his ergo præſtiterit, qui dolores ſolvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo: præſertim quia ne ipſos quidem inferos uſpiam Scripturarum in bono appellatos potui reperire: quodſi nuſquam in divinis autoritatibus legitur; non utiq; ſinus ille Abrahæ, id eſt, ſecretæ cujusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum credenda eſt: quanquam in his ipſis tanti magiſtri verbis, ubi ait, dixiſſe Abraham: Inter vos & nos chaos magnum firmatum eſt: ſatis, ut opinor, appareat, non eſſe quandam partem & quaſi membrum inferorum tantæ illius felicitatis ſinum.

Patriarchæ Iudæis dicuntur Abraham, Iſaac & Iacob.

Cæterum, Patriarcharum nomine, Judæis communiter veniunt, tres illi conditores gentis ſuæ, Abrahamus, Iſaacus, & Jacobus. Exempla locutionis ubique obvia ſunt, unum tamen afferamus. Sic habet celeberatiſſima Judæorum precatio, quam omnibus Sabbatis recitant, quamque etiam ad Chriſtianorum Regum ac Principum quibus ſubjiciuntur, aut Evergetarum ſuorum memoriam adaptare ſolent:

מי שבירך אבותינו אברהם יצחק ויעקב הוא יברך את כל הקהל
הקרוש הזה עם כל קהלות הקרוש הם ונשיהם ובניהם ובנותיהם
וכל אשר להם ומי שמיחדים בתי כנסיות לתפלה ומי שבאים
בתוכם להתפלל ומי שנותנים נר למאור ויין לקדוש ולהבדלה ופת
לאורחים וצדקה לעניים וכל מי שעוסקים בצרכי צבורם באמונה
הקב״ה ישלם שכרם יסיר מהם כל מחלה וירפא כל גופם
ויסלח לכל עוונם וישלח ברכה והצלחה בכל מעשי ידיהם עם
כל ישראל אחיהם ונאמר אמן׃ Id eſt: *Qui benedixit Patriarchas noſtros, Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum, is benedicat totum hunc ſacrum cœtum, cum omnibus ſanctis cœtibus, ipſos, eorundemq; conjuges, & filios filiasq; eorum, cum univerſis eorundem facultatibus.* (Benedicat) *pariter eos, qui ædes ſacris officiis conſecrant, & qui has ad orandum ingrediuntur; qui candelas lumini, vinum conſecrationi, ac ſeparationi faciendæ, panem viatoribus, eleemoſynas egenis ſufficiunt: qui neceſſitatibus publicis fideliter ſubveniunt. Deus ſanctiſſimus benedictusq; illis mercedem rependat, auferat ab iis omnem morbum, ſanet totum corpus illorum, condonet iis omnia peccata, immittatq; proſperitatem & fauſtiſſimos ſucceſſus, cunctis operibus manuum ipſorum, omniumq; Iſraëlitarum fratrum eorum. Dicamus Amen.* Eſt tamen cum Patriarcharum appellatione, illorum conjuges, Sara, Rebecca, Rahel & Lea quoque veniunt, quas cæteroquin proprie אמות hoc eſt, magnas Matres vocitant; atque id etiam in precibus. Verbi cauſa, cum puellæ

Puellæ Iudæorum quo ritu initientur.

circumciſionis ritu in fœdus recipi non poſſint, Germani Judæi ſic circa illas initiandas verſari ſolent. Nimirum exactis quatuor hebdomadibus, quæ poſt editam filiam, levandis partus doloribus ex recentiore

centiore inſtituto, deſtinatæ, Mater Synagogam iterum frequentat, ibi cum Paraſcha prælegenda eſt, illi ceremoniæ propter ut aſſiſtat honoris cauſa maritus puerperæ evocatur. Finita lectione Chaſſan ſive Præcentor benedictionem recitat, qua ſimul & nomen quo vocari deinde debet puella, & eleemoſynas quas pater illius nomine offert, enunciat; hac, niſi quod nomina propria patris ac filiæ, & pecuniæ ſumma quoque varie ſe habent, cætera conſueta precum formula:
מי שבירך אבותינו אברהם יצחק יעקב שרה רבקה רחל ולאה הוא יברך את הילדה אסתר בת ר׳ שמואל בעבור שאביה נדר בעבורה ג׳ זהובים לצדקה ובשכר זה הקב״ה ישמריה ויציליה מכל צרה וצוקה ומכל נגע ומכל מחלה וישלח ברכה והצלחה בכל מעשי ידיה עם כל ישראל אחיה ונאמר אמן׃ Id eſt: *Qui benedixit Patriarchas noſtros, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Saram, Rebeccam, Rahelem & Leam, is benedicat puellam Eſther, filiolam R. Samuelis, quia pater ejus, illius nomine devovit aureos tres eleemoſynis. Ob iſtud bonum factum, Numen ſanctiſſimum & benedictum cuſtodiat eam, & liberet eam ab omni adverſitate & moleſtia, ab omni plaga & morbo, immittatq; proſperitatem & fauſtiſſimos ſucceſſus omnibus operibus manuum ejus, & univerſorum Iſraëlitarum qui illi fratres ſunt. Dicamus Amen!* Subjicit mox totus cœtus Amen, nec fit in conſecratione puellarum aliud. Hæc obiter monenda duximus, quia circa hunc ritum explicandum, præclaris Viris, Buxtorfio Patri & Filio, in Synagoga Judaica propemodum aquam hæſiſſe deprehendas; queſtis, quod *nullum peculiare ejus rei documentum in libris Judæorum reperiant.* Nam priore editione, quam Buxtorfius pater adornavit, affertur tantum locus Ferdinandi Heſſi Exjudæi, ſcribentis: *Virgines aliquot, poſt ſex a puellæ nativitate hebdomodas, circa cunas, pretioſis pannis & cingulis argenteis ornatas, ſedere ſolere, & aliquoties puellulam cum cunis in ſublime tollere, eiq; Nomen imponere; eam vero quæ a capite infantis ſtat, Susceptricem eſſe: hocq; facto convivari, edere, bibere, & hilares eſſe.* At, verum quidem eſt, iſtiusmodi hilaria peragi, ſolentq; puellæ per miniſtrum publicum quem שמש vocant, ad ea invitari, quod cum fit, ajunt, ignota mihi Judæisque pariter phraſi, der Schammaſch ſagt an zum Holekreys ſive, ut aliqui enunciant: zum Holegreiſch. Sed, illud perperam prodidit Heſſus, tum nomen puellæ imponi, nam id jam ante dies quatuordecim in Synagoga fuerat factum, itaque illius tantum nominis fit repetitio. In auctiore Buxtorfii Filii Synagogæ editione, ſuperioribus adjicitur: *Leo de Modena, in libello Italico de Ritibus Hebraicis. par. 4. cap. 8. ſcribit: Puella cum naſcitur, nullis utuntur ceremoniis, ſed, poſteaquam exacto menſe, mulier e puerperio egreſſa, in Synagogam ſe confert, Chaſſan*

Ferdinandi Heſſi error.

 ſeu

seu Cantor recitat Benedictionem super filiolam recens natam, eiq; nomen imponit pro arbitrio parentis. Addit, Germanos in more habere, ut Chassan seu Cantor in ædes parentum se conferat, ibiq; poculo vini in altum levato nomen imponat. In his, primum Buxtorfius improvide humani quid passus est, non enim recte R. Leonis de Modena dicta accepit, apud quem nullus de vini poculo sermo est, aut mentio. Verba propria Autoris illius habent: *Se nasce una fanciulla, non si fa ceremonia niuna, solo a capo del mese, che la madre levata di parto và alla Scuola, il Cantarino dà vna benedittione alla fanciulla, egl' impone il nome a piacer del Padre:* Ista quidem recte transtulit Buxtorfius, & probe; sed negligentius attendit ad ea quæ sequuntur: *E Tedeschi vsano che il Cantarino va a casa, e levando la culla in alto, la benedice, e gli pone il nome.* Hæc enim sic explicare oportet: *Apud Germanos usu receptum, ut Præcentor in domum* (parentum filiæ recens natæ) *se conferat, sublatisq; in altum* (quibus condita est,) *cunis, ei benedicat, & nomen illi imponat.* Jam, aut decepere me nostri Judæi, aut etiam ab ipso R. Leone de Modena hic peccatum est, nec fuit ille satis gnarus eorum quæ trans alpes a tribulibus peraguntur. Nam, nostrates Judæi, iis utuntur institutis, quæ exposui, & quæ prorsus conveniunt cum consuetudine Italorum. Nisi forte, quod fieri facile potest, etiam in Germania pro varietate regionum, variant consuetudines, atque sic non Leo de Modena tantum, sed & Ferdinandus Hessus vera prodiderit.

Buxtorfii lapsus.

R. Leonis de Modena erratum.

Pastores illos &c.] Nunc, qui per verbum *Pastores* hoc loco intelligendi veniant, equidem nescio. Solent enim Judæi, quandoque ista appellatione solos Mosen & Aaronem designare, idque ob Davidis Ps. 77, 21. verba: *Deduxisti sicut oves populum tuum, manu Mosis & Aaron:* Nonnunquam vero, iis fere ab hoc nomine exclusis, alii & quidem septem numero, ea appellatione censentur. Codex noster MS. Miscellarum ab homine Judæo congestarum dissertationum, inter cæteras aliquam habet, quæ סעודת לויתן sive de *Epulis Leviathanæis* inscripta: ibi legitur aliquid huc faciens; sed, videamus totam fabulam:

Qui Lipmanno *Pastores* audiant.

לעתיד לבא מביא הקב״ה הצדיקים לג״ע ואמר לגבריאל לך ותן
שלום לצדיקים בשמי מיד הולכין מיכאל וגבריאל שרי ישראל
ועומדין על פתח ג״ע ואומרים לצדיקים קבלו שלום מאת הקב״ה
באותה שעה משיבים הצדיקים ואומרים להם מיכאל וגבריאל לכו
אמרו להקב״ה אם רצונו יבא ויסעוד עמנו בסעודה המתוקנת לנו
בג״ע שני דודי ירד לגנו ויאכל מפרי מגדיו ואז הולכין מיכאל
וגבריאל

Fragmentum ex MS. de epulis Beatorum.

וגבריאל ואמרו רבונו של עולם כך אמרו הצדיקים שתלך לסעוד
עמהם מיד ישמע הקבה להם ויכנס עמהם בגן עדן ותכף שיבא
שם הקבה הצדיקים עומדין על רגליהן ויתמלא כל העולם אורה שני
אל יי ויאר לנו ואמר להם שלום לכם הצדיקים מפני מה אתם
עומדים על רגליכם שבו איש תחתיו והוא עצמו יושיבם במקומם
ואמר להם שתו בטוב ואכלו וגם אני לא באתי אלא כדי לסעוד
עמכם שני באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי אכלתי
יערי עם רבשי שתיתי ייני עם חלבי אכלו רעים שתו ושכרו
דודים ; אל בני מיום שבראתי את עולמי לא הייתי מונע מכם
אלא כסא הכבוד שני כסא כבוד מרום מראשון מקום מקדשנו
ועכשיו אני מנחיל אתכם מכסא כבודי שני וכסא כבוד ינחילם מיד
מכריז הקבה כל פרנסים טובים שברא לישראל ומכניסם לפניו
ומשחקים לפניו עמו כאדם המשחק עם חבירו שני והקמותי לכם
שבעה רועים ושמנה נסיכי אדם ואילו הן הז׳ רועים אדם שת
אנוש מתושלח בימינו אברהם יצחק יעקב משמאלו משה ואהרן
באמצע ואילו הם הח׳ נסיכי אדם ישו שאול שמואל צפניה חזקיהו
ואליהו משיח ודוד Id est : *Olim, in futura vita, jubebit Deus B. pios intrare Paradisum, dicetq; Gabrieli: Vade, & meo nomine piis salutem nuncia. E vestigio abibunt Michaël & Gabriel Principes Israëlitarum, & juxta fores Paradisi consistentes, dicent piis: Accipite salutem quam Deus Optimus Maximus vobis impertit. Tum pii in hæc verba respondebunt. Vos Michaël & Gabriel, itote atq; Deo B. inquite, ut ipse, siquidem ita collibitum ei fuerit, veniat, & nobiscum fruatur epulis, quæ nobis in Paradiso paratæ sunt. Atq; hoc sensu S. E.* (Cant. 4, 16.) Veniat amicus meus in hortum suum, & comedat fructum rerum pretiosarum suarum. *Michaël itaq; & Gabriel Deum accedentes, dicent: Mundi Arbiter, id expetunt pii, ut venias, & cum illis epuleris. Confestim Deus morem geret precibus, & cum Angelis in Paradisum se conferet. Hunc simul ac Deus B. intrabit, erigent sese pii in pedes, totusq; orbis luce replebitur, prout S. E.* (Ps. 118, 27.) Deus Dominus (venit) & illuxit nobis. *Sic vero affabitur* (Deus B.) *pios: Pax vobis, o piissimi! quare in pedes vos erigitis? quisq; locum suum repetito. Nec mora, ipse Deus suo quemq; loco collocabit, dicetq;: Bibite has delicias, & comedite, atq; ipse ego haud aliam ob causam adventavi, quam ut vobiscum epuler: hinc S. E.* (Cant. 5, 1.) Ingressus hortum meum, soror mea sponsa, decerpo myrrham meam cum aromatibus meis, comedo favum meum, cum melle meo,

 bibo

bibo vinum meum, cum lacte meo: comedite amici; bibite & inebriamini dilecti. *Porro addet* (Deus B.) *Filii carissimi, inde ab orbis hujus primordiis, non prohibui vos ullius rei fruitione, præterquam fruitione solii gloriæ meæ; unde scriptum* (Jerem. 17, 12.) Solium gloriæ excelsi, inde a principio, (*nobis negatum est*) locus ille sanctuarii nostri: *At vero, nunc ego vos participes reddam Solii gloriæ meæ, prout S. E.* (1. Sam. 2, 8.) Faciet, ut solium gloriæ possideant. *Mox advocabit Deus B. omnes bonos Nutritios Judæorum, quos illis concessit, hiq; ab eo adducti, ludent ibi cum ipso, sicut homo cum socio colludere solet. Scriptum enim* (Mich. 5, 5.) Et constituam vobis septem pastores, & octo Duces hominum. *Septem isti pastores, sunt: Adam, Seth, Enos, Methusalah, dextram Dei occupantes: item Abrahamus Isaacus, & Jacobus, a sinistris constituti. Moses vero & Aaron in medio. Octo Duces hominum, sequentes accipere oportet: Josuam, Saulem, Samuelem, Zephaniam, Hiskiam, Eliam, Messiam & Davidem.*

Qualis Christianorum Messias.

Num suspensus aliquis, sepultus &c,] Fateor Lipmanne, nulla homini suspenso, multo minus exanimi luridoque cadaveri ad juvandum vis inest. Verum nos Christiani, non credimus tantum in Christum natum ex Maria virgine, passum & mortuum, sed &, εἰς κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. *In Jesum Christum, qui resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in cœlos, & sedet a dextris patris, & iterum venturus est cum gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.* Ergo: Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; θεὸς ὁ δικαιῶν· Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὅς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν· *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. Quis est qui condemnet? Christus Jesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dextrā Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Rom. 8, 33. 34. Scilicet, ab humana quidem imbecillitate fuit mors Servatoris nostri, at a divina dignitate mortis pretium: ab illa, vitæ positio; ab hac, resumtio, & vi propria in sanctuarium cœleste ingressio; ab illa congressio cum morte, & aliis hostibus nostris; ab hac, vis qua sunt victi & prostrati. Post istam victoriam, nunc ad dextram Dei Patris sedens Jesus Christus, audit e cœlo fideles suos, omnique in loco & tempore illis adest, eosque non externa tantum, sed interna etiam, & invisibili, & vere spirituali ac divina ratione regit, tuetur, liberat, & tandem in sui sanctissimam & gloriosam imaginem transformabit, mundi judex supremus futurus. O beatos nos Christianos, qui in talem Messiam, fi-

am, fiduciam collocamus! & o miseros Judæos, qui purum & putum hominem præstolantur, qui carni & sanguini omnes suas spes, vota ac desideria, jam a tot seculis consecrant! Proinde in eos omnino quadrat, quod apud Jeremiam 17, 5. 6. dicit Dominus: *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor ejus. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.* At, nobis convenit quod sequitur. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum.*

Christus, & Hominis, & Dei filius.

Annon filius hominis ego sum] Non negamus Lipmanne, sæpe Christum isto sermonis genere de se usum esse, sed tu scelesté, astute retices, alibi mutasse eum, humilitatem, ut ita dicam, loquutionis, atq; usurpare quoq; appellationem Ἰησοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ζῶντος *Filii Dei vivi*, unde evidens, & Dei simul, & Hominis filium ipsum fuisse. Quamobrem ceu profitemur in Symb. Nicæno: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν; τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ. τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· Θεὸν ἐκ θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· Γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ πάντα ἐγένετο· Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐκ μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· *Credimus in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, & lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu S. ex Maria virgine, & homo factus est.*

Locus Mat. 8, 19. 20. explicatur.

Quorsum reclinabo caput meum] Fatemur, simile quid dixisse Servatorem nostrum, verum non per querimoniam. Nam ut est apud Matthæum 8, 19. 20. *Accedens unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocunq; ieris. Et dixit ei Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Mira igitur Lipmanni calumnia est, quasi Servator noster egestatem suam (hanc enim ipsum perpessum fuisse non diffitemur) iniquo animo tulisset, & de ea doluisset, quippe, quod nunquam fecisse legitur. Sua voluntate pauper & egenus factus est, ut ipso facto demonstraret, id, quod voce sæpe asseruit, regnum suum non esse de hoc mundo, sed aliunde huc velut in peregrinum locum venisse, atque illic, unde venerat,

rat sua se habere bona reposita, distribuenda olim inter eos, qui in se essent credituri. Quapropter, suo exemplo, suaque inopia Christus invitare voluit, fideles ad opum & divitiarum contemtum, tantoque magis commendare cœlestis illius hæreditatis desiderium. Atque, huc omnino pertinet, istud a Christo Scribæ datum responsum. Cum enim ultro se obtulisset, sequuturum sese quocunq; Christus iturus esset pollicens, certa spe fretus, eam rem quæstui sibi futuram, in hanc sententiam respondet Servator: Scio optime, quo consilio sequi me instituas: verum, tantum abest, ut apud me opes divitiasq; exspectes, ut sylvestribus feris ac volucribus sim pauperior, cum enim vulpes foveas, & aviculæ nidos suos habeant, mihi ne pauper quidem & e cespite congestum tugurium est, ubi quietem captare queam.

Ergo inferunt, cadere potest &c.] Id, credo, voluit Lipmannus, quod supplevi; etsi injuriam nobis iterum facit, cum

Non obtusa adeo gestemus pectora Pœni,

Quomodo Pœnitentia de Deo prædicetur.

ut vere in Deum pœnitentiam cadere existimemus. Pœnitentia enim, dolor, aliæque perturbationes, nullo modo in Deo sunt secundum rem, sed tantum similitudinem. Vel, ut alii loquuntur, insunt ei ratione effectus, non affectus, quippe tales effectus Deus edit, quales ab iis proficiscuntur, quos pœnitentia, dolor, ira, aut similes perturbationes corripiunt. Videndus Illustris Grotius l. 2. de Jure B. & P. c. 13. §. 3.

Judæorum de conversione hominis eadem quæ Pelagianorum sententia.

Tantum excipitur Religio &c.] Creberrime hoc dictum Judæis in ore est, habeturque in Nidda fol. 16. b. & repetitur in Berachot fol. 33. b. sed nihil falsius poterat dici, nihilque magis pugnans cum sacris literis. Sane, fateamur oportet, ortos fuisse quondam sub initium Seculi a nato Servatore quinti, in ipsa Christiana Ecclesia, qui monstrum hoc dogmatis alerent, Pelagianos, a Pelagio monacho Britanno & Hæresiarcha, dictos. Nam & isti, prout Augustinus cum aliis Episcopis in epist. 95. Innocentio Papæ Romano, illorum dogma explicat, *confidebant in virtute sua, & Creatori nostro quodammodo dicebant: Tu nos fecisti homines: justos autem ipsi nos fecimus. — Tantum enim naturam humanam dicebant valentem, ut suis viribus in origine sua creationis acceptis, possit per liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante illius gratia, qui creavit, domare & extinguere omnes cupiditates, tentationesq; superare.* Sed vero, illico adversus pestiferum hunc errorem tota insurrexit Catholica Ecclesia, & primo quidem Synodum XIV. Episcoporum in Palæstina doctrinam hanc damnasse, ipsumque Pelagium ut idem (etsi ficte) faceret, compulisse, ex S. Augustino l. 1. contra Julianum c. 3. discimus. Hoc exemplum imitatæ sunt Africanæ Ecclesiæ, & in Carthaginiensi & Milevitano Conciliis, quorum

At Pelagianos damnavit Ecclesia.

Augusti-

Augustinus in ep. 106. meminit, Pelagio anathema dixerunt. Idem postea in Ecclesia Romana, & universo denique Orbe Christiano factum est, unde Prosper Aquitanicus in Chronico A. 419. scribit: *Hoc tempore Concilio apud Carthaginem habito CCXIV. Episcoporum ad Papam Zosimum Synodalia decreta perlata, quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* Cæterum, prodierunt deinde circa eadem fere tempora in Gallia Semipelagiani, auspiciis Johannis Cassiani Massiliensium Presbyteri, qui hactenus quidem recte sentiebant, quod, uti est apud Augustinum de Prædest. Sanct. c. 1. *voluntates hominum præveniri gratia Dei, nec ad ullum opus bonum vel incipiendum vel perficiendum sibi quenquam sufficere*, arbitrabantur: Sed, illud perperam docebant, hominem posse in conversione, ex se, suæque naturæ viribus, habere quendam bonum conatum, desiderium, affectumque aliquem credendi, cui Deus postea auxiliis gratiæ subveniat, atque bona opera (hæc enim a bonis motibus distinguebant) inchoet & perficiat. Proinde initium, conatumque conversionis, in nobis, ex liberi arbitrii facultate, Dei gratiam præcedere contendebant, divinam autem gratiam nobis adspirare, & conatum nostrum adjuvare ac provehere. Unde hæ illorum voces erant: *Labori humano subjungitur gratia:* Item: *Conatus nostri irriti sunt, nisi gratia Dei adjuventur & promoventur.* Cæterum, etiam ista, uti jam innuimus, pessime se habent, atque in Arausicana II. Synodo, quæ A. C. DXXIX. sedente Romæ Felice IV. Pontifice habita est, merito fuerunt rejecta, statutumq; can. 4. *Si quis ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum exspectare contendit; non autem ut etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusionem, & operationem in nobis fieri confitetur: resistit ipsi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas a Domino: & Apostolo salubriter prædicanti: Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Item can. 6. *Si quis sine gratia Dei, credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis, misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem & inspirationem S. Spiritus in nobis fieri confitetur; & aut humilitati aut inobedientiæ humanæ subjungit gratiæ adjutorium, nec ut obedientes aut humiles simus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes, quod non accepisti? &, Gratia Dei sum id quod sum.* Atque, hujus sanctæ doctrinæ veritas, nunc adversus Judæos ostendenda est, probandumque nobis, post rectitudinem & sanctitatem, in qua primus homo creatus erat, amissam, eam nunc esse ἀδυναμίαν, imo vero malitiam voluntati nostræ connatam, ut non tantum non possit ad spiritualia, Deique serium amorem assurgere,

Damnavit & Semipelagianos.

Hominis

natura corruptissima.

assurgere, sed ut potius necessitate quasi quadam feratur in malum & quæ Deo sunt contraria, atque eapropter tam ipsam conversionem, quam prima ejus initia omnia, solius Divinæ gratiæ speciale munus esse. Et vero, ad prius asserti hujus membrum quod attinet, non potest quis illud in dubium vocare, si recolat, Dei ipsius verba quibus Gen. 6, 5. testatus est: Omne figmentum ac cogitationes cordis hominis כל יצר מחשבות לבו tantummodo malum esse רק רע omni tempore: Seu, uti c. 8, 21. exprimitur: *Figmentum cordis hominis malum esse a pueritia ipsius,* מנעוריו Ergo, liquido inferimus, eam esse naturæ nostræ corruptionem, ut ex sese nihil pium, sanctum, Deoque gratum, vel mente concipere valeat; potiusque eam his omnibus, saltem innata inclinatione, resistere, & contraniti.

Deus gratia sua incipit & perficit conversionem:

Quin & illud etiam sua sponte jam simul consequitur, quod, cum ea sit hominis conditio, Dei igitur auxilium peculiare (nam generalem creationis & providentiæ concursum, in præsentia segregamus,) requiri, ad bonos motus eliciendos, Divinamque gratiam tum prævenire, excitare & impellere nos ad conversionem & bona opera, tum vires sufficientes subministrare ad hæc perficienda. Atque hoc postremum, adhuc amplius, his quoque confirmatur Scripturæ testimoniis. Jerem. 31, 15. *Converte me ut convertar, quia tu es Deus Dominus meus.* Thren. 5. 21. *Converte nos ad te Domine, ut convertamur.* Psalm. 51, 12. *Animum mundum crea mihi Deus, & Spiritum firmum renova intra me.* Ezech. 36, 26. *Dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri, & amovens cor lapideum e carne vestra, indam vobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio vestri, quo faciam, ut in statutis meis ambuletis, & jura mea observetis facientes ea.* Ex his elucescit, non posse hominem per proprias & naturales vires, conversionem vel incipere vel peragere, sed ad eam incipiendam & peragendam auxilio supernaturali opus esse. Deus igitur animum mundum nobis creat, & cor durum ac lapideum, id est rebelle & pervicax a nobis amovens, carneum cor ac molle, seu obsequens & morigerum nobis indit, cum per verbum suum & gratiam, mentis cæcitatem tollit, accendendo in ipsa lumen fidei, & dum voluntatem ad bonum spirituale prorsus ineptam, contra autem ad malum quodvis propendentem, movet, flectit, impellit & adjuvat, ad bona spiritualia amplectenda, & ad præstandum divinis præceptis obsequium: hoc enim est facere, ut in statutis ejus ambulemus, & jura ejus observemus, facientes ea. Quo prorsus collimat elegans Philonis Judæi, ita ut noster is reputari queat, in l. de Charitate dictum: καθάπερ ἀνατείλαντος ἡλίου, τὸ μὲν σκότος ἀφανίζεται, φωτὸς δὲ πληροῦται τὰ πάντα· Τὸν αὐτὸν τρόπον ὅταν θεοποίητος ἥλιος ἀνάσχῃ καὶ ἐπιλάμψῃ ψυχὴν. ὁ μὲν τῶν κακιῶν καὶ παθῶν ζόφος

φ☉-, ἀνασκίδναται. Interpres vertit: *Quemadmodum Sole exorto evanescunt tenebræ &, luce implentur omnia, eodem modo quando Sol divinus illucescit animæ, vitiorum affectionumq; caligo dispellitur, & splendidissime virtutis pura amabilisq; se profert species.* Quamobrem, sicuti Solis præsentia non tantum ad plenam & claram lucem, sed & ad ipsa primordia tenebrarum discutiendarum opus est, ita idem judicium de cœlesti illuminatione, operibusque bonis tam inchoandis quam perficiendis ferre oportet; secus quam fecit Menasse Ben Israël, qui lib. de fragil. hum. *Dicimus igitur* (inquit,) *auxilium istud, aut gratiam* (divinam) *præsupponere opus inceptum, haud secus ac si homo in tollendo onere laboret, atq; id vires excedat, eoq; alius accedat qui adjuvet, ac humeris imponat. Ita quoq; hominem, ubi bonum inchoavit opus, atq; in exequendo eo difficultatem experitur, a Deo adjuvari, ut opus cœptum finiat, atq; in actum deducat.* Et, aliis interjectis: *Dicimus igitur Deum disposuisse ita homines, ut salus ab eorum voluntate dependeat; nec agnoscere Judæos gratiam nisi adjuvantem, & ad hoc utilem, ut, ubi homo cœperit, Deus finiat.* Et vero, nulla in universum assignari potest causa, cur requiratur concursus vel auxilium Dei, ad bonum opus absolvendum, si ad hoc incipiendum, idem non sit necessarium; imo, haud ulla prioris ratio & necessitas allegabitur, quæ non æque aut fortius militet pro posteriore, evincatque, necessariam esse Dei opem & Spiritum, ad totum bonum opus, sive, ad ejus non tantum promotionem, sed & ipsum initium; quippe quod in omni re plurimum difficultatis habere solet. Cæterum, quod Lipmannus concludit, nisi homines sua sponte, suisque viribus pietati Divinoque cultui sese mancipent, non posse Deo de iis qui sese amant constare, næ, hæc ineptissima est collectio, & mera ἀσυλλογιςία· Nimirum, tenendum est, ita hominem, per non proprias & naturales vires, sed per specialem Dei gratiam ab infidelitate ad fidem, & a peccatis ad bonam frugem converti, inque sui conversione se, uti orthodoxi Theologi loquuntur, pure passive habere, ut non coacte tamen, & modo violento id fiat, sed voluntarie & libere. Deus enim dum gratiam confert, non adigit hominem contra nisum & ductum libertatis suæ, neque ei necessitatem injicit, naturæ repugnantem, aut eam violantem, sed sapientissime conspirat cum hominis libertate, ejusque usu rationali. Nam, in eo libertas nostra consistit, quod, quæ facimus, prudentes, scientes, volentes facimus, nulla vi adacti, nulla ignorantia circumventi, nulla re ita compulsi, ut renitentes agamus, aut ut postmodum actionis nostræ nos pœniteat, ideo quod a nobis patrata fuit, cum rerum circumstantias ignorabamus. Itaque possunt homines contraniti Spiritui S. &, quod de Pharisæis & Legisperitis Christus Luc. 7, 30. ait, τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἀθετεῖν εἰς ἑαυτοὺς· Hinc, inter pios reprobosque, inter Dei & Satanæ

Menasse Ben Israël respondetur.

Respondetur Lipmanno.

filios, satis amplum adhuc discrimen relinquitur. Impii enim impulsui divino, sive per contemtum verbi, & nimiam securitatem, quæ externæ pædagogiæ, & debito mediorum usui opponuntur, sive per alios interiori gratiæ Spiritus S. adversos actus, pertinaciter & voluntarie resistunt. Quo pertinent dicta: Ezech. 12, 2. *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo: Fili hominis, in medio domus rebellis consides, quibus sunt oculi ad videndum, nec viderunt, quibus aures ad audiendum, nec audierunt, quia domus rebellis sunt.* Es. 5, 1. *Vinea est Dilecto meo, in clivo uberrimo, quam circummunivit, & elapidavit, consevitq; generosis vitibus, & exstruxit turrim in ea, atq; etiam torcular excidit in ea, sed cum expectasset uvas, edidit labruscas. Nunc autem habitatores Jerusalem, imo viri Judæ judicate, quæso, inter me & vineam meam; quid faciendum amplius vineæ meæ, quod non fecerim in ea? Cur ergo cum expectassem ut ederet uvas, edidit labruscas?* Item cap. 65, 2. *Tota die expandi manus meas, ad populum contumacem & contradicentem.* Sed, contra probi, nullum directe, & per proæresin, ponunt obicem suæ conversioni, verum Spiritus S. gratiæ & inspirationibus locum dantes, iis præditi, sequuntur postea divinum ductum, peccata detestantur, veniam desiderant, Divinæ misericordiæ se committunt, ad fidem & pietatem animum adjungunt. Atque hoc respectu conversionem non Deo tantum, sed & hominibus in scripturis tribui legas. Sicut enim Jerem. 31, 18. dicitur: *Converte me, ut convertar.* & Threnor. 5, 21. *Converte nos Domine ad te ut convertamur.* Sic vice versa scriptum est Zach. 1, 3. *Convertimini ad me, dictum Domini exercituum, & convertar ad vos.* Item Joel. 2, 12. *Dictum Domini, convertimini ad me ex toto animo vestro, & jejunio, & fletu, & planctu.* Nec non Jerem. 2, 38. *Quamvis scortata sis cum amatoribus multis, tamen revertere ad me.* Pari ratione non tantum Ezech. 11, 19, & c. 36, 26. legitur: *Dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri, & amovebo cor lapideum e carne vestra, & indam vobis cor carneum.* Et Deut. 29, 2. *Vos vidistis omnia, quæ fecit Dominus ante oculos vestros in terra Ægypti — sed nondum dederat vobis Dominus cor ad cognoscendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum usque in diem hunc.* Sed etiam vicissim dicitur Ezech. 18, 31. *Abjicite a vobis omnes defectiones vestras, quibus defecistis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: nam quare moreremini, ô domus Israël?* Cui consonat illud Es. 1. 16. *Lavate vos, purificate vos, amovete malignitatem actionum vestrarum ex adverso oculorum meorum: Desinite male facere, discite bene facere.* De reliquo, nec est quod Judæi calumnientur, eo ipso, dum conversionem Divinæ clementiæ acceptam referimus, tollere nos omne hominis liberum arbitrium, unde in eo probando tantum operæ insumit Menasse Quæst. 6, in Exodum, & libro de Termino vitæ Sect. 8. Nam, quod S. Augustini

Non tollunt Christiani Arbitrii libertatem.

gustini

gustini ex epist. 47. ad Valentinum, verbis dicimus. *Fides sana Catholica, neq; liberum arbitrium negat, sive in vitam malam, sive in bonam, neq; tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, sive ut ex malo convertatur in bonum, sive ut in bono perseveranter proficiat, sive ut ad bonum sempiternum perveniat, ubi jam non timeat ne deficiat.* Nempe Ecclesiæ orthodoxæ in Aug Conf. art. 18. *de libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem, ad efficiendam civilem justitiam, & deligendas res rationi subjectas. Sed non habet vim sine Spiritu S. efficiendæ justitiæ Dei, seu justitiæ spiritualis: quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, sed hæc fit in cordibus, cum per verbum Spiritus S. concipitur.* Est autem Liberum Arbitrium, ceu argute definit, eruditissimus Theologus, & quem cum veneratione diligimus Collega, Lucas Fridericus Reinhartus, in Synopsi Theol. Christian. Dogmat. c. 11. §. 4. *formaliter, agendi, tum a simplici coactione, tum a necessitate interna, sive determinatione ad unum, libertas & indifferentia, qua Voluntas positis omnibus ad agendũ requisitis, simul & potest agere & potest non agere, vel & potest agere hoc, & potest agere illud.* Atq; istud arbitriũ liberũ, relinquimus homini cuivis, etiã non renato, circa res tum naturales, sive eas quæ in rerum natura scrutanda occupantur, uti sunt Physices, Matheseos, & alia studia; tum & circa res civiles, hoc est mechanica opificia, & alia ejusmodi, quibus vita hæc civilis indiget. Nec enim vel ad scientias philosophicas, vel ad mechanica opificia, sive addiscenda, sive exercẽda, peculiaris divina gratia & illuminatio exigitur, cum his infideles quoq; gaudeant, imo illæ ipsæ scientiæ & artes maximam partẽ, ab Ethnicis invẽtæ & excultæ, atq; ab his, ad fideles sint transmissæ. Porro, nec in actionibus moralibus seu virtutum, quatenus eæ ad utilitatẽ, tranquillitatem, & ornamenta hujus vitæ pertinent, hominibus libertatem arbitrii adimimus. Nam eatenus etiam solo naturæ ductu virtutem coli posse, & a plurimis paganis olim cultam fuisse, priscorum tam Græcorum quam Romanorũ leges, instituta, formæq; Rerumpublicarum, tum & historiæ Heroum utriusq; gentis, manifesto comprobant. Denique, exercet quoque liberum arbitrium vim suam circa externum usum mediorum, divinitus ad conversionem ordinatorum. Quippe, naturaliter ei notum est τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ Rom. 1, 19. idque Deus ei per res creatas manifestum fecit, ut inde ad Deum ulterius inquirendum & debito cultu prosequendum, captaret occasionem; adeo ut ἀναπολόγητοι sint gentes, quæ Deum qualitercunque cognitum, non amplius pervestigarunt, nec ut Deum glorificarunt. Atque hactenus libero arbitrio locum concedimus; quod vero ad actiones vere spitituales, & quibus ad futuram vitam consequendam opus est, attinet, quales sunt credere in Deum, eum diligere, ab eo delictorum veniam sperare, & similia, hæc libero arbitrio non subjacent, sed supernæ primæque causæ singulare sunt beneficium.

 Nun-

Nunquid enim efferre se potest &c.] Esaiæ hæc verba sunt c. 10, 15.

Noli lætari de Judæis &c.] Non negaverim quibusdam temporibus, in aliquibus locis, Judæos a Christianis tractatos fuisse inhumaniter, & gravia esse perpessos; ejus enim rei testimonia annalium libri jugiter suppeditant. Sed hæc sæpe aut a sinistro zelo correptis, aut ab iis qui intolerabili Judæorum usura vexabantur, atque sic priores læsi fuerant, patrata sunt, minime omnium vero ad Christianos generatim acceptos referri debent. Nam, de his collective sumtis, non habent Judæi quod valde querantur, quippe quorum indemnitati ac saluti, & civilibus nostris, & sacris legibus est prospectum. In l. 14. C. de Judæis & cœlic. Honorius & Theodosius Augusti edixisse deprehenduntur: *Nullus tanquam Judæus, cum sit innocens, obteratur, nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscunq; perficiat: non passim eorum Synagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam sine ulla ratione lædantur.* Clementis vero III. Pontificis in c. 9. Extr. de Judæis, & Sarrac. favorabilis sanctio est: *Statuimus, ut nullus invitos, vel volentes Judæos ad baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianos causa fidei confugerit: postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absq; calumnia efficiatur, quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus, sed invitus cogitur pervenire. Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine judicio terrenæ potestatis vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hactenus habuerint consuetudines, immutare: præsertim in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet, neq; aliquis ab eis coacta servitia exigat, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueverunt. Ad hoc malorum hominum pravitati & avaritiæ obviantes, decernimus, ut nemo cæmeterium Judæorum mutilare, aut invadere audeat, sive obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem hujusmodi decreti tenore cognito (quod absit,) contraire præsumserit, honoris & officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis sententia plectatur, nisi præsumtionem suam digna satisfactione correxerit.* Hoc modo cum se habeant generales, si ita vocare licet, (nam de specialibus quorundam populorum & regionum circa Judæos privilegiis, in præsentia dicere nihil juvat,) Christianorum leges, Dionysii Carthusiani in lib. de Regimine Politiæ cap. 16. exemplum imitantes, sequentia ex Henrici de Hassia tractatu de Contractibus excerpta, tanquam probe & ex rei veritate dicta, collaudamus. *Quando Judæi propter scelera sua de propria regione expellebantur, atq; in universis gentium regionibus vendebantur, in nullo populo tantam pietatem & humanitatem experiebantur, sicut in populo Christiano. Judæi*

Christianorum erga Judæos æquitas.

dæi namq;, qui olim a gentilibus principibus tenebantur captivi, gravioribus subdebantur ac fatigabantur laboribus quam alii homines, & nullatenus permittebantur vivere otiosi ex usuris, ut nunc a quibusdam Christianorum principibus seu rectoribus male consultis vivere permittuntur. Sed, ne nobismet ipsis in propria causa testimonium dicere, & nimium blandiri videamur, ipsum Simonem Luzzatum, Rabbinum Italum arbitrum sistimus, atq; ea, quæ in libello Italico, *Discorso circa il stato de gl' Hebrei*, inscripto, de Judæorum per universum nunc orbem conditione, ante annos non multos, eleganter c. 18. disseruit, mutuamur. *In quanto al numero de gl' Hebrei non si può diffinirlo precisamente, non hauendo n' anco ferma notitia de lochi ove dimorano; in quanto alle Dieci Tribù, che furono captivati da Salmanassar, innanzi la distruttione del primo Tempio, non si sà di loro certa novella, ancora che sia il mondo hoggidi tutto indagato e scoperto; e principiando dalla parte Orientale, sapiamo che sotto il Rè di Persia se ne ricoura quantità grande, e con mediocre libertà. Nel stato del Sig. Turcho è la principale stanza della Natione, non solo per l' antica loro habitatione, ma anco per il concorso d' Hebrei, sbandati da Spagna, che gran portione di loro alla fine capitorono sotto quel Dominio. — In Constantinopoli, e Salonichi, vi ne è maggior numero, che in altre Città, e si giudica, in queste due solamente esserne più di 80. mila, e se stima che sotto l' Imperio Turchesco passano li miglioni. In Terra Santa, & in particolare Hierusalem vi capita annualmente non solamente numero grande d' Hebrei di tutte le Nationi del mondo; ma ancora grossissima quantità de renditi annuali, che li vien offerto, per mantener poueri, e sostentare Academie. In la Germania sotto l' Imperatore, vi ne sono gran quantità, ma molto più in Polonia, Russia, e Lituania, ove vi sono Academie, & Vniversità di migliaia di Gioueni, e s' essercitano nelle Leggi Civili, e Canoniche de Hebrei, hauendo in quelle Regioni libera potestà di giudicare qualunq; differenza e controversia, si civile, come criminale che accade fra la Natione. Sotto li dominii diuisi della Chiesa Romana, per il più non vi stantiano Hebrei. —— Tutta via ne Paësi Bassi sono con grandissima carità, & amoreuolezza trattati, come in Amstradamo, Retrodamo & Amburgo di Olsatia, per essere dominii, che per la floridezza della professione mercantile, concedono humano hospitio a tutti. Verso Occidente poi non resta altro che l' Italia, e nella costa di Africa il Regno di Fessa, e Marocco. In quanto all' Italia sono universalmente da Prencipi che li ricettono protetti, e fauoriti, & osservati li loro indulti, e Privileggi, senza alcuna alteratione, che per esser ciò sotto l' occhio d' ogni vno non occorre ch' io vi allungo, e credo arrivare al numero di venti cinque mila. In Marrocco, & Fessa, & altre Città circonvicini non sottoposti al Dominio del Turcho vi*

Quo in statu res Judæorum nunc per orbem sint.

ne sono numero grandissimo, essendovi anco in quelle parti capiatti dalli esilii di Castiglia, e Portogallo, per la vicinanza de lochi; si dice esseruene vn' infinità nelli lochi mediterranei dell' Africa, che per essere paese poco praticato & ignoto, non si può limitarne il numero con certezza. Latina si quis mavult, hæc sunt. *Quantum ad numerum Hebræorum attinet, non is potest exacte definiri, cum ne quidem accuratam notitiam teneamus locorum in quibus morantur.* NB. *Atq; de decem quidem tribubus, quæ ante destructionem primi templi, a Salmanassare captivæ abductæ fuerant, nondum certa relatio habetur, quamvis hac ætate mundus universus sit exploratus & detectus. Et vero incipiendo a parte Orientali, scimus sub imperio Regis Persarum magnum degere Judæorum numerum, gaudentium mediocri libertate. In dominio Turcico princeps Judaicæ nationis est domicilium, non solum propter veterem ibi habitationem, sed etiam ob concursum Hebræorum qui Hispania fuere pulsi, quorum magna pars tandem in illas regiones pervenit. — Constantinopoli & Thessalonicæ, major quam in aliis civitatibus est numerus, atq; in his duabus solis, plures 80. millibus vivere creduntur; in imperio autem Turcico existentium numerus, millena millia superat. In terram Sanctam, atq; speciatim Hierosolymas, annuatim defertur non tantum numerus ingens Hebræorum ex omnibus totius mundi nationibus, sed & amplissima summa redituum annuorum; quæ offertur ad alendos pauperes, & sustentandas Academias. In Germania magnus numerus Imperatori subjicitur, sed longe major est in Polonia, Russia, & Lituania, ubi Academiæ & Vniversitates reperiuntur, multis millibus juvenum florentes, qui in legibus civilibus & canonicis Hebræorum se exercitant, habentq; in iis regionibus liberam potestatem dijudicandi quascunq; causas & controversias, tam civiles, quam criminales, quæ in sua gente accidunt. In Dominiis a Romana Ecclesia divisis, fere non vivunt Judæi, — nihilominus in Belgio peramanter, & perhumaniter tractantur, uti Amstelodami, Roterodami, & in Hamburgo Holsatiæ; sunt enim hæc dominia ita comparata, ut ob florentem ibi negotiationem, humanum hospitium omnibus concedant. Occidentem versus, nihil restat præter Italiam, & in limitaneis Africæ Regnum Fessanum, & Maroccanum. In Italia, a Principibus qui eos admittunt, universe proteguntur, & habentur in pretio, illisq; concessæ immunitates & privilegia inviolata servantur: quod, quia oculis omnium subjectum est, ideo supervacuum foret, de eo sermonem extendere: crediderim vero, numerum illorum ascendere ad viginti quinq; millia. In Maroccana, Fessana, & aliis civitatibus vicinis, Dominio Turcico non subjectis, ingens eorum est numerus, cum & in has partes multi Castellæ & Lusitaniæ exules, ob locorum vicinitatem commigrarint. Ajunt infinitos esse in locis mediterraneis Africæ, quæ regio cum parum cognita, & inexplorata sit, numerum accurate exprimere non licet.*

Bardos

Bardos ejuſmodi] Illud in nos jacit convitium Lipmannus, de quo Servator noſter apud Matthæum 5, 22. ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ῥακὰ ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. Eſt enim ריקים a ſingulari ריק ſive ריקא quam vocem per Ῥακὰ deſignari, caret dubio. Atque nobis quidem Chriſtianis, ex patientiæ, quam Servator ſuis ſequacibus impoſuit, lege, accipiunda hercle & muſſitanda eſt hæc injuria. Neque vero inſolens videri debet, ſi cum paterfamilias noſter cœleſtis Beelzebub audit, nos illius vernæ ac ſervuli eodem probro afficimur. Nimirum, peropportune vox iſta ריק occaſionem nobis offert, ut nonnihil de re aliqua gravi & ardua diſpiciamus: hoc eſt, ut Veritate, cui ſemper litare propoſitum, comite, inquiramus pauliſper, ſatisne certum & exploratum ſit illud, quod ubique Chriſtianarum gentium vulgo palam queruntur ſcribuntq; ,ſcilicet, Judæos in Synagogis ſuis aſſidue Chriſto Domino Deoque noſtro maledicere, ſemper in hujus vituperium confiċta carmina & preces recitare, atque talia magnam partem ſacrorum eorundem abſolvere. Prius vero quam ulterius provehimur, meminerit æquus Lector, de publicis in Synagoga, ſi ſic vocare licet, Liturgiis, quæſtionem nos formaſſe. Nam, quid quisq; Judæorum domi ſuæ, imo intra ſeſe faciat, ſcrutari nec volumus nec poſſumus; & ne ad Magiſtratus quidem ſive Civilis, ſive Eccleſiaſtici, officium pertinet, cogitationes hominum aucupari, & in illas animadvertere. Solus Deus renes & corda inſpicit, ac animis mortalium intereſt, & meditationibus eorundem intervenit. Sunt, proh dolor! proh nefas! inter ipſos Chriſtianos, qui parum reverenter de Chriſto ſentiunt, qui per ultimum ſcelus, ſacramento & obſequio illius renunciant. Sed hæc noxa caput ſequitur, nec ad alios quam ſuos autores producenda. Verſa vice, ſæpe inter Judæos offendas, qui non omnino male de Chriſto opinantur, optantque, majores ſui ab eo necando abſtinuiſſent, cum illius ſupplicium panolethriæ ſuæ occaſionem præbuiſſe videatur. De Vormatienſibus Judæis proverbio fertur, eos frugi eſſe: Wormſer Juden/ frõme Juden. Cujus parœmiæ cauſam aſſignant, quod Imperatori Statibusque in Comitiis liquido probaverint, ab antiquiſſima & longe ante natum Chriſtum memoria, majores ſuos urbem illam incoluiſſe, ac proinde immunes fuiſſe ab omni circa eum interfectum culpa; ut nec ipſi eorundem nepotes, pari cum cæteris Judæis odio exponi debeant. Atque hinc luculentis quoque, præ alibi degentibus tribulibus, gaudere dicuntur privilegiis, quæ ea conditione ſint conceſſa, ut ſemper de Chriſto præclare ſentiant. Narrabat nobis nuper, Eccleſiæ Noribergenſis optimus Antiſtes, Daniel Wulferus, Vir venerabilis, & de Republ. literaria quoque bene meritus, beatusq; filio, cui impoſterum, ceu omnes boni ominantur, multum debebit ſacra-

Lipmanni in Chriſtianos dictum probroſum.

Num Judæi Chriſto in Synagogis maledicant.

Controverſiæ ſtatus definitur.

Non omnes Judæi Chriſti inimici.

cratior Philologia, his diebus proximis in vico Furtensi mulierem judaicam, quæ uterum gestaverat, cum vitæ salutique suæ metueret, sæpe cum Christiana fœmina, de Christo sermones clam miscuisse, atque cum partus doloribus extingueretur, nomen Jesu inclamando, animam exhalasse. Porro, nec libros nunc attendimus, qui ex professo adversus Christianam religionem sunt compositi. Nam hos, cum inimicitiam in fronte gerant, multis modis Christo injurios, ac blasphemiis refertos esse, negari nequit; atque stupebunt, qui quæ deinceps edituri sumus legent. Denique discrimen faciendum inter preces quibus Christiani tangi existimantur, & illas, quæ Servatorem concernunt. Sæpe Judæos, Scripturæ phrasibus, adversus hostes ac oppressores, adversus Edomum & regna impia, auxilium vindictamque Dei expetere, itidem facile concesserim, atque hæc vota contra Christianos & Regnum Romanum concipi nobis est persuasissimum. Quanquam fortasse consultius foret nihil istis nos moveri, & verbis factoq; ostendere Judæis, nos hostes eorundem non esse, nec nobis Edomæorum nomen convenire, aliudque nunc longe Imperium Romanum existere, quam illud erat, cui nomen Regni impii in Talmude non immerito fuit tributum. Et vero, cum ipsi Judæi contendant, preces fere nullas publicas se habere, quæ non Christianorum nomine multo sint antiquiores, atque in Asia & Africa longissime a Christianis sejuncti, iisdem utantur orationum formulis, exinde consequens est, eas generales esse, nec nos proprie respicere. Sed, hæc in præsentia operose persequi non vacat. Quin, illud nunc, iis quæ præmisi, ita positis, pronuncio intrepide, non extare apud Judæos ullam publicam, & solemné, inq; Synagogis recitari solitam precum formulam, quæ vera, genuina, & primaria intentione Autoris, ad id videatur composita, ut in Christum nostrum per eam convitia, probra, & contumeliæ jaciantur. Verum dixerim an non, facile sciri potest. Sunt in medio libelli precum, & nimis velim, ostendant mihi, qui aliter animati sunt, ubi habeantur illa, Servatori nostro, citra factam illationem aut ratiocinium aliquod, manifeste, eoque, quem in omnium mortalium animis gignunt sensu, injuriosa verba. Sat scio, nihil vel ad speciem quisquam mihi adducet, præter precationem quæ incipit עלינו לשבח qua Judæi idololatras execrantur, & ubi vox וריק habetur. Hanc enim fama est pro nomine ישו esse positam vafre & malitiose, eo quod in numeris tantundem conficiat, quantam summam nomen ישו continet, si literarum fiat computatio. Mysterium istud Antonius Margarita in libello Germanico de Fide Judaica, juxta cum alio, sed in quo meram oscitantiam suam ineptiasque prodidit, & quod ne quidem consideratione nostra dignum existimo, verbis exaggerat, testaturque Judæos Venetos coactos fuisse, ut illud verbum cum aliis quibusdam e suis libris eraderent

Decisio quæstionis.

De precatione עלינו לשבח

derent

derent. Objecerat idem hoc Judæis, postquam ab iis secessum fecit, Samuel Fridericus Brentz, autor libri Schlangenbalg / sive Pellis Serpentina, ceu patet ex confutatione, quam Judæus Salomon Zevi, illi opposuit, vocavitque Theriacam Judaicam. Prior liber mihi nunquam visus est, sed in posteriore cap. 5. lego: Jetzund kommt er an עלינו לשבח Sagt wir sagen שהם משתחוים וכו׳ das sey Teutsch. die Christen neigen sich zur Thorheit und Eitelkeit / und beten zu einen GOtt der nicht helffen kan / und darnach speyen wir ג׳ פעמים aus / wider Christus und alle die an ihn glauben / und das Wort וריק sey so viel in der Zahl als ישו so fluchen und verspeyen wier ihn heimlich. Id est: *Jam arripit* (Adversarius precationem) עלינו לשבח *atq;, nos dicere* שהם משתחוים וכו׳ Ipsi autem incurvant se &c. *atq; his illud velle, Christianos incurvare se coram stultitia & vanitate, & adorare Deum qui juvare non potest: postea nos ter exspuere contra Christum, omnesq; qui in eo confidunt, atq; verbum* וריק *tantum in numeris complecti, quantum complectitur* ישו *Proinde nos illi clam maledicere, illumq; calumniari.* Sed & in Buxtorfiana utraque editione Synagogæ Judaicæ, prioris nimirum cap. 5. posterioris cap. 10. iisdem verbis utrobique proditum est: *Cum synagoga exire volunt, taciti secum precatiunculam hanc recitant:* עלינו לשבח לאדון הכל לתת גדולה ליוצר בראשית שלא עשנו כגויי הארצות ולא שמנו כמשפחות האדמה שלא שם חלקנו כחלקם וגורלינו כגורלם׃ i.e. *Nostrum est laudare omnium Dominum, extollere eum, qui creationis autor est, quod nos sicut reliquas terrarum nationes non fecerit, neq; nos sicut reliquas terræ familias condiderit, neq; posuerit portionem nostram sicut portionem illarum, neq; sortem nostram sicut sortem illarum. Hic in recentioribus Judæorum libellis verba aliquot omittuntur, Magistratus in Italia jussu, (ubi maxima pars librorum Judaicorum est excusa, & hodie adhuc excuditur) quod in Christum blasphema & injuria. In vetustis autem exemplaribus integra visuntur, cujusmodi exemplar Augustæ Vindelicorum a Judæo typographo, cui Chajim nomen fuit Anno 1534. excusum: in cæteris dimidiæ lineæ spatium interponunt, quod pueri vel alioqui ignari moneantur, interrogentq;, quid ibi desit? verbaq; deficientia doctiores illis prælegere solent, vel etiam e regione defectus in margine librorum illis adscribunt, ut in compluribus Judæorum libris vidi: sic autem verba sonant:* שהם קורעים ומשתחוים להבל ולריק ומתפללים אל אל לא יושיע׃ i, e. *Qui prosternunt se & adorant vanitatem & inanitatem, & Deo supplicant qui servare non potest.* At hic, priusquam reliqua Buxtorfii subjungimus, monendum, Locus in Buxtorf.

Synag. Iud. emendatur.

dum, in verbis proxime præcedentibus nimis vitiose כורעים pro קורעים
& ולריק pro וריק esse excusum, ceu res ipsa loquitur: quippe קרע
lacerare est, non *se prosternere*. Si autem ולריק legas, actum fuerit de
numerorum arcano, & Eleusiniis sacris. Sequitur apud Buxtorfium:
*Fraudulenta hæc & blasphema verba Christum petunt, quæ ubi ore tarta-
reo effutierunt, in terram exspuere solent.* ואנו כורעים ומשתחוים
לפני מלך מלכי המלכים הקב״ה שהוא נוטה שמים ויוסד ארץ וכסא
כבודו בשמים ממעל ושכינת עוזו בגובהי מרומים הוא אלהינו ואין
עוד אחר ואפס זולתו וכו׳ : i. e. *Nos vero genua flectimus, procum-
bimus & confitemur coram Rege qui Rex est Regum, Deo sancto benedi-
cto, qui cælorum expansum diduxit, & terram fundavit, qui gloriæ suæ
solium in cælis desuper habet, & roboris sui majestatem in excelsis excelso-
rum, ille Deus est noster, & præter eum neminem alium habemus &c. Et
cum dicto Schola exeunt.* Enim vero, nolim cuiquam admodum vitio
vertere, si existimet, aliquid monstri alere istam precationem, nec ipse
ego quondam Buxtorfii, & Judæorum proselytorum autoritatibus
occupatam mentem habens, alienus eram ab illa opinione. Accede-
bat, quod hanc precationem, tam diversimode in Judæorum codicibus
se habere cernerem. Non enim tantum omittuntur plerunque
quædam verba, ceu Buxtorfius indicavit, sed &, quod cæteroquin in
precibus infrequens, in aliis quoque non minima lectionis est varie-
tas. Habeo editiones quatuor precum Judaicarum, sed nulla harum cum
altera circa istã formulam ad amussim fere convenit. Cum autem nulla
earum magna Pragensi editione plenior sit, juvat secundum eam for-
mulam continuo orationis filo integram repræsentare: Sic ibi legitur:

Precationis עלינו integer prout edi solet, contextus.

עלינו לשבח לאדון הכל לתת גדולה ליוצר בראשית שלא עשאנו
כגויי הארצות ולא שמנו כמשפחות האדמה שלא שם חלקנו כהם
וגורלנו ככל המונם שהם משתחוים להבל וריק ומתפללים ללא
יושיע ואנחנו כורעים ומשתחוים ומודים לפני מלך מלכי המלכים
הקב״ה שהוא נוטה שמים ויוסד ארץ וכסא כבודו בשמים ממעל
ושכינת עזו בגבהי מרומים הוא אלהינו ואין עוד אמת מלכנו אפס
זולתו ככתוב בתורתו וידעת היום והשבות אל לבבך כי ײ הוא
האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת אין עוד ; Notandum ta-
men, verba שהם משתחוים להבל וריק ומתפללים ללא יושיע
quæ absunt a cæteris codicibus, in isto Pragensi, paulo minoribus lite-
ris esse excusa: atque pro וכסא כבודו in aliis tribus editionibus, qua-
rum una in Belgio, altera in Italia, tertia in Germania prodiit, constan-
ter legi ומושב יקרו. Nunc videamus etiam ipsorummet Judæorum
istius

iſtius orationis Germanicam expoſitionem. Omnes enim preces, ab illis invernaculam noſtram converſæ,& Amſtelodami impreſſæ extant : Auf uns is zu loben den der ein Herr iſt über jedermann / zu geben Achtbarkeit zu den der da hat beſchaffen die Werck vom בראשית darum daß nicht er hat beſchaffen uns as die Völcker der Erden / und nicht er hat gemacht uns as die Geſchlecht der Welt / und darum daß er nicht hat gethan unſer Theil as ihr Theil / und unſer גורל as all ihr Brumung. Und wir knyen und neigen ſich und bücken vor den König der da iſt ein König über alle König / der da hat geneigt den Himmel / und hat gegrundfeſtigt die Erd / und geſäß ſeiner Würdigkeit iſt im Himmel oben/und שכינה ſeiner Stärck in höh der Himmel. הוא er iſt unſer GOtt und kein anderer/ es is wahr/ er is unſer König und is keiner mehr ohn ihn. Als da is geſchrieben in deiner תורה Und du ſollſt wiſſen Heut/ und du ſollſt wiederkehren zu deinen Hertzen/ daß GOtt is der recht GOtt/ oben im Himmel/und auf der Erden unten iſt keiner mehr. His præmiſſis, jam principio hoc ſignificandum eſt, in nullis Judæorum, quotquot extant, libris excuſis, orationem עלינו לשבח plenam reperiri, imo fortaſſe vix eſſe quenquam amplius inter ipſos Judæos, qui eam totam teneat. Nec enim iis quæ hactenus ſive ex Buxtorfii, ſive noſtra obſervatione, attulimus, integra abſolvitur, ſed multa in ea fuerunt caſtrata, quorum memoria penitus deleta eſt. Bona Fortuna, ceu alias quoque prædicavi, objecit mihi aliquando ſingulari, ob quod ſolide ſemper gaviſus ſum, munere, veterem, & inæſtimabilem Codicem MS. cui עץ החיים nomen, nunquam editum. Quo uti quæ ad ſacra & profana Judæorum jura attinent, continentur omnia, ita inſertæ eidem quoque ſunt univerſæ precum formulæ, antiquo & vero ſuo tenore. Ibi ergo oratio de qua in præſentia nunc disquirimus, his omnino verbis concipitur:

Laudatur Codex MS. עץ החיים

Vetus & plena lectio orationis עלינו

עלינו לשבח לאדון הכל לתת גדולה ליוצר בראשית שלא עשאנו כגויי הארצות ולא שמנו כמשפחות האדמה שלא שם חלקינו כהם וגורלנו ככל המונם שהם משתחוים להבל וריק אדם אפר דם מרה בש״ר בושה סריחה רמה טמאים וטמאות מנאפים ומנאפות מתים בפשעם ונמקים בעונם בלויי עפר רקובי רמה ותולעה ומתפללים אל אל לא יושיע חמה ולבנה כוכבים ומזלות וכל צבא השמים: אבל אנחנו כורעים ומשתחוים לפני מלך מלכי המלכים יושב הכרובים יי׳ צבאות אלהי האלהים ואדוני האדונים בורא שמים ונוטהים יוצר כל צבאם מעריצי קרושתו השמים והארץ וכל אשר עליה הימים וכל אשר בהם ולו לבדו הגדולה והגבורה והגאוה והתהלה והתפארת והנצח וההוד כי כל בשמים ובארץ לך יי׳ המלוכה

 והממשלה

והממשלה והמתנשא לכל לראש והעושר והכבוד מלפניך החיים
והשלום והבינה והדעת והכל מלפניו כי הוא מושל בכל ועליון על
כל ועיניו משוטות בכל הוא ײ׳ אלהינו אלהי הצבאות יושב הכרובים
כונן כל ומהייה כל ומעמיד כל ומכלה כל ואין קץ לאורך ימיו ולא יתמו
שנותיו כי הוא לבדו צור עולמים ואין אלוה מבלעדו וכסא כבודו בשמים
ממעל ושכינת עזו בגבהי מרומים ומלכותו בכל משלה להודו
לתהלתו ולגאותו ולנפלאותיו אין קץ ואין קצב ואין תכלה כי הוא
מרומם על כל ברכה ותהלה על כל מלכות וממשלת ברוך הוא
וברוך שמו אשר בחרנו לחלקו וקיננו לעבודתו ולו לבדו אנחנו מייחלים
ומקוים ורחמיו וחסדיו אנו מצפים ולישועתו אנו מקוים ושמו הגדול
לבדו אנו מיחדים ומברכים ערב ובקר אמרת כי הוא ײ׳ אלהינו ואין
אחר אמת מלכנו ואפס זולתו ככתוב בתורתו וידעת היום והשבות
אל לבבך כי ײ׳ הוא האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת אין עוד:

Tandem noſtra quoque ſubjicienda translatio : *Noſtrum eſt laudare Dominum univerſi, & magnifacere creatorem Orbis: Quia non ſimiles nos effecit reliquis gentibus terrarum, neq; æquiparavit nos familiis mundi; quodq; nobis aliā quam iis portionem, longeq; ab omnibus eorundem opibus diverſam hæreditatem tribuit. Ipſi enim incurvant ſe coram vanitate & inaniis, coram homine, quem cinerem, ſanguinem, & fel merum eſſe,* (vel ipſum nomen arguit.) *Coram carne,* (cujus nomen & res ipſa) *pudorem, putorem, & vermes* (arguunt. Incurvant ſe coram Numinibus) *utriusq; ſexus, impuris, adulteris, quæ in peccatis ſuis perierunt, & in ſceleribus ſuis fuere extinctæ: quæ conſumtio, pulvis, putredo, vermes & inſecta manſerunt. Adorant Deum qui juvare non poteſt, Solem, Lunam, Sidera, Planetas: omnemq; exercitum cœlorum. At nos incurvamus nos, & procumbimus, coram Rege imperante Regum Regibus, qui inſidet Cherubinis, Deo exercituum, Deo Deorum, Domino Dominorum, qui creavit cœlos, eosq; extendit, qui formavit omnem ipſius ſanctitatē expaveſcentem exercitum illorum;* (qui formavit) *cœlum & terram, & quicquid in ea reperitur, maria, & quæ illis inſunt. Huic ſoli conveniunt majeſtas, potentia, excellentia, laus, gloria, æternitas, decusq; ; cœlos enim terramq; ſuſtinet. Tua ſunt Domine, regnum, imperium, in omnes res ſumma autoritas, opes, honosq;. Ab illo prodeunt vita, pax, ſapientia, prudentia,* (imo bona) *prodeunt univerſa. Ipſe enim imperat rebus omnibus, oculis ſuis attendit res omnes. Is eſt Deus noſter, Deus exercituum, inſidens Cherubinis, ſtabiliens cuncta, vivificans cuncta, confirmans cuncta, conſumens cuncta. Nullus finis longitudini dierum ejus, nec complentur anni ejus. Ipſe ſolus eſt rupes æterna, non eſt Deus præter eum. Solium gloriæ ejus eſt in cœlis ſuperne; & providentia*

tia roboris ejus inhabitat celsissima excelsorū, regnū illius in universa se extendit, sibi in decus, laudem, gloriamq;. Mirabilium operum ejus nec finis est nec terminus, nec consummatio. Ipse rebus omnibus existit excellentior, gloria & laus ejus omnia regna & potestates transcendunt. Benedictus sit ipse, benedictum sit nomen ejus, qui elegit nos in portionem suam, & paravit nos suo ministerio. In eum solum speramus & confidimus, misericordiam & benignitatem illius expectamus, & in salutem ejus collocamus fiduciam. Ejus solius nomen immensum unum prædicamus, & mane vesperiq; collaudamus. Vere ipse est Deus noster, nec ullus præter eum; vere Rex noster, nec quisquam alius: prout scriptum in Lege ejus (Deut. 4, 39.) *Agnoscas igitur hodie, & revoces in animum tuum, Jehovam Deum ipsum esse in cœlis superne, & in terra inferne: nullum amplius esse.* Hanc formulam, si quis cum ea, quam supra attuli, conferat, deprehendet, ne tertiam quidem illius partem inter Judæos amplius superesse. Non opus est autem magna sagacitate, ut quis conjectura assequatur, quæ causa fuerit tantæ castrationis. Visum nimirum fuit Christianis jampridem, istas preces unice eo tendere, ut Judæi suum Numen extollendo, Christum infra illud deprimant: atque quia is cum beata matre, & passione sua, peti credebatur, hinc coacti sunt Judæi multa omittere, quorum tractu temporis memoria plane inter ipsos periit. Haud damno hunc pietatis Christianæ zelum, cui recte indulserunt, qui sinistra suspicabantur; atque æquum est, ut Judæi ita se gerant, & eo loci redigantur, ne ullam vel minimam occasionem suppeditent opinandi, quod ipsorum publica sacra, in nostrorum vergant ignominiam. At, de autoris precum illarum mente quæstio est, num ea in Christum fuerit directa, quod mihi non sit verisimile. Nempe, nihil in iis habetur, quod non paganos proprie respiciat; qui vivis Imperatoribus aras & templa dedicabant, & morte sua, aut violenta extinctos, solemni consecratione faciebāt Deos. Qui, Jovis, Martis, Veneris, reliquorumq; Numinum adulteria carminibus celebrabant, & populo exhibebāt in publicis ludis. Cumque sequatur deinde, de Lunæ, Solis, & Siderum adoratione, atq; ista cum prioribus connexa sint, ratio suadet existimare, nihil ad Christianos attinere istam verborum conceptionem. Est autem certum, precationem hanc esse antiquissimam, atq; si verum foret, quod Judæi perhibent, jam non multum laboraremus circa sensum ejusdem, quippe ipsi Josuam illius autorem fuisse contendunt. Eam rem ita se habere, atque huic formulam acceptam ferendam esse, proditum est in plerisq; editionibus quibus adjunctæ habentur precum explicationes, ac videnda inter cæteras illa, cui præfigitur in titulo מלאה הארץ דעה & ubi additur Commentarius, qui quendam R. Hirz autorem habet, in notis ad preces de Rosch Haschana; paginam enim, cum numeris illæ destituantur, indicare non licet. Imo in vetustissimo libro Gale Rasja, (nam

Causa castrationis in precatione עלינו

De antiquitate illius precationis.

Liber Gale Rasja extat.

is, etsi a multis Eruditorum id vocatum fuit in dubium, longe diversus tamen ab eo quem Galatinus nobis supposuit, extat omnino in natura rerum MS. & nos illum, cum Judæorum paucissimis, a Polono exule emtum possidemus,) legitur diserte: תדע שיהושע תקן עלינו לשבח וכו' שהתחיל באות ע וסיים באות ר' וכו' וכי לעשות כבוד לרבו תיקן תפילתו בזה האופן: Id est: *Sciendum, Josuam composuisse precationem* עלינו לשבח *quæ incipit a litera* ע *& finitur litera* ר *&c. Atq; ut honore afficeret Magistrum suum* (Mosen,) *hac forma illam precationem adornavit.* Esto autem, gratis hæc jactari: saltem perantiquo libro Gale Rasja multũ est vetustior precatio, & ætatem suam, nisi fallor, refert ad illa tempora, quibus autorem de superstitione gentilium potius, quam de Christianorum nondum in orbe dominium exercente religione cogitasse, quis colligat. Certe, illam, verba prout expressa sunt, naturali significatione innuunt; ad hanc, nonnisi per multam detorsionem & plurativi in singularem numerum commutationem, scissionem quoque partium ejusdem orationis, illa adaptaveris, omnisque adeo res, solis de Judæorum malitia nititur conjecturis; dum quicquid ab illis dicitur, modo aliqua ratione id fieri possit, in nostram rapimus contumeliam. Cæterum, verbum וריק data opera peculiariter ad Christum innuendum expressum esse, minus adhuc evadit verisimile. Fuit sine dubio tenebrio otiosus, & ingeniose nequam, qui istam paritatem numerorum in vocibus ישו & וריק primus deprehendit, ac postea divulgavit. Nempe sic solent Judæi, non circa sacras literas tantum, sed & antiquas preces ineptire, & tanto sapientiores se reputare, quanto magis a vero sensu aliena, & multum frigentia mysteria, inde valent exsculpere; atq; huc omnis solertiæ suæ nervos intendunt. Sed, uti nemini sano inter Christianos in mentem venire potest, joculares argutias, quibus divinã scripturam jam olim temerarunt Judæi, & indies magis magisque temerant, a Spiritu S. fuisse intentas, ita & de precum, quæ jactantur, vaframents, autores earundem certo certius minime cogitarunt. Firmiter persuasum est Judæis, precationem quæ a verbo ישתבח incipit, Regem Salomonem composuisse. Nimirum, quia verborum proxime sequentium שמך לעד מלכנו האל initiales literæ, si combinentur, nomen שלמה progenerant; cumque post has quatuor voces subjiciatur verbum המלך liquido juraverint, omnia ista a Salomone sic expressa esse, ut sui perennaret memoria, & ut initium orationis, verba שלמה המלך *Salomo Rex*, referret. Sed, ob tantillam rationem, nisi aliæ accedant, precationem a Salomone profectam esse, sane

— *Credat Judæus Apella,*

Non ego:

Num וריק proprie Christum notet.

Judæi æque in precibus ac Scriptura exponendis ineptiunt.

cum

cum quotidie multa ejusmodi casu evenire ac deprehendi soleant. Tum vero non persistunt isti scurræ in uno mysterio, sed ex iisdem verbis egregie pugnantia eruunt. Nam, ut non recedamus a precatione עָלֵינוּ לשבח R. Hirzii observatio est מעָלֵינוּ עד יושיע לא״ תיבות נגד לא״ מלכים שכבש יהושע: i.e. *A verbo initiali* עָלֵינוּ *usq; ad verbum* יושיע (quod nominis Josuæ, ceu Grammatici appellant, conjugatum est,) *numerantur XXXI. voces, his memoria continetur XXXI. Regum quos Josua subegit.* At, inter istas XXXI. voces, sunt quoque illæ a Christianis vexatissimæ להבל וריק atque cum juxta consistere non possint mysteria, quorum unum vocem וריק ad Jesum, alterum, ad Regem aliquem a Josua subactum, trahere nititur, necesse est unum horum gratis confictum sit, imo rectius id credas de utroque. Nam alterius fides ob dicta, jam vacillat. Ex vera autem & antiqua orationis illius, quam dedimus, formula, satis quoque insuper constat nimis deceptum fuisse Hirzium, dum vulgatas editiones sequutus, opinatus est solas XXXI. voces, inter עָלֵינוּ & יושיע intercedere, cum longe plures autor precationis expresserit, quæ inde exciderunt. Imo, ne numero quidem XXXI. vocum, sua constabit ratio, nisi Pragensis editionis lectionem emendes, & pro ללא יושיע id, quod in aliis est, לאל לא יושיע substituas in locum. Quamobrem, meo quidem judicio hactenus recte & citra cavillationem respondet autor Theriacæ Judaicæ ad Samuelis Friderici Brentzii, quam supra attulimus, objectionem, in hæc verba: Darauf sag ich daß es ein öffentlicher שקר iß. Eins/ יהושע hat עָלֵינוּ gemacht / wieder die Völcker in כנען die hahen זָר gedient/ und sich zu הבל וריק genigt/ viel tausend Jahr vor Christi Geburt. Zum andern so muß doch sein/ daß wir der Ziferzahl und מספר halbē keine böse כוונה oder Bedeutung anf ישוע נוצרי haben / dann es steht nit weit darnach ומושב יקרו בשמים ממעל So ist יקרו auch ישו in der Zahl/ demnach müsten mier bekennen ישו säß im höchsten Hiṁel/ so wär doch dieser kein Jud/ sondern ein Christ. Latine sonant: *Respondeo, istud apertum mendacium esse. Primo, Josua concepit orationem* עָלֵינוּ *adversus Cananææ incolas, qui idolis serviebant, & incurvabant se corā vanitate & inaniis, multis ante Christi nativitatem annorum millibus. Secundo, necesse est, ut ob numeros & arithmeticen nulla mala intentione aut explicatione erga Jesum Nazarenum præditi simus, paulo post enim sequitur* ומושב יקרו בשמים ממעל *atq; hic vox* יקרו *tantundem in numeris conficit ac nomen* ישו *Proinde* (si valet a numerorum identitate petita ratio) *fatendum nobis foret, Jesum sedere in cælis supremis, quod agnoscere*

Novum mysterium precationis עָלֵינוּ

non

non Judæi hominis, sed Christiani est. Non male ista de voce יקרי quam nunc plerique Codices agnoscunt, se habet exceptio, & uti illud verbum in numeris eandem cum verbo וריק summam habet, ita nulla in universum fingi aut allegari potest causa, cur non æque istius atque hujus urgeri debeat cum nomine ישו numeralis æquipollentia. Interim, quia multis Judæorum de nomine וריק commentum videtur placuisse, atque fortasse cum verbum illud recitant, in Jesum mentem dirigunt, hactenus sane blasphemiæ crimen contrahunt; verum id suo tantum & recenti scelere, non illius qui orationem composuit. Nos autem id tantum probandum sumsimus, non extare apud Judæos publicas orationes, quæ directe, verbisque propriis, in Christi vergant contumeliam.

Redibit olim domui tuæ pulchritudo] Si id voluit Lipmannus, quod nos expressimus, & quod omnino ei in mente fuisse verborum contextus suadet, qui nobis vir videtur esse, is nebulo magnus est, Divina verba depravans, & contorquens pro arbitrio. Pro מאר enim quod *valde* significat, supponit nobis sacrilege עוֹר id est *porro, olim, amplius*, ut per vim manifestam quod in præsenti tempore dictum est, ad futurum rapiat, & præterea jungit ea quæ neutiquam cohærent, tam iniquus est præ studio. Sic habent verba apud Regalem Vatem: עֵדתיך נאמנו מאד לביתך נאוה קדש ייי לארך ימים׃ Horum utique verus & genuinus sensus est: *Testimonia tua fidelia sunt valde: domui tuæ decora est sanctitas, Domine, in longitudine dierum.* Ipsa res loquitur, quam misere hunc locum tractarit Lipmannus, quamque nihil verba ista contineant, quod Judæis in præsenti captivitate possit esse solatio. Atque imprimis ea, ad quæ Lipmannus provocat, nihil aliud volunt, quam Sanctam & venerabilem esse Dei Domum, & pie casteque adeundam, nec licere ποιεῖν αὐλὴν σπήλαιον λῃστῶν, quod tamen deinde accidisse queritur Servator Matth. 21, 13. Illius sanctitatis non ea tantum causa, quam R. Obadias Sephorno in Commentario ad hunc locum indicavit, scilicet שקדש המקום בעֲקידת יצחק וזבחו *Quod ligatione Isaaci, ejusque oblatione, locus* (sive mons cui templum superstructum) *fuerit sanctificatus*: Sed vero consecrabant illum insuper Dei, quæ eum sæpe replere visa fuit, specialis præsentia, sacrosancta arca fœderis, preces quæ ibi fundebantur fidelium, & perennia sacrificia. Dum vero verba Davidis proprio significatu de terreno Templo accipio, nolim eo ipso rejicere antiquorum quorundam interpretationem, qui dictum μετωνομασμένως de Spirituali Templo exponunt. Namq; Euthymius Zigabenus, cujus Latina versio tantum ad manus est, sic annotat: *Domus Dei, est universalis Ecclesia fidelium, hanc inquit, domum Dei decet sanctitudo*; hoc est, *ut sit sancta, ea nimirum ratione, quia*

Lipmannus locum Pr. 43, 5. corrumpit.

Vera illius dicti sententia.

quia Dei sancti domus est: verum hoc, ita demum fiet, si in iis, qui illud templum habitant, munditia extiterit, ab omni prorsus inquinatione. Hujusmodi vero munditia & sanctitas semper decet domum Domini. Domus etiam Domini est templum Dei, quod secundum Apostolum fidelis quilibet repræsentat: atque ideo eos omnes decet sanctitudo in longitudine dierum. Huic expositioni suffragari Arabem interpretem, quando pro לביתך habet, لبيعتك est verisimile. Victorius enim Scialac, & Gabriel Sionita, in explicatione Latina illius Versionis, Arabicam hanc vocem, *Ecclesiam tuam* exponunt, notatque, si Dominicum Germanum in Fabrica Linguæ Arab. p. 261. sequimur, verbum بيع non Ecclesiam materialem, & locum sacratum, sed ipsam semper congregationem fidelium. Ab hoc tamen dissentit Cl. Golius, dum Lexici Arab. pag. 360. etiam pro *Templo Christianorum*, & æde sacra, id vocabulum accipi nobis affirmat.

Dominici Germani & Golii dissensus.

Mundus misericordiâ ædificabitur] Etiam istud dictum parum Lipmannum juvat, nec intelligo quo fine adducatur. In Commentario nostro MS. Sacrarum literarum, cujusdam R. Esaiæ, satis antiquo, & membranaceo, dicitur: כל עיקרו של מזמור זה מדבר על אמונתו של בורא id est: *Psalmi LXXXIX. scopus præcipuus est, deprædicare Dei veritatem.* Verba vero quæ Lipmannus allegat, palam Dei insuper misericordiam nobis collaudant. Atque ad hanc quidem in se, & respectu hujus universi spectatam, non prout Judæos in captivitate constitutos (id quod Lipmannus fortasse voluit,) solari illa debet, locum accommodarunt veteres Judæorum interpretes. Augustinus Justiniani, Nebiensis Episcopus, in Octaplo Psalterii, sequentia affert, quæ ex Midras Tehillim ipse petiit: אמר להם אני אמרתי עולם חסד יבנה אף שמים תכין ולא השמים בלבד אלא אף הכסא אינו עומד אלא בחסד שנ׳ והוכן בחסד כסא למה הדבר דומה לכסא שיש לו ארבע רגלים והירה אחד מהם טט נטל צרור וסמכו כך היה הכסא של מעלה כביכול שנתמוטט עד שהקב״ה סמכו ובמה סמכו בחסד הוי עולם חסד יבנה אף שמים וכן דוד אומר לעשות השמים בתבונה ועל ידי מי הם עומדין על החסד שני כי לעולם חסדו לרוקע הארץ על ידי מי כי לעולם חסדו: Doleo, ipso libro me destitui, sunt enim quædam in his corrupta, quæ tamen ex conjectura restituo, מט pro טט, & שנאמר pro הוי rescribendum esse arbitrans. Tum post עומדין על verbum ידי & post על ידי מי vel rectius, prout præcesserat, ועל ידי מי totum hoc היא עומדת על ידי החסד שנאמר suppleverim. Proinde nostram quoque subjicimus versionem: *Ait (David) Judæis*: Ego dixi,

Sensus Loci Ps. 89, 3.

Locus ex Medrasch Tillim emendatur.

Mundus in misericordia ædificabitur, etiam cœlum firmabis: *Neque vero cœli tantum* (firmantur divina misericordia, *sed & ipse thronus gloriæ non nisi per divinam misericordiam consistit* Q.S.E. (Es. 16. 5.) Et stabilietur misericordia solium. *Quam hic instituemus comparationem? Nimirum cum sella quatuor pedum, quorum si unus sublatus sit, supponit quis lapidem, eoque illam suffulcit. Pari ratione, vacillabat quasi, si ita loqui licet, Thronus supernus, quoad Deus ipsum fulciret. Ecqua re ipsum fulcivit? Misericordia*, Q.S.E. Mundus in misericordia ædificabitur, etiam cœlum (&c.) *Atque sic David* (alibi quoque; Psalmô puta 135, 5.) *dixit*: Eum qui fecit cœlos cum intelligentia. *Cui vero rei innituntur? Misericordiæ. Sequitur enim*: Quoniam in seculum misericordia ejus. (Dicit idem ibidem commate mox 6.) Eum qui extendit terram. *Cui vero rei illa innititur? Misericordiæ. Succedit enim iterum*: Quia in seculum Misericordia ejus.

Frustra sperant Iudæi Templum suum esse reædificandum.

Locum habitationi suæ expetivit] Respexisse videtur furens Poëta ad illud Davidicum Ps. 132, 13. כי בחר ײ בציון אוה למושב לו *Quoniam elegit Dominus Zionem, expetivit ut esset habitaculum sibi.* Sed, hæc olim obtinebant apud seculum prius, cum Judæi gens Deo essent propria, & Leviticum Sacerdotium adhuc vigeret. At, postea Deus, non solum Judæos ob incredulitatem & scelera bonorum suorum exhæredes fecit, sed & omnem veterem umbratici cultus formulam sublatam voluit, unde antiqua habitatione neutiquā amplius delectatur, sed eam desolavit, soloque æquatam jacere patitur, nullo unquam tempore reædificandam. Nam & quoties Judæi in postrema hac captivitate cum opportunitate facultatem nacti sunt, restaurandi templum, novamque fabricam moliendi, toties cœlestis Providentia obstitit, inceptoque eos coëgit desistere. Quo indicio, nescio num aliud manifestius edere potuerit Deus Optimus Maximus, ut ostenderet, non esse curæ sibi Hierosolymitani templi restitutionem, esse desolationem æternam. Atque hic scelus esset, non inserere, eloquentissimi Patris, S. Chrysostomi, ex orat. 2. adv. Judæos de argumento isto dissertationem; plane auream, insignem & cedro dignissimam, quamque optarem, in concionem omnium Judæorum mitti posse:

S. Chrysostomi nobilis & dignus notatu Locus, de divina impeditione Iudæorum in restaurando templo.

Εἰ μὲν γὰρ ἐπεχείρησαν οἰκοδομῆσαι τὸν ναὸν, εἶχον ἂν λέγειν, ὅτι εἴγε ἠβουλήθημεν ἐπιχειρῆσαι, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅψασθαι, πάντως ἂν ἰσχύσαμεν καὶ ἠνύσαμεν· νυνὶ δὲ αὐτοὺς δείκνυμι, ὅτι οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ

Nam si Judæi nunquam tentassent ædificare templum, dicere poterant: si voluissemus omnino aggredi templi instaurationem, omnino potuissemus & perfecissemus. Nunc autem res ipsa demonstrat, eos non semel aut bis, sed

δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἐπιχειρήσαντας καὶ ῥαγέντας, καθάπερ ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσιν· ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τῆς ἐκκλησίας τὸν στέφανον. Ποῦ τοίνυν ἐπεχείρησαν οἱ ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτοντες, οἱ νεωτεροποιοὶ καὶ στασιασταί; μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν· οὐκ εἰδότες, ὅτι ψήφῳ θεοῦ πολεμοῦσι, κελευούσῃ διὰ παντὸς ἐρημοῦσθαι τὴν πόλιν· τὸ δὲ θεοῦ πολεμοῦντος περιγενέσθαι ἀμήχανον. συῤῥύξαντες τοίνυν τῷ βασιλεῖ, πάλιν εἰς ἀνάγκην αὐτὸν κατέστησαν παντελοῦς ἐρημώσεως· καθελὼν γὰρ αὐτοὺς ἐκεῖνος, καὶ χειρωσάμενος, καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, ἵνα μηδὲ ἀναισχυντεῖν ἔχωσι λοιπὸν, τὸν ἀνδριάντα ἔστησε τὸν ἑαυτοῦ· εἶτα συνιδὼν, ὅτι συμβαίνει χρόνῳ ποτὲ τοῦτον καταπεσεῖν, ὥστε αὐτοῖς ἐνθεῖναι καυτῆρα ἀνίατον τῆς ἥττης καὶ τῆς ἀναισχυντίας ἐκείνης ἔλεγχον· τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τῆς πόλεως ἐπέθηκε λειψάνοις· Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν. οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ἐκεῖθέν τε Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν· ὁρᾷς τὴν πρώτην ἐπιχείρησιν τῶν ἀναισχύντων Ἰουδαίων; βλέπε καὶ τὴν μετ' ἐκεῖνον, πάλιν

ſed ter aggreſſos, & impetum feciſſe, non aliter quam fit in certaminibus Olympiacis, ut nulli dubium eſſe poſſit, quin Eccleſiæ ſit victoria. Ubi igitur aggreſſi ſunt illi, qui ſemper reſiſtunt Spiritui Sancto, qui res novas moliuntur, qui ſeditiones concitant? Poſt devaſtationem quæ facta fuit ſub Veſpaſiano ac Tito, ſub Adriano mota ſeditione, conati ſunt priſtinam Rempublicam inſtaurare: haudquaquam intelligentes quod arbitrio Dei bellum gereretur, jubentis in perpetuum eam civitatem devaſtari. Porro, Deo bellante, ſuperare impoſſibile eſt. Impetu igitur facto in Cæſarem, rurſus eum adegerunt ut funditus deleret civitatem. Nam devictis ac ſubactis illis, omnibus reliquiis abolitis, ne in poſterum poſſent impudenter agere, ſtatuam ſuam in loco collocavit. Deinde ſciens futurum, ut illa tempore collaberetur; quo illius victoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumentum, nomen ſuum civitatis ruinis impoſuit. Quoniam enim ipſe dicebatur Ælius Adrianus, ideo & civitati nomen Æliæ juſſit imponi; unde & Ælia dicitur in hodiernum usque diem, cognomine victoris, & everſoris. Vides primum Judæorum conatum. Conſidera & alterum ab hoc. Sub Conſtantino eadem aggreſſi ſunt. At ille viſo ipſorum conatu, amputatis illorum auriculis, ac rebellionis ſigno impreſſo corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos,

ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῖς αὐτοῖς ἐπεχείρησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῶν τὰ ὦτα αὐτῶν ἀποτεμὼν καὶ τὸ τῆς παρακοῆς σύμβολον ἐνθεὶς αὐτῶν τῷ σώματι· πανταχοῦ περιῆγε καθάπερ τινὰς δραπέτας καὶ μαστιγίας. διὰ τῆς τοῦ σώματος πηρώσεως ἅπασι καταδήλους ποιῶν, καὶ τοὺς πανταχοῦ σωφρονίζων, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν πράγμασιν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖα καὶ παλαιά· μᾶλλον δὲ τοῦτο μὲν τοῖς ἔτι πρεσβυτέροις καὶ γέρουσιν ὑμῶν ἐστι γνώριμον· ὃ δὲ μέλλω νῦν ἐρεῖν, καὶ τοῖς σφόδρα νέοις δῆλόν ἐστι καὶ καταφανές· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Κωνσταντίνου γέγονεν. ἀλλ᾽ ἐπὶ βασιλέως πρὸ εἴκοσι ἐτῶν γεγενημένου ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ὑμετέρας· Ἰουλιανοῦ γὰρ τοῦ πάντας ἐν ἀσεβείᾳ τοὺς βασιλέας νικήσαντος, καλοῦντος αὐτοὺς ἐπὶ τὰς τῶν εἰδώλων θυσίας, καὶ ἐπισπωμένου αὐτοὺς πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν· εἶτα τὸν παλαιὸν τῆς θεραπείας προβαλλόμενοι τρόπον, καὶ λέγοντες, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων οὕτως ὁ θεὸς ἐθεραπεύετο· καὶ ἄκοντες ὡμολόγουν τότε ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν νῦν, ὅτι τῆς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἔνι, ἀλλὰ παρανομοῦσι πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦντες ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας· ὥστε εἰ βούλει φησὶν ἡμᾶς θύοντας ἰδεῖν, ἀπόδος ἡμῖν τὴν πόλιν, ἀνάστησον ἡμῶν τὸν ναὸν, δεῖξον ἡμῖν τὰ ἅγια

ceu fugitiva mancipia ac verberones; corporibus mutilatis conspicuos illos faciens omnibus, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi, erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sed hæc, inquient, prisca & obsoleta. Imo hoc potius notum est etiam iis, qui inter vos sunt seniores. Quod vero jam dicturus sum, etiam admodum juvenibus est clarum ac perspicuum. Non enim gestum est sub Adriano aut Constantino, sed sub Imperatore qui fuit ætate nostra ante annos viginti. Etenim cum Julianus, qui Imperatores omnes superavit impietate, vocaret illos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem protrahere conaretur, ac mox objiceret illis priscum culturæ ritum, dicens: A vestris majoribus Deus hoc modo cultus est, etiam nolentes tum fatebantur hæc, quæ nos nunc demonstravimus; quod fas non esset extra civitatem immolare victimas: sed totam, inquiebant, religionem violant, quicunque sacrificant in terra aliena. Proinde si vis nos videre sacrificantes, redde nobis civitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorum, colloca aram, & sacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit sceleratos & effrontes hæc poscere a viro impio paganoque, & impuras illius manus vocare ad exstructionem sanctorum; nec intelligebant se conari impossibilia; neque perpendebant, quod si homo illa demolitus esset, potuisset homo illis ea restituere, verum

cum

τῶν ἁγίων, ἀνάστησον τὸν βωμὸν, καὶ θύσομεν καὶ νῦν καθάπερ καὶ πρότερον· καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο οἱ μιαροὶ καὶ ἀναίσχυντοι παρὰ ἀνδρὸς ἀσεβοῦς καὶ Ἕλληνος ταῦτα αἰτοῦντες, καὶ τὰς μιαρὰς ἐκείνου χεῖρας καλοῦντες ἐπὶ τὴν τῶν ἁγίων οἰκοδομήν· καὶ οὐκ ᾐσθάνοντο ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες πράγμασιν, οὐδὲ συνεῖδον, ὅτι εἰ μὲν ἄνθρωπος ἦν ὁ καταλύσας ἐκεῖνα, ἐνῆν καὶ παρὰ ἀνθρώπου πάλιν λαβεῖν αὐτά· Θεοῦ δὲ ὄντος τοῦ καθελόντος αὐτῶν τὴν πόλιν, ἀμήχανον τὰ τῇ θείᾳ δόξαντα ψήφῳ, δύναμιν ἀνθρωπίνην παρατρέψαι ποτέ· ἃ γὰρ ὁ θεὸς ὁ ἅγιος βεβούλευται, φησὶ, τίς διασκεδάσει; καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; ὥσπερ γὰρ ἃ ἂν ἀναστήσῃ καὶ βουληθῇ μένειν, καθελεῖν ἀδύνατον ἀνθρώποις, οὕτως ἅπερ ἂν καθέλῃ, καὶ βούληται μένειν καθῃρημένα, ἀναστῆσαι πάλιν οὐκ ἔνι· ἔστω δὲ, Ἰουδαῖοι, ὅτι βασιλεὺς τὸν ναὸν ἐδίδου, καὶ τὸν βωμὸν ἀνίστα, καθάπερ ὑμεῖς ὑποπτεύετε μάτην· μὴ καὶ τὸ πῦρ ἄνωθεν ὑμῖν ἀφεῖναι ἐκ τῶν οὐρανῶν δυνατὸς ἦν; τούτου δὲ οὐκ ὄντος, ἐναγὴς καὶ ἀκάθαρτος ἦν ἡ θυσία ὑμῶν· Διὰ τοῦτο γοῦν, οἱ παῖδες Ἀαρὼν ἀπώλοντο, ἐπειδὴ πῦρ ἀλλότριον εἰσήνεγκαν· Ἀλλ' ὅμως εἰς ἅπαντα τυφλώττοντες, παρεκάλουν αὐτὸν, καὶ ἱκέτευον συναρέσθαι καὶ συνεφάψασθαι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ· Ὁ δὲ καὶ χρήματα

cum Deus esset, qui civitatem illorum subverterat, fieri nequaquam posse, ut quæ Deus decreverat, unquam verteret humana potentia. *Nam, quæ Deus Sanctus*, inquit, *statuit, quis dissipabit? ac manum illius excelsam quis avertet?* Sicut enim quæcunque ille stabilierit, volueritque manere, nullus homo potest demoliri: ita quæcunque destruxerit, volueritque manere diruta, nemo poterit instaurare. Verum esto sane, Judæi, Rex templum reddiderit, aram prorsus erexerit, quemadmodum vos frustra potuisse fieri suspicamini; num & ignem cœlestem e sublimi poterat vobis demittere? qui si defuisset, impium & impurum fuisset sacrificium. Ob hoc enim perierunt filii Aaron, quod ignem alienum induxerint. Nihilominus ad omnia obcæcati, obsecrabant ac supplicabant, ut cum ipsis susciperet & aggrederetur instaurationem templi. At is, qui & pecunias impendit, & præfectos misit viros primates, & artifices undiquaque accersi jussit, nihil non fecit, nihil non tentavit, paulatim ac sensim hoc agens, speransq; futurum, ut si posset illos ad sacrificandum inducere, facile illos revocaret ad cultus simulacrorum. Simul & illud fore sperabat insanus ille ac væcors, ut Christi sententiam frustraretur, quæ non patitur templum illud instaurari. Verum is, qui comprehendit sapientes in ipsorum astutia, protinus ipsis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus sit potentius, quod-

ἀνήλωσε, καὶ ἐπιστάτας τοῦ ἔργου ἔπεμψε τοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς καὶ τεχνίτας πάντοθεν ἐκίνησε, καὶ πάντα ἐποίει, καὶ ἐπραγματεύετο, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἄχρις εἰς τὸ θύειν ἐμβάλλῃ, προσδοκῶν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν ἕξειν ῥαδίως, ὁμοῦ τε ἐλπίζων ὁ μεμηνὼς καὶ ἀνόητος τοῦ Χριστοῦ περιγράφειν τὴν ἀπόφασιν, τὴν οὐκ ἐῶσαν ἀναστῆναι τὸν ναὸν ἐκεῖνον· Ἀλλ᾽ ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, εὐθέως διὰ τῶν ἔργων ἐδήλου, ὅτι αἱ τοῦ θεοῦ ψῆφοι πάντων εἰσὶ δυνατώτεραι, καὶ ἰσχυρὰ τὰ ἔργα τῶν λόγων τοῦ θεοῦ· ὡς γὰρ ἥψαντο τῆς παρανόμου ταύτης σπουδῆς, καὶ γυμνοῦν ἤρξαντο τὰ θεμέλια, καὶ πολὺν ἐκένωσαν χοῦν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅπτεσθαι λοιπὸν ἤμελλον, πῦρ ἐκπηδῆσαν ἐκ τῶν θεμελίων τῆς γῆς εὐθέως κατέφλεξέ τε πολλοὺς ἀνθρώπους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους τοῦ τόπου ἐκείνου, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας ἔστησεν, οὐ μόνον τοὺς τὸ ἔργον ἐπιχειρήσαντας, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοι πολλοί, τοῦτο θεασάμενοι ἐξέστησαν καὶ ᾐσχύνθησαν· Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καί τοι τοσαύτην μανίαν ἔχων περὶ τὴν σπουδὴν ἐκείνην, δείσας μὴ περαιτέρω προελθὼν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν καλέσῃ τὸ πῦρ, ἀπέστη ἡττηθεὶς μετὰ τοῦ ἔθνους παντός· καὶ νῦν ἐὰν ἔλθῃς εἰς Ἱεροσόλυμα, γυμνὰ ὄψει τὰ θεμέλια τῆς γῆς ἐκείνης· κἂν τὴν αἰτίαν ζητήσῃς τῆς κατασκαφῆς, οὐδεμίαν, ἀλλ᾽ ἢ ταύτην ἀκούσεις, καὶ τούτου μάρτυρες ἡμεῖς πάντες, ἐφ᾽ ἡμῶν γὰρ, οὐ πρὸ πολλοῦ ταῦτα γέγονε χρόνου· Καὶ σκόπει νίκης περιφάνειαν βεβαίαν· οὐ γὰρ ἐν χρόνοις βασιλέων εὐσεβῶν τοῦτο συνέβη, ἵνα μή τινες λέγωσιν ὅτι Χριστιανοὶ ταῦτα θαρροῦντες ἐπελθόντες διεκώλυσαν μὴ ἀναστῆναι τὸν ναὸν, ἀλλ᾽ ἡνίκα τὰ ἡμέτερα ἠλαύνετο πράγματα, ἡνίκα περὶ τοῦ ζῆν πάντες ἐκινδυνεύομεν, καὶ παρρησία ἀνθρωπίνη πᾶσα παρεῖτο, καὶ τὰ Ἑλληνικὰ ἤνθει, καὶ τῶν πιστῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς οἴκοις ἐκρύπτοντο, οἱ δὲ πρὸς τὰς ἐρημίας μετῳκίζοντο, καὶ τὰς ἀγορὰς ἔφευγον, τότε δὴ ταῦτα ἐγίνετο, ἵνα μηδεμία ἀναισχυντίας αὐτοῖς καταλιμπάνηται πρόφασις.

que valida sint opera sermonum Dei. Nam, simulatque tentassent hunc impium conatum, cœpissentque nudare fundamenta, multamque terram exhausissent, restaretque ut jam structuram aggrederentur: protinus ignis exiliens ex fundamentis exussit multos, & intempestivam pertinaciam interrupit. Quibus auditis Julianus Imperator, quanquam tanta vesania deditus erat illi negotio, veritus tamen ne ultra progressus in suum ipsius caput ignem accerseret; destitit inops consilii cum tota gente. Et nunc si redeas Hierosolymam, conspicies nuda fundamenta: quod si causam quæras, non aliam quam hanc audies. Hujus rei nos omnes testes sumus. Nostra enim ætate hæc non ita pridem acciderunt. Jam considera victoriam insignem. Non enim hoc accidit sub piis Cæsaribus, ac qui dicere possint, quod Christiani confidenter supervenientes opus perfici vetuerunt; sed tum cum res nostræ essent afflictæ, cum omnes de vita periclitaremur, cum omnis libertas esset sublata, cum floreret paganismus, cum fideles quidem alii in ædibus suis latitabant, alii vero in solitudines demigrarunt, foraque fugerant, tum demum hæc acciderunt, ne quis reliquus fieret prætextus impudentiæ.

Et

Et vero, memorabilem rem, de Judæis qui Juliani auspiciis templum reædificare divinitus volebant, impeditis, Ammianus Marcellinus, gentilis scriptor, in principio lib. 23. his verbis memoriæ quoq; consignavit. *Ambitiosum quondam* (de Juliano loquitur) *apud Hierosolymam templum, quod post multa internecina certamina obsidente Vespasiano, posteaque Tito, ægre est expugnatum, instaurare sumtibus cogitabat immodicis: negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curaverat pro præfectis. Cum itaque rei idem fortiter instaret Alypius, juvaretque provinciæ Rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum: hoc modo elemento destinatius repellente cessavit inceptum.* Equidem aut valde fallor, aut, non sine peculiari cura Numinis factum est, ut ipsi adeo Judæi suis monumentis historiam inseruerint, quanquam non bona omnes fide. R. David Gansius enim animadvertisse videtur, quantopere isthæc suæ genti incommodent, ideo veritatem malitiosissime adulteravit. Nam, etsi negare non audet, Deo sic disponente Judæos in restaurando templo fuisse impeditos, tamen genuinam rationem, modumque quibus id factum est, nequiter dissimulat, & solam Juliani mortem Judæos ædificantes sufflamine strinxisse, ex suo ingenio confinxit. Ejus in parte 2. Zemach p. 36. a. verba sunt: הקיסר הזה צוה לחדש בנין בית המקדש לכבוד ולתפארת ונתן לזה עזר ממונו אך מן השמים נתעכב שלא נגמר בנינו כי הקיסר נהרג במלחמת פרס; i.e. *Julianus Cæsar præcepit, ut restitueretur Templū sanctissimum, magno cum decore & pulchritudine, huicq; rei ipse sumtus suppeditavit. Verum cœlitus impedimentum injectum est, ne perficeretur fabrica, nam Cæsar in bello Persico periit.* Atenim, non opus est, ut operose probem, verum, certumque esse, Judæos ante cessasse ab opere, quam Julianus postremam expeditionem adversus Persas, quæ ei exitium attulit, suscepisset. Sufficit coram huc adducere R. Gedaliá, qui in Schalsch. Hakkab. p. 109. b. candide narrationem instituit, & sine fuco: בימי רב חנן וחבריו שהיו שנת כמו ד' אלפים שמ״ט ליצירה אומרים הקרוניקי שהיה רעש גדול בכל העולם ונפל המקדש הגדול שעשו היהודים בירושלים במצוות יוליאן אפוסטטו הקיסר עם הוצאת רבה וביום שאחריו בא מן השמים אש גדול באופן שנתכו כל הברזלים שהיו בבנין ההוא ונשרפו יהודים רבים אין קץ: Id est: *In diebus R. Channan & Sociorum ejus, anno circiter Orbis conditi 4349. memorant libri Annalium, magnum in Orbe universo fuisse terræmotum, collapsumq; esse templum, quod struxerunt Judæi Hierosolymis, præcepto Cæsaris Juliani Apostatæ*

Gentilis Scriptor testis est Deum Judæos templum ædificaturos sufflaminasse.

Eam historiam adulterat R. Gansius.

Sed bona fide recenset R. Gedalja.

Apoſtatæ, impenſis maximis. Poſtridie ejus diei (quo mota fuerat terra) *de cœlo ignis multus cecidit, ita ut omnia ferramenta illius ædificii liqueſcerent, & amburerentur Judæi multi, atque adeo innumerabiles.* Quamobrem vaniſſima ſpe de reſtaurando Templo, ac renovandis poſtliminio antiquis ceremoniis Judæi animos fruſtra lactant. Id quod ſapienter ſecum reputavit R. Samuel Maroccanus, in ſupra laudata Epiſtola c. 21. ſic ad amicũ ſcribens, prout eſt in Argentoratenſi editione: *Valde timeo, domine mi, ab illo verbo, quod Deus fortis & glorioſus dixit per os Malachiæ capit. 1. ubi ſic tangit de ſacrificio gentium Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, Gentes offerent ſacrificium nomini meo mundum. Ubi adverto quod ſacrificium noſtrum non fuit acceptum niſi in uno loco ſolo, ſcilicet in domo ſancta præciſe * quo etiam loco & ſacrificio privavit nos Deus, ſcilicet terra promiſſionis, & ubique diſperſit nos terrarum, jam ſunt mille anni. Unde venit ſuper nos, & completum eſt, quod Deus dixit de nobis per ſimilitudinem loquens per os Eſaiæ capit. 22. ubi ait: Completa eſt vindemia, & non eſt de cætero collectio. Unde venit ſuper nos, & completum eſt, quod Deus dixit per os Malachiæ Prophetæ, ubi ſic ait: Non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrificium non accipiam a vobis. Venit etiam, & jam completum eſt, quod Deus dixit per os Eſaiæ c. 1. cum ait: Sabbata veſtra, & feſtivitates veſtras, & ſacrificium veſtrum non recipiam, quia omnes vos eſtis in ira mea. Venit etiam, & completum eſt ſuper nos, quod dixit in eodem capite Eſaias, cum loquitur per eum Deus, & ait: Quid mihi multitudo victimarum veſtrarum, quid multiplicatis mihi ſacrificium de arietibus, & carnibus hircorum, ego autem contemſi ſanguinem vitulorum, & arietum carnes & hircorum. Cum præſentaveritis ea coram me, & quis recipiet ea a vobis? non deturpetis lapides meos ſanctos. Fruſtra non offeretis ultra ſacrificium, quoniam incenſum veſtrum, & Sabbata veſtra, & ſolemnitates veſtras non recipiam a vobis, quia odivit illa anima mea. Si elevatis manus veſtras ad me, avertam vultum meum a vobis. Et ſi multiplicaveritis orationes veſtras, non exaudiam, quoniam manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Et omne ſacrificium veſtrum, ſicut cadaver fœtidum. Et egreſſus atrii portæ exterioris, & ille qui mihi jugulaverit taurũ, ſicut qui decollaverit hominem, & ille qui obtulerit in ſacrificium hircum, ſicut qui obtulit * carnem, & qui obtulit vinũ, ſicut qui offert ſanguinẽ porci.* Finimus hanc de exciſa urbe Hieroſolymitana, & abrogato Levitico Sacerdotio diſſertationem, S. Chryſoſtomi in orat. 1. adv. Jud. eleganti pol! & ſolida ratiocinatione: Ὥσπερ ὁ ἰατρὸς ἵστησι τῆς ἀκαίρου αἰτήσεως τὸν ἄρρωστον, τὸ σκεῦος ἀφανίσας· οὕτω καὶ ὁ θεὸς τῶν θυσιῶν ἀπήγαγε, τὴν πόλιν αὐτὴν καθελών, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἄβατον πᾶσιν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο κατασκευάσαι ἐβούλετο, τίνος ἕνεκεν εἰς τόπον ἕνα συνέκλεισε τὴν τοιαύτην ἁγιστείαν, ὁ πανταχοῦ παρών, καὶ τὰ πάντα πληρῶν; τίνος οὖν ἕνε-

(Convenit noſter Codex MS. ſed in tom. 2. Biblioth. SS. Patrum legitur: *ex quo autem loco ſacrificii.*)

(In MS. eſt *carnem porci*, in Biblioth. vero SS. Patrũ *canem*, quo modo habet Vulgata Eſa. 65, 31.)

οὗ ἕνεκεν τὴν μὲν λατρείαν εἰς θυσίαν, τὰς δὲ θυσίας εἰς τόπον, , τὸν δὲ τόπον εἰς καιρὸν, τὸν δὲ καιρὸν εἰς μίαν πόλιν συναγαγὼν, αὐτὴν πάλιν ἐκείνην τὴν πολιτείαν κατέσκαψε; καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἡ μὲν οἰκουμένη πᾶσα ἀνεῖται τοῖς Ιουδαίοις, ἔνθα οὐκ ἔξεστι θύειν, μόνη δὲ ἡ Ιερουσαλὴμ ἄβατος γέγονεν, ἔνθα μόνον θύειν ἐξῆν· ἆρα οὐχὶ σφόδρα, καὶ τοῖς ἀνοήτοις δήλη καὶ καταφανὴς γένοιτ' ἂν ἡ αἰτία τῆς κατασκευῆς ἐκείνης; *Id est: Quemadmodum Medicus fracto vase ægrotum cohibet ab intempestivo frigidi potus appetitu: Sic & Deus, eversa civitate ipsa, adeoque funditus diruta, ut omnibus facta sit inaccessa, Judæos a sacrificiis abduxit. Nam, si hoc non agebat, cur religionem illam in unum locum conclusit, qui nusquam non est præsens, qui implet universa? Cur igitur cultum redegit ad victimas, victimas, ad certum locum, locum, ad tempus, tempus, ad unam civitatem contraxit, ac rursus hanc ipsam civitatem subvertit? Adde, quod mirum est, & incredibile, totus terrarum orbis conceditur Judæis ad sacrificandum, ubi fas non est sacrificari; solam Hierosolymam illis adire non licet, in qua sola licet immolare. Annon igitur vehementer etiam tardis clarum perspicuumque est, quam ob causam ea civitas fuerit subversa?*

Fratresq; suos in pace visitabit] Enim vero id utiq; factū est ô Judæa natio, διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ὑμᾶς, ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit vos oriens ex alto.* At, proh dolor! tu alia omnia agens, nec saluti tuæ invigilans, οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. Quamobrem manet vos divina ira, & quia verum Redemtorem sprevistis, sæpe hactenus in medium prodiit Sycophanta aliquis impurus, qui phaleratis verbis vos ducens, & Messiam, aut ejus ante ambulonem sese fingens, cum auri montes pollicitus esset, mox non tantum per deridiculum verba vobis dedisse, sed insuper ex tranquillissima re, in summam vos perniciem conjecisse deprehensus fuit. In proclivi erat, magnum istorum nebulonum, per singulas ætates eundo, edere catalogum; sed, ne ipsa sibi obstet multitudo, & nostrorum annalium fidem laborare arbitremini, agedum, eos tantum cogitare & numerare vos jubeo, quos ipse vester R. Gedaljah in Schalsch. Hakkab. p. 44. b. seqq. collegit, cujus integrum locum huc transferre non pigebit.

De iis qui falso personam Messiæ induerunt.

ראיתי באגרתו של רמבם לחכמי מרסילייאה שאומר ועל ענין המשיח שאמרתם שהגיעו לכם דברים משמי לא כך היה המעשה ולא

Vidi Maimonidem in epistola ad Rabbinos Massilienses scribentem in hanc sententiam: Quantum ad Messiam attinet, quod dicitis, ad vos quædam meo nomine perlata esse,

במזרח היה אלא בארץ תימן
עמד איש א׳ זה כמו כב שנים
ואמר שהוא שליחו של משיח
תמישר דרך לפני ביאתו ואמר
להם כי מלך המשיח יתגלה שם
ונתקבצו אחריו יהודים וערביים
רבים והיה מטעה אותם
באמרו באו עמי ונצא לקראת
משיח כי הוא שלחני אליכם לישר
דרככם: וכתבו אלי אחינו שבארץ
תימן כתב גדול והודיעו לי משפטו
ודרכו וחדושיו שמחדש להם
בתפלות ושראו נפלאותיו: (ואני
המחבר ראיתי בספר שבט יהודה
שא׳ מאותותיו היה שלן מצורע
והשכים בריא) ושאלו לי על זה
והבנתי כל הדברים והכרתי
שאותו האיש היה חסר דעת אבל
היה ירא שמים בלא חכמה וכל
מה שאומרים שעשה או נראה
על ידו הכל שקר וכזב ופחדתי
על היהודים משם וחברתי להם
כמו ג׳ קונטרוסים מענין מלך
המשיח וסימניו וסימני הזמן
שיתראה בו והזהרתי אותם
להזהיר האיש הזה שמא יאבד הוא
ויאבד הקהלות כללו של דבר
לאחר השנה נתפש וברחו ממנו
כל הנלוים אליו ויאמר לו אחד
ממלכי הערביים שתפש אותו מה

esse, non ita se res habet, neque in Oriente hæc evenerunt, sed in Australibus regionibus prodiit vir quidam, viginti & duos circiter natus annos, jactitans se esse Legatum Messiæ, ad præparandum viam ante illius adventum, asseruitque, Regem Messiam ibidem sese exhibiturum. Huic multi Judæi, multique Arabes adhæserunt, quos ipse seduxit, dicens: Venite mecum, ut obviam procedamus Messiæ, nam ipse me misit ad vos, ut viam vestram sternerem. Cæterum scripserunt ad me Fratres nostri, Australium regionum incolæ, epistolam magnam, narrantes mihi mores & instituta ejus, ostenta item, quæ precibus suis patraverat, affirmantes vidisse se illius miracula. (Atq; ego Auctor libri Schalschelet Hakkabbala memini me legisse in libello Schevet Jehuda unũ ex illius miraculis fuisse, quod, leprosus somno se tradens, integer purusq; surrexit.) Quæsiverunt igitur de his sententiam meam, quibus omne negotium exposui, evicique istum virum destitui sana mente. Erat tamen cultor Numinis, etsi sine sapientia, ac quæcunque illum fecisse & ostentasse ajunt, ea omnia falsa sunt & conficta. Enimvero interminatus sum Judæis Australibus, composuique dissertationem trium fere Quaternionum, de Rege Messia illiusque indiciis, & de notis temporis quo ipse se manifestabit. Proinde commonefeci illos, juberent virum illum cavere sibi, ne & seipsum cœtumque universum perderet. Summa rei: Anno ver-

זאת עשית והשיב כי שליח המשיח
הוא אמר לו המלך מה המופת
שלך השיב לו חתוך ראשי ואחר
כך אחיה כבראשונה אמר לו
המלך אין לך מופת גדול מזה
ואם הוא כך אני וכל העולם
נאמין לדבריך : מיד צות המלך
וחתך ראשו ונהרג העני ההוא
תהא מיתתו כפרתו ונענשו
היהודים ממון גדול ועד עתה
יש חסרי דעת שאומרים עתה
יחיה כך היו הדברים ואתם
שמעתם שהגיע כתבי לפיס שמא
אותן הדברים ששלחתי לארץ
תימן הועתקו והגיעו שם וכו'
אגב גררא בחרתי להודיעך מעשים
אחרים כאלה למען תראה שאין
להאמין לכל דבר כפתאים :
ראיתי בספר שבט יהודה האומר
שהיה במדינת פרס איש שעשה
עצמו משיח וגלגל צרות רבות
לישראל: וקודם זה כמו י' שנים
במדינת קורדובה היה איש כזה
וכמעט גלגל כליה וכן בצרפת
עמד יהודי על זאת השמועה
ונהרגו כמה קהלות : וכן נראה
בהרשבא שאלת י"ו שקם איש אי
עם זה השבוש ובשנת רתתקכ"

no vertente captus est, aufugeruntque omnes, qui illum pridem sectati fuerant. Ibi, is Arabiæ Rex, qui eum ceperat, quærere: Eccur has turbas concitasti? respondebat captus: Se Messiæ Legatum esse. Porro percontatur Rex, quo miraculo fidem dictis facere posset? subjicit alter: Amputa mihi caput, atque denuo reviviscam. Tum Rex: Sane, nullum isto majus dari potest ostentum, &, si hæc ita evenient, ego, orbisque universus fidem verbis tuis habebimus. Continuo præcepit Rex, ut caput ei præcideretur, mortuusque est miser ille, (cujus supplicium utinam sit culpæ ejus expiatio!) magnoque ære Judæi mulctati sunt. Atque reperiuntur etiamnum inter Judæos amentes quidam, qui eum mox in vitam reversurum opinantur. Sic ista gesta sunt, atque vos audivistis epistolam meam perlatam fuisse Pisas, fieri igitur potest ut ea quæ Australibus scripseram, (ex Arabico) in aliud idioma translata fuerint, & illò pervenerint: adde cætera quæ ibi consequuntur. Per hanc occasionem, constitui, (*Fili charissime,*) alios similes eventus tibi narrare, ut intelligas non cuique rei fidem adhibendam esse, prout facere stulti solent. In libro Schevet Jehuda memoriæ proditum est, fuisse quendam in Persia, qui seipsum Messiam ferebat, is multis malis Judæos exposuit. Decenio ante hunc prodiit vir ejusmodi in urbe Corduba, qui fere causa fuisset ut omnes Judæi ad internecionem delerentur. Sic

in

בעיר נקרא אמריה והוא קרוב
לנהר פישון בקרב מלכות מדי
רחוק ממלכות פרסיאה כמו מהלך
נ׳ ימים והיה שם כמו אלף
בעלי בתים ובתוכם בחור נקרא
דוד אלמוסר ונתחכם בקבלה
מעשית ומיני כשופים עד שנכנס
בו רוח שטות ועשה עצמו משיח
והסית והדיח יהודים רבים ומרד
במלכות וישלח לו המלך בטחון
שיבא אליו ובבואו השימו בסוהר
והוא ברח משם וילך המלך
אחריו והוא היה רואה ואינו נראה
ויגל עיני המלך והראה לו שהיה
בורח ויצו המלך ליהודים שיביאוהו
אליו בקנסים גדולים ולבסוף נהרג
ונחת המלך שככה אך השים מס
גדול על היהודים וראיתי כי צוה
ליהודים שלא יביאו מלבושים
אלא עד חצי גופם ושישאו
אחריהם עץ גדול וכבד תלוי על
צואריהם בחבל באופן שתמיד
היו עומדין בביתי ואם לאיזה
צורך גדול היו יוצאים היו אנשי
העיר לועגים עליהם ומכים על
העץ ומצערים אותם מאד אמת
שלא נודע אם זאת הגזרה

in Gallia quoque quidam Judæus eandem perſonam induerat, inde plurimi Judæorum cœtus interfecti ſunt. In (Quæſtionibus & Reſponſis) Raſchbæ Quæſt. 10. traditur, Anno 4924. in urbe Amaria, quæ Piſchoni fluvio qua Medorum regionem alluit, vicina eſt, & a Perſia quinquaginta dierum itinere diſtat, virum quendam, idem facinus meditatum eſſe. Erant ibi mille circiter familiæ Judæorum, atque inter has, juvenis quidam, cui David Almuſſar nomen; is Kabbalæ practicæ, & veneficiis cum ſe totum tradidiſſet, dementia ipſum denique cepit, ut ſe Meſſiam fingeret, multos Judæos in fraudem pelliciens ſeducensque, & adverſus Regem rebellans. Cæterum miſit ei Rex ſalvum conductum, ut ad ſe veniret; cum vero veniſſet, carceri illum incluſit. Evaſit ex ea cuſtodia, Regeque ipſum perſequente, videns cuncta, videri non poterat, donec glaucomate quod ob Regis oculos objecerat, ademto, oſtenderet ſe aufugere. Præcepit igitur Rex Judæis, ſub magnarum pœnarum comminatione, ut illum adducerent, (*cujus juſſibus cum moremgeſſiſſent,*) tandem occiſus eſt, fuitque ſedata Regis ira, ita tamen ut grave tributum Judæis imperaret. Conſtat, mandaſſe (*Regem*) Judæis, ut medio tantum corpore tenus veſtiti incederent, & ut a tergo magnum graveq; lignum fune e collo ſuſpenſum geſtarent. Eam ob cauſam jugiter in ædibus deliteſcebant, atq; ſi quæ neceſſitas illos foras prodire compelleret, irridebant

היתרת עבור זרה והמעשרת או אחר כמוהו ׃ וכתב יוסיפון שכ״ה שנים קודם חרבן בית שני בהיות קוספדו פאדו פקיד קיסר רומה על ארמת היהודים קם מכשף א׳ נקרא תודה ואמר שהיה נביא והסית כמה יהודים לחטוף ממון באשר ימצאו וילכו אחריו על שפת הירדן שיבקענו ויעברו ברגליהם והפקיד שליח אחריהם ויהרגם והביאו ראש המסית אליו ׃ וכזה ראיתי בקרוניקי ומעט אחר כך קם יהודי שבא מארץ מצרים וגם הוא התפאר מנבואה ורבים הלכו אחריו על הר הזיתים והעלו חרס בידם עיין יוסיפון ספר כ׳ פ״ו ׃ ובזמננו זה שנת חמשת אלפים ר״ס לבריאה קם יהודי בגליל איסטריאה ושמו ר׳ אשר לימלה אשכנזי שעשה עצמו נביא והיה אומר שיצומו וישובו בתשובה כי קרובה הישועה וכן כל גלות איטליא האמינו לדבריו וישובו איש מדרכו הרעה בכל כחם דבר פליא כמעט כתשובת נינוה וימת האיש ולא בא משיח וגלגל המרות גדולות כי בראות חפתאים שמשיח לא בא אז המירו ועדין השנה ההיא

debant illos incolæ urbis reliqui, & lignum percutiendo insignem molestiam iis creabant. Ut tamen verum fatear, non satis cognitum habetur, num huic pœnæ, ea quam dixi res, vel alia istius generis, caussam præbuerit. Refert quoque Josephus, anno circiter vigesimo quinto ante desolationem templi secundi, cum Cuspius Fadus a Cæsare Romano Judææ Procurator datus esset, surrexisse veneficum quendam, cui nomen Theudas, qui se Prophetam venditabat, multisque Judæis autor fuit, ut quibus possent modis opes sibi raperent, seque ad ripam Jordanis fluminis sequerentur, quem ipse scissurus esset, ut siccis pedibus transire possent. At Procurator, immissis militibus trucidavit illam turbam, caputque istius seductoris ei fuit allatum. Idem scriptum reperi in aliis Annalium libris. Paulo post, prodiit quidam Judæus Ægyptius, qui & ipse vatem se prædicabat, eumque magna multitudo ad montem olivarum prosequuta est, sed, (*quod in proverbio vulgo dicimus, mari sese commiserunt, uniones piscari volentes, nec aliud præter*) testam manibus retulerunt. Vide Josephum lib. 20, c. 6. His nostris quoq; temporibus Anno post creationem 5260. exortus quidam Judæus in partibus Istriæ, R. Ascher Lemla Germanus dictus, is Prophetam agens, hortabatur, ut jejunarent homines, & per pœnitentiam ad bonam frugem se reciperent, prope enim adesse salutem. Et vero omnes Judæi, qui Ita-

נקרא שנת התשובה : וכן בשנת חמשת אלפים רצד לבריאה שהיה שנת אלף תסו לחרבן הבית שני בא מארץ מרחקים איש יהודי ושמו רבי דוד הראובני והגיע לרומה ודבר עם אפיפיור כלימנטי וימצא חן בעיניו והיה אומר כי הוא שר צבא מלך ישראל והיה קצר הקומה שחור ככושי וכמו בן מה שנים והלך ודבר אל מלך פורטוגאל והוליך אתו מליצים כי לא היה יודע לדבר אלא בלשון קדש וערבי ויאמר למלך איך מלכי ישראל העומדים מעבר לחלח וחבור ונהר גוזן היו שולחים אותו לאמר לו אם יש את נפשו להיות עמם נגד שונאיהם ולתת להם אלים המנגחים שיש לאל ידם לכבוש אותם ויאמר המלך שכן יעשה. וזה רבי דוד עמד שם ימים רבים ובהיותו שם העיר יי׳ רוח בחור אי׳ אשר היה מסופרי המלך והיושבים ראשונה לפניו והיה מזרע ישראל והרהר תשובה בלבו וידבר אל רבי דוד ויצאו מהמלכות ההוא ונתגייר והשי׳ שמו שלמה מלכו ואפילו שנולד ערל משולל

liam inhabitant, verbis ējus fidem adhibuerunt, atque quisque, quantum maxime poterat, improbitate deſerta, pietati ſeſe mancipabat. Erat res plane mira, & vere talis pœnitentia, qualem olim Ninivitæ egerunt. Atenim mortuus eſt vir ille, neque venit Meſſias, magnæq; ex ea re apoſtaſiæ enatæ ſunt. Cum enim homines ſimpliciores viderent, non venire Meſſiam, defecerunt a Judaica religione: interim is annus etiamnum vocatur annus pœnitentiæ. Pariter Anno orbis conditi 5294. qui eſt annus a deſtructione templi ſecundi 1466. e remotis regionibus prodiit vir quidam Judæus, R. Moſes Rubenita nomine, qui Romam delatus, cum Papa Clemente (VII.) ſermonem contulit, valuitque gratia apud illum, gerebatque ſe pro Duce exercitus Regis Judæorum. Erat autem ſtaturæ humilioris, & niger in modum æthiopis, ac quaſi annos quadraginta quinque natus. Poſtea Regem Luſitaniæ adiens, cum eo egit, habebatque ſecum interpretes, non enim aliarum linguarum, præterquam Hebrææ & Arabicæ gnarus erat. Cæterum ſignificabat Regi, miſſum ſe eſſe a Regibus Judæorum, qui trans Chalachum, Chaborem, & Nehargoſanem degunt, ut nunciaret ei, ſi opem ferre vellet iis adverſus hoſtes illorum, & concedere arietes conquaſſantes (*ſive tormenta & machinas bellicas,*) tum facili negotio ſubacturos ipſos inimicos; idque Rex facturum ſeſe eſt pollicitus. Iſte vero R. David, per longum

מתורת משה כאשר הגיע בין היהודים היה דורש ברבים בכל גלילות איטליאה ותוגרמה דברים נוראים על התורה שבכתב ושבע״פ ע״ד הנסתר ופשטים יפים ומתמיהים לא נשמע כמוהו ולא נודע איך הפליג בכל כך חכמה והיה אומר שהיה לו מלאך מגיד וחבר ספרים והיה אומר היותו משלוחי המשיח והיה יפה תאר מאד חסיד ושוע: וזה רבי דוד היה מתענה ו ימים וו׳ לילות רצופים ואני שמעתי איש יא ראוי להאמינו נקרא רבי יהודה דבלניש שהעיד בשבועה שבהיותו ברומה הוא היה א׳ משומרי זה האיש שלא יאכל כל זה הזמן כדי לראות הפלא וזה רבי שלמה הלך למנטווה לדבר אל קיסר קרלו ולא נודעו דבריו זולתי שהקיסר נתמלא חימה וצוה שישרפוהו וכן עשו עם רסן בפיו כי פחדו שמא יאמר איזו השבעה ויברח ועדיין יש יהודים רבים שטועים אחריו באמרם שהוא חי ושהולך בכל שבת לקדש לארוסתו שבצפת וע״א של הבל

gum tempus ibi substitit, dumque sic moram agit, excitavit Deus animum viri juvenis cujusdam, qui unus erat ex iis quos Rex habebat a secretis, quique præcipua apud eum fruebantur dignitate. Hic, cum majoribus Judæis esset progenitus, in corde suo statuit pœnitentiam agere, (*& Christianam, quam hactenus professus erat religionem deserere.*) Itaque ea de re sermonem contulit cum R. Davide, amboque e regno Lusitaniæ egressi sunt. Tum deinde sacris avitis initiatus juvenis, nomen Salomonis Malcho accepit. Quanquam autem præputiatus Christianus, legisque Mosaicæ exsors natus (*educatusque*) fuerat, tamen ad Judæorum cœtum aggregatus, (*eos brevi in sapientia profectus fecit,*) ut deinde per omnem Italiam & Tusciam, pro concionibus, res abstrusissimas, tam ad scriptam Legem, quam ad παρτρώπαράδοσεις attinentes, proponeret, diceretq; mysteria, ac explicationes pulcherrimas & adeo mirificas. Nemo unquam auditus est, qui cum hoc comparari queat, neq; scitur, quomodo ad id eruditionis culmen pervenerit, nisi quod ipse dicebat, se suggestore Angelo uti. Libros multos composuit, seque unum ex Messiæ emissariis ajebat esse. Forma illi egregia, pietas insignis, & opes magnæ. Sed enim ante memoratus R. David, sex dierum totidemque noctium continuo jejunio se maceravit: atque mihi retulit vir fide dignissimus, R. Jehuda de Balneis, sub sacramenti religione

ויא כי הוא התנבא מית: ואמר
פסוק אבל אשם אנחנו וכו' שיש
בפסוק הי' תיבות שמתחילין מילת
א' שרומז אל שנת חמשת אלפי'
אנחנו על אחינו עולה רץ : והיה
אומר שבשנת הרץ נגזר דינו
למות במיתה משונה ועל האמת
קדש יי' שלא רצה להמיר אפילו
שנדרו לו החיים והקיסר הוליך
רבי דוד לספרד ושם מת:

ne, dum Romæ morabatur fuiſſe ſe ex obſervatoribus qui ſtupédæ inediæ explorandæ cauſa R. Davidi aſſidebant, ne quid clanculum univerſo illo tempore comederet. Verum enim vero, R. Salomo (*Malcho*) denique Mantuam ſe contulit, ut ibi cum Imperatore Carolo (V.) ſermocinaretur, neque ſatis perſpectum nobis, quid in eo colloquio ſit actum, præterquã quod conſtat, ira adverſus eum excandeſcenté Imperatorem, juſſiſſe, ut vivus cremaretur, idq; factum eſt, capiſtro ori ejus indito; metuebant enim, ne (*conceſſo libero linguæ uſu*) incantaméta proferret, evaderetq;. Atque ſunt etiamnum Judæorum multi ſic ineptiſſime perſuaſi, vivere illum, & quoquo Sabbato viſitare ſponſam ſuam Zephati, quasq; alias fingunt ineptias. Sunt, qui perhibent, prænunciaſſe ipſum mortem ſuam, recitatis (*ex Gen. 42. commate* 21.) verbis, אבל אשמים אנחנו על אחינו אשר ראינו צרת נפשו in his quia quinque vocabula a litera Aleph incipiunt, quinquies millia deſignari ajebat, cumque ſi elementa vocum אנחנו על אחינו ad numeros redigantur, emergant, 290. aſſeverabat, anno 5290. (*cæleſte*) conſultum de luendo atrociſſimo ſupplicio adverſus ſe pronuntiatum fuiſſe. Verumtamen Numini veritatis hoſtiam ſacravit, nec enim (*Judaicam religionem*) abnegare volebat, etiamſi ſub hac conditione vitam ei pollicerentur: R. Davidem autem Cæſar in Hiſpaniam ablegavit, ubi diem ipſe obiit ſupremum.

Nimirum, hanc meritam ultionem Divina Nemeſis a Judæis ſumit, ut quando verum Meſſiam contemnunt, & ſuis blaſphemiis infamant, naſo interim adunco ſuſpendantur ab ineptiſſimis impoſtoribus, & non bonorum tantum, ſed & vitæ ſuæ, imo ſalutis æternæ patiantur jacturam!

Eſt tempus plangendi] Scio ſic dixiſſe Salomonem in Eccleſ. 3, 4. Sed, de præſenti hac vita loquitur. Te vero Lipmanne, tuique ſimiles, ob extremam incredulitatem, & horrendas blaſphemias, æternum manet, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Lipmanni falſa ratio Judæorum perennitatis.

Non perdam plane Judæos] Etſi non ſatis ſcio, quem Scripturæ locum Lipmanne innuas, tamen, multos huc collimare non diffiteor, tibique concedo, non velle Deum Judæam gentem penitus exciſam: ſed, quam inter tot clades, exilia, interneciones ſervavit hactenus ſuperſtitem

ſtitem

ſtitem eandem ſervabit ad mundi usque ſupremum & decretorium diem. At de rei iſtius cauſa mihi tecum non convenit. Tu enim exiſtimas, ideo id fieri, ut Deus miracula ſua inter gentes faciat, atque palam comprobet, quanto amore vos præ reliquis mundi nationibus proſequatur. Sed, nimis velim ego abs te ſcire, quæ ſint illa cœleſtis potentiæ ac providentiæ effecta, inde a deſolato templo, & exciſa Republica veſtra, ad præſentem usque temporis articulum, in veſtri gratiam edita. Mihi nulla ſuccurrunt, quin potius contraria omnia vera videntur, & multis illuſtribus documentis quotidie Deum comprobare exiſtimo, haud magnam eum veſtri curam gerere, ſed vos odiſſe, & penitus averſari. Atque, ne hoc graviter feras, ecce tibi vel ipſos priſcos Sapientes veſtros, opinionis meæ ſuffragatores. Nam in Berachot fol. 32. b. profitétur ingenue: מיום שחרב בית המקדש נפסקה חומת ברזל בין ישראל לאביהם שבשמים שני ואתה בן אדם קח לך מחבת ברזל ונתת אותה קיר ברזל בינך ובין העיר : i. e. *A die quo deſtructum templum fuit, Judæi ferreo muro a Patre eorum cœleſti ſejunguntur*. Huc ſpectat illud (Ezech. 4, 1, 3.) *Tu igitur fili hominis &c. accipe tibi ſartaginem ferreã, quam pones pro muro ferreo, inter te & civitatem iſtam.* Proinde acerbe queruntur, ibidem fol. 20. a. אנן קא מצערין נפשן ומצווח קא צוחינן ולית דמשגח בן i. e. *Nos quidem maceramus nos* (multis & diuturnis jejuniis,) *& indeſinenter* (ad cœlum) *clamamus, verum nemo eſt, qui ad nos advertat animum.* Sane, ſi quis attente & conſiderate hiſtoriarum monumenta evolvat, deprehendet, quamprimum Judæi in regno aliquo, aut gente inter Chriſtianos, tacitis incrementis augeſcere, divitias luculentas parare, criſtasque nonnihil erigere cœperunt, ſtatim occulta Dei diſpoſitione, inſignem aliquam cladem, quæ homines illos fortunis omnibus exutos, ad incitas redegit, aut ſolum plane vertere coëgit, conſequutam eſſe. Sic, cum in Gallia Judæi proſperitate uterentur, a Philippo Pulchro, & Philippo Longo ſedibus pulſi ſunt. In Anglia ſuperbire volentes, Eduardus I. regno ejecit. In Hiſpania & Luſitania bonis mirifice auctos, avorum noſtrorum memoria Ferdinandus & Emanuel Reges, ſedibus exturbarunt; ut alia minora nationis iſtius detrimenta, quæ ſuccreſcentes ſpes opesque illorum, in ipſa herba ſemper conſciderunt, nunc taceam: nam hæc ſingulatim enarrare, nimis longum foret, nec exitum inventura erat rerum ſeries, ipſaque ſibi multitudo penitus obſtat. Nullo igitur modo genuinam nobis cauſam Lipmannus prodidit, quare populus Judaicus inter tot ſeculorum continuas perſecutiones, exilia, oppreſſionesque, tamen in longum ævum perduret; ſed aliam longe edere convenit. Atque hoc quidem, multi jamdum inter nos præſtiterunt, & præ cæteris non imperite in hoc negotio verſatus eſt Johannes Ma-

Iudæi a Deo deſerti.

Iudæorum proſperitati Deus ſemper obicem ponit.

ria Vincenti Canonicus Regularis Theatinus, in Tractatu Italico, quo disquiritur: Num ſatius ſit retinere, quam expellere Judæos p. 54. cujus verba conſulto exſcribimus. *Io ſtimo che con buona conſcienza e conſervando il zelo, che, verſo la fede Criſtiana ſiama obligati di hauere, non solamente ſi poſſa, ma ſi debba permettere, che queſta povera gente Hebrea habiti nelle Criſtiane terre, e non ſieno con tanto rigore discacciati: quelle circoſtanze concorrendovi per parte degli Hebrei, e de Criſtiani inſieme che ricercate ſono dalle divine, e dalle humane leggi. Muouomi in primo luogo per ragione, che deve a tutte le contrarie prevalere. Queſta è la Religione, che ſopra ogni altro deve ſempre tenere il primo luogo. Laſciato dunque il portare, che ſolo pare baſtar dourebbe, l' eſempio del grandiſſimo Iddio, che in tutte le operationi deue ſervire per prima regola, & idea alle ſue creature. Il quale ogni ragione parendo che voleſſe, ch' egli discacciaſſe dalla caſa ſua di queſto noſtro univerſo queſta gente infelice, come nemica ſi fiera del ſuo nome, che con tanta crudeltà ha dato ingiuſta morte al figlio ſuo; popolo ingratiſſimo, e rubello, che dopo tanti favori, unicamente eletto fra tutte le nationi del mondo, con ingratitudine ſi brutta, e così enorme, gli ha dato de' calci, e procura diſtruggere la ſua legge, & i ſuoi fedeli; tuttavia vediamo non l' ha fatto giammai, ne è per farlo, anzi per ſopportarla con molta patienza fino alla fine del mondo. Coſa certo degna di ammiratione, che co' ſoli Hebrei non pratichi Dio ciò, che hà coſtumato ſempre con tutti i popoli paſſati del mondo, di cui nelle ſcritture habbiamo, che dal mondo gli hà tolti, & annichilati, commandando fino a gli Hebrei, che levaſſero loro la vita, come appare chiaro ne' Jebuſei, Amalechiti, Filiſtei, & i ſette popoli tutti, de' quali non ſi troua più veſtigio nell' Vniverſo. Qual ſarà di queſto la cagione? ſe non, che quell' altiſſima providenza, per altiſſimi ſuoi fini, che a tutti li altri prevalgono, vuole che viva, e ſtia in piedi la natione Hebrea. Sia per tutto il mondo diſperſa, dauanti gli occhi de' tutti Criſtiani. Che ſe tal fine di Dio andiamo noi ricercando, altro non è al ſicuro, ſe non quello, che la noſtra Chieſa n' inſegna. Come trouiamo ſcritto in tanti ſacri Concilii, in tante Pontificie conſtitutioni, in tanti Padri, Dottori, & Intelligenti, che hanno ſcritto:* In teſtimonium fidei. *In teſtimonianza della fede. Che dir vuole. Che vuole Iddio ſparſi ſieno gli Hebrei per le terre tutte, e paëſi de' Criſtiani, come teſtimonii tanti della verità della noſtra Religione, come memoria della paſſione, e morte di quel Criſto, da gli Hebrei vcciſo, che la noſtra fede fondò, e'l principio fù d' ogni noſtro bene.* Latinis verbis id dicit: *Ego ſic exiſtimo, cum bona conſcientia, zeloque, quo ſanctam Chriſtianam fidem proſequi tenemur, ſalvo, non poſſe tantum, ſed & debere permitti, ut iſta paupera Hebraeorum gens, in regionibus Chriſtianorum habitet,*

Licet Chriſtianis tolerare Iudæos.

habitet, neq; cum tanta severitate esse expellendos: modo illa circumstantia tam ex parte Judaeorum quam Christianorum concurrant, quas leges Divinae & humanae exigunt. Movet me principio argumentum, omnibus quae in contrarium objici possunt, longe valentius. Nimirum Religio, cui rerum omnium primas tribuere convenit. Remoto igitur praejudicio, videtur unice sufficere debere exemplum Dei ter maximi, quod omnium actionum regulam creaturisq; ideam constituere, aequum est. Hunc si respiciamus, omnis ratio flagitare videtur, ut ipse a domo sua, ex hoc scilicet universo exturbare debeat istam infelicem nationem, tam vehementer inimicam sui nominis, & quae cum tanta crudelitate injustam mortem filio ejus intulit. Populum ingratissimum, & rebellem, qui post tot acceptos favores, unice insuper inter omnes mundi nationes electus, cum tam foeda & enormi ingratitudine calcibus illum petiit, annititurq; & legem & fideles ejus destruere. Nihilominus videmus, non eum id unquam fecisse, nec facturum esse, sed toleraturum eundem ipsos patientissime, ad mundi usq; finem. Res certe digna admiratione est, in solos Hebraeos non statuisse Deum id, quod solitus est statuere in omnes reliquos mundi populos, de quibus in Scripturis habemus, quod eos e mundo sustulerit, & in nihilum redegerit, etiam vel Hebraeis praecipiens, ut illos trucidarent, sicut in Jebusaeis, Amalechitis, & Philistaeis clare apparet, quorum in hoc universo nullum amplius vestigium reperitur. Ecqua istius rei potest esse ratio, nisi quod summa illa Providentia, ob fines gravissimos, omnes alios superantes, vult, ut salva sit, & consistat Hebraea natio, & per totum orbem, coram oculis Christianorum dispergatur. Hunc Dei finem si inquirere moliamur, vere non est alius, quam quem Ecclesia nostra nos edocet. Sic enim reperimus scriptum in tot sacris Conciliis, in tot Pontificum Constitutionibus, in tot Patrum, Doctorum, & Sapientum monumentis, fieri id: In testimonium Fidei. *Hoc est: Vult Deus, ut sparsi sint Hebraei per omnes regiones & territoria Christianorum, in testimonium veritatis nostrae religionis, in memoriam passionis & mortis illius Christi, ab Hebraeis occisi, qui nostram fidem fundavit, omnisq; nostri boni autor extitit.* Sic omnino se res habet, haec vera Judaeorum per omnes terrarum angulos dispersionis, & in illa dispersione perpetuae conservationis hactenus causa fuit. Atque, nisi mentem oculosq; penitus excaecatos haberent Judaei, poterant utique & ipsi, nullo negotio hanc veritatem deprehendere, quae tam clara, tam exposita cernitur, ac cum sudum est, Solis radii.

Cu Deus Judaeorum nationem servet superstitem.

Alienigenas, in locum eorum, quos ipse plasmavit, substituens.] Hoc hercle factum est. Sed, ecquae spes vobis, Judaei, relinquitur, pristinum gradum & dignitatem unquam repetendi? Nulla, ex mente primariorum Doctorum vestrorum, penitus, ne quidem poenitentibus, & ad bonam frugem conversis, apertamq; in desperationem ipsi prolapsi sunt.

Ipsi Judaei fatentur, actum videri de sua restitutione.

ſunt. Memorabilis in hanc rem locus eſt in Sanhed. fol. 98. b. illum cum iis quæ R. Salomo annotavit, obſecro recognoſcite. מאי ונהפכו כל פנים
לירקון אמר ר' יוחנן פמליא של מעלה ופמליא של מטה בשעה שאמר
הקב"ה הללו מעשה ידי והללו מעשה ידי היאך אאבד אילו מפני אילו
אמר רב פפא היינו דאמרי אינשי רהיט ונפיל תורא ואזיל ושדי
ליה סוסיא באורייה; id eſt: *Quid ſibi volunt illa* (Jeremiæ 30,6.) Et converſi ſunt omnes vultus in pallorem. *Autor eſt R. Jochanan,* (id accidiſſe) *familiæ ſupernæ infernaque, cum* (Judæis pariter & Ægyptiis in maris algoſi alveo ſimul conſtitutis,) *Deus diceret: Tam hi, quam illi opera ſunt manuũ mearum, & quare hi magis quam iſti perdendi veniunt? Huc applicavit R. Jochanam, illud vulgi ore frequentatum proverbium: Excucurrit bos, ceciditq;,* (& crus ſibi fregit,) *ideo abiit* (herus,) *& equum in ejus præſepe conſtituit.* In poſtrema verba, ſic comentatur R. Salomo:
כשרץ השור ונופל מעמידין סוס במקומו באבוסו מה שלא היה רוצה לעשות
קודם מפלתו של שור שהיה חביב עליו שורו יותר וכשמתרפא השור
היום או למחר ממפלתו קשה לו להוציא סוסו מפני השור לאחר
שהעמידו שם כן הקב"ה כיון שראה מפלתן של ישראל נותן גדולתן
לאומות העולם וכשחוזרין ישראל בתשובה ונגאלין קשה לו לאבד
אומות העולם מפני ישראל; id eſt: *Quando diſcurſans bos cadit, equus in locum illius intra præſepe conſtituitur, id quod ante ipſius lapſum Dominus minime facere deſtinaverat, magis enim bove capiebatur. At bove poſtea a lapſu convaleſcente, grave eſt domino equum in bovis gratiam e præſepi ejicere, poſtquam ſemel illo collocatus fuit. Sic Deus Benedictus cum Judæos prolapſos deprehendiſſet, dignitatem illorum* τοῖς ἔξω *impertitus eſt, agentibus vero pœnitentiam Judæis, & ex captivitate liberatis, grave Deo eſt,* τοὺς ἔξω *propter Judæos diſperdere.* Notate mihi, o Judæi, hæc dicta: & pigeat vos tandem pudeatq febrilium ſomniorum, quæ de feliciſſimo veſtro ſub redemtionem ex captivitate ſtatu, de geniali vita, de dominio in mundi reliquas nationes, de magnificentia veſtra vigilantes ipſi vobis ſuaviter fingitis.

Immerito Lipmannus Chriſtianis exprobrat allegoriarũ ſtudium.

Parabolas ſuas occentare] O ingentem vecordiam! Parabolas & allegorias, noſtrorum ingeniorum circa Scripturæ interpretationem inventa, Lipmannus nobis objectare ſuſtinet. Eas vero cautiſſimi quique Chriſtianorum, nunc non maximi faciunt, ſed ſemper in Scripturis literalem ſenſum omnibus veſtigiis indagant, atque hanc in earundem explicatione regulam ac cynoſuram habent, non eſſe unquam a proprietate verborum recedendum, niſi hoc facere evidens com-

compellat neceſſitas. Allegorias parce adhibemus, & iis quoque, quas Veteres, (quibus majus in ea re ſtudium erat,) excogitarunt, patimur quemque ex ingenio ſuo vel addere vel demere fidem. Contra Judæi plerique omnes, de literali Scripturæ ſenſu nihil ſoliciti, in id omnem convertunt mentis aciem, ut Divina verba jocum faciant, & in ſcirpo oſtendant nodum: itaque allegoriis ſuis, ac captioſis ſtrophis, omnia complent. Hoc apud ipſos caput artis, & ſapientiæ faſtigium eſt, dictis perſpicuis affundere caliginem, ex planis reddere ambigua, quam longiſſime fieri poteſt allegorias arceſſere, & cum rotundis permutare quadrata. Proinde in concionibus quoque ſuis, quas vulgo in Synagogis, in Nuptiarum & Circumciſionis Hilariis, (ſemper enim in Hymenæi ſacris Sponſus, in epulis ob verpum decorticatum Rabbinus aliquis perorat,) declamant, non capita fidei exponunt, non rudioribus mores & inſtituta majorum declarant, non verba ad pietatem & virtutem faciunt, ſed auditores offuciis quibusdam ludunt & ænigmatibus, ac quo quisque ineptiorem & abſurdiorem ſe præſtat, tanto magis dicta illius probantur. Sic nimirum ſimiles expetunt labra lactucas, & veteri ac immedicabili palati vitio, nihil dulce eſt Judæis, præter fabulas, nugas, & affanias vaniſſimas futiliſſimasque. Nemo hactenus e Chriſtianis, quod equidem ſciam, tractavit hoc de Judæorum דרשות ſive Concionibus, argumentum: quamobrem, ut ſeria, quæ diu nos occuparunt, tandem jocis quibusdam temperemus, oſtendamus breviter illarum apud noſtrates Judæos rationem. Non eſt autem nobis ſermo de prolixis Concionibus mere Hebraicis, quales multæ extant excuſæ, & quarum pleræque ad populum fortaſſe non fuerunt habitæ, ſed quæ Concionum tantum formam ſervant. Nam vulgares Conciones, in lingua fiunt cuique Judæorum nationi vernacula, nec ſtatis communiter diebus, niſi quod Rabbinus Synagogæ Antiſtes, ante paſchales ferias, de ritibus verba facere ſolet, & ante diem Expiationis, de pœnitentia aliquid tricatur, nec non cum vir aliquis inter eos celebris alicubi gentium mortuus eſt, parentalem orationem cum ſupplicationibus miſcet. Reliquo tempore, tranſiens forte hoſpes, aut quicunque alius, qui eruditionis fiduciam habet, atque ſe aliquid recitatione dignum excogitaſſe opinatur, de eo diſſerere inſtituit. Sub harum Concionum exordium, exquiſitiſſimo verborum Hebraicorum apparatu, veniam & benevolentiam captare ſolent Oratores, ejusmodi aliqua formula: ברשות אלהים שוכן רומה ׃ עושה ארץ ושמים מבלימה היא יוצר ובורא כל הנשמה׃ שמש וירח וכוכבי מרומה ׃ זאת ידעו כל יושבי ארמה ׃ וברשות תורתו הקדושה ׃ תורה תמימה ׃ אלפים שנה קרומה ׃ עד די לא שכלילות עומקא ורומה ׃ היתה אצלו אמון שעשועים

Eo unice capiuntur Judæi.

De Judæorũ Concionibus.

מימים ימימה ׃ ונותנה ברעד וברעש ובזיקים ובאימה ׃ ולומדים להוגים אשר תמיד הוגים בה לילה ויומה ׃ לברר אותה כחמה ׃ ומפיקים דעת וחכמה ׃ למישבים כל דבר בטעמה ׃ ובראשם אלופים וגאונים בתי דינים לחכמה ׃ ריש מתיבתא המפרק יוד פרקים על כל קשיא ותימה ׃ ורזין דרזין להם נתפרסמה ׃ ובתוכם זקן האזור חלציו בגבורה ׃ ועל תורה כגיבור ואיש מלחמה ׃ ולו קהלת תלמידים כמה וכמה ׃ המהולל והמעוטר שמו בתפארת מרומה ׃ שמו נודע בכל פינה ובכל מקומה ׃ מזרחה ותימה צפונה וימה ׃ ואחריהם כל ישרי דעת יחד כולם קדושים המה ׃ אתחיל לדרוש בפרשה דיומה ׃ Ideſt: *Cum venia Dei, qui habitat in excelſis. Qui creavit terram cœlumq; ex nihilo. Qui finxit, formavitq; animas univerſas: Solem item, Lunam, Stellasq; ſupremi* (ætheris:) *ceu notum omnibus, qui mundum incolunt. Cum venia quoq; ſanctiſſimæ illius Legis; Legis perfectiſſimæ; quæ annos bis mille exegerat, antequam fieret fundamentum rerum inferarum, & ſuperarum: fueratq; tum Artifici ſuo aſſidue in deliciis. Quæ poſtea promulgata eſt cum tremore, terræ motu, fulgore, procellis, & pavore. Dehinc, cum venia venerabilium Doctorum, qui in illa ſe occupant noctu diuq;; ut eam nitidam reddant inſtar Solis, & ſapientiam ac prudentiam inde eliciant, rebusq; omnibus rationes aſſignent. Iſtorum Duces & anteſignani ſunt Judices ſapientiſſimi, Conſulti juris & æqui, ad quodq; dubium & difficultatem decem ſolutiones paratas habentes, & callentes abſtruſisſima myſteria. Hos inter* (præcipue memorandus, venerabilis) *Senex,* (Synagogæ Antiſtes,) *qui lumbos ſuos robore accingit, Legemq; tractat tanquam heros, & miles fortiſſimus: quem longe plurimi diſcipuli ſectantur; cujus nomen ſummopere ac honorifice laudatur & deprædicatur; cujus nomen inclaruit in omnibus angulis locisq; Orientis, Meridiei, Septentrionis, & Occaſus. Deniq;* (veniam peto) *ab omnibus Integerrimis ſanctisq;* (hujus loci incolis.) *Atq; ſic nunc incipiam explicare aliquid ex parte illa Legis, quæ huic hebdomadæ convenit.*

Nunc ſequitur ipſum Concionis breviculum (nolo enim longa, quales ad manus ſunt, bonas chartas conſpurcare) exemplum; ſive verba, quæ Rabbinus mihi familiaris, poſt peractâ Circumciſionem, in epulis ad convivas fecit:

Nun weilen wir gefinden בפרשה דיומה welche nemlich iſt und heiſt שלח לך בסופה פירש שם רשי warum ſteht bey einander die פרשה von מקושש welcher an שבת Holtz

Cum legamus in Paraſcha præſentis hebdomadæ, & cui nomen שלח לך circa finem illius ſic commentantem R. Salomonem: Quare hiſtoria de lignatore, qui die Sabba-

geklaubt bey der פרשה von עבודה זרה Eben zu diesen end ist dieses/ womit wird gewiesen und bedeut/ welcher den שבת nicht hält/und verschwecht ihn/der ist verglichen zu einen der עבודה זרה dient/dan שבת ligt in der Wag gleich als alle מצות Dan wie sagt Esra: ועל הר סיני ירדת ותתן לעמך תורה ומצות ואת שבת קדשך הודעת להם:
Das is das deutsch davon: Auf den Berg סיני bistu geniedert/und hast geben dein Volck die Lehr/und Gebot/wie auch den heiligen שבת hastu sie zu wissen gemacht: daraus versteht sich/daß der שבת in der Wag ligt mit תורה und alle מצות Wie auch die פרשה von ציצית der ursach halber auch hieher gestelt worden/dieweilen die פרשה von ציצית auch in der Wag ligt gegen alle מצות as der פסוק geht ועשיתם את כל מצותי ihr solt alle meine מצות than. עד כאן לשונו דרשי' Also frag ich nach רשי nach ein קשיא hat man auch soln daher stellen/ die פרשה von מילה welche auch in der Wag ligt gegen alle מצות als wie mier gefinden in נדרים פרק ג' Rebbi sagt: גדולה מילה שהיא שקולה כנגד כל המצות שבתורה שנאמר הנה דם הברית אשר כרת עמכם על כל הדברים:
Wan wier die קשיא woln מתרץ sein/woln mier מקדים sein noch ein גמרא in נדרים worinnen auch ein קשיא קשה is/und woln dieselb אבינא קשיא sein/also wird מתרץ קשיא auch mit מתורץ wern. Dies ist die Gemara: גדולה מילה

Sabbati ligna collegerat, mox conjungitur cum præcepto de colendo vero Deo? Id in hunc finem factum, ut significetur ac innuatur, eum qui Sabbatum non servat, sed illud profanat, parem esse homini, qui idolorum cultui se mancipat: nam Sabbatum est in æquilibritate cum præceptis omnibus. Quo spectat illud Esræ (*Nehem.* 9, 13.) ועל הר סיני ירדת ותתן לעמך תורה ומצות ואת שבת קדשך הודעת להם Id est: *In montem Sinai descendisti, & dedisti populo tuo legem, & præcepta, nec non sanctum Sabbatum tuum ipsis notum fecisti.* Hinc colligas, Sabbatum esse in æquilibritate cum Lege, & præceptis omnibus. Nec aliam ob causam præceptum de peniculamentis hic loci expressum, quam quia hoc ipsum pariter est in æquilibritate cum præceptis omnibus, quippe ei (*Num.* 15, 40.) subjicitur: *Et faciatis omnia præcepta mea.* Hactenus Raschi. Jam, secundum ista a R. Salomone tradita, propono difficultatem: (*Nempe, si recte se habet expositio allata,*) hic quoque exprimendum erat præceptum de Circumcisione, quæ & ipsa est in æquilibritate cum præceptis omnibus, prout legimus in Nedarim c. 3. dixisse Rabbi (*Judam:*) *Magna dignitas Circumcisionis, est enim in æquilibritate cum præceptis omnibus, quæ in divina lege habentur Q. S. E.* (*Ex.* 24, 8.) *Ecce sanguis fœderis, quod pepigit vobiscum super omnia verba.* Ut difficultatem solvamus, præmitta-

ששקולה כנגד כל המצות שבתורה
שנאמר כי על פי הדברים האלה
כרתי אתך ברית: Also ist zu fre-
gen / warum bringt ר' einmal ein
ראיה das מילה שקול כנגד כל
המצות aus den posuk: הנה דם
הברית וגו' welcher steht in פרשת
משפטים und zum andern bringt
er ein ראיה aus dem posuk: כי על
פי הדברים וגו' הכתוב בפרשת
כי תשא Neiert על כרחך wen mir
die קשיא wollen מתרץ sein / müs-
sen mier sogen es ist zweyerley
שקולים dan in der גמרא wo ר' סט
ein ראיה von dem posuk הנה דם
הברית וגו' bringt / macht dorten
רשי ob wol der פסוק steht nit bey
דם מיל האלא דם קרבן מכל
מקום כיון דבתורה כולה כתיב
ברית במילה נמי כתיב ברית
שקולה כנגד כל המצות: Und
in der andern גמרא wo er ein ראיה
brengt von posuk: כי על פי
הדברים כרתי אתך ברית פירש
רשי כלומר ברית מילה Und der
פשט is aso: zu vor den פסוק steht:
כתב לך את הדברים האלה
דהיינו התורה כי על ידה כרתי
אתך ברית מילה נמצא על ידה
של תורה באנו לברית מילה Und
in der גמרא von קדושין ist ein
pilpul תלמוד גדול או מעשה גדול
haben sie alle in der Meinung ver-
glichen / das lernen in der תורה is
fürnehmer als die guten Werck /
dieweilen durch die Lehr komt man
in Erfahrung wie die guten Werck
sein sollen: und ein Theil ihr Mei-

tamus aliam Gemara ex Nedarim, ubi similiter dubiú se offert, id ubi solverimus, soluta simul erit difficultas nostra principalis. Gemara habet: *Magna dignitas Circumcisionis, est enim in æquilibritate cũ præceptis omnibus quæ extant in divina lege: Q.S.E.(Ex. 34,27.) Quia secũdum verba ista, pepigi tecum fædus.* Proinde quærere licet: Cur R. (Judas) ad probandum Circumcisionem esse in æquilibritate cum præceptis omnibus, semel allegat verba: *Ecce sanguis fæderis &c.* quæ leguntur in Parascha משפטים & iterum, provocat ad locum: *Quia secundum verba &c.* quæ extant in Parascha כי תשא Nimirum si solvenda est quæstio, omnino oportet dicamus, æquilibritatem esse duplicem. Etenim in Gemara ubi R. Judas se tuetur autoritate dicti: *Ecce sanguis fæderis &c.* annotat ibi Raschi: Etiamsi verba ista non attineant proprie ad sanguinem circumcisionis, sed ad sanguinem sacrificiorum, nihilo minus quia Lex universa vocatur Fœdus, & vocatur Fœdus quoque Circumcisio, (*consequitur Circumcisionem*) esse in æquilibritate cum præceptis omnibus. At, in Gemara altera, ubi ratio petitur ex loco: *Quia secundum verba ista pepigi tecum fædus*: annotat Raschi: Intellige fœdus Circumcisionis. Scilicet, hoc vult: Præcedit proxime ante illud dictum in Scripturæ textu: *Scribe tibi verba hæc*: Puta Legem: Nam per eam pepigi tecum fœdus Circumcisionis; unde manife-

nung is/ die guten Werck sein besser als die Lehr / weilen die גמרא sagt תלמוד גדול שמביא לידי מעשה אכ׳ קטון נתלה בגדול das ist gemeint / das Kleine / ist die Lehr / verursacht daß man komt zum grössern / das sind die guten Werck. Also sind nun derhalben zweyerley Meinung welches besser ist / wie gemelt. Nun demnach ist erwiesen als zweyerley verhanden ist / als מילה in der Wag ligt mit der gantzen תורה darum brengt ר׳ aus zweyerley פסוקים ein ראיה Erstlich brengt er ein ראיה aus dem posuk הנה דם ברית daß מילה in der Wag ligt mit der תורה / aus dieser Ursach / weilen bey מילה steht das Wort ברית und bey der תורה steht auch das Wort ברית ist es nun gleich. Und die ander גמרא brengt ein ראיה aus dem posuk כי על פי הדברים וגו׳ Wie oben gemelt / weilen durch die תורה wert verstandem wie die מילה sein muß. Nun demnach ligt mit der תורה in der Wag wie oben gemelt als zweyerley Meinung ist / welches fürnehmer ist / die Lehr welche brengt und weist die gutẽ Werck: oder aber die guten Werck sind besser מאחר קטון נתלה בגדול das ist

nifestum fit, per Legem nos intrasse in fœdus Circumcisionis. Cæterum, in Gemara Kiddusсhin movetur controversia, utrum Theoria (*Legis Divinæ*) an Praxis ejusdem magis æstimanda sit? Pleriq; omnes consensere in opinionem, Theoriam Praxi præferendam esse, quia per Theoriam notitia acquiritur, quomodo bona opera debeant esse comparata. Quidam tamen existimarunt Praxin præ Theoria potiorem esse, cum Gemara dicat: Magna dignitas (utilitasq;) Theoriæ, quippe hominem ad Praxin perducit; quæ, si ita sint: ex minus digno utique perveniri ad dignius. Esse igitur minus dignam Theoriam, quæ ad digniora, Praxin videlicet, homines evehat. Quamobrem, ceu dictum, duplex circa dignitatem, & contraria, militat opinio. Jam, ut ostendatur, respectu diversitatis sententiarum illarum, Circumcisionem sustinere æquilibritatem Legis universæ, ideo Rabbi ex duplici Scripturæ loco rationem allegat. Principio allegat dictum: *Ecce sanguis fœderis:* & probat Circumcisionem esse in æquilibritate cum lege universa, quia & Circumcisio Fœdus vocetur, & Fœderis nomine veniat quoque Lex Divina: Hæc igitur bene se habent. In loco altero allegat dictum: *Quia secundum verba &c.* Quandoquidem, ceu dictum, ex Lege discimus, quomodo se habere debeat Circumcisio. Sic proinde (*Circumcisio*) cum Lege æquilibritatem subit, ratione utriusque circa dignitatem opinionis, quarum una Theoriam præfert, quia hæc deducit ad bona opera, eademq; docet; altera Praxin præfert, quod per minus dignum pervenitur ad dignius, & sic Theoria minus digna sit, cum per eam ad magis digna opera procedatur. Jam soluta est Gemaræ difficultas, atq; eadem opera

gemeint durch den Kleinen / das ist die Lehr / komt man zum Grosen / das sind die guten Werck. Nun ist die גמרא מתורץ also wird רשי auch מתורץ sein: derwegen stelt רשי nit מילה zu עבודה זרה und שבת und ציצית weilen שבת und ציצית in der Wag liegen mit alle מצות in תורה Dieselbe haben nur ein Ursach als wie nun רשי dorten schreibt. Aber מילה ligt in der Wag mit alle מצות in der תורה von zweyerley Ursachen halber / deswegen ist מילה die andern nit gleich / darum stelt sie רשי auch nit zusammen.

deprehenditur quoq; soluta difficultas in Raschi. Nimirum ideo Raschi non conjungit cum præcepto de vitanda Idololatria, item præceptis de Sabbato & Peniculamento, Legis Divinæ æquilibribus, Circumcisionem quoque; quia præcepta de Sabbato & Peniculamento, simplici tantum respectu, a Raschi indicato, æquilibritatem subeunt. At Circumcisio duplici respectu cum universis Legis Divinæ præceptis æquilibritatem sustinet: itaque hactenus differt a reliquis, nec iisdem a Raschi annumeratur.

CONCIO HABITA IN SYNAGOGA ab eodem Rabbino.

בפרשה שופטים ושוטרים
תתן לך בכל שעריך וגו' ושפטו את
העם משפט צדק: Is קשה סמיכת
הפרשה dan die סידרה dervor läst
aus איש כמתנת ידו כברכת ײ
אלהיך אשר נתן לך Is ein Frag
der פסוק von איש כמתנת ידו וגו'
welcher redt von צדקה wie hengt er
an zu den פסוק שופטים ושוטרים
welcher redt von דיינים wie sie soln
recht משפט geben / wie komt nun
eins zum andern ? Wen mir das
wollen zu recht מתרץ sein / woln mier
מקדים: sein ein גמרא ממסכתת
פאה die גמרא וזה לשונה;
מי שיש לו חמישים זהובים geht
הרי זה לא יטול צדקה ומי שאינו
צריך לצדקה ונוטל אינו מת עד

Parascha (*præsentis hebdomadæ incipit:*) *Judices & Lictores constituito tibi, in singulis portis tuis &c. ut judicent populum judicio justo.* Hic difficultatem parit, quomodo ista cum præcedentibus cohæreant? Nam, quæ præcedit Parascha, in hæc desinit verba: *Vir secundum donationem manus suæ, secundum benedictionem Domini Dei tui.* Oritur ergo quæstio, qua ratione verba: *Vir secundum donationem manus suæ &c.* quæ ad eleemosynas attinent, connectantur cum verbis: *Judices & Lictores*; attinétibus ad judices, ut ex æquo sententiam ferant? & quomodo, hæc juxta consistant? Hoc dubium, si probe solvere velimus, præmittenda Gemara ex Massechet Pea, quæ ita habet: *Quicunq; aureos quinquaginta possidet, ei nefas est accipere eleemosynas. Quisquis eleemosynis non indiget, & eas tamen*

שיצטרך לצדקה ומי שצריך לצדקה ואינו נוטל אינו מת עד שיפרנס לאחרים משלו ועליו הכתוב אומר ברוך הגבר אשר יבטח בײ׳. והיה ײ׳ מבטחו: כל דיין שדן דין אמת לאמתו: עליו נאמר ברוך הגבר אשר יבטח בײ׳ והיה ײ׳ מבטחו: עד כאן לשון הגמרא Nun demnach wird סמיכת הפרשה recht sein/und die oben bemeldte zwey פסוקים stennen davon wegen beysammen/ als ein דיין sol recht משפט geben; er sol ein auffsehen haben von den פסוק der da vor שופטים steht/ als nemlich איש כמתנת ידו welcher redt von צדקה und aso wern die פסוקים reden/ איש כמתנת ידו is der verstand aso: איש ein Mann/ was für ein Mañ ist dieser vermeint? welcher nun anderwerts auch Mann geheisẽ wird als nemlich ברוך הגבר אשר יבטח בײ׳ וגו׳ welcher Mañ ist dieser? Derselbig der die צדקה braucht und nehmt sie nicht. Was ist nun demselben sein Lohn? also redt der פסוק weiter כמתנת ידו דהיינו er giebt andere Leut צדקה Al, so redt der פסוק weiter: wie komt nun diß/ alß dieser aso vermöglich is worden/ als er andere Leut kan צדקה geben כברכת ײ׳ das ist/ GOtt hat im gesegnet/ weil er sich an ihn versichert hat/ als wie der פסוק sagt bey den Mañ der die צדקה braucht

men admittit, is haud moritur, antequam illis vere indigeat. Quisquis autem eleemosynis eget, & tamen eas non accipit, minime moritur priusquam alios e re sua sustentet, atq; de eo Scriptura pronunciat (Jerem. 17,7.) Benedictus vir ille, qui fiduciam habet in Domino, & cujus confidentia est Dominus. *Quisquis Judicum justam sententiam legitime pronunciat, in eum quoq; quadrat dictum:* Benedictus vir ille, qui fiduciam habet in Domino, & cujus confidentia est Dominus. *Hactenus Gemara.* Jam constabit sua ratio connexioni Parascharum, atq; paulo ante allata dicta ideo conjunguntur, ut judex recte judicet, & respiciat verba quæ Parascham שופטים proxime antecedunt; ea sunt: *Vir secundum donationem manus suæ*; & attinent ad eleemosynas. Proinde iste sensus dicti: איש כמתנת ידו Sic accipe: איש *Vir.* Qualis autem Vir intelligitur? *(Omnino talis,)* qui alibi quoque Vir indigitatur: Nimirum in illo: *Benedictus Vir ille, qui fiduciam habet in Domino.* Ecquis est iste? *(Hunc puta, Gemara interprete,)* qui eleemosynis eget, nec tamen illas acceptat. Quod huic repositum præmium? Id porro declarat Scriptura: כמתנת ידו hoc est: Aliis largitur eleemosynas. Docet autem Scriptura amplius, unde id proveniat, quod tantæ ei sint divitiæ, ut iis eleemosynas erogare queat: כברכת ײ׳ h. e. a Deo locuples redditus est, quia in eum fiduciam habebat collocatam: namque de illo, qui eleemosynis eget, nec tamen illas accipit, scriptum est: *Benedictus vir ille, qui fiduciam habet in Domino, & cujus confidentia est Dominus.* Sic igitur eleemosynarum hic habetur respectus, idque arguunt verba: *Vir secundum donationem*

und nehmt sie nit. ברוך הגבר אשר
יבטח ביי׳ . והיה יי׳ מבטחו aso ist
dieses bey צדקה דהייט איש כמתנת
ידו וגו׳ welcher פסוק steht für
שופטים Also an jetzund sagt der
פסוק recht : שופטים ושוטרים
תתן לך וגו׳ ושפט את העם
משפט צדק Warum ? lern ab von
איש צדקה welches derfür steht /
כמתנת ידו das iß gemeint der Mañ
der צדקה braucht / und nehmt
sie doch nit / warum / er versichert
sich an GOtt : was iß nun sein Lohn?
כמתנת ידו als ihm GOtt segnet /
als er ander Leut צדקה kan geben /
das wert verstanden aus dem po-
suk : ברוך הגבר אשר יבטח וגו׳
aso dergleichen sagt der פסוק auch
שופטים תתן לך das ist vermeint
דיינים oder Juristen sol man setzen
ושפטו את העם משפט צדק das
iß gemeint / sie soln die Justitzia ge-
mäß verbescheiden. Warum? bey ih-
nen steht ach ברוך הגבר אשר יבטח
ביי׳ וגו׳ aß wol wie er steht bey der
צדקה als wie bemelt in oben gemelte
Gemara : כל דיין שדן דין אמת
לאמתו עליו נאמר ברוך הגבר
וגו׳ dies iß ein דרך מתרץ zu sein
סמיכת הפרשה :

In ein andern דרך kan man
מתרץ aso סמיכת הפרשה sein wie
folgt : Es ist ein גמרא in בבא בתרא
תניא אמרו עליו על בנימן הצדיק
שהיה ממונה על קופה של צדקה
פעם אי באתה אשה לפניו בשני
בצורת אמרה לו רבי פרנסני אמר
לה בשבועה שאין בקופה של

nationem manus suæ &c. atque ea præmittuntur Paraschæ שופטים Hoc modo recte se habet orationis contextus. *Judices & Lictores constituito tibi &c. ut judicent populum judicio justo.* Vnde hoc? Id vero ex iis quæ de eleemosynis præcedunt, colligas : איש כמתנת ידו quorum sensus : Quisquis eleemosynis eget, neque tamen illas accipit : Quare ? Quia nimirum in Deum fiduciam habet repositam ? Ecquod illius præmium ? כמתנת ידו Deus ipsum bonis auget, ut aliis hominibus eleemosynis subvenire ipse possit, ceu colligitur ex dicto : *Benedictus vir ille qui fiduciam habet &c.* Proinde subjicit Scriptura : *Judices constituito tibi* : hoc est : Dicastas, sive Juridicos constituere oportet : ושפטו את העם משפט צדק h. e. qui justum judicium peragant. Quare hoc ? Nam de his quoque valet dictum : *Benedictus vir ille, qui fiduciam habet in Domino &c.* Prout enim verba hæc ad eleemosynas retulerat a nobis adducta Gemara, (*ita eadem ipsa hæc verba ad Judices quoq; aptat, inquiens:*) Quisquis judex justam sententiam legitime pronunciat, in eum quadrat dictum : *Benedictus vir ille &c* Hæc una ratio est salvandi connexionem Parascharum.

Alia ratione istam connexionem sic asserere licet : Gemaræ in Bava Batra dictum est : *Sic traditum accepimus : De Benjamine justo fertur, ipsum præfectum fuisse eleemosynarum publicarum : Aliquando cum annona magna esset sterilitas, accessit illum mulier, aitq; illi : O bo-*

צדקה כלום אמרה לו רבי אם אין אתה מפרנסני הרי אשה ושבעה בנים מתים עמד ופרנסה משלו לימים חלה בנימן הצדיק ונטה למות אמרו מלאכי השרת לפני הקבה רבונו של עולם אתה אמרת כל המקיים נפש אחד כאלו קיום עולם מלא ובנימן הצדיק החיי אשה ושבעה בנים ימות בשנים מועטת הללו מיד קרעו לו גזר דינו תניא הוסיפו לו עשרים ושתים שנים על שנותיו עד כאן לשון הגמרא Also ist nun bewiesen als durch der צדקה einer kan lenger leben/ und wert gleich als wan er auf das neu beschaffen wer/ und als wan er die gantze Welt beschaft/ und bestettigt/ als wie gemelt in obige גמרא Und ist auch ein גמרא in Schabbas: כל דיין שדן דין אמת לאמתו כאלו נעשה שותף להקדוש ברוך הוא במעשה בראשית Nun demnach wert הפרשה סמיכת aso recht sein / und wert wieder שופטים das sein die Richter/ sich abnehmen und lernen von dem פסוק zuvor/als nemlich איש כמתנת ידו וגו׳ und aso werden die פסוקים reden איש כמתנת ידו das iß gemeint/ der Mann der da gibt צדקה was ist nun sein Lohn כברכת יי׳ אלהיך als ihm Gott segnet un̄ erlängert ihm sein Leben/ der ist gleich als wan er sich beschaft selbsten על ידי שיתוף הקדוש ברוך הוא Also dergleichen ist ach שופטים תתן לך וגו׳

O bone Magister, da mihi victum: Respondet is, sacerrime juro, nihil quicquam superesse in arca eleemosynarum Tum illa: Mi Magister, nisi tu victum mihi suppeditaveris, ecce tibi ego liberiq; septem moriemur. Ibi is de suo illam aluit. Paulo post ægrotare cœpit Benjamin Justus, & suprema hora ei imminebat. Tum dixere Angeli ministerii coram Deo Benedicto: Mundi Arbiter, tua vox est: Quisquis servat animam unicam, is eo loco habetur, quasi servasset orbem universum. Ergone Benjamin Justus, qui matrem cum septem liberis aluit, in hac tam immatura ætate mortem obibit? Nec mora rescissum fuit fatale decretum. Ajunt viginti & duos annos ætati ejus fuisse superadditos. Hactenus Gemara: Sic itaque demonstratum est, per eleemosynas longævitatem procurari, atque in eum statum quem redigi, quasi noviter esset formatus, & quasi orbem universum crearet sustentaretque; ceu innuit Gemara citata. Est & Gemara alia in Schabbat, (*quæ dicit:*) *Quisquis judex justum judicium exercet, is quasi socius Dei Benedicti evadit in opere creationis.* Quamobrem nunc optime se habet connexio, & de judicum constitutione merito sequitur post verba איש כמתנת ידו וגו׳ hæc enim est integra sententia: איש כמתנת ידו Id est: *Vir, qui eleemosynas largitur:* Quale vero is refert præmium? כברכת יי׳ אלהיך Deus illi benedicit, ejusq; vitam adauget, isq; seipsum, præbendo socias manus Deo, creasse videtur. Similis ratio est verborum שופטים תתן לך וגו׳ quibus Judi-

das is gemeint man sol setzen Richter oder Dajonim: ושפטו את העם משפט צדק das ist/sie sollen recht richten; das heist דן דין לאמתו der ist auch gleich כאלו נעשה שותף להקב״ה במעשה בראשית das ist nemlich als wen er על ידי שותף hat helffen die Welt beschaffen.

Im dritten דרך kan man סמיכת הפרשה aso מתרץ sein / wie folgt Es ist ein גמרא in בבא בתרא

אמר רבי יצחק מאי דכתיב רודף צדקה וחסד ימצא חיים צדקה כבוד משום דרודף צדקה הקב״ה ממציא לו מעות לעשות מהם צדקה רבי יהושע אומר זוכה לבנים בעלי חכמה בעלי עושר בעלי הגדה בעלי חכמה דכתי׳ ימצא חיים ופירש שם רשי וכתיב גבי חכמה כי מוצאי מוצא חיים בעלי עושר דכתי׳ צדקה Das ist gemeint / er wert vermöglich / als er kan צדקה geben. בעלי הגדה דכתי׳ כבוד עד כאן לשון הגמרא: Also ist nun bewiesen als durch der צדקה ist einer זוכה לבנים בעלי חכמה ועושר Es ist auch ein גמרא in כתובות

דרש רב נחמן בר כהן מאי דכתיב מלך במשפט יעמיד ארץ ואיש תרומות יהרסנה אם דיין דומה למלך שאינו צריך לכלום: ופירש שם רשי שהוא עשיר ואין צריך

Judices sive Dicastas constituere præcipitur. ושפטו את העם משפט צדק *ut juste judicent*; quod est דן דין לאמתו atq; talis quoq; judex, Dei socius in opere creationis, auxiliumque illi in efformando hoc universo præstitisse censetur.

Potest & tertio modo connexio Parascharum sic vindicari: In Bava Batra legitur: *Quærit R. Isaacus; Quis sensus dicti* (Prov. 21, 21.) Qui sectatur eleemosynas & benignitatem; consequetur vitam, eleemosynas, & honorem. *Nimirum quia sectatur eleemosynas, ideo Deus Benedictus facit ut pecunia potiatur, quo eleemosynas erogare possit. R. Josua ait: Idei tribuitur, ut suscipiat liberos sapientes, divites, facundos. Sapientes suscipit; nam (in loco Proverbiorum supra adducto, dicitur:)* Consequetur vitam: *atq; ibi Raschi observat, de Sapientia* (Prov. 8, 36.) *prædicari:* Quoniam qui reperit me, reperit vitam. *Suscipit divites*; quippe eleemosynarum *meminit Scriptura*, (in loco priore,) *atq; indicat, tam divitem quem futurum, ut eleemosynis erogandis sufficiat. Suscipit liberos facundos, nam* honoris *etiam Scriptura injicit mentionem.* Hactenus Gemara. Ergo ostensum, eleemosynarum beneficio suscipere quem liberos sapientes divitesque. Porro in Ketuvot Gemaræ verba sunt: *Differebat R. Nachman Bar Cohen: Quomodo accipiendum dictum* (Prov. 29, 4.) Rex judicio stabilit terram; & vir ablationum destruet eam. *Quod si judex similis sit Regi, (quod secundum expositionem Raschi est, si sit dives, nec opus habeat ut hominibus assen-*

להחניף לאדם ליתן לו דבר מה איז יעמיד ארץ דהיינו er wert gantz recht משפט geben / damit wert die Welt ein bestand haben. Und in סנהדרין macht רשי ein פירש אם דיין דומה למלך שבקי בטיב דינן. ומלא חכמה כמלך זה שהוא עשיר אז יעמיד ארץ אבל אם דומה לכהן שמחזר על הגרנות Das ist der Verstand / wan für ihn ein משפט komt/ also lauft er herum als wie ein כהן der תרומות aufhebt/ und muß andere Gelehrte fragen wie er verbescheiden sol / den er weiß kein דין nit/ איז יהרסנה derselbe zufürt oder verwüst die Welt / mit seine משפטי״ Nun ist hieraus erwiesen als ein דיין oder Jurist/ welcher der Justitia gemäß verbescheiden sol / derselbe muß reich sein im Geld / wie auch im Verstand / und hochgelehrt / als er in alle דינים wol bekant und בקי iß. Sonst aber wen er arm is/ steht zu besorgen / als er nicht recht משפט geben / dan er vonnöthen hat Gelt / also möcht er שוחד nehmen. Is er den arm in der Lehr / und weiß die משפטים nit recht/ ist er noch ärger: also mit dem wird סמיכת הפרשה mit dem recht מתורץ sein/ und werden die פסוקים aso reden : איש כמתנת ידו das ist gemeint / der Mann der צדקה gibt: was ist sein Lohn? כברכת ״״ אלהיך וגו׳ dasselbig ist: GOtt segnet ihn/ und gibt ihm Kinder die seinen בעלי חכמה das ist הכמה בעלי עושר in der תורה als wie nun zuverstehen ist/ in obbemelter גמרא Nun wan

assentetur, quo aliquid ab iis accipiat,) tum stabiliet terram: juste enim judicabit, atq; sic orbis efficitur stabilis. Cæterum, in Sanhedrin, Raschi sic facit explicationem: *Quod si judex similis sit Regi, ut nempe Regis instar juris accuratam habeat cognitionem, plenusq; reperiatur sapientia, hoc est, si dives sit, tum stabiliet terram. At, si similis sit Sacerdoti qui per horrea oberrat; (quod ita accipe: Si causa ad ipsum delata, circumcursitet more Sacerdotis colligentis ablationes, atq; alios jurisperitos consulere cogatur, quomodo facienda sit decisio, ob prudentiæ civilis ignorantiam,)* איז יהרסנה *is judex suis sententiis orbem perdit, desolatq;.* Ex his consequitur Dicastam sive Juridicum, secundum justitiæ normam judicaturum, & opibus & ingenio pariter abundare debere, ac ea doctrina instructum esse, ut leges omnes & jura teneat. Quod si vero pauper deprehendatur, metus est ne male ipse judicet: quippe si pecunia egeat, corrumpi se muneribus patietur: si careat doctrina, & juris cognitione destituatur, pejus se res cum illo habet. His ita positis, tollitur difficultas de cohærentia Paraſcharum, atq; hæc significabuntur: איש כמתנת ידו i.e. Vir qui libens eleemosynas erogat. Quale hujus est præmium? כברכת ״״ אלהיך וגו׳ i.e. Deus illum beat liberis sapientibus, divitibusq;; refertis nimirũ multa jurisprudentiæ cognitione, ceu patet ex Gemara adducta. Jam quando ejus generis homines reperiuntur, qui numis æque ac sapientia sunt instructissimi, actutum

nun solche Leut vorhanden seinen /
welche reich sein im Geld / wie auch
in der תורה derowegen biet die
תורה alsobalden שופטים תתן לך
וגו׳ ושפטו את העם משפט צדק
Das ist der Verstand: Sie werden
das Volck richten mit recht משפט
in alle weg: es sey gleich den פירש
nach in כתובות אם דיין דומה למלך
שהוא עשיר בממון יעמיד ארץ הרי
שכרו של נותן צדקה לבנים
שהם עשירים בממון Ist den der
פירש nach סנהדרין אם דיין דומה
למלך שהוא עשיר בחכמה הרי
שכרו של נותן צדקה לבנים שהם
עשירים בחכמה Wen aber zuvor
nicht steht איש כמתנת ידו וגו׳
Das ist der צדקה gibt / kan der
פסוק nicht sagen שופטי׳ תתן לך
ושפטו משפט צדק das ist zu ver-
stehen / sie wern recht משפט geben /
steht doch zu wogen als sie nicht
שוחד nehmen: aber weil zuvor steht
איש כמתנת וגו׳ wern sie gewiß
recht משפט geben / als wie oben be-
melt ist.

Im vierten דרך kan man סמיכת
הפרשה aso מתרץ sein. Die גמרא
geht הפוסק צדקה ואינו נותן גורם
שהגשמים נעצרים דכתי׳ נשיאי׳
ורוח וגשם אין איש מתהלל
במתת שקר: Und mit diesen wert
auch מיושב sein die zwey כף הדמיין
דהיינו כמתנת ידו כברכת יי׳ Also
wert der פסוק aso reden: איש
כמתנת ידו er verspricht alß wan er
wolt צדקה geben / und gibt sie nicht /
aso השם בה כברכת יי׳ weist auf
als wan er wolt ברכה geben / und

tum imperat Scriptura judices illos constituere, (*ait q. de illis:*) ושפטו את העם משפט צדק ipsi certissime summa æquitate populum judicabunt. Hoc enim eventurum est, sive obtineat illud in Ketuvot: *Si judex similis Regi, respectu opum & divitiarum, stabilit orbem.* Quippe eleemosynas eroganti ea merces reposita est, ut liberos suscipiat opibus abundaturos. Sive obtineat illud in Sanhedrin: *Si judex similis sit Regi, sapientia copia &c.* nam eleemosynas eroganti ea quoq; merces reposita est, ut liberos suscipiat abundaturos sapientia. Quod si non præcessisset איש כמתנת ידו hoc est, nulla eleemosynas erogantis injecta fuisset mentio; non poterat subjici: *Judices constituito tibi, qui judicent judicium æquum:* nam suspicio est passuros judices istos muneribus se corrumpi. At, cum præmittatur illud de eleemosynis, certum est, ipsos ex æquo judicaturos; ceu supra ostensum.

Superest quartus Parascharum cohærentiam comprobandi modus. Gemaræ dictum est: *Quisquis eleemosynas se daturum pollicetur, nec eas erogat, is impedit ne cœlum pluat.* Q. S. E. (Prov. 25, 14.) *Vapores, & ventus, & pluviæ non obtingunt, quia vir se jactat dono falso.* Atque hisce constabit quoque ratio, iteratæ expressioni similitudinis: *Quasi* donationem manus suæ: *Quasi* Dei benedictionem. Nimirum hoc nobis innuet dictum: איש כמתנת ידו (*i. e. Vir qui*

gibt sie nicht / das meint er weist als wen er wolt regnen lassen / und låst nit regnen. Nun fragt sich die תורה selbsten : was rath ist dazu ? also beentfert der פסוק שופטים ושוטרים תתן לך das ist aso gemeint : Einer der hat versprochen צדקה zu geben / und gibt sie nicht / alsdan שופטים daß seinen die דיינים soln ihn nöthen על ידי השוטרים als er sein נדר nachkomt.

qui manum suam quasi ad donandum comparat,) dum scilicet pollicetur eleemosynas, nec illas elargitur, ''' כברכת (*is in causa est*,) ut Deus quoque simulet se hominibus benefacturum, nec tamen benefaciat, nempe ut pluviæ spem præbeat, nec illam tamen immittat. Jam quærit (*quasi tacite*) Scriptura: Ecquod in ista re remedium ? Respondet autem: *Judices & Lictores constituito tibi*. Sensus est: Si quis pollicitus fuerit eleemosynas, nec illas eroget, tum cogendus a judicibus per lictores, ut voto satisfaciat.

Subjiciam his פשטים sive Chrias aliquot, quales in Circulis & colloquiis mutuis Judæi sibi invicem dicunt, ut ingenium & doctrinam comprobent. Atque istæ, quas exhibeo, inventum sunt Rabbini cujusdam in Hungaria, qui πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, haberi volebat. Lectum admissi Amici Lectores, ridete sublato cachinno.

EXPOSITIO PSALMI CXVII.

Is קשה was meint der Posuk: הללו את ''' כל גוים שבחוהו כל האמים : כי גבר עלינו חסדו ואמת ''' לעולם הללויה : Mir wolln מקרים sein ein גמרא die גמרא geht הקבה eh er hat die Welt beschaffen / so hat er gefragt חסד und אמת wo er sol die Welt beschaffen / חסד hat gesagt יברא der השי sol die Welt jo beschaffen ; אמת hat gesagt אל יברא So hat השי חסד gefolgt / und hat אמת auf den עולם geworffen. So wert der פסוק recht sagen: הללו כל גוים is deutsch : Lobt ihr alle Völcker שבחו כל אומים lobt ihr alle Kö-

Dubium se offert, quid innuat Psalmus : *Laudate Dominum omnes gentes laudate eum omnes populi. Quoniam invaluit erga nos Misericordia ejus , & Veritas in mundum. Hallelujah.* Præmittamus Gemaram aliquam. Gemara docet : Deum Benedictum antequam creaverat Orbem, ex Misericordia & Veritate quæsivisse, num conveniat instituere creationem ? Ibi Misericordiam dixisse, creandum esse orbem; Veritatem dixisse, non esse creandum: morem autem gessisse Deum Misericordiæ, & dejecisse Veritatem in mundum. Jam verba Psalmi optime quadrabunt הללו כל גוים *Laudate omnes gentes*: שבחו כל אומים

nigreich גבר עלינו חסד / כי daß daß sich hat gesterckt über uns חסד Aber ואמת יי׳ לעולם daß GOtt hat אמת auf die Welt geworffen הללויה darum lobt GOtt.

Celebrate omnia regna: כי *Quoniam* גבר עלינו חסד *invaluit super nos Misericordia* · ואמת יי׳ לעולם *Et quod Veritas detrusa fuit a Deo in mundum.* הללויה *Ideo laudate Deum.*

EXPOSITIO DICTI PS. CXVIII. 5.

מן המצר קראתי יה ענני במרחב יה :

Is קשה der פסוק schickt sich doch nit / מן המצר wie mir is eng gewesen קראתיך יה is aso deutsch; den itzo in גלות so haben mier nit mehr as ein halben Schem יה Aber wen משיח komt / werden mier den שם gantz haben / so sagt der פסוק aso: מן המצר wie mier is leid gewesen in גלות damals קראתי יה hab ich nur geruffe יה den halben Schem ענני entfer mier במרחב יה Wan der שם wird derweitert werden / vermeint er wan zwischen יה wert die וה hinein kommen / dasselbig mal wirstu mier entferten. Man kan es in ein andern דרך מתרץ sein: Den wier gefinden wie שאול den דוד nachgejagt hat / so is der שאול übernacht im Feldlager gelegen / und das חיל is um ihn herum gelegen / und אבנר is auch dabey gelegen / da is der דוד המלך hinein geschloffen durch שאול אבנרש Fuß / und hat hinweg genommen das Glas mit Wasser / und den Spieß. Wie er noch so im schlieffen hat gehalten / so hat der אבנר den Fuß zugezogen / so is er gesteckt / so hat GOtt ein נס gethan / daß ein Muck kommen is / und hat ihm gestochen am Fuß / daß er ihn wiederum aufgethan hat / so werd der פסוק recht sagen / מן המצר

Difficultas hic se offert, cum dicti nulla sit connexio. Enim vero verba, מן המצר *cum in angustiis essem* קראתיך יה *(invocavi* יה *)* sic accipe: Nunc dum in captivitate sumus, habemus tantum nomen Dei dimidium. At, sub Messiæ adventum, gaudebimus integro Divino nomine. Hoc ergo volunt verba: מן המצר *Cum in angustiis essem constitutus*, nimirum in captivitate, קראתי יה *inclamavi tantum* יה hoc est nomen dimidium: ענני *responde mihi.* במרחב יה *Cum augebitur nomen, & literis* יה *accedent* וה *tum mihi respondebis.* Potest & alia ratione fieri explicatio: Memoriæ proditum est, cum Saul Davidem persequeretur, pernoctasse Saulem in castris, circumjacente exercitu, & propter cubante quoque Abnero; ibi Davidem reptando subter pedem Abneri, abstulisse Saulis aqualem, hastamque; dum autem sic reperet, attraxisse Abnerum suum pedem, ita ut ibi hæreret David, atq; tum Deum miraculum edidisse, ut musca Abnerem morsicaret, unde is pedem elevarit. Jam igitur salva sunt

is deutsch: wie mir is eng gewesen; meint er/ wie אבנר den Fuß hat zu gezogen / das is mier eng gewesen/ קראתיך יה hab ich dich angeruffen GOtt: ענני hastu mier geentfert/ במרחב לי. Wie du mier erweitert hast/ as er sein Fuß hat aufgethan/ und hat mich lassen herumschlieffen/ da hastu mier geentfert.

sunt verba: מן המצר *Cum coarctarer*, nempe, cum Abnerus attraxisset pedem, קראתיך יה *invocavi te Domine:* ענני *respondisti mihi* במרחב לי *amplius spatium concedendo:* Scilicet elevante ipso pedem, ut prorepere possem, tum mihi respondisti.

EXPLICATIO COMMATIS XXII.

Ex Eodem Psalmo,

אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה:

Da is קשה der פסוק schickt sich nit; den Stein den haben die Bauer verschmeht / hernach is er חשוב geworn. Was meint der פסוק mit dem Stein? Mir wöln nur ein גמרא brengen. In מגילה brengt er/ als חוה is von kein אשה herkommen / und wen es aso is / daß חוה is von kein אשה kommen / da kan man sie heissen Stein / Holtz / das wert ach nit gebohren. Und dorten rechnet er mier vier Weiber / die da sein die schönsten in der Welt gewesen/ rechent er mier שרה רחל אסתר und אביגיל Fregt die גמרא warum rechnet er mier nit auch חוה mier halten doch als שרה is gewesen kegen חוה als wie ein aff kegen ein Mensch / so hör ich wol/ daß חוה is noch schöner gewesen als שרה nu warum rechnet er nit חוה auch hinter die schöne Weiber? so entfert die גמרא wieder / er rechnet mier nit mehr als die Leut die da von ein Weib herkommen / meint er die ein Mutter haben gehabt / aber חוה komt von keinen Weib her/ hat kein Mutter gehabt/ darum rechnet er sie

Difficultas hic se offert, nec enim verba hæc commodum sensum progenerant: *Lapis, quem ædificantes spreverunt, postea in pretio habitus fuit.* Ecquem lapidem Scriptura intelligit? Adducenda prius in medium est Gemara: In Megilla dicitur; Eva, matre nulla edita est; cumque hæc ita se habeant, & a matre non fuerit edita Eva, licet eam vocare lapidem, lignum, quæ similiter partu non eduntur. Alibi recensentur fœminæ quatuor, omnium quotquot unquam extiterunt, totius orbis pulcherrimæ: Nimirum Sara, Rachel, Esther, & Abigail. Quærit Gemara, quare istis non annumeratur Eva, cum vulgo feratur, inter Evam & Saram eam institui posse comparationem, quæ est inter Simiam, & hominem; atque sic certum sit Evam longe pulchriorem fuisse Sara, ut sic merito Eva fœminis venustis accenseri debuisse videatur? Respondet Gemara, numerari tantum eas fœminas, quæ a fœminis ortum habent, & a matribus fuere editæ. Atqui Eva non

 habet

nit unter die schöne Weiber. So wert der פסוק recht sein: אבן das is חוה die heist ein Stein / dieweil sie von keiner Mutter herkomt / מאסו הבונים is deutsch / Sie haben sie verschmecht die Bauer / meint er die חכמים die heissen Bauer / den sie bauen die Welt / durch Sie hat die Welt ein Bestand: היתה לראש פנה is sie gleich zum schönsten gewesen / mier halten das שרה iß kegen חוה als wie ein Aff kegen ein Mensch. Aber in ein andern דרך kan man es so entferten / mier wollen nur מקדים sein ein מדרש der מדרש geht: einmal is ein עני gewesen der hat nichts gehat hinauf zu zu brengẽ ken ירשולים den man thar nit leer hinauf gehn / man muß mitbrengen / so hater nit gewist / was er sol brengen: so is er fortgangen: wie er kommen is auf den Weg / so hat er gefunden ein schönen Stein / so het er gern Steinmetzen gehabt / die den Stein hetten zu recht gemacht / und hat kein krigen können לסוף wie er sich so hat מצער gewesen so hat ihn GOtt ein נס gethan / als מלאכים sein vom Himmel kommen / die den Stein zurecht gemacht habẽ: So hat er keinen bekommen können / der ihn hat hinauf getragen / so hat GOtt ihm wieder ein נס gethan / daß die מלאכים haben ihn hinauf getragen / nu wie er hinauf kommen is / so hat man ihn an Spitz gestellt. So wert der פסוק recht sagen אבן is deutsch der Stein / מאסו haben verschmecht הבונים die Bauer; meint er die Steinmetzen haben ihn nit wollen aushauen / היתה

habet ortum a fœmina, nec matre edita est, ideo inter mulieres pulchras non computatur. Nunc constabit sensus dicto: אבן *Lapidem* h. e. Evam, nam eam lapidem vocare licet, quia matre nulla edita fuit מאסו הבונים *spreverunt ædificantes*: h. e. Sapientes; ii enim vocantur ædificantes, quia orbem exstruunt, & quia per illos orbis consistit, היתה לראש פנה *etiamsi esset pulcherrima*, quippe Eva tanto magis antecellebat Saram, quanto venustior est species hominis præ simia. Potest & alio modo fieri explicatio: Tantum Medrasch præmittendus est. In Medrasch legitur, pauperem quendam nihil habuisse quod offerret Hierosolymis, (non licebat autem vacuis eam urbem adire, sed necesse erat aliquid offerre,) cumque sic dubius hæreret, processisse; cæterum in via reperisse lapidem pulcherrimum, itaque exoptasse sibi lapicidas, qui lapidem expolirent, sed nullum ei obtigisse: cumq; eapropter doleret, tandem Deum miraculum illi operatum esse, atq; angelos de cœlo descendisse, & lapidem cælasse. Cumque deessent bajuli, qui illum deferrent, Deum iterum ostentum patrasse, ut ab angelis gestaretur. Allatus Hierosolymas lapis, angularis constitutus est. Sic jam constat sensus dicto: אבן *Lapidem*, מאסו *spreverunt* הבונים *ædificantes*, sive lapicidæ, qui eum nolebant expolire. היתה לראש פנה *is summo in pretio habitus*, & *angularis factus est.* Vnde hoc provenit? מאת ײ

היתה

חשוב לראש פינה is er gar ge‑worden daß man ihn gleich hat an Spitz gestellt. Von we is das einher kommen/ das meint er/ als GOtt hat מלאכים vom Himmel geschickt die ihn haben einauf getragen/ זאת היא נפלאת בעינינו is deutsch: das is ein Wunder in unsere Augen: GOtt hat מלאכים von Himmel geschickt / die den Stein zu recht gemacht haben zum בית המקדש

היתה זאת *a Deo istud provenit.* Puta, quia Deus angelos de cœlo misit, qui lapidem (*expolirent,&*) deferrent. זאת היא נפלאת בעינינו. *Id mirabile est in oculis nostris*, quod nimirum Deus angelos ablegavit, qui lapidem præpararent, usui futurum templo.

EXPOSITIO DICTI PROV. XIX. 21.

רבות מחשבות בלב איש ועצת ייי היא תקום:

Is קשה der פסוק schickt sich nit/ mier meinen / wier wollen ihn aso מתרץ sein / woln nur מקדים sein ein גמרא die גמרא geht/ drey sind in die Welt gewesen die machen die Leut daß sie kein entfert können geben / is einer הילל und יוסף und אליעזר Hillel macht schuldig die armen / den es is keiner der aso arm is gewesen als der הילל Mier gefinden / daß er hat alle Tag Holtz gehackt / daß er nur hat können geben ein Pfenning dem Rockhüter. Einmal hat er kein Pfenning gehat / so hat er sich gelegt auf den Dach / bis bis der Schnee is drey טפחים hoch auf ihn gelegen. Und der אליעזר macht schuldig die reichē: Mier gefindē daß der אליעזר der hat gehat tausend Stätt auf der trucken/ und wieder tausend Schiff im ים und hat sie sein tag nit gesehen; einmal is er ausgangen zum lernen / so is er auf ein Statt zukommen / so haben ihn seine Leut nit kennt /daß er der Herr is/ da haben sie wollen מכס haben von ihm /so hat er sich geforchten / er wert sich lang müssen aufhalten / eh

Offert se difficultas, non enim quadrat dictum. Fortasse autem sic posset fieri explicatio; sed præmittenda est Gemara aliqua. In Gemara legitur, tres venisse in orbem, qui mortales reddunt inexcusabiles: Hillelem nimirum, Josephum, & Eliеserem. Scilicet Hillelem præjudicium facere pauperibus, cum hoc nemo unquam fuerit pauperior. Constat enim illum quotidie lignis cædendis vacasse, ut obolum lucraretur, quem (*Acroaterii*) vestispico persolveret. Deerat aliquando obolus, itaq; (*non audens intrare, ut tamen disserentem Doctorem audire posset*) tectum conscendit, ibique humi cubavit quoad nix tres palmos alta illum operiret. Porro (*ait Gemara,*) Eliеserem præjudicium facere divitibus. Etenim de eo proditum est, fuisse ipsi civitates mille in tellure, & fuisse quoque naves mille in mari, & neque has neque illas ab ipso unquam fuisse conspectas. Pergebat aliquando ad Academiam aliquam, ibi defertur in suæ possessionis civitatem,

sie werden gewahr werden daß er ihr Herr iß/ so wert er nit viel können lernen/ so hat er sie מכס geben eh er sich hat wolln saumen. Und יוסף die יפי תאר den mier gefunden daß kein schöner Parschon iß gewesen als יוסף Nu משיח לעתיד לבא wan kommen wird/ als השי׳ wird משפטן So wert der Mensch kein Ausred haben wen השי׳ wird sagen/ warum hastu kein תורה gelernt? was wirt er sagen? ich het gern gelernt/allein ich bin zu reich gewest; sagt השי׳ zu ihn/ du wirst jo nit reicher können sein als der אליעזר und er hat doch תורה gele :t; Warum hastu dan kein תורה gelernt? Wird er den sagen ich bin zu arm gewesen; so sagt man zu ihn/du kanst doch nicht ärmer sein als הילל und der hat doch תורה gelernt. Wirt er den sogen ich bin zu schön gewesen/ sagt man du kanst jo nit schöner sein as יוסף iß gewest/ und er hat doch תורה gelernt/ so hettestu ach תורה können lernen/ so macht יוסף die schönen Leut schuldig. So sagt der פסוק recht/ רבות מחשבות בלב איש iß aso deutsch: Der Mensch der hat viel Gedancken: Der sagt/ ich hab nicht können lernen/ den ich bin zu reich gewesen/ der sagt ich bin zu arm gewesen/ der sagt ich bin zu schön gewesen: aber ועצת יי׳ היא meint er/und die עצה von GOtt iß היא die iß תקום den da רת״ הילל יוסף אליעזר is היא bleibt er bestehẽ und kan kein תשובה thun.

cumque homines illi ignorarent eum dominum esse, jusserunt, vectigal persolveret. Is igitur, metuens, (*ne si dominum se venditaret,*) longo tempore opus foret, priusquam de veritate asserti constare posset incolis, atque sic periret discendi commoditas, potius vectigal solvit, quam ut ibi moraretur. Denique (*innuit Gemara,*) Josephum formosis præjudicium facere, quippe quo nemo unus fuit venustior. Jam in futuro seculo, cum aderit Messias, & Deus orbem judicaturus est, nulla poterunt homines uti excusatione, quærente Deo: Quare tu studiis Legis sacræ non dedisti operam? Nam causante aliquo: Libenter illis studiis invigilassem, sed prædives eram: Respondebit Deus: Vtiq; non ditior eras Eliesere, & tamen is Legi studebat, quare igitur tute hæc studia neglexisti? Dicente vero aliquo: Nimis egenus eram: Audiet actutum: Vtique Hillele non eras pauperior, qui nihilo secius in studiis sacris animum occupavit. Causam allegante aliquo, se formosum nimis fuisse: feret responsum: Sane quidem neutiquam Josepho formosior eras; cum tamen iste studiis sacris vacarit, itaque iisdem tu quoque vacare poteras; ut sic Josephus venustis hominibus obstet. Nunc constat sensus dicto: רבות מחשבות בלב איש *Multa sunt hominis cogitationes.* Iste ait: discere non potui, quia prædives eram: Alius ait: Nimis egenus eram: rursus

rursus alius ait: Nimis formosus eram. Veruntamen עצת ה׳׳ *Consilium Dei* היא, id תקום *persistet*. Est enim היא Symbolum, Hillelis, Josephi, & Elieseris nominum. Tales igitur pudore confusi recedent, nec spes salutis iis relinquitur.

EXPOSITIO, DICTI PSAL. CXVI. 11.

אני אמרתי בחפזי כל האדם כזב:

Js zu fragen/ was is deutsch: der פסוק in פשוטה er is aso zu verstehen: Wan einer sagt/das hab ich gelernt in einer Eil / da is jderman ein Lügner/wer es sagt. Wan er sagt / ich hab mich wol bemüht/ eh wan ich hab das gelernt / da sagt er gewiß wahr. So in פשוטה Aber in ein andern דרך kan man es aso sogen ע״ד המדרש der מדרש geht / der דוד המלך hat soln ein נפילה werden / so hat ihm der אדם הראשון geschenckt sibenzig Jar von seine Jar. Und wie דוד המלך is geloffen vor שאול is er gleich vierzig Jar alt gewesen/so wert der פסוק recht sein: אני אמרתי is deutsch/ich hab vermeint בחפזי in mein eilen/wie ich geeilt hab/und bin geloffen für שאול als er hat mich woln umbrengen/ כל das כל sein dreisig Jahr in der Zahl von האדם אדם הראשון die er mier geschenckt hat/ כזב sein ein Lugen. Warum? wie kan ich noch dreisig Jahr leben / der שאול wil mich jetzo umbringen.

Si quæratur de sensu verborum, sensus maxime proprius is videtur esse: Quotquot dicunt se aliquid festinanter (*& quasi aliud agendo)* didicisse, illi mentiuntur. Qui autem asserunt, cum labore & industria se aliquid animo complexos esse, ii verum dicunt. Iste genuinus & nativus verborum sensus est. At, secundum Medrasch alia potest fieri expositio: In Medrasch scriptum est, sic fuisse in Fatis, ut David (*fœtus immaturus*) per abortum ederetur, ideo donasse illi Adamum protoplastum de suis, annos septuaginta: *(debebat enim Adamus post lapsum, vivere* diem tantum unum divinum, *ut constaret veritas illi* Gen. 2, 17. Quo die comederis de eo, moriturus es. *Dies autem divinus, complectitur annos mille* Ps. 90, 4. *cæterum obiit Adamus annos natus* 930. *decedunt igitur anni* 70. *ab illo, quod ei concedebatur vivendi spatio, istosq; annos Adamus impertitus est Davidi:*) Cum vero David a Saule fugeret, impleverat tum annum quadragesimum. Jam optime se habet locus Psalmi: אני אמרתי *Ego mecum existimabam* בחפזי *in trepidatione mea*, cum festinarem, & a Saule qui mortem mihi intentabat, fugerem, כל hæc vox annos triginta designat, האדם i. e. Adami protoplasti, quos mihi donavit, כזב mendacium esse deprehenduntur. Ecquomodo enim triginta adhuc annos superstes ero, cum Saul jam exitium mihi machinetur?

Quis

Ohe! jam satis est. Quis tam patiens, ut teneat se? Vah! ut verbum tantum unum de postrema stoliditate dicam, כל utiq; quinquaginta notat, non triginta, nec satis apte istorum Autor, ineptias disposuit suas. Ergo ei, sociennisque,

Danda est hellebori multo pars maxima,

De Loco Gen. 49, 10.

ut cerebro defæcato nugari melius queant, & perplexarier.

Vulgatæ illius expositiones,

Quid existimas innui istis verbis] Propositum hic mihi, cum cura tractare locum Gen 49, 10. imprimis quantum ad verba ימחקק מבין רגליו attinet: nam circa istorum sensum hærent Interpretes, non exigua constricti difficultate. Extabant vulgo hactenus inter Christianos Judæosq;, duæ præcipue dicti explicationes. Harum una, respiciens morem, quo Doctores olim apud antiquissimos Judæos in cathedra excelsiore, ab illorum vero ore pendentes Discipuli, humi, & ad Magistrorum pedes consedisse creduntur, locum sic exponit, quasi diceretur: *Non deerunt Doctores inter Judæos, ad quorum pedes Discipuli sedeant, donec veniet Messias.* Altera de generandi modo verba accipiens, id significari contendit: *Non deerit ad adventum usq; Messiæ Legislator, ex lumbis, seu femore, hoc est semine Juda, continue nascendus.* Enimvero, utramque hanc opinionem, peculiari edita Dissertatione, prolixe eruditeque nuper discussit Nobilissimus & eximiæ dignitationis Vir, Jobus Ludolfus, singulari Dei munere, primus, perfectusque simul Linguæ Æthiopicæ inter Christianos Magister, & cui hoc nomine eruditior Orbis magnam solidamque habet, habebitque æternum gratiam.

Eæ elevantur.

Is vero, multis in medium allatis rationibus, solide (si quid nos judicare possumus) ostendit, neutram scopum ferire, & neutram posse admitti. Scilicet, respectu prioris sententiæ, merito urget, haud bene de Discipulis dici posse, quod בין רגלים sive μεταξὺ aut ἐν μέσῳ τῶν ποδῶν *inter pedes, vel in medio pedum* Doctorum suorum sedeant, cum potius, si hoc intendisset Scriptura, quod perhibetur, לרגלים hoc est, πρὸς τὰς πόδας, sive *ad pedes*, quæ in Novo Testamento non infrequens locutio sit, dicere illam oportuisset. Insuper, probe observat, etiam admissa illa vulgari explicatione, non tam tolli difficultatem, quam augeri. Cum enim non de Discipulis, sed de Doctore sermonem esse, interpretationis istius Patroni contendant, & vero pro Juda, Judæ posteros intelligere omnis ratio flagitet, jam minime in Doctorem, phrasin *sedere ad pedes*, aut, *recedere a pedibus*, quadrare ait, quippe, qui ad caput discentium Judæ posterorum, sessitaverit. Est proinde dura locutio, cum quis id dicere Scripturam contendit: *Non recessurum Sceptrum a Judæ posteris, neq; Doctorem ab eorundem pedibus, ad Messiæ usq; adventum.* Sed, nec minus dura & insueta est illa expositio,

sitio, quæ ex altera sententia tandem emergit, & secundum quam sermo ita concipiendus fuerit: *Non recedet vel auferetur Doctor, vel Legislator, de medio pedum Judæ, seu de genitalibus aut femore Judæ.* Namq; verbum סור pertinet ad utrumque orationis membrum, nec aliter exponendum cum ad posterius refertur, quam in priore erat factum. Atque his, aliisque, Viri Docti argumentis, nos quidem plane acquiescimus, iisque, quatenus prior sententia impugnatur, illud succenturiatum addi potest, certum & exploratum videri, inde, a Mosis temporibus, ad ætatem usque R. Gamalielis, atque sic ad Messiam usque exhibitum & amplius, stantes in pedibus discipulos, a sedentibus Præceptoribus suis fuisse edoctos. Scilicet, incongrue acceperunt plerique Interpretum, verba Pauli Act. 22, 3. Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου· quorum in veteri Latina translatione, hæc versio est, & vulgo interpunctio: *Ego sum vir Judæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis.* Neque vero aliam ob causam, quam quod plerisque creditum est, profiteri Apostolum, se ad Gamalielis pedes sedentem, Legi divinæ discendæ operam navasse, illa prior Jacobæi Oraculi explicatio tantopere se videtur nostris Expositoribus commendasse. Sed enim in Megilla fol. 21. a. clare scriptum habetur: תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למידין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למידין תורה מיושב והיינו דתנן משמת רבן גמליאל בטל כבוד תורה: Id est: *Sic tradunt Magistri: A diebus Mosis, ad ætatem usq; R. Gamalielis,* (Discipuli) *non nisi stantes,* (a sedentibus Præceptoribus) *discebant Legem. At R. Gamaliele mortuo, morbi* (solito magis) *infestare cœperunt orbem, itaq; sedentes, Legi discendæ operam navabant. Unde in Mischna dicitur: Mortuo Gamaliele Sene, evanuit honos Legis.* Juvat conferre, quæ pro hac sententia confirmanda disserunt, Viri insignes eruditione, Samuel Petitus l. 3. Observat. c. 2. & Joh. Lightfootus Horar. Hebr. in Lucæ c. 2. v. 46. Cæterum in dicto supra allegato Apostoli, verba, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, perperam cum πεπαιδευμένος connectunt Interpretes, quippe, quæ cum prioribus, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, potius cohærent; atq; ad pedes Gamalielis, in domo ejus altum & educatum, non autem literis imbutum se fuisse, Paulus significare voluit. Haud alio sensu verba ista accepit Syrus, unde inter nativitatem, educationem, & informationem Pauli, per copulationis & disjunctionis voculas, sedulo discrimen fecisse deprehenditur. Sic habet illius translatio:

De Loco Gen. 49. 10.

Discentes olim non sedentes, sed stantes a Præceptoribus docebantur.

De Loco Act. 22, 3.

De Loco Gen. 49. 10.

ܐܢܐ ܓܒܪܐ ܐܢܐ ܝܗܘܕܝܐ ܘܡܬܝܠܕ ܐܢܐ ܒܛܪܣܘܣ
ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܘܡܪܒܐ ܐܢܐ ܒܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ ܪܓܠܘܗܝ
ܕܓܡܠܝܐܝܠ ܘܪܕܐ ܐܢܐ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܒܢܡܘܣܐ ܕܐܒܗܬܐ ܀ Id est: *Ego vir ſum Judæus, & natus ſum in Tarſo Ciliciæ, nutritus vero in hac civitate juxta pedes Gamalielis: & eruditus fui perfecte in Lege Patrũ noſtrorũ.* Illud interim, apud me in dubio relinquitur, num verba ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ id proprie velint, *quod Paulus puer, ad lecti tricliniaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra, id eſt, ad pedes,* conſederit, ceu loco dicto Petitus explicat. Potius crederem, eſſe hanc modeſtam Pauli extenuationem, dum non arroganter, ſe puerum, Gamalielis convictorem & familiarem fuiſſe, ac ſacra & profana omnia communia cum eo habuiſſe, jactitat; ſed potius ad pedes quaſi, Summi, & cujus recens defuncti memoria apud omnes præcipua colebatur veneratione, Doctoris abjectum, ſic ſeſe cibum captaſſe, demiſſe profitetur. Habent hoc Judæi in more poſitum, ut reverenter de aliis loquendo, ſe ad illorum pedes inſinuent. Locus elegans de Abigaile, eſt 1. Sam. 25, 41. ותקם ותשתחו אפים ארצה ותאמר הנה אמתך לשפחה לרחוץ רגלי עבדי ארני: *Tum ſurgens illa, incurvavit ſe facie demiſſa ad terram, & dixit, ecce ancilla tua in famulam, ad lavandum pedes ſervorum Domini mei.* Eodem tendit, dictum celebre Joſe Joëſeridis in Pirke: יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם: Quod, ne quid eos juvaret, qui Paulo adhuc juvene, Diſcipulos, cum Præceptoribus auſcultarent, jam in ſolo ſediſſe autumant, neſcio annon aliquantillum torqueat, laudatus Petitus. *Referunt*, inquit, *Viri Summi iſta verba* הוי מתאבק בעפר רגליהם luctator in pulvere pedum eorum, *ad hunc morem, quod diſcipuli in ſolo projecti, ad pedes Doctorum ſuorum iis dabant operam; itaq; vertunt*, & pulveriza te pulvere pedum eorum. *Sed vox* התאבק luctatorum *eſt, &* luctari *ſignificat: eſt autem* luctatorum τὸ κονίζεσθαι, καὶ τὸ κονίζειν ἀντίπαλον· Id autem fieri volebat Joſe Joëzeri filius, *pulvere pedum Sapientum: metaphora igitur petita eſt a* luctatoribus, *quæ ſignificabat, etiam in remiſſionibus & ludis (quemadmodum in compotationibus & conviviis, quod indicant ſequentia* והוי שותה בצמא את דבריהם *& bibito cum ſiti verba eorum,) non eſſe remittendum quicquam de ſapientia & doctrina, quam ſibi compararunt ex aſſiduo Sapientum uſu: vult enim uti Sapientibus adeo familiariter, ut frequentes domum ejus conveniant* יהי ביתך בית ועד לחכמים *Eſto domus tua, domus, in quam conveniant Sapiẽtes.* Enim vero, eſt illa, a luctatoribus petita translatio, ejus-

A Petito diſſenſio.

Locus in Pirke Avot, explicatur.

ejusque ad institutum applicatio, duriuscula, & longe rectius utique se habet commune interpretamentum, vel Judæis arbitris, qui in sua versione τῶν Pirke reddiderunt: Und sey dich welgern in den Staub von ihre Füß. Neque tamen vel sic causæ nostræ quicquam decedit, aut admittere utrique cogemur, jamdum Jose Joëseridis ævo, hoc est diu ante Gamalielem, Discipulos humi sedentes, a Præceptorum ore pependisse. Haud enim alius dicti sensus, quam quem expresserunt Commentatores: והוי מתאבק בעפר רגליהם ר״ל הוי שפל ומשמש אותן תמיד i. e *Verbis*: & voluta te in pulvere pedũ eorum, *id imperatur: Esto humilis, & ministra Sapientibus assidue.* De reliquo, probe observat Petitus, ex ipso Evangelio constare, ita more apud priscos Judæos fuisse receptum, ut docentes sederent, eamq; in rem affert dictum Matth. 23, 2. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· Addi huic testimonio summopere meretur, quod est apud eundem Matthæum 5, 1. de nostro Servatore: Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς· Nec minus, quod Lucas 2, 46. de eo adhuc puero, a parentibus amisso, quæsitoque, tradidit: Καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς· Atenim, non id tantum ex Divinis literis Novi Testamenti perspicue ostendere nobis licet, Præceptores sedisse; sed & eædem, verbis clarissimis insuper monstrant, discipulos, & cæteros, qui ab ore docentium pendebant, in pedibus stetisse erectos; proindeque veteri Judæorum hac de re traditione, nihil potest esse verius. Sic est apud Matthæum 13, 1. 2. 3. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν· Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι· Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει· Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς· Easdem has circumstantias, de Christo sedente, & Auditoribus adstantibus, dignas quoque S. Marcus credidit, quarum in illa ipsa historia describenda, rationem haberet, si Syri Interpretis autoritatem sequimur. Legitur cap. 4. commate 1. apud Evangelistam. Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· Καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν Hujus quidem dicti, verba postrema, Vetus Vulgatus, & Arabs, tam generalibus verbis transtulerunt, ut sessio Auditorum non excludatur. Nam prior habet: *Et omnis turba circa mare super terram erat.* Posterior extulit:

De Loco Gen. 49. 10.

De Loco Gen. 49, 10.

وكانت الجموع كلها عند البحر على الارض

id est: *Et erant turbæ omnes secus mare super terram.* Sed, Syro, magis distincte & dilucide visum est reddere: ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ ܀ Id est: *Et omnis turba stans erat super terram, ad littus maris.* Ne vero quid dissimulem, illud quoq; tenendum, non semper Christi Discipulos, cæterosque Auditores, pedibus insistendo, dicentem attendisse, sed aliquando sessitasse etiam. Testem iterum damus S. Marcum, qui cap. 3, 32. seqq. nunc quidem aperte, & sine verborum ambiguitate: Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· Εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε· Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου· Docuit igitur Servator sedens, assidente quoq; turba ἐν κύκλῳ. Quam phrasin, non ita accipiendam existimaverim, quasi in medio ejus loci, ubi sermones sacro ore fundebat, cœlestis Doctor sederit, & ut undiq; & quaqua versum, ab auscultatoribus fuerit cinctus. Sed nisi fallor, hemicyclum formabant Auditores neq; ulli retro, a disserentis tergo, sedebant. Talis docentium discentiumq; sessionis forma, post Gamalielis tempora, deinde in mores transiit, atq; de ea Maimonides, in Hilchot Talmud Torac. 4. §. 2. כיצד מלמדים הרב יושב בראש והתלמידים מוקפים לפניו כעטרה כדי שיהיו כולם רואים הרב ושומעים דבריו: *Quomodo in Scholis fiunt* ἀκροάσεις*? Præceptor sedet in capite, discipuli circumsident instar coronæ, ut omnes Præceptorem intueri, illiusq; sermonem percipere possint.* Animi pendeo, an illud quod ex Marco modo attulimus, præjudicet Judæorum assertioni, qua ante Gamalielis obitum, Discipulos, sedentes suis Præceptoribus operam locasse, omnino negant, & citra exceptionem. Vix enim arbitror, de Pharisæorum & Scribarum Discipulis, exemplum posse afferri in contrarium, utpote qui summopere Præceptores superbissimos suspicere cogebantur, pervulgatumque ea ætate erat dictum, quod superest in Pirke Avot c. 4. יהי מורא רבך כמורא שמים *Præceptorem tuum non minus, quam cœleste Numen reveretor.* Servator noster, qui vere erat πρᾷος, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, benigne nonnunquam indulsisse videtur, ut auditores, postquam diutule steterant, fessa membra sessione refocillarent, atque porro tanto attentius præberent aures. Ex hactenus allatis causis, cum verbo-

verborum ומחקק מבין רגליו communia interpretamenta, locum non inveniant, nova igitur ratione, laudatus Ludolfus, rem illustrare aggreditur, ac Hebræum textum, cui hic vitium accidisse existimat, emendando, legendum esse censet, prout Samaritanus Codex habet, ומחקק מבין דגליו levi unius elementi immutatione. Isto fundamento substrato, porro מחקק de *Belli Duce*, דגליו ceu res ipsa postulat, de *vexillis* & *signis militaribus* accipit, ut ita sensu plano facilique, in integro illo Scripturæ dicto id doceatur: *Non ablatum iri Sceptrum sive Principatum de Juda, neq; Ducem belli de vexillis ejus, inter quæ scilicet versari solet, donec venerit Siloh.* Sive, quod idem est: *Tribum Judam tam diu habituram suos Principes ac Duces, aut jura pacis & belli, donec venerit Messias.* Equidem, non diffiteor, solertem, ingeniosamque esse hanc conjecturam, & omnino talem, ut ejus inventæ, autorem nec pudere, nec pigere debeat. Quamobrem, si de ullo alio, præter Sacras Literas, Scriptore ageretur, citra hæsitationem assensum præberem, nec verbum ullum commutarem amplius. Sed enim, quia ipsius Sacri Codicis lectio in controversiam venit, nemo æquus rerum æstimator mihi vitio, quod spero, vertet, si caute & cum circumspectione hic versor, nec tam facile a constanti omnium Hebræorum Codicum, tot insuper vetustissimorum Interpretum testimoniis confirmata scriptura, me dimoveri patior. Iterum enim iterumque hoc publice profiteor, me illi Sectæ nomen dedisse, cui religio est, citra antiquorum Codicum, aut Translatorum fidem, & præsentem ac urgêtissimam insuper necessitatem, vel apicem minimum in Sacris Literis Antiqui, imo & Novi Fœderis, ex ingenio immutare. Interim non id velim ego, omnes Scribas, quorum opera hodiernus Veteris Testamenti Codex ad nos pervenit, fuisse ἀναμαρτήτους & θεοπνεύστους. Quin potius olim Codices Hebræos inter sese alicubi variasse non ibo inficias. At nego, tam corruptam, in classico præsertim loco, nostrorum librorum esse uspiam lectionem, ut nobis sine antiquitatis præsidio, ex sola conjectura emendanda veniat, idque, cœlestem in his rebus Providentiam, ea qua par est pietate suspiciens, firmissime sum persuasus. Eandem mentem Virginum Doctissima Anna Maria Schurmanna in epistola ad Cl. Salmasium, his elegantibus verbis verecunde expressit: *Nulla in re majori cum religione quam in S. Literarum crisi (quæ in sola exemplarium collatione admitti debet) versandum est. Quare jure optimo juxta communem Theologorum nostrorum sententiam, earum integritatem ita defendis, ut arbitrio mortalium corrigendi aut mutandi æternum Dei verbum nihil juris esse contendas. Quamvis enim Librarii vacillanti ingenio calamoq; eas ex* αὐτογράφῳ *descripserint; tamen quoniam divinam providentiam in hujus libri custodia tutelaq; mirabilem merito agnoscimus, de ejusdem incolumitate neutiquam dubitandum est. Et*

Nova loci Gen. 49, 10. expositio.

Vulgata in textu Hebræo lectio, non temere solicitanda.

De Loco Gen. 49. 10.

licet aliquando quædam nobis ἄλυτα videantur: eadem tamen alio tempore aut ipſi facile perſpicimus, aut ab iis perſpecta deprehendimus. Ita ſcilicet ſupremo Numini viſum eſt, quædam in ſpeciem contraria in verbo ſuo nobis proponere, ut etiam ſumma ingenia habeāt, in quo ſeſe per omne ævum exerceant, ſimulq; omne tædium nauſeamq; iis abſtergeret, nec id tantum, ſed ut rationem quoque humanam fidei imperio ſubjiceret. Cæterum, iſta, ceu ingenue profiteor, non admodum adverſus Nobiliſſimum Ludolfum faciunt. Nihil enim in ea quam prædicavimus Diſſertatione hactenus diſſentit, ſed pariter nobiſcum animatus eſt, nec ex ſeſe novam lectionem comminiſcitur, verum illam ſuggerit, quam Samaritani exemplaris tuetur autoritas. Vt ergo propius ad rem accedam, nunc iſtud indicandum venit, nondum vel ſic comprobatum eſſe, variantem fuiſſe quondam in bonis & probis Hebræorum Libris, hoc loco lectionem. Nam, ut unus ſolusque Samaritanus Codex ſe mihi commendet, & adverſus innumeros alios, turbamq; Paraphraſtarum & Translatorum veterum conſiſtat, prius certus eſſe debeo, ex optimo Codice Hebræo fuiſſe expreſſum; non deceptum fuiſſe exſcriptorem ſimilitudine elementorum Daleth & Reſch; idem prorſus legi in omnibus Samaritanis exemplaribus, nec in his potuiſſe confundi duas has ࠃ & ࠓ æque ac in Hebræo admodum affines literas; denique probandum, a mendis cæteroquin Samaritanum exemplar plurimum immune eſſe. Hæc omnia inquam, ſolide mihi demonſtrentur opus eſt, antequam ſuſpicionem admittam, minus olim quam nunc inter ſe concordaſſe Hebræos Codices; quæ probatio non ſolum difficilis futura eſt, ſed &, niſi me fallit opinio, magna ex parte ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων. Equidem, ſi quis acriter apud me inſtet, pertendatque, de conſenſu Samaritanorum Codicum non temere dubitandum eſſe; haud admodum refragabor, eosque inter ſe congruere omnes, mihi perſuaderi patiar. Quippe, movet me Interpres Samaritanus, quem ita legiſſe in Samaritico textu, prout nunc legitur, minime ambigo, ſunt enim hæc illius Hebraico charactere ſcripta verba: לא יסטי שבט מיהודה ומנגד מבין סדריו עד הלא ייתי שלה: *Non auferetur Sceptrum de Juda, nec Dux de ordinibus ejus, donec veniat Pacificus.* At, ſi porro de autoritate Samaritani textus quæſtio oriatur, &, num ipſe adverſus Hebræum authenticum in medium prodire, & illius lectiones elevare queat, in diſceptationem venit, tantum abeſt, hoc cuiquam aſſerenti concedam, ut potius alia omnia veriſimilia appareant. Inſtrumentis publicis nequaquam probandi vim competere, niſi proba, vitiis carentia, & plena deprehendantur, tradunt JCti non tam ex l. 17. C. de fide inſtrum. quam ex naturali id dictante ratione. Jam vero conſideremus, quæ Samaritani Codicis forma ſit, habitusque. Sane caperemur illius

ſpecie

ſpecie, ſi talis eſſet, qualem S. Hieronymus in prologo Regum libris præfixo, prædicat, cum ait: *Samaritani Pentateuchum Moſis totidem literis ſcriptitant, quot Hebræi, figuris tantum & apicibus diſcrepantes.* Quamobrem, ſi in ſolo noſtro Geneſeos controverſo loco, lectionis aliqua ſe offerret varietas, & cætera ſemper Codex Samaritanus Hebræi imaginem ad unguem referret, alio nullo quam literarum intercedente diſcrimine, eſſet, fateor, non exiguum in ea re præjudicium. At, qualiſcunque tandem fuerit Hieronymi ævo Codex Samaritanus, hac noſtra ætate longe alius deprehenſus eſt a Viris Doctiſſimis. Ne enim de MSS. nunc dicam, quos etſi me non tractaſſe libens profiteor, tamen Arnoldus Bootius in Epiſtola ad Jacobum Vſſerium, Archiepiſcopum Armachanum, quæ Pariſiis A. 1650. typis excuſa eſt, facit, ut exiguum illis pretium ponendum videatur. Narrat enim Bootius illi Præſuli, *ſe Pentateucho Samaritano, quem Cottotiæ Bibliothecæ is donaverit, Londini uſum eſſe, erratisq́ ſcriptionis tantopere illum ſcatentem deprehendiſſe, ut in ſola Geneſi, præter ſeptuaginta vel leviora, vel talia, quæ pervicacior aliquis negare poſſet in mendo cubare, obſervaverit centum undecim ad minimum vocabula manifeſtiſſime vitioſa, & pleraq́ admodum monſtruoſa, nihilq́ omnino ſignificantia; alia autem ſatis uſitata, ac ſuas ſignificationes habentia, ſed a locis illis, in quibus aliorum loco ſcripta ſunt, in totum aliena: & tamen codicem illum non eſſe plebejum aliquem aut rejiculum, ſed unum de melioribus; quippe librum magnum in folio, chartâ pergameni æmulâ, optimo atramento, literis accuratiſſimis, ac fere dodrantalibus, juſto & marginum ſpatio, ac vocum ac verſuum intervallo exaratum; idq́ non a triviali aliquo ſcriba, ſed a primario gentis Sacerdote, qui nomine Ithamar ben Aharon ben Ithamar, eum Anno 764. regni Iſmaëlitici, in urbe Damaſco deſcripſerit.* Sed, nec Samaritanus Codex, quatenus editus impreſſusque habetur, melioris eſt notæ. Oſtendit hoc abunde, Vir eruditione ſingulari præditus, Joh. Henricus Hottingerus: itaque Buxtorfium in Anticritica part. 2. cap. 7. ſequuti, ad hunc, eos, qui rem in dubium vocant, ablegamus, Buxtorfii autem verba exſcribimus: *Tot craſſis & manifeſtiſſimis Codex ille* (Samaritanus) *ſcatet vitiis & erroribus, quos partim caſu & errore, partim ἐκ πονηρίας in eum irrepſiſſe, vel ab imperitiſſimo deprehendi, & manu palpari poteſt, ut illi, apud omnes cordatos & æquos rerum æſtimatores, merito omnem fidem atq́ autoritatem adimant. Tales omnis generis, & innumeros fere, ex αὐτοψία & propria experientia atq́ lectione, obſervavit & collegit Doctiſſimus Hottingerus in Exercitationibus Antimorinianis, quo Lectorem remitto. Oſtendit ibi, plurimos errores natos ex permutatione & confuſione literarum figura affinium: quoſdam ab ipſis Samaritis malitioſe & ſtudio illatos: alios quibus ſenſus plane incongruus, & a ſtylo Spiritus S. alienus infertur: pleonaſmos & ſupplementa ſuperflua: defectus*

De textus Samaritani autoritate.

De Loco Gen. 49, 10.

defectus & omissiones partim negligentes, partim malitiosos, &c. Et tamen tam putidus Codex hodie pro puto puro Mosaico venditatur, ex eo Judæorum Codices corrigendos, castigandos, emendandos, supplendos esse pronunciatur, hocq; tanquam eximia, necessaria, & utilissima Criticæ species laudatur. Atque dignum notatu est, corruptionem Pentateuchi Samaritani tantam esse, ut observaverit laudatus Hottingerus, etiam a Muhammedano scriptore Ahmed Ibn Jdris in scripto virulento contra Christianos & Judæos illam exagitari. Et vero, ipse Waltonus, summus rigidusque Samaritani Codicis hyperaspistes, tamen in Prolegom. Operis Bibl. Anglic. fatetur, *impostorem quendam Dositheũ, qui se pro Messia venditarit, exemplaria Samaritana corrupisse & adulterasse.* Quid ergo, si cuiquam in mentem veniat, hunc quoq; locum, quo nullus in Lege Mosaica de Messia est illustrior, ab illo plano, ut suæ scenæ serviret, vitium passum esse? Certe, non videtur conjectura hæc multum a vero abludere. Quod si vero quis malit, Librariorum hic loci affines literas Resch & Daleth confundentium παρόραμα agnoscere, neque illi valde repugnabo. Nam ut alia innumera peccata eorum qui Samaratinum Codicem scripserunt, mittam, in ipsa hac re erratum est quoque alibi, ceu post Hottingerum observavit quoque Cl. Wasmuthus in Vindic. S. Hebr. Script. p. 98. Videlicet Gen. 10. 4. pro דודנים in Samaritano est רודנים Et vice versa Gen. 14, 4. pro וירק Samaritanus habet וידק Gen. 41, 3. 4. pro דקות bis legit רקות itemq; Gen. 47, 21. pro העביר ipse העביד exhibet. Proinde facto usus est, ut in hoc, quod nos exercet, negotio, S. Patris nostri Hieronymi sequamur exemplum, qui quoties veterum Interpretum versionem ab Hebræo textu discrepare deprehendit, non eos aliter atque aliter, sed vero male legisse, ac turpiter lapsos esse pronunciavit. Adscribam unum & alterum locum, eosque appositos, dum unice ad permutationem literarum Daleth & Resch, quæ nunc quoque in disceptationem venit, attinent. Scilicet, ad Es. 28, 9. scripsit Hieronymus: *Quod autem verbum hebraicum,* רעה *quod omnes verterunt* scientiam, *soli Septuaginta κακὰ id est,* mala, *interpretati sunt: error perspicuus est. Prima enim litera resch & daleth parvo apice distinguuntur.* Sic, ad Ezech. 21 2. habet: *Quodq; dixere,* Ducem Nageb, *melius habet in Hebræo,* agri vel regionis meridianæ: *non enim* sar, *ut putaverunt Septuaginta, quod verbum* ducem & principem *sonat, sed* sadeh *scriptum est, quod proprie* agrum regionemque *signat: & propter daleth & resch literarum similitudinem error inolevit.* Item ad c. 27, 15. *Filii Dadan: pro quo nescio quid volentes Septuaginta, filios Rhodiorum interpretati sunt, nisi forte prima literæ falsi similitudine, ut pro Dadan legerent Radan.* Et mox commate 19. *Syrus quoq; fuit negotiator Tyri: pro quo in hebraico positum est* aram, *in cujus loco Septuaginta* homines *interpretati sunt, pro* aram *legen-*

legentes adam, *daleth & resch literarum, ut supra, decepti similitudine.* Rursus ad c. 47, ejusdem Prophetæ, ait: *Quod in Septuaginta ponitur* φοινικῶνος, *id est* palmeti, *in hebraico non habetur, pro quo nos* metiemini *interpretati sumus, errorq; manifestus, quod pro* thamodu, *literæ decepti similitudine, resch & daleth, legerunt* thamaroth. Paria ad Amos 1, 1. commentatur: *In eo autem loco, ubi Septuaginta transtulerunt*: In Accarim, *Theodotio ipsum verbum hebraicum posuit* nokedim, *quod Aquila vertit* ἐν ποιμνοτρόφοις, *Symmachus & V. Editio,* ἐν τοῖς ποιμέσιν *id est, in pastoribus. Et puto propter daleth & resch similitudinem hic quoq; deceptos, pro* nokedim *quasi* nokerim, *& exinde* accarim *posuisse sermonem: quanquam in principio nominis, nun litera, nullam relinquit excusationem erroris.* Iterum, paulo post, commate 4. legimus: *Vbi in Hebræo habetur* Benhadad, *& unum nomen est, Septuaginta interpretati sunt* υἱοῦ ἄδερ *id est, filii Ader, resch & daleth elementorum falsi similitudine. In eo quoq; loco, ubi nos dicimus*, de domo voluptatis, *quod hebraice dicitur mibbeth heden, & omnes similiter transtulerunt, Septuaginta interpretati sunt* ἐξ ἀνδρῶν χαῤῥάν, *id est, ex viris Charran, daleth mediam nominis literam resch arbitrantes.* Hæc omnia, quando mecum in animo reputo, tandem illud in hac controversia pronunciare cogor, quod ea quamvis nondum mota, de summa tamen causæ, & velut in posterum præsentiens, pronunciavit Eximius Præstantissimusque Hottingerus, Dissertat. de Heptapl. Parisien. §. 13. *Locus* (depravationem Samaritani Codicis comprobans) *cumprimis luculentus est Gen. 49, 10. ubi pro recepta, & ab Interpretibus approbata lectione* מחוקק מבין רגליו Legislator a pedibus ejus; *Samaritanus habet* מבין דגליו a vexillis ejus. *Quis hic solum sapere existimet codicem Samaritanum, præter omnia reliquarum nationum & linguarum exemplaria?* Sed esto, fuerit in Antiquorum libris discrepantia, neutiquam tamen a trita, usitata, totque suffragatoribus confirmata lectione discedo, nisi me hinc abigat, & ad Samaritanum confugere compellat ultima necessitas, quali nos nondum urgeri, ex dicendis patebit. Addo illud quoque, quod, si maxime in alio Scripturæ loco facilis essem ad acumini critico quid indulgendum, non id tamen in hoc præsenti facturus eram, quando ad Judæos confutandos illo mihi summopere opus est. Hi vero, si receptam lectionem me solicitare deprehendant, Dei hominumque fidem continuo inclamabunt, & tam desperatam caussam nostram esse criminabuntur, ut necesse sit a Scripturæ depravatione remedium petere. Atque hoc profecto reipsa expertus sum, ubi cum Judæo, qui apud nos forte transibat, de varietate ista lectionis, nonnihil egeram. Ne igitur Classicum dictum, quo veritas Christianæ religionis adversus infideles Judæos quam maxime confirmatur,

De Loco Gen. 49, 10.

De Loco Gen. 49.10. tur, nobis fiat inutile, & offendiculo iis simus, retinenda est vetus lectio, & potius de commoda ejus interpretatione dispiciendum. Et vero, perpulchra illa Literatissimi Ludolfi Dissertatio, statim elicuit sapientem conjecturam, Viri, quem suo merito, inter decora & præsidia refert Respublica Literaria, nos autem animo insigniter carum habemus, colimusque, Eliæ Veielii, Theologi Vlmensis; eamque ipse in literis ad me, a. d. 16. Febr. A. 1676. perscriptis, his verbis aperire dignatus est: *Transmissa ad me fuerat Dissertatio Magni illius Viri* (Jobi Ludolfi,) *ab Amico quodam, Jenæ studiis operante, atq; literis Orientalibus vehementer addicto, qui etiam in iisdem sat magna confecit spatia. Acciderat autem forte, ut in circuitu Scholæ nostræ, Viri aliqui docti, de rebus literatis confabularemur. Cum autem mentio etiam facta fuisset elegantissimæ illius Dissertationis, sciscitabantur illi qui aderant ex me, quid de illa sentirem. Tum ego acumen Amplissimi Autoris ex merito dilaudare, addebam tamen, Virum Summum Judæis hanc suam emendationem difficulter persuasurum. Notum esse, quanta religione, vel, si mavis, superstitione, Codicem Hebraicum venerentur Judæi; reclamaturos igitur illos quam maxime, neq; admissuros correctionem ex Codice, a gente Hebræis vehementer invisa, profectam. Mihi vero sic videri, retinendam esse antiquam lectionem, vocemq;* רגליו *pro exercitu pedestri accipiendam, hancq; notionem vocabuli Sacræ Scripturæ minime esse incognitam; etenim constare, Hebræos peditatu magis quam equitatu valuisse. Probabant Amici hanc interpretationem, sed intercesserat postea Professor apud nos Mathematum, Vir Linguæ Hebraicæ notitia haud leviter tinctus, eo quod vox* מחוקק *sibi non videatur pro Duce bellico in sacris sumi Literis, utut a Nobilissimo Viro loca quædam in illum sensum fuissent adducta, quæ tamen mihi rem satis feliciter conficere videbantur. Eo autem pronior eram in illam sententiam, quod jam dudum asserueram, robur militiæ Judaicæ, non in equitatu, sed in peditatu constitisse. Quæsiverat enim ante annos aliquam multos ex me Vir magnæ dignationis, quæ causa subesset, quod Conditor rerum omnium, Equitio minus videatur esse æquus in verbo suo? Respondebam, generosum hoc animal Creatori suo non esse invisum, verum eo duntaxat nomine vetuisse Deum, ne Reges Judæorum multos alerent equos, ut ne in multitudine & ferocia equorum pugnacium, fiduciam in bellis vel præliis ponerent; sed, quamvis pedestrem tantummodo exercitum adversus hostes, curribus & equis ferocientes, educerent, divino freti auxilio, victoriam sibi nihilo secius pollicerentur.* Multum me continuo cepit erudita hæc, & plausibilis opinio, eiq; subscripsissem, nisi scrupuli aliqui mentem inquietassent, & frænum quasi injecissent, ne plane planeq; assentirem. Sat scio, licebit mihi, cũ bona, Viri magni, venia, in præsentia etiam publice profiteri, quid me cruciet. Scilicet, nondum a me impetro, ut credam, de Belli Duce Jacobo sermonem fuisse

Nova expositio Loci Gen. 49. 10.

Discussio hujus opinionis.

fuisse, eum verbum מחוקק proloqueretur, eumque nisi me omnia fallunt, excludit quodammodo contextus συνάφεια. Nimirum, de *Sceptro* mentio præcedit, quod quatenus insigne Principum est, (prout hoc loco accipi debet,) nescio an ullis Scriptoribus, de potestate, solam togatam Rempublicam, & prout a bellico imperio distinguitur, administrandi, fuerit usurpatum. Imo, si rem recte reputemus, militarium magis Ducum, quam in pace regentium Rempublicam, Sceptrum apud veteres fuit symbolum. *Per ea adhuc tempora*, inquit, l. 34. c. 3. de incunabulis Romæ loquens Justinus, *Reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixere.* Atque, cum Homerus Iliad. 4. v. 218. seqq. sic nobis Vlyssen belli Ducem figurasset:

De Loco Gen. 49, 10.

Sceptrum, & Belli Ducibus convenit.

Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε, κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας·
Σκῆπτρον δ᾽ ὔτ᾽ ὀπίσω ὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ᾽ ἀστεμφὲς ἔχεσκεν.

Stabat, subtusq; cernebat, in terram oculos defigens:
Sceptrum vero neq; retrorsum, neq; in anteriorem partem movebat,
Sed immobile tenebat.

Ad ista observat Scholiastes: Σημειωτέον, ὅτι ἕκαστος τῶν ἡγεμόνων σκῆπτρον εἶχεν ἴδιον· ὡς καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν τῇ α ὄμνυσι κατ᾽ αὐτοῦ· *Indicio est, Imperatorum militarium cuiq; suum Sceptrum fuisse. unde & Achilles in Iliade 1. per illud jusjurandum fecit.* De Romanis, Servius: *Apud majores, omnes Duces cum Sceptris ingrediebantur Curiam.* Et Isidorus l. 18. c. 11. *Namq; & purpuream, & palmatam togam, triumphantes induebantur, & scorpionem cum Sceptro in manu tenebant.* Quo in loco, vitiose, *scorpionem*, pro *scipionem* legi, ad Themistii Orat. 11. recte monuit Dionysius Petavius. Nolim tamen negare, etiam in pace jus subditis dicentes, eosque imperio regentes, Sceptro usos esse, quod imprimis de Ægyptiorum antiquissimis Regibus affirmandum videtur. Sed, istis, omnimodam potestatem notabat Sceptrum, tam ad belli, quam pacis jura, sese porrigentem. Vnde Plutarchus de Ægyptiis: Τὸν δὲ Ὄσιριν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσι, ὧν τὸ μὲν τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ τὴν δύναμιν· *Osirim, oculo, & sceptro pingunt, oculo, providentiam, sceptro, potentiam indicantes.* Sic apud Persas quoque, Sceptrum supremum potentiæ, αὐτοκρατορίας, & majestatis fuisse argumentum, ex Estheris libro perspicue discimus. Non tantum enim, prout est ibi cap. 4, 11. Esther nunciari jussit Mardochæo: כל עַבדי המלך ועַם מדינות המלך יודעים אשר כל איש ואשה אשר יבוא אל המלך אל החצר הפנימית אשר לא יקרא אחת דתו להמית

Et quietam regentibus Remp.

לבד

De Loco Gen. 49.10. לבד מאשר יושיט לו המלך את שרביט הזהב וחיה׃ *Omnes servi Regis, etiam populus provinciarum Regis sciunt, quicunq; vir aut mulier ingressus fuerit ad Regem in atrium interius, qui non fuerit vocatus, unum esse jus de eo morte afficiendo, præterquam cui extenderit Rex Sceptrum aureum eum vivere.* Sed &, cum Mardochæus summis honoribus admotus, & משנה למלך אחשורוש *secundus a Rege Ahasvero* constitutus esset, sane quidem יצא מלפני המלך בלבוש מלכות תכלת וחור ועטרת זהב גדולה ותכריך בוץ וארגמן *Egrediebatur a conspectu Regis cum indumento regio, hyacinthino, coronaq; aurea magna, & stola byssina aut purpurea* : atque sic omnia ornamenta regia, ipsamque adeo coronam auream ingentem capite gestabat : nihilominus Sceptrum manu non tenuit, regiæ dignitatis signum proprium, & peculiare. Atque hæc Sceptri significatio, postea apud plerasque gentes invaluit, & ad hanc usque ætatem conservata. Quippe, veteri ævo, cum primum Germani Imperatores Ecclesiasticos Imperii Status, Sceptro de majoribus Feudis investire consueverunt, non pacate tantum regiones gubernandi, verum & bellum administrandi facultatem largiebantur. Et apud Bochellum. l. 5. Decr. Eccles. Gal. tit. 2. c. 1. legitur, Regibus Galliæ, quando inaugurantur, Sceptrum in manus tradi, cum hac solemni verborum præfatione : *Accipe Sceptrum regia potestatis insigne, virgam scilicet regni rectam, virgam virtutis, qua teipsum bene regas, sanctam Ecclesiam populumq; videlicet Christianum tibi a Deo commissum, regia virtute ab improbis defendas : pravos corrigas, rectos pacifices, & ut viam rectam tenere possint, tuo juvamine dirigas, quanto de temporali regno ad æternum regnum pervenias : ipso adjuvante, cujus regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum.* Nihil abludit ab hactenus dictis stylus Sacrarum literarum, in quibus simili modo, Principale Sceptrũ, aut militaris imperii, aut *ἀυτοκρατορίας* pacisque ac belli supremi juris symbolum est, nusquam, quod sciam, ad solam gubernationem tranquillæ Reipublicæ pertinet. Prius, respiciunt loca Psal. 2, 9. תרועם בשבט ברזל ככלי יוצר תנפצם *Confringes illos Sceptro ferreo, ut vas figlinum dissipabis eos.* Num. 24, 17. דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל ומחץ פאתי מואב וקרקר כל בני שת Id secundum Tremellianam versionem est : *Procedit stella ex Jacobo, & exsurgit Sceptrum ex Israële, quod franget latera Moabitarum, & destruet omnes eos qui pone sunt.* Ad posterius, præter alia dicta, infra alleganda, revoco illud Amosi 1, 5. ושברתי בריח דמשק והכרתי יושב מבקעת און ותומך שבט מבית עדן וגלו עם ארם קירה אמר יי׳ : *Et confringam vectem Damasci, exscindamq; habitatorem e convalle Avenis, & tenentem Sceptrum e domo Hedenis : migrabuntq; populus*

populus Syriæ in Kirum ait Dominus. Eadem mox commate 8. loquendi ratio iterum repetitur. Proinde colligas, vocem שבט in Jacobæo oraculo haudquaquam ad solam civilem, vocem מחקק vero, ad solam militarem gubernationem restringendam esse, & incongruum evadere sermonem quo dicitur: *Non auferetur Sceptrum e Juda, neq; Dux ex peditatu ejus*: non enim apud Judæos alii Sceptrum tenebant, alii exercitui præerant, sed iidem, qui Sceptrum moderabantur, bella quoque gerebant, ducebant agmen, & cum hoste præliabantur. Quod si vero omnino quidam ex Regibus non ipsi copias in expeditionem educebant, sed per Duces cum inimicis decertaverunt, tum saltem, non suis, sed Regum auspiciis, Duces militasse deprehenduntur, nihilque iis relictum erat præter obsequii gloriam, omnis rerum gestarum eventus Regibus tribuebatur. Neutiquam igitur segregare licet ab eo, qui pacis jura in Judæorum Republica habebat, bellicam potestatem, quæ ne apud eos quidem populos, ubi Reges multum restricta & limitata potentia utebantur, imperantibus fuit ademta. Nam, de Lacedæmoniis, sic est apud Philosophum 3. pol. c. 14. Ἡ γὰρ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ δοκεῖ μὲν εἶναι βασιλεία μάλιστα τῶν κατὰ νόμον. οὐκ ἔστι δὲ κυρία πάντων. ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τὴν χώραν, ἡγεμών ἐστι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον· *In Laconum Republica videtur Rex esse maxime secundum leges, neq; enim potestatem habet omnium. Sed, cum egreditur regionem, imperium habet eorum quæ pertinent ad bellum.* Subdit postea Aristoteles eodem loco, Homeri fretus autoritate, similem regiminis formam apud antiquos obtinuisse. Quanquam, non opus est, ut de aliarum gentium institutis hic simus soliciti, quia controversia caret, saltem inter Judæos, id obtinuisse quod diximus, unde de illorum Rege in Mischna Sanhedrin c. 2. §. 4. quoque traditur: מוציא למלחמת הרשות על פי בית דין של שבעים ואחד *Educit copias suas ad bellum* αὐθαίρετον, *suasu tamen magni Synedrii.* Etsi Sacras literas sequendo, fortasse satius fuerit asserere, ne Synedrii quidem assensum, Reges bella gerere volentes, requisivisse, ac illud Thalmudis dictum, uti alia ibi multa, non ex vero, sed ex postremorum temporum Judaicæ gentis insolentissimo fastu profectum esse, quo, ne suis quidem Regibus subditi fuisse, sed liberiore semper Repub. usi esse, videri volebant, sic apud Johannem c. 8, 33. quoque crepantes: Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. Hæc igitur sola caussa est, quare de veterum Regum potestate tam abjecte sentiunt Thalmudistæ, eamque exiguis cancellis circumdant. Quod, uti eos facere minime diffiteor, ita cavere tamen jubeo, ne quis porro, (quando id jam Cl. Salmasio in Defens. Reg. c. 2. accidisse observamus) Summi Viri Hugonis Grotii in lib. 1. de Jure Belli & Pacis c. 3. §. 20. autoritate deceptus, existi-

De Loco Gen. 49, 10.

Hug. Grotii lapsus.

De Loco Gen. 49. 10.

existimet, id quoque eos tradidisse, de quo ipse *consentire Hebræos* asserit, *quod nimirum Regi in eas leges quæ de officio Regis scripta exstabant, peccanti, inflicta fuerint verbera.* Enim vero, hoc apud Thalmudistas non legitur, nec adeo comparet in universo Thalmude, ille quem ter exinde nobis, in laudato opere Grotius testem citat, de *Rege Titulus.* Siquidem, ceu ad oculum ostendere nobis in promtu est, fraudi fuit Viro Illustri, quod Schickardi in Mischpat Hammelech ex Maimonide allegationes, non recte accepit. Atque apud Maimonidem quoq; etsi Regiæ castigationis mentio aliqua, sed paucis verbis injicitur, nempe tantum, ex canone quodam antiquo per meram consequentiam ineptissime sic illata; non tamen, id aut a Maimonide, aut ab ullo unquam Hebræorum proditum est, *Regem in signum pœnitentiæ verbera sponte suscepisse, ideoq; non a lictore, sed ab eo quem legisset ipse, cæsum fuisse, & suo arbitrio verberibus statuisse modum*, prout illam sententiam Grotius recitat. Interea loci, ut discamus quæ vere Regis apud Judæos potestas, quod hujus jus fuerit, illud 1. Sam. 8, 11. seqq. descriptum משפט המלך sive *Jus Regium*, quia in eo Eruditi disputant, nunc minime attendentes, ipsum illum qui Sceptra gentis tenuit, & habenas rexit eorundem Reip. ut libentes auscultemus consultissimum fuerit. Salomon is est, cujus in Ecclesiaste 8, 2. seqq. gravis exhortatio, uno Deo minores fuisse Hebræorum Reges, cætera nullis Legibus subjici, a nemine in ordinem cogi potuisse, sed omnia pro lubitu gessisse, manifeste comprobat. אני פי מלך שמור ועל דברת שבועת אלהים׃ אל תבהל מפניו תלך אל תעמד בדבר רע כי כל אשר יחפץ יעשה׃ באשר דבר מלך שלטון ומי יאמר לו מה תעשה׃ Recentior Interpres transtulit: *Præstitutum meum, præstitutum Regis observa; sed pro ratione juramenti Dei. Ne perturbate a facie ejus abito, ne persistito in re mala: nam quicquid volet, facturus esset. Ubicunq; verbum Regis est, ibi dominatio: ecquis dicit ei quid facis?* Hanc sententiam, Regnum Hebræorum fuisse vere μοναρχικὸν imo δεσποτικὸν, more suo, hoc est eruditissime, asseruit Clarissimus Hermannus Conringius, in peculiari de Repub. Hebræorum Dissertatione, præter reliqua, eleganter imprimis ostendens, quo modo τὸ κύριον sive Majestas, quatenus potissimum in potestate ferendarum & abrogandarum legum, jure belli & pacis, arbitrio magistratuum & judiciorum instituendorum, facultate judicandi tam in publicis quam privatis Reip. negotiis, vim suam exerit, penes unos & solos Reges Hebræorum resederit; ad cujus Viri docti tradita, & eam, qua pollet autoritatem, merito in hac causa provocamus. Cæterum, ut e brevi diverticulo redeam jam in viam, istud quoque minime prætereundum videtur, vix esse, ut vocem מחוקק

Reges Judæorum summo jure imperabant.

de *Duce bellico*, commode, & ex genuino ſuo ſenſu, interpretari nobis liceat. Eſt enim מחוקק participium verbi חקק, quod *decernere, ſtatuere*, atque quia antiquorum leges tabulis inciſæ publice exſtabant, *inſculpere*, & *exarare* ſignificat. Appoſite Kimchius ad Jud. 15, 9. commentans: נקראו הגדולים חוקקים שמשימין החקים בעם *Magnates vocantur* חוקקים *quia leges populis condunt.* At ſtatuendi & decernendi in Repub. facultas, ſive quod idem eſt, legislatoria poteſtas, ad togatam illius adminiſtrationem pertinet. Armati enim, cum Pompejo, leges non cogitant; & Tertulliani illud ſcitum eſt: *Dolus, aſperitas, injuſtitia, propria negotia, præliorum.* Vnde etiam τὸ חקים quod τῶ חקק & effectum, & (ceu Dialectici loquuntur) correlatum dicere licet, quodque ſexcenties credo, in Scripturis legitur, haud fere unquam aliud quam leges & inſtituta pacatæ Civitatis denotat. Equidem, ultro conceſſerim, in uno alterove Scripturæ loco, non abſurdum & abſonum enaſci ſenſum, ſi מחוקק de Imperatore exercitus interpreteris. Sed, utique ſic exponi oportere, neſcio an ſolide evinci queat, certe nemo antiquorum Interpretum (ut recentiores, eosque qui Lexica conſcripſerunt, Rabbinos quoque Commentatores nunc taceam) uſpiam in Scripturis ita accepit. Etenim, pro מחוקק apud 70, nunc ἄρχων, nunc βασιλεύς, alias ἐξερευνῶν legitur. Chaldæi Paraphraſtæ ספרא *Scribam*, item מלפנא *Doctorem*, & in plurativo numero, סברין מלפי vel ספרין מלאפי אורייתא אוריתא *Scribas docentes legem*, nec minus ספריא דבית אולפנא *Doctores Academiarum*, interpretati ſunt. Semel apud Chaldæum, nimirum Jud. 5, 14. pro ירדו מחוקקים ad bellum attinens eſt expoſitio, quippe מרשמין בקרבא ibi offendas, ſed, qua explicatione nihil juvatur adverſa ſententia, quippe מחוקקם hoc loco, paſſivo ſenſu, de *conſcriptis in militum matriculam*, ſive *gregariis militibus*, non vero de agminum ductoribus & Chiliarchis Paraphraſtes intellexit. Deniq; Veteri Latino Interpreti מחוקק eſt *Doctor, Doctor legis, Rex, Legifer, Princeps*, & in loco præſenti Geneſ. 49, 10. quidem *Dux*, verum non ideo ſtatim Dux belli. Nam, veriſimile eſt, voluiſſe illum exprimere Græcorum Ἄρχων, quæ appellatio Civilis maxime poteſtatis propria, unde notum eſt, eos, qui poſt Codrum Athenienſium Reipublicæ præerant, *Archontas* dictos eſſe, pro quo verbo, quod Latinorum plerique retinuerunt, Hieronymus tamen, & Plinius, etſi nimis lata voce, *Magiſtratus* dixerunt, ceu æternæ memoriæ Vir, Joh. Henricus Boeclerus, cujus mortalitatis exuviis majorem in urna umbram, ſpirantesque crocos, & perpetuum ver precamur, in Vellejano Indice annotavit. Cum igitur Interpretum circa vocem מחוקק expoſitiones, in eo unanimi conſenſu conſpirent, non proprio & nativo ſuo ſenſu

De verbo מחוקק

ipſam

De Loco Gen. 49. 10.

ipſam Belli Ducem ſpectare, nolim per vim quandam hanc ſignificationem illi obtrudere. Quin potius, ſi quis iſta, aliaque quæ hactenus diſſeruimus, λογισάμενος, ſecum probe diſcutiat, illud aliqua ratione conſequitur, ut, ſi omnino Jacobæum Oraculum de ad adventum usque Meſſiæ, duraturis pacis belliq; inter Judæos juribus, exponendum ſit, tum, ὕστερον πρότερον facere forſitan ſatius fore, & converſo rerum ordine σκηπτοῦχον de belli Duce, τὸν מחוקק autem, de cuſtode & gubernatore pacatæ Reip. interpretari. Porro, aut nimis fallunt me obſervationes meæ, aut videor mihi, hanc Regulam condere poſſe:

Regula de Hebræorum Appellativis quæ in fine jod habent

Nomina appellativa perfecta, quæ in fine cum jod augentur, & qualitatem aliquam aut habitudinem hominis ſive rei alterius ſignificant, imitantur naturam nominum gentilium, nec admittunt ſuffixa. Iſta, ut recte accipiantur, afferenda huc Regula eſt, quam habet accuratus & diligens Grammaticus Samuel Arkevalti in ספר ערוגת הבשם

Regula de Propriis nominibus Hebræorum.

Cap. 7. p. 20. b. שם העצם הוא אותו שלא יצדק בו סרכ״ב פי׳
סמיכות · רבוי · כנוי · ידיעת · בנין · ויפול על אנשים מלאכים
מדינות מדברות ימים ונהרות ׃ סמיכות פירוש שלא נאמר ראובן ירושלם
שיהיה משמעו ראובן מירושלם כמו שנאמר איש ירושלם ׃ וסמיכות
יאמר על שם שבתבה שאחריה תובן מם בתחלתה אע״פ שאינה
כתובה ; רבוי פי׳ שלא יצדק לומר ראובנים כמי שיצדק סוסים
וגמלים ; כנוי פי׳ שלא יצדק לומר ראובנו ראובנך כמו שנא׳ שורו
שורך : ידיעה פי׳ שלא יאות לומר הראובן כמו שיאות לומר הבגד
הספר ; בנין פי׳ שלא נאמר מן אברהם אברהמת כמו שנאמר מן
חכם חכמת ; Id eſt : *Nomen Proprium illud eſt, cui apte non conveniunt ea, quæ ſymbolum* סרכ״ב *innuit; nimirum, Regimen, Pluralitas, Suffixa, Demonſtratio, & Motio: atq; talia nomina prædicantur de Hominibus, Angelis, Provinciis, Deſertis, Maribus, & Fluviis. Regimine carent: non enim dicimus* ראובן ירושלם *ad ſignificandum Rubenem eſſe Hieroſolymitanum, prout dicimus* איש ירושלם *Regimen itaq; deſignatur per Mem, quod poſterior vox ab initio habere intelligitur, etiamſi non fuerit expreſſum. Plurativo numero carent: nec enim* (a ראובן) *recte dicimus* ראובנים *uti* a (סוס & גמל) *formamus* (multitudinis numeros) סוסים *ac* גמלים *Suffixis carent: nec enim recte dicas:* ראובנו ראובנך *prout dicimus* שורו שורך. *Demonſtrationis nota carent: non enim apte dixeris* הראובן *quemadmodum recte dicitur* הבגד הספר *Motione carent: nec enim ab* אברהם *formamus* אברהמת *ſicut a* חכם

Ratio posterioris Regulæ.

חכם *derivatur* חכמת Cauſas iſtorum omnium, ſi philoſophari paululum libeat, non magno negotio aſſequemur. Cum enim Proprium nomen uni ſoli conveniat, plurativus hic locum non invenit; cumque tale nomen, ſatis illum qui eodem indigitatur, deſignet, inane fuerit aliam demonſtrationis notam ſuperaddere; &, quia unius individui unus tantum ſexus eſt, per id motio ex maſculino in fœminum excluditur; denique quia liber homo, angeli, provinciæ, deſerta, maria, fluvii, quatenus talia, hoc eſt quatenus propriis nominibus ſignificantur, nec proprie ſunt in comercio, nec vere ad modum rerum quas in noſtra cuſtodia habemus, poſſidentur, multo minus autem ſe habent, ut qualitates & accidentia quæ ſubjectis inſunt, aut de ſubjectis prædicantur; quin nec communem naturam, aut σχέσιν vel relationem ſubeunt, eapropter Regimen quoque & Suffixa hic exulant. Ac proinde haudquaquam, uti dicimus בית המלך *domus Regis* & חכמת המלך *ſapientia Regis*, aut ביתו *domus ejus*, ביתך *domus tua*, ita dicere quoque licet, אברהם המלך *Abrahamus Regis*, אברהמי *Abrahamus meus* אברהמך *Abrahamus tuus*, אברהמו *Abrahamus ejus*. Iſtasque locutiones aures Hebræorum, tanquam naturæ rerum adverſas, omnino reſpuunt.

De Hebræorum Appellativis communibus.

Cæterum, quia de Appellativis communibus aliter, modoque prorſus oppoſito ſe res habet, mirum nullum, contrarias eas pati affectiones, atque ſic Regimini, Pluralitati, Suffixis, Demonſtrationis notæ, ac Motioni ſubjacere. Itaque recte hic dicimus quoque מלאך יי׳ *Angelus Domini*, נהרות בבל *flumina Babel*, בני *filius meus* בנך *filius tuus*, בנו *filius ejus*. Etſi enim res iſtis vocibus ſignificatæ, extra commercium ſunt, & poſſeſſionem proprie dictam; tamen generalitas appellationis, ſicubi opus, per ſuffixa & ſtatum conſtructum ad individuationē reſtringatur neceſſe eſt. Porro cogitate rem conſideranti mihi, mediæ inter Propria, & communia Appellativa nomina naturæ videntur

De Hebræorum nominibus Gentilibus.

eſſe Nomina Gentilia, quæ Hebræis ſemper in jod deſinunt, uti כשׂדי Chaldæus מצרי Ægyptius, ראובני Rubenita עִברי Hebræus, & alia plurima. Nam hæc hactenus quidem a Propriis recedunt, & Appellativorum conditionem imitantur, quod Pluralitas, Demonſtratio, & Motio iis conveniunt; at verſa vice ab Appellativis rurſus ſe ſegregando, id commune cum Propriis habent, quod in conſtructo ſtatu ſive Regimine non ponuntur, nec tolerant affixa. Scilicet, e. g. ab עִברי Hebræus, recte dicimus, & dixerunt quoque Scriptores Sacri, plurativo numero עִברים & עִבריים Habet item locum hic He Demonſtrativum, ut dicere liceat העִברי & העִברים Quin & Motio ſimiliter obtinet, & ex עִברי fit עִבריה העִבריה & plurativo numero העִבריות Sic a כושי Æthiops כושיים de multis viris uſurpatum legas, & כושית de fœmina una æthiopica. At עִברי ירושלם in Conſtructo ſtatu

De Loco Gen. 49,10. pro Hebræo Hierosolymis oriundo non dicitur: nec usurpare quoque sermone possumus עברי׳ו & עבריך cum suffixis. Idem de reliquis faciendum judicium. Causa rei rursus in promtu est, & ex ante dictis colligitur. Gentilia enim nomina, quia integræ nationi aut familiæ, quæ multa complectuntur individua, conveniunt, necesse est, ut de singularibus suis omnibus prædicentur tum distributive, tum collective: hoc est, non dicere tantum licet: ראובן המצרי Ruben Ægyptius, שמעון המצרי Simeon Ægyptius, sed & ראובן ושמעון המצרים Ruben & Simeon Ægyptii. Amplius ad unum aliquem ex universa natione aut familia significandum, demonstrationis & restrictiva nota opus est; opus item est Motione, ad distinguendum mares a fœminis. Hactenus igitur Gentilia nomina Propriis uti interno genio & indole, ita & iis quæ extrinsece accedunt, adversantur; sed, cum in eo utrinque conveniant, quod illis designata, in commercio non sunt, aut proprie dicto patrimonio, neutra regimen & suffixa, quibus possessio indicatur, sustinent. Jam, cum his Gentilibus, quantum inductione facta ex Scripturis colligere licet, uti formam, sic & proprietates participant, nomina appellativa perfecta (hoc est, nec a defectivis, nec a quiescentibus orta) quibus in fine jod accessit; nam hæc pariter, statum constructum & suffixa refugiunt. Talia in lingua Hebræa habentur: חפשי liber, נכרי alienus, צפוני aquilonaris, ידעוני hariolus, פנימי intimus, שלשי tribunitius. עירירי solitarius, פלאי mirificus, פרזי paganus, מרירי amarus, חדשי novus. Quo etiam referre licet voces פלוני פלמני אלמני quæ significatione carent, & nominis tantum proprii vicem sustinent. Item pertinent huc numeralia masculina ordinalia quæcunq;, nempe שני Secundus. שלישי Tertius. רביעי Quartus. חמישי vel חמשי Quintus. ששי Sextus. שביעי Septimus. שמיני Octavus. תשיעי Nonus & עשירי Decimus. Nam ultra hunc numerum Ordinalia apud Hebræos non progrediuntur. Ista, inquam, omnia, ejus sunt generis, ut suffixa non recipiant, nec in Sacris literis suffixis vestita conspiciantur, & proinde nihil causæ est, cur non de voce רגלי notionem *peditatus* habente, quæ ad hanc verborum Classem utique pertinet, idem faciendum sit judicium, atq; sic credere conveniat, illud רגליו quod in nostro Geneseos loco cum suffixo comparet, ad significationem prædictam non pertinere. Monendum tamen, nos de eo quem circa has postremas voces dedimus Canone, nequaquam id affirmare, quod omnis penitus expers sit limitationis. Nulla enim Regula reperitur, quæ non suam patiatur exceptionem, & optima illa est, quæ minimis urgetur. Quamobrem sufficit, rem ordinarie & plurimum ita se habere, nec ullum facile exemplum cujusquam ex enumeratis verbis, (quorum pars tamen passim & creberrime in Sacris literis se offert,) adduci posse, cui suffixum additum

tum conspiciatur. Quod si enim nunc ad anomaliam quis in verbo aliquo ejusmodi confugere volet, oportet ostendat, qua necessitate compulsus id fecerit, atq; hoc tanto magis, si agatur de casu ubi analogia servari potest, & ubi pro analogia plerique pugnant Interpretes. Nemo, credo, rejiciet eum, quem ex Samuele Arkevalti paulo ante recitavimus Canonem, & est ille omnium Grammaticorum doctrinæ conformis. Nihilo minus novimus, extare aliqua in Scripturis, quæ ad ipsum non quadrant. Scilicet, ut de uno tantum illius capite exempla aliqua contraria allegemus, Gen. 1,27. את האדם 1. Paral. 24,10. להקוץ 2. Sam. 24,5. הגד Jos. 1,12. המנשה Ezech 28,2. המגוג offendas, atque sic propria nomina He Demonstrativum adscivisse negari nequit. Quanquam, nec succurrunt multa, quæ nostræ Regulæ generalitatem infringant, & adeo illa ipsa quæ eidem derogare videntur, licet amoliri. Hab. 3,14. legitur נקבת במטיו ראש פרזו ubi פרזו pro פרזיו scriptum esse Masora commonet. Atque istud פרזיו Buxtorfius in Lexico Hebraico singularis פרזי numerum pluralem cum suffixo esse perhibet, exponitque Latine *paganorum ejus*. Sed, magis est, ut ipsum hunc Virum Doctissimum in Concordantia sequamur, ubi mutata sententia, פרזו minime a פרזי arcessit, sed prorsus separatum ab illo nomen constituit, singularis ignoti; ac interpretationem facit, *pagorum ejus*. Quippe sic Kimchi quoque in Schorschim פרזיו pluralem masculinum esse ait, pro quo notione fœmina alibi dicatur פרזות additque: הם ערי המישור שאין להם לא מבצר ולא חומה *Vtraq; voce notari pagos in planitie sitos, quibus nec munimentum, nec murus.* Ergo istud exemplum nobis minime obest. Idem fortasse pronunciandum de loco Jud. 5,15. בעמק שלח ברגליו in quo vocem ברגליו non LXX tantum, sed & aliqui recentiorum Interpretum de pedestri exercitu acceperunt. Verum, multis secus visum fuit, Chaldæo puta, veteri Vulgato, Tremellio, Buxtorfio in Concordantia, aliis; atque hi rursus Kimchium habent adstipulatorem, qui verbis בעמק שלח ברגליו in libro allegato col. 458. id innui arbitratur, שלא שאל בהמה לרכוב מרוב מרוצתו במלחמה i. e. *Quod non petierit sibi jumentum ad equitandum ob nimiam festinationem, & ardorem ad pugnandum.* Præter ista duo exempla, sic remota, equidem nescio an supersint alia, quæ nos morari, & assertionem nostram dubiam reddere queant. Veruntamen, si maxime ostendatur vocem רגלי quatenus *peditatum* significat, suffixis substerni; illico novum iterum emergit negotium, docendi, non esse a Scripturæ stylo alienum, vocem hanc sub illa notione, in tanta æquivocatione adhibere: hoc est, ibi verbum רגלי de peditibus eam uspiam usurpasse, ubi nec numeri alicujus, nec saltem belli aut expeditionis, vel denique cursus mentio fuit injecta. Est

De Loco Gen. 49,10.

De voce פרזו Hab. 3,14.

De Loco Iud. 5,15.

רגלי quomodo de Peditatu in Scripturis usurpetur.

De Loco Gen. 49, 10.

vox רגלי adjectivæ potius, quam substantivæ notionis, & regitur a verbo איש quod, nisi expressum fuerit, semper intelligere oportet. Sacri quidem Scriptores rarius pleno sermone utuntur. Legitur tamen Jud. 20,2. ארבע מאות אלף איש רגלי *Quadringenta millia virorum peditum, sive pedestrium.* & 2. Sam. 8,4. legitur: עשרים אלף איש רגלי Sed, quod probe notari meretur, Chaldæus in locis omnibus, quoties per רגלי in textu authentico peditatus significatur, ibi ipse רגלין רגלאה רגלי vocibus גבר vel גברא perquam solicite addidit, & signanter. Quod si igitur, Scripturæ istam loquendi consuetudinem consideremus, & fingamus in nostro Geneseos loco, peditatum eam innuere voluisse, nisi fallor, non מבין רגליו verum מבין רגלי aut מבין איש רגלי aut מבין רגלים vel מבין אנשי רגלים dici oportuisset. Nam, ad peditatum, sive pedestres homines designandos, istis solis duabus vocibus Scriptura utitur, atque רגלים semel tantum occurrit, idque Jerem. 12,5. in verbis, כי את רגלים רצתה וילאוך quæ Vulgatus transtulit: *Si cum peditibus currens laborasti.* Hic autem רגלים pro peditibus positum esse, ex punctis quæ illi verbo subdita, & orationis contextu, ubi pedites equitibus manifeste opponuntur, facile colligas. Eam ob causam nec suum גברא Chaldæus hic supplevit, nisi quis malit dicere, ideo illud fuisse omissum, ne cogeretur eandem vocem identidem repetere, sic enim est apud ipsum: את דמי לגברא דרהט עם רגלאה ולאי *tu similis es viro, qui currens cum peditibus defatigatur.* Extra istum Jeremiæ locum, cæteroquin in Hebræo textu ad peditatum designandum, ubique est רגלי idq;, quod rursus sedulo inculcandum, nunquam nisi præcesserit mentio alicujus numeri. Sequimur autem in hac observatione Buxtorfii Concordantias; quas, si quis rejiciat, & denuo locum Jud. 5,15. de quo paulo ante egimus, nobis objectet, nunc respondebimus, de prælio & bellica expeditione ibi agi, itaque hactenus tolerari posse sententiam eorum, qui ברגליו de peditibus exponunt. At in nostro Geneseos loco, nihil valde occurrit, quod peditatus præbeat aliquam suspicionem, quare רגליו in famosiore significatu, quem toties in Scripturis obtinet, positum esse, admodum evadit probabile. De reliquo, fatemur hoc, Viro claræ & insignis eruditionis, capitique carissimo, robur militiæ Judaicæ non in equitatu, sed in peditatu constitisse. Quin & causæ quam prohibitioni divinæ de non alendis a Regibus equis numerosis, probe assignavit, libentes subscribimus, quando ipsæ Sacræ Literæ Es. 31, 1. & Hos. 1,7. fidem ei rationi conciliant; estque

estque operæ pretium conferre, quæ in hanc rem prolixius disserit θαυμάσι☉ Bochartus part. 1. Hieroz. l. 2. c. 9. circa finem. Sed interim equitatus iste neglectus, de vetustissimis tantum Judæorum asseri potest, prout nimirum in deserto agebant, aut θεοκρατία postmodum inter ipsos vigebat. De constitutis in deserto Ex. 12, 37. legitur ויסעו בני ישראל מרעמסס סכתה כשש מאות אלף רגלי הגברים לבר מטף; i.e. *Profectiq; sunt filii Israëlis ex Raamses Succothas; ad sexcenta millia peditum virorum, præter parvulos.* Datur hinc intelligere, nullos tum in tanto agmine fuisse equites; id quod in sua paraphrasi clarius sibi significandum duxit Jonathan, his verbis: והינון כשית מאה אלפין גובריא ומטיילין על ריגליהין ולא רכבין על סוסוון i. e. *Ipsi erant sexcenta millia virorum, atq; iter faciebant pedibus suis, nec vehebantur equis.* In Theocratico statu, nullam adhuc equitatus fuisse curam, præter alios docet locus illustris Jud. 20, 1. 2. ויצאו כל בני ישראל ותקהל העדה כאיש אחד וגו' ארבע מאות אלף איש רגלי שלף חרב; i. e. *Itaq; exiverunt omnes Israëlitæ: congregatusq; est totus cœtus unanimis &c. quadringenta millia virorum peditum, stringentium gladium.* Cæterum, mutata Reipubl forma, multum invaluit equitum usus, & ad fatalem ejus usque interitum eo habiti loco, quasi qui, si non unicum, certe præcipuum momentum ad victoriam & securitatem præstent. Arguit id concepta formula acclamationis, de Viris magnis, & qui publici præsidii ac columinis universæ gentis instar erant, adhiberi solita: אבי אבי רכב ישראל ופרשיו *Pater mi, Pater mi, currus Israëlis, & equites ejus.* quæ semel 2. Reg. 2, 12. de Elia, & iterum eodem libro c. 13, 14. de Elisæo sese offert. Per illam enim, recte sic observante Illustri Grotio, *metaphorico loquendi genere ostenditur, Eliam & Elisæum fuisse robur populi, per preces & doctrinam.* Hausisse videtur eam expositionem ex Chaldæo, qui formulam istam παραφράζει: רבי רבי דטב להון לישראל בצלותיה מרתיכין ופרשין *Magister mi, Magister mi, qui oratione sua majorem præstat utilitatem Israëlitis, quam currus & equites.* Nulla hic peditum mentio: Ergo magis tum equitibus fidebant Judæi. Atqui vero prædixerat Samuel de regio statu, libro priore c. 8, 12. *accepturum Regem filios Judæorum, ut eos sibi disponat in curribus suis, & in equitibus suis, & currant ante currum suum.* Quomodo autem eventus responderit isti vaticinio, Salomonis exemplum comprobat, quem mille quadringentos currus, & duodecies mille equites tenuisse, ac integras urbes isti apparatui proprias dicasse, ex 1. Reg. 4, 26. c. 9, 19. c. 10, 26. 2. Paral. 1, 14. c. 8, 6. c. 9, 25. constat, quibus testimoniis 1. Reg. 9, 22. & 2. Paral. 8, 9. addere insuper

De Loco Gen. 49, 10.

Iudæi antiquiores Peditatu unice delectabantur;

Apud posteriores Equitatus in magno fuit pretio.

De Loco Gen. 49.10. per convenit. Adonia regnum affectans, *parabat ſibi currum & equites, & quinquaginta viros præcurrentes ſibi.* 1. Reg. 1, 5. & adeo præcipuos quosque Judæorum impenſe equis delectatos eſſe, ex Ezech. 23, 6. 12. diſcas. Quod ad poſtrema Reipublicæ Judaicæ tempora attinet, legimus apud Joſephum l. 15. Antiq. c. 6. Herodem habuiſſe exercitum e Judæis conflatum, equitatu ſimul & pedeſtribus copiis inſtructiſſimum, quo Arabes devicit. Verba Joſephi ſunt: Ὑποστρέψας ἡρώδης συνεῖχε τὸ στρατιωτικόν· καὶ εὐθὺς εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλὼν, καὶ παρασκευασθέντος ἱππικοῦ καὶ πεζῆς δυνάμεως, εἰς Διόσπολιν ἀφικνεῖται τῶν Ἀράβων ἐκεῖ συναντώντων. οὐ γὰρ ἐλελήθει τὰ περὶ τὸν πόλεμον αὐτοὺς, καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, ἐκράτησαν οἱ Ἰουδαῖοι· At, alius

Locus Ioſephi explicatur. apud eundem Scriptorem locus, exercuit me aliquantiſper, quia ſententiæ noſtræ incommodum dare velle præ ſe ferebat. Eſt is 2. de Bello c. 25. ubi Joſephus de ſeipſo loquitur, & ita ait: Καὶ τὸ ἕτοιμον εἰς παράταξιν αὐτῷ συγκεκρότητο, πεζῶν μὲν ἓξ μυριάδες, ἱππεῖς δὲ διακόσιοι καὶ πεντήκοντα· Χωρὶς δὲ τούτων οἷς ἐπεπόιθει μάλιστα, μισθοφόροι περὶ τετρακισχιλίους, καὶ πεντακοσίους, ἐπιλέκτους δὲ περὶ αὐτὸν εἶχεν ἑξακοσίους φύλακας τοῦ σώματος· Interpres vertit: *Etjam quidem, quantum prælio parandum eſſet, conflatum erat. Nam LX. peditum millia, CCL. equites, ac præter hos etiam mercenarios, quibus maxime fretus erat, habebat quatuor millia quingentos: nec non & ſexcentos circa ſe electos cuſtodes corporis atque ſatellites.* Offendebat me, quod in exercitu univerſis peditum ſexaginta millibus conſtante, ducenti tantum & quinquaginta equites adſciti memorabantur, &, ne quidem cum iis quæ ibi præcedunt, & ubi Joſephus ordinandæ ac diſponendæ militiæ ſuæ, quod exactiſſime imitaretur exemplum, a Romanis ſibi ſumſiſſe dicitur, conciliare iſta poteram. Nec enim cuiquam dubium eſſe poteſt, Romanos ſexaginta millium pedeſtri exercitui, longe plures quam ducentos quinquaginta equites addituros fuiſſe. Sed, cum rem recta via mecum perpenderem, non ſine ſenſu & voluptate quadam deprehendi, locum quem mihi obſtare credebam, egregie cum mea opinione convenire, & præbere illi adjumentum. Nimirum, illi quater mille & quingenti mercenarii, οἷς ἐπεπόιθει μάλιστα, *quibus maxime fretus erat Joſephus*, & quos pro nervo virium habebat, equites fuere, ceu accuratius verba conſideranti, orationis contextus oſtendit. Quæ cum ita ſint, jam, & equitatu ſatis inſtructus erat Joſephus, & conſtat veritas illi, quo de eo proditum eſt: Μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἤσκει πρὸς τὸν πόλεμον παρ᾽ ἕκαστα τὴν ῥωμαίων διάταξιν διηγούμενος· *Maxime vero eos erudiebat ad bellum, usque quaque* Romanam *referens diſciplinam.*

Apud

Legio Romana, quot pedites, quotve equites fuerit complexa.

Apud Romanos enim quater mille pedites, equites trecenti, ſcripti communiter in Legionem. Teſtis eſt Livius l. 8. de bello Latino loquens: *Scribebantur autem quatuor fere Legiones, quaternis millibus peditum, equitibus in ſingulas trecenis. Teſtis Polybius l. 1.* Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα ῥωμαϊκὰ, χωρὶς τῶν συμμάχων, ἃ κατ᾽ ἐνιαυτὸν προχειρίζονται, τούτων ἕκαστον ἀνὰ τετρακισχιλίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους· *Sunt apud Romanos in univerſum quatuor Legiones, præter Socios, quas in annos ſingulos parant. Harum quæque habet ad quater mille pedites, equites trecentos.* Quamobrem, dividamus ſexaginta millia peditum, quæ ſub ſignis habebat Joſephus, more inſtitutoque Romano, in Legiones quatermillenas, & evadent numero quindecim. Aſſignemus porro cuique Legioni equites trecentos: ad id opus nobis equitum quatuor millibus & quingentis, qui eſt omnino is ipſe numerus, quo flos equitum, & robur Judaici exercitus cenſebatur. Quoniam igitur Judæos poſteriores, etſi contra majorum conſuetudinem, equitatu maxime delectatos fuiſſe, eundemque peditatui prætuliſſe, ex dictis pro comperto habetur, Jacobi autem oraculum ad noviſſima usq; Reipublicæ tempora ſeſe extendit, hinc nova nobis a Viro Celeberrimo cauſa diſſenſus, cum quo tamen, & viximus ſemper, & ætatem vivemus concordiſſime.

Rurſus alia expoſitio dicti Gen. 49, 10.

Cæterum, idem Vir Optimus, pro ſua perpetua in me benevolentia, non deſtitit ſcriptis iterum ad me literis, rurſus de alia Jacobi vaticinium explicandi ratione me monere; ſic inquiēs: *Fatebor tibi, quæ mihi expoſitio omnium viſa fuerit aliquando probabiliſſima. Repræſentabā animo meo Patriarcham Jehudam tanquam Regem ſceptrum tenentem, inter Conſiſtorianos in ſolio regali conſidentem, & leges condentem, quas quidem Princeps Scribarum, ad pedes Regis ſive loco inferiori conſtitutus, in charta excipiat, & juxta formulas obſervari ſolitas perſcribat. Hic igitur Scribarum vel Conſiliariorum Primicerius mihi eſſet ille* מחקק *de quo diſceptatur. Sed quoniam in Scriptis Thalmudicis non multus ſum, nunquam potui huic opinioni, quæ forſan a more Curiarum apud nos non abludit, aliquem applauſum conciliare ex ritibus Hebræorum. Nuper tamen, cum alius rei gratia, deque Loco noſtro minime ſollicitus, partem alteram Tomi IV. in Opere Petaviano de Dogmatibus Theologicis verſarem, incidi in expoſitionem noſtri dicti a Jeſuita allatam, qui p. 655. ſcribit, ſe ſuspicatum eſſe, in verbis hisce,* Neque Legislator de inter pedes ejus, *Jacobum Patriarcham alluſiſſe ad judicialem conſuetudinem, qua ſcriba ſedere ſolet ad pedes Judicis ac Præſidis, & ſententiam excipere. Addit hanc expoſitionem in libro Bereſchit Rabba ſectione 98. legi.* Subjiciam his, quæ a me fuere reſponſa; & ſic ego reſcripſi: Eſt illa expoſitio verborum Jacobi, quam mecum Vir Clariſſime, communicaſti, ſupra modum

Examen hujus opinionis.

De Loco Gen. 49, 10. dum speciosa, nec ullam unquam didici, quæ magis ex facili fluat. Per eam expedita fiunt omnia, in quibus alii multum distringuntur, & ægerrime evadunt. Interim patere, quæso, eo quo soles, æquo animo, ut hoc tibi dicam, probare se mihi quidem hanc opinionem, sed nondum tantopere, ut nunc omnis res in vado esse videatur. Idem qui te urget scrupulus, mihi quoque molestiam creat, nec potest acquiescere mens utriusque nostrum, nisi prius constet de veritate illius ritus, qui tanquam fundamentum substernitur. Non juvat nunc valde, in variorum populorum mores inquirere, quamvis ultra citrave fortasse nobis cursandum sit, antequam vel inter veteres, vel novas gentes, ad aliquam deferamur, in qua Archigrammateum ad imperantis pedes sedentē offendamus. A Germaniæ nostræ institutis res illa penitus abhorret, nam, qui ibi Archicancellariorum muneribus funguntur, Moguntinensi, Trevirensi, & Coloniensi Episcopis, longe alium locum Carolus IV. Imperator his Aureæ Bullæ verbis assignat: *Habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam Ecclesiasticis quam Securalibus, & de ipsorum consilio decernimus, & Imperatoriæ potestatis plenitudine, hac edictali lege perpetua valitura sancimus, quod supradicti venerabiles Archiepiscopi, Trevirensis videlicet ex opposito, lineari directione versus Imperatoris faciem: Moguntinensis vero in suis, Diœcesi & Provincia, & extra Provinciam suam in toto Archicancellariatu suo Germanico, Provincia Coloniensi duntaxat excepta: & demum Coloniensis in suis Diœcesi & Provincia, & extra Provinciam suam, in tota Italia, & Gallia, in dextro latere Rom. Cæsaris sedere possint, valeant, & debeant, in omnibus publicis actibus, Imperialibus puta Judiciis, collationibus feudorum, & in refectionibus mensarum, ac etiam in Conciliis, & omnibus aliis agendis, propter quæ contingit seu continget, eos pro honore, seu utilitate Imperiali tractandis, mutuo convenire. Et hunc modum sessionis sub omni eo ordine, sicut expressatur superius, ad prædictorum Coloniensis, Trevirensis, & Moguntinensis Archiepiscoporum successores, perpetuo extendi volumus, ut nullo unquam tempore super his quævis dubietas generetur.* De Galliæ Cancellario Bernard de Girard in libro *L'estat & Succez des Affaires de France* p. 337. sic refert: *La Charge du Chancelier en France, est de garder qu' aucune lettre ne passe, & que chose aucune se face au prejudice du Roy & de son Estat, & quand les Rois tiennent leus lict de Justice, ou les Estats, ou sont en vne Cour de Parlement, ou a leur Sacre, le Chancelier est assis deuant luy a main gauche, & le Connestable a droitte: & aux Conseils, le Connestable, & le Chancelier, comme les deux principaux Officiers de la Couronne, sont assis l'un deuant l'autre.* Id est: *Ad officium Cancellarii pertinet, providere, ne ullæ literæ expediantur, aut quicquam committatur in præjudicium Regis, & illius Status: & quando Reges sedent pro summo Tribunali, aut Comitia celebrant,*

Cancellarii raro sedent ad pedes Principum.

brant, aut in Suprema aliqua Curia Parlamenti deprehenduntur, aut Regno inaugurantur, Cancellarius ante eos a sinistris assidet, Comes-stabuli vero a dextris: In Conciliis Comes-stabuli & Cancellarius tanquam duo præcipui Officiales Regni sedent unus ante alium. Enim vero, ceu dixi, nihil attinet de recepta apud alios populos consuetudine, in præsentia disquirere, nam hic Judæorum res unice agitur, atque de his ostendatur oportet, sic apud eos obtinuisse, ut Primicerii Scribarum sederent ad imperantium pedes. Cæterum, fortasse nihil extat, quo doceri possit, quem tales locum occuparint durante adhuc Monarchico statu, cum Rex aliquis in solio compareret. Fit quidem Cancellarii 2. Sam. 8,16. & c. 20,23. mentio: nam Josaphat filius Ahilud ibi מזכיר dicitur, quam vocem B. Lutherus noster Kantzler interpretatus est, vetus Interpres, *a commentariis* fuisse Josaphatum expressit: quod eodem tendit, quemadmodum & istud Kimchii: מזכיר כתרגומו ממנא על דכרנייא כלומר ממונה על ספר הזכרונות: i.e. *Vocem* מזכיר *recte exposuit Chaldæus, de præposito memoriis, sive custode Archivi.* At, de loco sessionis Josaphati hujus non constat, imo nec de ordine inter primarios Regni Officiales; semel enim supremo militiæ Præfecto sive Comitistabuli Joabo, quem alios omnes antecessisse fit credibile, prorsus uti in Gallia, statim subjungitur; in altero dicto tertius demum ab illo numeratur. Possumus autem istorum quoque temporum conditionem citra detrimentum ullum ignorare. Nam oraculum Jacobi ad statum postremum Judæorum pertinet, atque nisi mos ille ut Cancellarii ad pedes Magistratuum sederent, tum quoque receptus fuerit, cum amissa Regia, aliam formam induerat Respublica Judaica, maxime omnium vero, cum Messiæ instabat nativitas, vacillare derepente occipit, quam recto talo consistere arbitramur, expositio. Tantum vero abest, ut hoc quod ostendendum incumbit, probatum dare queamus, ut potius Antiquitates Judæorum consulentibus, alia omnia manifesta evadant. Ipse locus ad quem Petavius provocavit, nihil emolumenti ad eam, quam versamus, explicationem affert, damni autem plurimum. Sic legitur in Medrasch: לא יסור שבט מיהודה זו סנהדרין שהיא מכה ורודה ומחקק מבין רגליו אלו שני סופרי הדיינים שהם עומדים לפניהם אחד מימין ואחד משמאל: Sensus est: Non recedet Sceptrum a Juda, *accipiendum de Synedrio, quod pœnas infligit, & dominatur.* Et Legislator a pedibus ejus. *Ista attinent ad duos Scribas judicum, qui stabant coram iis, unus a dextris alter a sinistris.* Licebat provocare ad Abnesram, & ad librum Michlal Jophi, in quo postremo fol. 15. col. 2. sic scriptum reperitur: ומחקק פירוש סופר כי דרך המושל להיות סופר יושב לרגליו: או מחקק נקרא כן המושל לפי שמשים החקים בארצו: i.e. *Vox* מחקק *de Scriba accipi potest, nam sic solent imperantes ad pedes suos assidentes habere*

De Loco Gen. 49,10.

Fuit in veteri Rep. Iudaica Cancellarius.

Petavii incuria.

De Loco Gen. 49, 10.

bere Scribas. Aut, vocatur sic imperans, quia leges in sua regione condit. Sed, iſta nos multo incertiores dimittunt, quam dudum fueramus. Fluctuat enim autor inter contrarias ſententias, & idem verbum modo de Servo, modo de Domino, interpretatur. Tum vero non edifferit, ubi gentium more receptum ſit, ut Scribæ ad imos imperantium pedes ſeſſitent. Certe apud Hebræos ea conſuetudo neutiquam invaluit. In horum declivi Republica, Synedrium ſummus Magiſtratus erat, atque hujus Scribas ſive Cancellarios, non humi ſediſſe, ſed in pedibus ſtetiſſe erectos, præter locum ex Rabbot adductum, aliunde quoque adſtruere poſſumus. In Miſchna Sanhedrin c. 4. §. 3. traditur : סנהדרין היתה כחצי גורן עגולה כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרי הדיינין עומדין לפניהן אחד מימין ואחד משמאל וכותבין דברי המזכין ודברי המחייבין Cl. Coccejus vertit : *Synedrium instar horrei orbicularis dimidiati fuit, ut unus alterum contueri poſſet. Coram illis a dextra & læva ſtabant duo ſcribæ, qui abſolventium & condemnantium annotarent ſententias.* Eadem ratio quoque minoris Synedrii, unde Codex noſter MS. Ez Hechajim in Hilchot Dajanim : כל מקום שיש בו סנהדרי יש שם שני סופרים דיינין עומדין לפניהם אחד מימין ואחד משמאל זה כותב דברי המחייבים וזה כותב דברי המזכין : Id eſt : *In omni loco, in quo Synedrium* (etiam parvum) *conſtitutum, ibi duo quoq; Scribæ judiciales adſtant, unus a dextris, alter a ſiniſtris, hic condemnantium, iſte abſolventiū verba conſignat.* His adjungere convenit, quæ habet Buxtorfius in Abbreviaturis ad notam אב״ד Porro, hoc obſecro diſpiciamus inſuper, num ulla appareat cauſa, cur de Scriba ſolicitus eſſe debuerit Jacobus in illo oraculo, atque citra morem uſitatum loquendi, ſervum cum Domino in eodem fere honoris gradu collocare, dum æque a Scribæ quam a Principis incolumitate tempus futuri Meſſiæ deſignare fingitur. Imperantium ſaluti, ſalus publica innexa eſt, quod de Scriba cujuſcunq; ille ſit generis, dicere non licet; atque modo ſint, qui ſceptra moderentur, iis profecto Scribæ aut Cancellarii nunquam deerunt. Imo quamvis Cancellarii, qui Regum placita literis conſignat, & edictorum formulas concipit, ſit eximium munus, non eſt tamen abſolute neceſſarium; & novimus fuiſſe florentes Reſpublicas ſine hoc officio. Majores noſtri, Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumebant, resque domi & militiæ fortiter geſſerunt, utique ſine Scribis; nam, apud eos, ut Tacitus in libello de illorum moribus ait, *Literarum ſecreta viri pariter ac fæminæ ignorabant.* Atque ſic civilis prudentiæ magiſter, Ariſtoteles, 7. Polit. c. 8. recenſet ea hominum genera quibus Civitas commode carere non poteſt, nec ullam ibi Scribarum facit mentionem. Excerpam ſemel tantum, hoc eſt Latine, illius verba, ſunt

Synedrii Scribæ ſtabant.

ſunt enim digna, quæ recenſeantur. *Conſiderandum autem eſt, quot ſint illa, ſine quibus Civitas eſſe non poteſt. Nam quas dicimus eſſe civitatis partes, neceſſarium eſt in iſtis eſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus: ex his enim id apparebit. Primum igitur debent exiſtere alimenta. Deinde artes: multis enim inſtrumentis indiget vita. Tertium arma, nam qui ſimul in communione vivunt, neceſſarium eſt in ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobedientes compellantur, & quibus vis propulſetur externa. Præterea pecuniarum habendarum facultas quædam, quo illas habere poſſint ad proprias indigentias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rem divinam cultus, quod vocant ſacrificium. Sextum, quod eſt omnium ſumme neceſſarium, judicium pro utilitate & juſtitia contrahentium. Hæc ſunt igitur opera, quibus indiget civitas omnis. Eſt enim civitas, multitudo non quæcunq;, ſed illa quæ ad vitam per ſe ſufficiens ſit, ut diximus. Si vero aliquid horum deficiat, impoſſibile eſt ſimpliciter per ſe eſſe ſufficientem hujusmodi ſocietatem: neceſſarium eſt ergo his operibus conſtare. Eſſe igitur oportet multitudinem agricolarum, qui victum conferant, & artifices, & pugnatores, & locupletes, & Sacerdotes, & Judices neceſſariorum atq; utilium.* Poſtremo ſe nobis amplius offert, quod, ſi verum ſit, plane jugulum petit noſtræ ſententiæ. Dicat enim quis, de Scriba aliquo non cogitare, aut ſaltem ad filios loqui potuiſſe Jacobum, quia quid hominis Scriba ſit, illo ævo adhuc ignorabatur, & nondum mortales didicerant,

De Loco Gen. 49. 10.

Quando repertæ fuerint figuræ literarum.

Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Nam mihi quidem indies magis magisque ſe commendat, venuſta ut ita dicam, & lepida opinio, quam Vir divinarum juxta ac humanarum literarum callentiſſimus, Joh. Henricus Vrſinus, principio in Analectis Sacris Volum. 1. l. 6. c. 1. & deinde peculiari libello defendit: *Primi omnino libri Scriptorem fuiſſe Moſen, arte ſcribendi ab ipſo æterno Dei Verbo, ejusq; prototypo exemplari, Legis Duarum Tabularum, accepta: hinc a Judæis ad omnes cæteras gentes dimanaſſe.* Hæc ſunt, o noſter Veieli, quæ epiſtolam tuam penſitanti mihi, pro tempore ſuccurrerunt, ea tu me, vel monere, vel percontari puta.

Supereſt nunc, ut quid mihi hunc locum meditanti, in mentem venerit, præfiſcini proponam, idque exequar, ſingulas prius voces ſeparatim examinando. Ante omnia vero, illud præmonuiſſe operæ pretium eſt, perperam eos hoc vaticinium tractare, qui initium impletionis ſtatim in id tempus quo editum eſt, aut paulo poſt deſigunt, & ſic per continuationem ſucceſſionis, ad Meſſiæ adventum uſque producunt. Præterquam enim quod ſecundum Theologorum regulam, etiam prophetias quæ aliquid brevi & e veſtigio quaſi eventurum prænunciant, tamen cum temporis aliqua mora, & tali, qualem res ipſa efflagitat, accipere oporteat; ut idem

Noſtra de Loco Gen. 49. 10. conjectura.

De Loco Gen. 49, 10. tanto magis de hac nostra pronunciare conveniat. Tum vero insuper ipse entheus Vates noster Jacobus, cum oracula sua edere vellet, signanter ita filios suos alloquutus esse deprehenditur: האספו ואגידה לכם את אשר יקרא לכם באחרית הימים Vulgatus transtulit: *Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis, in diebus novissimus.* Non igitur in eo laborandum nobis, ut vaticinium hoc ad ætatem Jacobo proximam accommodemus, ad quam minime pertinet, cum res ipsa loquatur, proprie, constitutam & adultam inter Judæos Rempublicam id respicere, prout aliæ in eodem loco prophetiæ, collimant ad constituendam. Quo velut fundamento jacto, nunc, ad ipsa verba Classici nostri dicti progrediendo, non est quod circa vocem לא subsistamus, nam, eam *negandi particulam* esse, nemo ambigit. Verbum

De voce יסור יסור futurum tempus est, radicis סור quæ *discedere*, *recedere*, *cessare*, *auferri*, hoc loco significat, prout alibi in Scripturis passim. 2. Sam. 7, 15. חסדי לא יסור ממנו *Benignitas mea non auferetur, non recedet ab eo.* Job. 15, 30. לא יסור מני חשך יונקתו תיבש שלהבת ויסור ברוח פיו: *Non recedet a tenebris, tenerum ramum ejus arefaciet flam-*

De voce שבט *ma: denique recedet spiritu oris illius.* שבט generatim *Virgam*, sive *Baculum*, speciatim, eam *virgam baculumque quo pastores, cadentes, milites ordinum antesignani* utuntur, & exinde per transnominationem, ipsos *Ordines, Tribusque* innuit: sed, hoc loco, שבט מושלים sive שבט למשול aut שבט מלכות quæ Esaiæ 14, 5. Ezech. 19, 11. & 14. ac Ps. 45, 4. pleniores sunt locutiones, hoc est, *virga imperantium*, *virga Regum*, sive *Sceptrum*, & *μετωνομασμένως*, summa regia potestas, *ἀνυπεύθυνος ἀρχὴ*, & monarchicum imperium notantur. Aliter vocem interpretari non sinunt nos ea, quæ proxime præcedunt, & cum quibus sermo continuatur. Ecce enim præmittitur; יהודה אתה יודוך אחיך ידך בערף איביך ישתחוו לך בני אביך גור אריה יהודה מטרף בני עלית רבץ כאריה וכלביא מי יקימנו: Quod est secundum Veterem Interpretem: *Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leana, quis suscitabit eum?* Nihil intelligat oportet, qui non agnoscit, istis verbis, dignitatem longe maximam, *τὰ κῦρια τῆς πολιτείας*, supremum belli jus, & dominium non tantum in externos hostes, sed & in fratres & tribules promitti; hoc est, promitti Regem futurum Judam jure optimo maximo. Sequitur eapropter deinde, de illius dignitatis duratione, & fatalis termini quo Judas potestate excidere debebat, fit indicium. Quamobrem, ut paucis me expediam, haud aliud hoc loco mihi significat phrasis לא יסור שבט מיהודה quam id quod

quod alibi eadem exprimit. Dixit enim, simili prorsus ratione Zacharias etiam, cap. 10, 11. ושבט מצרים יסור *Et Sceptrum Ægypti amovebitur:* quibus, polliceri Deum, cessaturum supremum illud dominium quod Ægyptii tum in exules & sibi subjectos Judæos exercebant, nemo qui locum inspexerit, ibit inficias. Quin, nec alio, quam quo nos accipimus sensu, vocem שבט in Jacobæo vaticinio Judæorum interpretata est antiquitas. Etenim, pro ea Onkelos habet שולטן *Dominium.* Jonathan vero, מלכין ושליטין *Reges & Dominatores*, atque Hierosymitanus Paraphrastes simpliciter מלכין sive *Reges* exposuerunt. His accedit liber antiquissimus Rabbot, ubi fol. 113. col. 2. diserte legas; לא יסור שבט מיהודה זה כסא מלכות: i. e. *Verba*, Non recedet Sceptrum a Juda, *solium regium innuunt.* Omitto Recentiores, quos inter, Obadias Sephorono, Chaskuni, Bechai, Isaacus Abarbenel, R. Moses Nachmanides, alii. Hoc ergo ἔυδηλον voce שבט *Regnum* significari. De verbo מיהודה probatione non indiget, *Judæ posteritatem* illo notari, nam id inter omnes constat: nec quisquam unquam dictum hoc de Juda ut tali, in individuo, nulloque ad progeniem habito respectu accepit. Hinc pro simplici Judæ nomine, Chaldæi Paraphrastæ maluerunt Domum, sive Familiam Judæ substituere; & Onkelos habet: לא יעדי עביד שולטן מדבית יהודה *Non recedet exercens Imperium de Domo Juda.* Jonathan ait: לא פסקין מלכין ושליטין מדבית יהודה *Non deficient Reges & Judices de Domo Jehuda.* Similiter Jeruschalmi, voce ושלטין omissa: לא פסקין מלכין מדבית יהודה: Attinet autem hæc appellatio, tum primum ad tribum Judæ, eosque qui hanc sectabantur, tum deinde ad illos, qui ex Babylonica captivitate in Palæstinam facti sunt reduces, quorum major pars, ex tribu Judæ genus ducebat, ut ideo omnes merito Judæi audiverint, duraturo in ævum nomine. Raschi ad Esth. 2, 5. כל אותן שגלו עם מלכי יהודה היו קרויים יהודים בין הגוים ואפילו משבט אחר הם: i. e. *Omnes illi qui cum Regibus Judæ fuere deportati, vocati sunt Judæi a gentilibus, idque etiamsi originem traherent ex tribu alia.* In Libro תולדות יצחק fol. 32. ad nostrum Geneseos locum annotatur: יהודה הוא כנוי לכל ישראל לפי שעל שמו נקראו ישראל יהודה בין האומות: i. e. *Jehudæ nomine hic veniunt omnes Israëlitæ, sic enim a Juda denominationem accipiunt Israëlitæ inter gentes.* Nunc vox מחוקק nobis trutinanda est, quam, radicem ejus, verbaque inde deflexa, tum & alia Scripturæ loca, Veterum denique interpretationes perpendendo, intrepide, insignem quidem Magistratum, sed tamen

De Loco Gen. 49. 10.

De voce מיהודה

Iterū de voce מחוקק

De Loco Gen. 49, 10.

ὑπεύθυνον & ſuperiorem majeſtatem recognoſcentem exponimus; talem nimirum, quali priſci Rerumpub. Legumlatores, Lycurgus, Solon, Draco, Zaleucus, Charondas, & imprimis Moſes apud Hebræos, aut apud Athenienſes Αρχοντες functi ſunt, quas voces priſci interpretes in hac re quoque adhibuerunt. Nam, leges condere, jura exercere, Majeſtatis quidem proprium verumque jus eſt, ſed quod per alios plerunque exercet, unde ea facultas neutiquam ſummi ſemper imperii ſignum habetur, quippe quam ſupremi Domini iis qui poſtquam devicti fuerant, poſtea precario regnare permittuntur, vel etiam vices ſuas in adminiſtrandis provinciis gerentibus, ſolent concedere. Eſt igitur מחוקק cum ſolitarie vox adhibetur, *Legislator*, ἄρχων, *& Dux Regulusq. in Republica*, non tamen omnibus numeris abſolutus Princeps, & Sceptro utens, ſed qui ab alia poteſtate dependet, eamque vereri cogitur, quales Duces in omni memoria multi fuerunt, plurimi quoque in orbe ſuperant. Atque hunc quidem ſenſum plerunque gignit de hominibus, & nude, ceu jam prædictum, uſurpata vox, nam ad Deum translata, æque ac aliæ omnes, a ſuis liberanda eſt impuritatibus. Quin imo & Regibus ſupremisque dominis tributa appellatio, ampliorem habet ſignificatum, quatenus omnem Regem, Ducem & Legislatorem quidem dicere licet, cum tamen hi iſtius nomine non cenſeantur. De reliquo, ſignificare veriſimiliter verbum מחוקק proprio ſenſu, illud quod contendimus, conſentientes rurſus habemus Judæorum Magiſtros præcipuos. R. Salomo Jarchi, in Comment. ad Sanhedrin fol. 5. a. cum in locum de quo disquirimus incidiſſet, ſic annotat: ושבט לשון שררה ויש להן רשות להפקיר דהפקר בית דין הפקר דכתיב וכל אשר לא יבא וגו׳ מחוקק שררה מועטרת שרודים את העם שיש להם כח ורשות מאת מלכי פרס: i. e. *Vox* שבט *notat Principatum, atq. ei Magiſtratui fas eſt bona ſubjectorum publicare, nam quod Magiſtratus in hac re ſtatuit, id ratum eſt: unde* (Eſræ 10, 8.) *legitur:* Et quisquis non venturus eſſet &c. *Vox* מחוקק *notat minorem Magiſtratum, qui autoritate & venia Regum Perſicorum populo* (Judaico) *præerat.* Non me nunc movet, quam bene aut ſecus R. Salomo has voces applicet, illud enim ſufficit, eo autore, שבט *Magiſtratum ſummum*, מחוקק *inferiorem* exponendum eſſe. Kimchii huc facientia verba paulo ante adduximus, nempe quæ eadem erant cum his, ex libro Radicum. מחוקק הוא מושל ונקרא כן כי הוא משים החוקים בארצו: i. e. *Verbum* מחוקק *Rectorem notat, qui ſic vocatur, quia inditione ſua legum ferendarum jus habet.* Litera Vau, quæ verbo מחוקק præfigitur, conjunctionis nota eſt, ac vi verborum expreſſorum, & unanimi omnium Interpretũ ſententia, tacite involvit repetitionem negationis quæ præceſſerat, ut idem quod *nec*, aut *neq.*, vel, *& non*, *etiam non*, hoc loco valeat. Jeruſchalmi

Litera Vau quandoque negationem involvit.

לא פסקין מלכין מדבירת יהודה אף לא סוברין מלפי אוריתא וגו' *Non deficient Reges de Domo Juda*, etiam non *Sapientes docentes legem* &c. Lutherus: **Es wird das Scepter von Juda nicht entwendet werden / noch ein Meister von seinen Füssen.** Tremellius: *Non desistet Tribus a Jehuda*, neque *Legislator e medio pedum ejus*. Qui simplicem tantum copulandi notam adhibuerunt Translatores, literam in Hebræo sequuti sunt, de sensu quemque judicium facere posse arbitrantes. Est enim ea loquendi forma alibi quoq; in Sacris literis receptissima: Ps. 44, 19. לא נסוג אחור לבנו ותט אשרנו מני ארחיך *Non vertit se retrorsum cor nostrum*, & (non) *declinavit gressus noster de semita tua.* Job. 28, 17. לא יערכנה זהב וזכוכית ותמורתה כלי פז: *Non potest* (quisquam) *æstimare eam auro aut nitidissima gemma*; & (non) *permutationem ejus vase auri purgatissimi.* Ex. 20, 14. לא תחמד אשת רעך ועבדו ואמתו ושורו וחמרו וכל אשר לרעך: *Ne concupiscito uxorem proximi tui*: & (non) *servum ejus*, & (non) *ancillam ejus*, & (non) *bovem ejus*, & (non) *asinum ejus*; & (non) *quicquid est proximi tui.* Succedit in textu vox מבין quam, quia commodius Latine non licet, uti vulgo receptum est, *a*, *ex*, interpretamur. Sunt cæteroquin non contemnenda, quæ circa hoc vocabulum Amplissimus Ludolfus observat. Jam offert se vexatissimum illud verbum רגליו quod non admodum torquebimus. *Pedes* enim nobis significat, & per translationem, plerisque gentibus familiarem, id quod est in re quaque ultimum, quod est rei finis, quod postremum post aliud consequitur. Aristophanes in Plut. Ἀκουε τοίνυν ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα, ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ. *Audi igitur, quomodo ego negotium, a pedibus usq; ad caput totum tibi enarro.* Apud Latinos Scriptores, *a capite usq; ad calcem*; *a summo capillo ad imum usq; calcaneum*; *calcem operis*; *extremum literarum calcem*; *ad calcem ventre*, atque id genus alias loquendi formulas, passim legimus. Sed, magis est, ut has Scripturæ notemus: uti cum Ex. 11, 8. de Mose adhibetur phrasis: צא אתה וכל העם אשר ברגליך *Exi tu*, & *omnis populus, qui est in pedibus tuis.* Item cum 2. Reg. 3, 9. dicitur: וילך מלך ישראל ומלך יהודה ומלך אדום ויסבו דרך שבעת ימים ולא היה מים למחנה ולבהמה אשר ברגליהם: *Profecto itaq; Rege Israëlis, cum Rege Jehudæ, & Rege Edomæorum, circumiverunt itinere septidui: deinde non erat aqua pro agmine, & pro jumentis quæ erant in pedibus eorum.* Ergo hi, qui Duces suos sequuntur, qui novissimi incedunt, qui agmen claudunt, qui pedissequi sunt, eos Scripura ait *in pedibus*, aut *inter pedes esse.* Insuper, illud quoque sedulo observandum, statum futurum Reipublicæ Judaicæ, in vaticinio Jacobi, quasi personam quandam induere,

De Loco Gen. 49, 10.

De voce רגליו

De Loco Gen. 49 10. re, quæ manu Sceptrum geſtat, quæ pedibus conſiſtit, & juxta eos Duces & *ἄρχοντας* habet. Ergo, ut *Pedes* non minus hic, quam in illa Nabuchodonoſoris apud Danielem cap. 2, celebri ſtatua, de ultimis & poſtremis temporibus, rei, ad quam inſtitutum pertinet, accipiamus, aut valde fallor, aut omnis cogit ratio: ut proinde *a pedibus*, aut *ex pedibus Juda*, ii auferendi dicantur, quibus ſeri illius nepotes cardituri erant, quos ultima Reipublicæ ætas amiſſos luxit deſideravitque. Conveniunt cum noſtra hac interpretatione quodammodo veteres Chaldaicæ Paraphraſes, ipſumque Talmud, ſimiliter verba ומחקק מבין רגליו de ultima Judæ poſteritate, & extremis Reipubl. temporibus accipientes. Etenim, pro iis Onkelos habet וספרא מבני בנוהי *Et Scriba de filiis filiorum ejus*. Jeruſchalmi habet: אף לא סוברין מלפי אוריתא מבני בנוי: *Et non Sapientes docentes Legem a filiis filiorum ejus* Jonathan habet: וספרין מאלפי אוריתא מזרעיה *Et Scribæ docentes Legem ex ſemine ejus*. In Sanhedrin fol. 8. b. eſt: ומחוקק מבין רגליו אלו בני בניו של הלל *Verbis: & Legislator ex pedibus ejus, ſignificantur nepotes Hillelis.* At, Hillelis temporibus, Chriſtus Servator noſter natus eſt. Igitur ſtat pro nobis Judæorum antiquitas. Præterea Vir multiplici eruditione ornatiſſimus, Chriſtophorus Arnoldus noſter, monuit me, eandem expoſitionem jam olim inter Chriſtianos proditam fuiſſe a Fratre Schwarz Dominicano, exhibendo veterem illius librum, A. C. 1477. Eslingæ excuſum, inſcriptumque: Liber Chochaf Hamſchiach; in eo legitur: Darzu der mehoqeq. Das iſt der geiſtliche Gewalt/ der ſiebentzig Hochgelehrten Meiſter / der was abgenummen von denen Füſſen/ das iſt von den letzten Zeiten der Wehrung des Geſchlechts Jehudah. *Et mehoqeq, hoc eſt Eccleſiaſtica poteſtas Septuaginta doctiſſimorum Magiſtrorum, ablata fuit a pedibus, hoc eſt*, extremis temporibus *durationis familiæ Judæ*. Quod in Prophetia Jacobi ſupereſt, levi negotio expediemus, עַד כִּי יָבֹא per *donec veniat* quidã explicant, alii, *donec venerit*, levi diſcrimine. Malim tamen amplecti poſteriorem expoſitionem, quæ eventibus rerum magis reſpondet. Per שילה *Meſſiam* intelligi, dudum ab aliis eſt probatum, allatis ad rem confirmandam, trium *Targumim*, *Talmudis in Sanhedrin c. 11*, nec non τῶν *Baal Hatturim*, *Raſchi*, *Kimchi*, *R. Moſis Gerundenſis*, *R. Joëlis ben Sueb*, *Iſaaci Abarbenelis*, & *Bechai* teſtimoniis, quæ, ne actum agamus, iterare ſuperſedemus. Quin, nec ea producimus, quæ poſt alios, in *Talmude*, *Sohar*, & *Rabbot*, nobis ſunt obſervata; ipſe enim Lipmannus hoſtis noſter, nihil refragatur, & manus victas dedit veritati. Suprema ſacri commatis verba ſunt: ולו יקהת עמים quæ varii varie exponunt. Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν habent LXX. quos ſequu-

ſequutus vetus Latinus Interpres, tranſtulit: *Et ipſe erit expectatio gentium.* Propius ad verum eos accedere exiſtimaverim, qui Onkeloſi & Hieroſolymitani Paraphraſtarum veſtigia legentes, vertunt: *Et ei erit obedientia populorum.* Vt ſenſus ſit: Ejus doctrinam populi recipient & amplectentur, illius præceptis & mandatis morem gerent ac obtemperabunt. Namq; vocem יקהה etiam Prov. 30, 17. quo ſolo loco in Scripturis repetitur, *obedientiam* ſignificare, fit veriſimile. Atq; hæc Kimchii quoque in libro Radicum eſt expoſitio, ubi ſcripſit: ופירוש ולו יקהת עמים אליו ישמעו העמים לקבל עליהם מה שיצום: i. e. *Senſus verborum* ולו יקהת עמים *is erit: Populi ei obtemperabunt, ut in ſe recipiant, quæ ipſe eis eſt imperaturus.* Neque vero recedunt ſummopere ab hac interpretatione ii, quibus R. Salomonem autorem ſequi, ac, *& ei erit aggregatio populorum*, reddere placet, prout Pagninus, Münſterus, Tigurini & Vatablus expreſſerunt, res enim tandem eodem recidit. Atque ſic omnibus in ſacro noſtro vaticinio minutatim diſcuſſis, totam nunc rationem colligendo, ſequens ſenſus, ſi paulo verboſius παραφράζειν velimus, ſeſe exinde nobis aperit. *Ea, quam prædixi Judæ poſteris obventuram, regia poteſtas & αὐτοκρατορία, non auferetur ab iis, aut ſane, attritis jam ab exterorum potentia eorundem rebus, & inclinante ſe pedetentim ad interitum Republica, ſaltem non deſtituentur Ducibus & Rectoribus ſuis, ad adventum usq; Meſſiæ. Iſte vero poſtquam advenit, tum ceſſabit deniq; illud diſcrimen, quod inter Judæos, cæterasq; gentes hactenus in orbe fuerat, atq; tam hæ, quam illi, Meſſiam conſectabuntur, ejus monitis obſequium præſtabunt, fietq; ex Judæis & gentibus, unius paſtoris, unus grex, unum ovile. Proinde carebit poſtea Judæ poſteritas, non Regibus tantum, ſed & Ducibus propriis, totaq; Judaica Reſpublica omnem formam amittet, ad nullam unquam amplius reducenda.* Videlicet, graphice, vivisque coloribus, quaſi in tabella, depingit nobis Jacobus, univerſam Judaicæ Reipublicæ, quatenus ex Judæ maxime poſteris conſtabat, & ex quo poſt Judices, nova forma fundata fuerat, ad ejus usque interitum, faciem. Nimirum, cœptum ſemel in tribu Judæ a Davide Regnum, ſecundum Joſephi lib. 11. Antiq. cap. 4. calculum, per quinque ſecula integra, non interrupto ordine continuandum in hac ſtirpe erat, ad Zedekiam usque, qui fatalis ultimusque terminus huic ſupremæ poteſtati ac dominatui ſtatutus fuerat, ipſius Dei apud Jerem. 22, 30. graviſſima prædictione, quam ad Regem illum perferri juſſit. כה אמר יי׳ כתבו את האיש הזה ערירי גבר לא יצלח בימיו כי לא מזרעו איש יושב על כסא דוד ומושל עוד ביהודה; *Sic ait Dominus, ſcribite virum iſtum liberis carentem fore, virum non proſperaturum unquam: nam non proſperabitur de ſemine ejus quisquam ſeſſurus in ſolio Davidis, & dominatus*

De Loco Gen. 49. 10.

 natus

De Loco Gen. 49, 10.

naturus amplius in Judam. Sequuta deinde eſt anno decimo nono Zedekiæ, Hieroſolymitanæ urbis expugnatio, & deportatio Judæorum in Babyloniam. Ex ea cum poſt LXX. annorum exilium, in avitas ſedes Judæi reverſi eſſent, propriis quidem legibus inſtitutisque vivere permiſſi ſunt, ſed regiam & abſolutam imperandi formam minime revocare licuit, nempe, quia ſui juris nunquam amplius erant, nec plena libertate utebantur. Etenim, primum Perſarum Monarchis parebant, ad quos ſummum imperium a Babyloniorum & Aſſyriorum Rege ultimo Belſazare, cum Darius Medus, ope Cyri Perſarum Regis, generi ſui, illum viciſſet, tranſierat. Poſtea, quia Alexander Macedo, Dario Codomanno, & Perſarum ſimul imperio deleto, omnem hujus gloriam ad Græcos tranſtulerat, ei obſequium Judæi præſtare coacti ſunt. Exinde, Aſiæ minoris, & Ægypti Regibus fuere ſubditi; donec a Romanis initio illis ſervitus impoſita eſt, deinde vero Reipublicæ, ſacris, gentique propemodum univerſæ, excidium illatum. Res omnis certa eſt, nec eget teſtimoniis: de Romanorum tamen in Judæos dominio, notanda Abrahami Sacuti confeſſio, ex Juchaſin p. 15. a.
ומאז התחילו הרומיים לכבוש ישראל שיהיו תחת ידם כי יהודה
התחיל אהבה עמהם ולגדלם כי הם החיה הרביעית שראה דניאל
תקיפה ובעבור שהשמיד יהודה ליונים עשו ברית ועמדו בו כו׳ שנים
ואחר זה ק״פ שנים קודם חרבן הבית כדאיתא בעבודה זרה
ובפרק קמא דשבת ובטלו הברית ומשם ואילך היו משועבדים
לרומיים ואז התחיל גלות ארום: Id eſt: *Dehinc*, (loquitur de Jonathanis & Simeonis Chasmonæorum ætate;) *cœperunt Romani debellare Judæos, eosq; ſua poteſtati ſubjicere. Et vero, Judas* (Maccabæus) *amicitiam cum iis contraxerat, iisq; ad res augendas fuerat præſidio. Ipſi enim, ſunt quarta illa & robuſta beſtia, quam conſpicatus eſt Daniel. Atq; quia Judas Græcos ſuperaverat, fœdus cum ipſo pepigerunt, illoq; fœdere ſteterunt annis XXVI. At poſtea, anno ante deſolatum templum noſtrum centeſimo octogeſimo, ceu in Avoda Sara, & in cap. 1. Maſſichta Schabbat ſcriptum eſt, rupere fœdus, atq; ab hoc deinde tempore,* (Judæi) *Romanis ſervitutem ſervierunt, eſtq; hoc initium captivitatis Edomiticæ.* Sic peregrinorum Regum jugo preſſi Judæi, habebant tamen in omni illo temporis, quod inter reverſionem ex captivitate, & natum Servatorem interceſſit, intervallo, Duces ſuos, ſemperque unus aliquis in illa Republica eminebat, qui ad clavum ejus ſedens, poteſtatem adminiſtravit. Primus horum fuit *Zorababel* Sealthielis filius, פחת יהודה *Princeps Judæ* Haggæo 1, 1. dictus; quo Duce, Cyri Regis indultu, Judæi ex Babylonia in patriam profectionem adornarunt, & templum ac Hieroſolymas cœperunt reſtituere. Sequuti ſunt *Esdras, & Nebemias*, &

as,& fortaſſe ante hos alii, ceu Scaligero non immerito viſum eſt, ob De Loco
iſta Nehemiæ 5, 15. והפחות הראשונים אשר לפני הכבידו על העם Gen. 49,10.
ויקחו מהם בלחם ויין אחר כסף שקלים ארבעים גם נעריהם שלטו על העם: *Nam Principes priores, qui anteceſſerant me, prægravabant populum, accipientes ab eis de pane & vino, præter argenti ſiclos quadragenos, etiam pueri eorum dominabantur in populo.* Et vero, ſi fides habenda Judæorum Annalibus, quos Autor libri Olam Suta compilavit, reverſus ex Judæa in Babyloniam Zorobabel, ibi fato functus eſt, ſuccedente in principatu apud Judæos *Meſullam* filio, & poſt hunc *Chananja* nepote; quæ nos, uti parum comperta, in medio relinquimus. Mortuo Nehemia, ad Pontifices rerum ſumma pervenit, ceu ex hiſtoria apud Joſephum lib. 11. Antiq. cap. 8. de *Jaddo* Pontifice, qui Alexandro M. obviam proceſſit, apparet. Hæc poteſtas, in illo ordine, per *Chasmonæos*, uti Judæi vocant, (noſtri enim Maccabæos appellare ſolent,) eſt confirmata. Cœpit ea in *Mathatia*, cujus fortitudo bellica, & zelus in reſtaurando cultu divino 1. Maccab. 2. & apud Joſephum l. 12. cap. 9. prædicantur. Is, ante obitum, filium *Judam* ſucceſſorem conſtituit, qui, ut ii, quos modo allegavimus, Scriptores, narrant prolixius, fœdus cum Romanis pepigit, multaque prælia cum Syriæ Regibus feliciter commiſit, ad poſtremum vero a Bacchide, Demetrii Syriæ Regis Duce, victus & vita exutus eſt. Judam, *Jonathas* frater excepit, quem fœdus cum Romanis, imo & Lacedæmoniis redintegraſſe, ex 1. Mac. 12. conſtat. Huic, tertius fratrum *Simeon* ſurrogabatur, cujus auſpiciis recepta arx Hieroſolymitana eſt, Syrorum inde præſidio ejecto. Atque in hoc Simeone, Principatui quo priores functi erant, multum ſplendoris autoritatiſque acceſſit, ſolemni Judæorum Plebiſcito, quod, quia tabulis æreis inciſum, in loco publico Hieroſolymis fuit propoſitum, dignum quoque eſt, ut hic ex 1. Macc. 14. legatur: *Judæi & Sacerdotes eorum, conſenſerunt, Simonem eſſe Ducem ſuum, & ſummum Sacerdotem in æternum, donec ſurgat Propheta fidelis: & ut ſit ſuper eos Dux, & ut cura eſſet illi pro ſanctis, & ut conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum, & ſuper regionem, & ſuper arma, & ſuper præſidia: & cura ſit illi de ſanctis: & ut audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine ejus conſcriptiones in regione, & ut operiatur purpura, & auro: & ne liceat ulli ex populo, & ex Sacerdotibus, irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut convocare conventum in regione ſine ipſo, & veſtiri purpura, & uti fibula aurea. Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit.* Atque hinc nepos Simeonis *Ariſtobulus*, ad quem intercedente *Hircano* filio transmiſſa eſt ab avo dignitas, occaſionem ſumſiſſe videtur, pro Rege ſe gerendi, idq; nomen ſimul cum ornatu regio affectandi, etſi Regis potius imaginem

De Loco Gen. 49,10.

referebat, quam ut examussim verus, & quales priores erant, Rex dici queat. Interim posteri quoque Aristobuli, regium nomen, ad *Herodem* usque retinuerunt, a quo potestas Chasmonæis est erepta, & genus extinctum, ipso sese in eorundem locum ingerente. Herode morte sublato, regnum ejus in Tetrarchias ab Augusto Cæsare scissum est, *Archelao* Judææ Tetrarcha constituto, reliqua regione inter *Philippum* & *Antipam* divisa. Archelaus cum impotenter dominaretur, inde extrusus, Viennamque Galliæ urbem relegatus est. Atque hac tempestate, Judæa in provinciæ formam redacta, Syriæ accedens, a Cæsaribus Procuratores accepit, per quos deinde regebatur, nullusque unquam postea Judææ neque Rex fuit, neque Ethnarcha, Philippus tamen & Antipas suæ quisque Tetrarchiæ res adhuc curabant. Hoc igitur tempore Judæi, post Sceptrum pridem ablatum, nunc Duces quoque & Regulos suos cœperunt amittere, omnique jure administrandæ Reipublicæ, quod, utcunque hactenus servaverant, paulatim exciderunt. Ea tempestate vero, jam in orbem venerat sacrosanctus divinusque Siloh, novi, cœlestisque Regni futurus conditor. Itaque, nihil restabat, quam ut paulo post supremus prædictis rerum eventibus cumulus accederet, quod tum factum est, quando post Messiam cruci affixum, urbe Hierosolyma capta, & cum templo funditus eversa, omnino omnis simul est deleta totius Judaicæ Reipublicæ forma ac species, non profana minus quam sacra. Sic postea, quod futurum Hoseas 3,4. prædixerat, *sederunt filii Israëlis*, אין מלך ואין שר *nec Rege, nec Principe*, porro gaudentes; qui locus, nescio quomodo nostræ, quam dedimus, Jacobæi oraculi expositioni, favere parumper videtur, & hoc nunciasse, nunquam amplius, non Reges tantum ullos apud Judæos, sed ne Duces quidem regnaturos: hoc est, neutram illarum Reipublicæ formarum revocatum iri, quæ pridem obtinuerant, &, quæ arcano cœlestis Providentiæ decreto, per Jacobum manifestato, se invicem consequi debebant.

Atque ista, quæ huc usque disseruimus, simul multum quoque faciunt, ad abstergendas dissipandasque futiles nimium ineptias Lipmanni, quibus fucum nobis facere, & glaucoma ob oculos objicere, ne Jacobæi hujus vaticinii verum sensum pervideamus, annititur. Cessavit sane Regnum Domus Davidicæ, cum Nebucadnezar Judaicam gentem patria mulctatam, in Babyloniam deportasset, nec unquam deinde Sceptrum & vera regia potestas, etiam post solutam captivitatem, & in pristinas sedes reversionem, ei fuit reddita. Nihilominus finito exilio, restaurata est Reipublicæ forma, semperque unus aliquis ad clavum ejus sedens, eximia potestate functus esse deprehenditur. Ablato igitur Sceptro, saltem מחקקים sive *Duces*, Judæis relicti sunt, atque sua sic per omnia constat veritas Jacobææ prædictioni, haud e-

nim

nim alios rerum eventus ipſe prænuntiaverat, ceu nobis eſt demonſtratum. Poſtquam vero Duces quoque inter Judæos eſſe deſierunt, tum ut adventaret Siloh æquum erat, atque id quoque hercle factum eſt, adfuit in tempore. Manent igitur, manebuntque, nequicquam frementibus inferorum portis, ſua connexio, vis & robur, argumentum noſtrum, quando legitime & ex neceſſitate ſic inferimus: *Quem venire neceſſe fuit, antequam Regia, aut ſaltem, quæ in locum ejus ſuccedere debebat, Ducalis dignitas, apud Judæos interiret, illum veniſſe comprobat Regiæ non minus, quam Ducalis pariter poteſtatis, a tot jam ſeculis ceſſatio. Atqui venire debuit Silo ſive Meſſias, antequam Regia vel Ducalis dignitas apud Judæos interiret. Venit igitur: quando a longo ſeculorum decurſu, illæ dignitates inter Judæos ceſſaſſe deprehenduntur. Næ! venit* DOMINVS JESVS *noſter! Sit nomen ejus benedictum in ſecula!* Eſt hoc argumentum, ſi quod aliud, utile & efficax, ad Judæos impugnandos; neque ejus autoritatem elevat, quod Chriſtus & Apoſtoli eodem minime uſi eſſe leguntur. Nam, non ſuperſtite tantum Servatore, ſed & poſt illius in cœlos aſcenſum, eludere poterant Judæi vim ratiocinii, cauſando, etiamſi Ducibus careant, ſalvam tamen adhuc eſſe Reipubl. formam, ſalvum eſſe templum, vivere ſe ſuis legibus; poſſe fieri, ut Romanorum dominatione excuſſa, tempora in priſcum aurum redeant, & avita αὐτοκρατορία recuperetur: nondum igitur in in eo ſtatu rem eſſe, ut Meſſiam veniſſe neceſſe ſit. Et vero, Cauſaboni, Exerc. 16. adv. Baron. Obs. 71. aliorumq; diſſentientium exiſtimatione ſalva, ſic mihi videtur, diutine gaviſos fuiſſe Judæos, etiam ſub ipſis Romanis Procuratoribus, non tantum immunitate ſacrorum, ſed & politica aliqua poteſtate, quæ adeo ad jus vitæ & necis ſe extendebat, idq; fere quoad templum ſuperfuit incolume. Equidem agnoſco, ipſos, cum de Servatore occidendo ageretur, profeſſos eſſe apud Johannem 18, 31. Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. *Nobis non licet interficere quenquam* Atenim, expendendum quoque eſt, quod ibidem præcedit; nimirum, poteſtatem facere Pilatum Procuratorem Judæis, ut de eo ſecundum patrias leges ſupplicium ſumant, dixiſſeque illum: Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. *Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram judicate eum.* Et iterum cap. 19, 6. verbis enunciaſſe fertur. Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς καὶ σταυρώσατε· *Accipite eum vos, & crucifigite,* Nunquid autem veriſimile eſt, voluiſſe Pilatum derogare hactenus, ſupremæ juriſdictioni Romanorum Imperatorum, eumque, ſi omnino a Cæſaribus facultas capitaliter animadvertendi in ſontes Judæis ademta erat, hanc illis exercendæ gratiam ſuo auſu indulgere ſuſtinuiſſe? Imo vero nec poterat per leges & inſtituta Romanorum id facere, ſi maxime voluiſſet. Præ-

De Loco Gen. 49, 10.

Demonſtratio adverſus Judæos.

A Caſaubono diſſentimus.

De Loco Gen. 49. 10.

sides enim Provinciarum, *habebant quidam jus gladii, & in metallum dandi potestas eis permissa erat* l. 6. §. 8. D. de Offic. Præs. sed hanc potestatem, quæ aliis vocibus in jure Quiritium, & nominatim l. 3. D. de jurisd. *Merum Imperium* appellatur, mandari non potuisse, certum est, & nota in hanc rem l. 1. §. 1. D. de Offic. ejus cui mand. *Qui mandatam jurisdictionem suscepit, proprium nihil habet: sed & ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur. Verius est enim, more majorum jurisdictionem quidem transferri: sed merum Imperium, quod Lege datur, non posse transire.* Utique, si his advorsum facinus Pilatus cœptasset, merito ei, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος· *Non es Cæsaris amicus:* quæ, Judæorum apud Johannem 19, 12, vel, τοῦτο ὕβριν Καίσαρι φέρειν, *hoc cum Cæsaris injuria conjunctum esse*, quæ, ipsius Pilati apud Josephum l. 18. Antiq. c. 4. phrasis est, objectum fuisset, cujus rei suspicionem tantopere a se amotam volebat. Porro, ecquis ignorat, ex Actorum 7, etiam post Christi in cœlos ascensionem, criminalem jurisdictionem, & merum imperium vere Judæos exercuisse, ferendo adversus Stephanum capitalem lapidationis sententiam? Minime enim eorum placet opinio, qui illud factum ad zeli judicium referunt, quomodo præter alios, Hugo etiam Grotius, gravissimus Vir, l. 2. de Jure Belli & Pac. cap. 20. §. 9. animatus fuisse deprehenditur. Nam, si verum est, quod ait illo loco Grotius: *Hebræorum moribus, Hebræus a Deo & Dei lege deficiens, aut Ducem se ad falsos cultus præbens, illico a quovis homine poterat interfici. Judicium zeli id vocant Hebræi, quod a Phinea primo exercitum ajunt, & inde abiisse in morem.* Si, inquam, hæc ita se habent, ecquomodo ad hoc judicium ulla ratione quadrat Stephani historia, in qua nos legimus Stephanum ab accusatoribus ad Synedrii Judices fuisse deductum; ibi blasphemiæ criminis cum reus factus esset, dixisse testimonium testes etsi falsos, Stephanum contra insigni oratione se suamque innocentiam defendisse: Cum vero nihil promoveret, capitis damnatum, ejectum fuisse ex civitate, atque pœna blasphemis debita, lapidatione nimirum, & quidem more majorum affectum esse, ita, ut secundum Dei Deut. 17, 7. præceptum, primi in eum saxa testes jecerint, quippe de quibus scriptum extat: Ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου· *Deposuerunt vestimenta sua, secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.* Ut ideo Actor. 22, 20. ipse Paulus Deo fateatur· Ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν· *Cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego adstabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum.* Quæ omnes circumstantiæ, ipso Sole, cum sudum est, clarius ostendunt, legitimum

A Grotio dissentimus.

judicii

judicii criminalis processum observatum esse, nihilque minus, quam zeli judicium obtinuisse. Scilicet, in zeli judicio, nec judex, nec accusator, nec testis, nec sententiæ pronunciatio, nec denique supplicii forma consueta locum habebant, sed, uti bene observavit Seldenus. l. 4. de Jur. Nat. & Gent. juxta disc. Hebr. cap. 4. ex zeli judicio, *supplicium capitale* בשעת מעשה id est, in ipso dum committebatur facinus duntaxat momento, *seu homini*, ἐπαυτοφώρῳ deprehenso, *a zelotis, id est, privato zelo ductis, infligi permittebatur. Nempe homines pii, qui zelo Numinis accenderentur, jus ejusmodi habebant, ut si viderent* בפרהסיא palam *seu* in publico, *id est, ut recepta fertur sententia, præsentibus coram decem minimum Israëlitis, quempiam Hebræum, aut circumcisum alium, seu in Judaismum cooptatum, adversus sanctitatem sive Numinis, sive Templi, sive Gentis, aliquid commissurum, ipso eodem momento fas eis esset, incurrendo, seu aggrediendo, eum, aut verbere, aut vulnere præpedire ac cohibere, aut etiam cæde perseverantem e medio tollere. Nam, si intermitteret, occidendus non erat sine judicio forensi.* Convenit cum his apprime, Phineæ Num. 25. factum, dum Simri filium Salu, Ducem Simeoniticæ tribus, & Cozbi, paganam mulierem, filiam Zur Principis Midianitarum, in stupro palam deprehensos, e vestigio, solo zelo ductus, hasta confodit, idque zeli judicio originem dedit formamque. Sed, operæ pretium est, ipsos Judæorum Magistros de hac re audiamus, quorum verba, & Grotius, & Seldenus, afferre supersederunt, imo in aliquibus nec consentientia iis tradiderunt. Maimonides, Hilchot Issure Bia cap. 12. כל הבועל כותית בין דרך חתנות בין דרך זנות אם בעלה בפרהסיא והוא שיבעול לעיני עשרה מישראל או יתר אם פגעו בו קנאין והרגוהו הרי אלו משובחין וזריזין ודבר זה הלכה למשה מסיני הוא ראיה לדבר זה מעשה פנחס בזמרי ואין הקנאי רשאי לפגוע בהן אלא בשעת מעשה כזמרי שנאמר ואת האשה אל קבתה אבל אם פירש אין הורגין אותו ואם הרגו נהרג עליו ואם בא הקנאי ליטול רשות מבית דין להרגו אין מורין ואף על פי שהיא בשעת מעשה ולא עוד אלא אם בא הקנאי להרוג את הבועל ונשמט הבועל והרג הקנאי כדי להציל עצמו מידו אין הבועל נהרג עליו: Id est: *Quisquis paganam mulierem init, sive id fiat ob sponsalia quæ præcesserunt, aut solius libidinis explendæ causa, si istud propalam faciat, hoc est, decem vel pluribus Judæis scelus inspectantibus, tum si zelotæ hominem adoriantur, & impigre trucident, laudantur. Est hoc institutum, traditio Mosis, inde a monte Sinai ad nos derivata, ejusq; argumentum habetur cædes,* quam

De zeli judicio.

De Loco Gen. 49.10

quam Phineas circa Simri peregit. Veruntamen, haud aliter licet zelotæ impetum in concubitores facere, quam si ipsi venereo operi sint intenti, prout de Simri res se habet, unde Scriptura (Num 25, 8.) *ait*: Et mulierem in locis genitalibus. *Quod si ab opere cessent, tum porro trucidare nefas est, secus enim qui facit, ipse postea capitis supplicium subire cogitur. Quod si magistratum adeat zelotes, veniam occidendi concubitores petiturus, non eam indulgent, etiamsi maxime de incestu accusati, genialem rem adhuc peragant. Quin imo, non hæc tantum venia non conceditur, sed &, si dum zelotes concubitorem occidere molitur, hic surgens zeloten interimat, ut vitam suam adversus aggressorem tueatur, non id ei capital fuerit.* Et re, & verbis propemodum conveniunt, quæ habet incomparabilis Codex noster MS. Ex Hechajim Hilchot Nidda c. 10. אם בא ישראל על הגויה בפני עשרה מישראל או יותר משהיה קנאי לשם יהרגנו כמו שעשה פנחס לזמרי ואין רשאי להורגו רק בשעת מעשה כמו שני אל קבתה אבל אם פירש אם הרגו נהרג הקנאי עליו ואפילו בשעת המעשה אם בא לשאול הוראה מבית דין לא יורו לו להרגו וגם אם עמד הבועל להציל נפשו והרג הקנאי פטור והבועל בת גר תושב הקנאי לא יהרגנו: *Si quis Judæus, cum pagana muliere, in decem, aut plurium Judæorum præsentia, rem habeat, tum si adsit zelotes, trucidato illum, & imitator factum Pinchasi cum Simri. Sed, nefas est aliter occidere, quam* ἐπαυτοφώρῳ μοιχεύοντα, *unde dicitur* (Num. 25, 8.) In genitalibus. *Quod si enim a scelere cessantem interficiat zelotes, vicissim capitali supplicio afficiendus fuerit. Quin &, si facinus patrante homine, zelotes Magistratum adeat, ejusq; sententiam perquirat, nequaquam is ei cædis committendæ autor est. Adde, quod si concubitor consurgat, & vitæ defendendæ causa zeloten perimat, immunis ipse sit, &, quod cum filia proselyti domicilii concumbentem, zelotes vita privare non debeat.* Paria leguntur apud Mosen Kozensem Præc. Negat. CXII. estque illorum fundamentum in Sanhedrin cap. 19, sive fol. 82. a. & exinde apud Coccejum in Excerptis p. 293 unde locum transcribimus: אמר רבה בר בר חנה א״ר יוחנן הבא לימלך אין מורין לו ולא עוד אלא שאם פירש זמרי והרגו לפנחס נהרג עליו נחפך זמרי והרגו לפנחס אין נהרג עליו שהוא רודף הוא: Laudatus Coccejus vertit: *Rabba barbar Channa* (mallem, *Rabba nepos Channæ*) *refert dixisse R. Johannem. Si petat (zelotes) consilium, non datur: imo etiam si Zimri a scorto se abduxisset, atq; Pinchasus eum tum demum percussisset, capite plectendus fuerat. Atq; adeo si conversus Zimri Pinchasum vita privasset, capitis pœnam luendam non habuisset. Nam ab ipso invadebatur.* Nihil igitur in universum est manifestius, quam Stephani

cæ-

cædem nullo prorſus modo ex zeli judicio profectam eſſe, tantumque diſcrimen inter hæc intercedere, quam quod maximum. Vt vero cum hactenus traditis, Judæorum illud: *Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα*, conciliemus, exiſtimaverim, id hac ratione commode fieri poſſe, ſi dicamus, Romanos Cæſares, cum, (quæ Joſephi 2. contra Apionem verba ſunt, & vulgo tantum Latine in noſtris Codicibus extant) *pro magnanimitate & modeſtia ſua, qua non cogebant ſubjectos patria jura transcendere*, Judæis vetus, & laudato Joſepho l. 14. Antiq. c. 17. memoratum privilegium, *τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι patriis moribus & ſacris uti*, ſalvum & incolume conſervarent, ſimul id quoq; poteſtatis, primario eorundem Magiſtratui gentili, ſive Synedrio reliquiſſe, ut, ſi quis popularium, ſacra temeraret, Deumque patrium violare, & ejus religionem profanare, impio auſu præſumeret, in hunc non tantum carcere, flagris, aliisque minoribus pœnis, ſed &, ſi facinoris id poſtularet enormitas, ſupremo ſupplicio animadvertere poſſet. Eſtque obſervatu dignum, quod Joſephus l. 18. cap. 4. retulit, eos, qui Pilatum præceſſerant Præſides, tantum Judæis tribuiſſe, ut in illorum gratiam, a militaribus cum effigie Cæſarum ſignis, abſtinuerint; quod, magno argumento eſt, ſedulo ipſos caviſſe, ne Judæorum ſacris ulla ratione obeſſe, aut offenſionem præbere viderentur. Atque ipſe adeo Pilatus, qui noctu illatas effigies Hieroſolymis ſtatuerat, cum Judæos potius extrema quæque pati, quam illas tolerare velle animadverteret, *Θαυμάσας τὸ ὀχυρὸν αὐτῶν ἐπὶ φυλακῇ τῶν νόμων, παραχρῆμα τὰς εἰκόνας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπανεκόμισεν εἰς Καισάρειαν· Admirans tam conſtans legum ſtudium, continuo reportavit eas imagines Cæſaream a Hieroſolymis.* Quin, nec fieri commode poterat, ut Præſides Romani, de ſacris Judæorum contaminatis, cognitionem inſtituerent, quippe, qui cæremoniarum divinarum apud ipſos, jurisq; Eccleſiaſtici, penitus erant ignari, imo omnem Numinis in illa gente colendi rationem, ridiculiſſimam & ineptiſſimam reputabant. Facit huc inſigniter, locus Act. 18, 12. ſeqq. *Cum Gallio eſſet Proconſul Achajæ, inſurrexerunt concorditer Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, Dicentes: Iſte perſuadet hominibus colere Deum contra Legem. Paulo vero os aperturo, dixit Gallio Judæis: Si quid injuſti factum eſſet, aut facinus malum, o Judæi, quatenus ferret ratio vos ſufferrem. Sin vero quæſtio eſt de ſermone, & nominibus, & Lege veſtrate, ipſi videritis: judex enim ego iſtarum rerum eſſe nolo. Et abegit eos a tribunali. Prehenſum autem omnes Græci Soſthenem præfectum Synagogæ cædebant ante tribunal: neq; quicquam eorum Gallioni curæ erat.* Sed, quia hæc extra Judæam geſta ſunt, nec Synedrii in iis mentio, magis adhuc juvamur illis, quæ Portius Feſtus Præſes ad Agrippam Regem, & Bernicen, Act.

Locus Ioh. 18, 31. exponitur.

Iudæi, utut Romanis ſubditi in cauſis ſacris pleno jure utebantur.

De Loco Gen 49, 40.

25, 19. 20. de Judæorum & Pauli coram se disceptatis litibus, proloquitur: *Quæstiones vero quasdam, de sua superstitione habebant adversus eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere. Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam, si vellet ire Hierosolymam, & ibi judicari de istis.* Quamobrem, salva adhuc utcunque Judæorum Republica, & cum nondum summa imis permiscuisset temporum fatalitas, sacras causas ad Synedrii tribunal pertinuisse affirmandum est, atque licuisse huic, sontes, cum leviori castigatione, tum pœnis capitalibus coërcere. De priore dubitare nos non sinit, illud Pauli, de suo adversus Christi sectatores, (quos pro veteris Judaicæ Religionis profanatoribus habebat,) odio extremo, & ausibus, in allocutione publica civium Hierosolymitanorum, quæ Actor. 22. refertur: Ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ὡς καὶ ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον· παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν· *Hanc viam persecutus sum, usq. ad mortem, alligans & tradens in custodias, viros ac mulieres, sicut princeps Sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes majores natu, a quibus & epistolas accipiens, ad fratres Damascum pergebam, ut adducerem inde vinctos in Jerusalem, ut punirentur.* Jungendus his locus Act. 9, 2. & adeo ipsum Servatoris Matth. 10, 17. huc pertinet dictum: Παραδώσουσι ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. *Tradent vos Synedriis, & in Synagogis suis flagellabunt vos.* Nec desunt exempla: namque Synedrii jussu, Petrus aliique Apostoli vapularunt, simulque denuntiatum iis fuit, ne omnino loquerentur in nomine Jesu, Actor. 5, 40. & Paulus 2. Corinth. 11, 14. a Judæis, quinquies, quadragenas plagas, una minus se accepisse gloriatur. Enim vero, ultimo insuper supplicio Synedrium eos quos religionis avitæ violatores credebat, affecisse, non solum quæ de Stephani lapidatione jamdum adducta nobis sunt, perspicue comprobant, sed etiam idem adhuc amplius confirmat, Tertulli, Judaici Oratoris, nomine Ananiæ Pontificis, & Seniorum, apud Felicem Præsidem adversus Paulum instituta accusatio, Actor. 24, memoriæ prodita. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως· Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν· Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε, κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπί σε.

De Locu Gen. 49,10.

ἐπί σε· *Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judæis in universo orbe, & auctorem seditionis sectæ Nazarenorum: qui etiam templum violare conatus est, quem & apprehensum,* volumus secundum legem nostram judicare. *Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, jubens accusatores ejus ad te venire.* Constitutum igitur fuerat Judæis, *secundum patrias leges* in Paulum animadvertere, quod clarissimo indicio est, fas illis fuisse, jus administrare, & quidem jus necis vitæque, nec enim aliam, quam capitalem pœnam, secundum mores & instituta gentis, meruerat *homo*, qui ipsis videbatur, *pestifer, concitans seditiones omnibus Judæis in universo orbe, & auctor seditionis sectæ Nazarenorum, quiq; templum etiam violare conatus erat.* Imo Lysias tribunus, diserte in suis ad Felicem literis, Act. 23, 27. Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ιουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐπιςὰς σὺν τῷ ςρατεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ρωμαῖός ἐςι: *Virum hunc, comprehensum a Judæis, cum jam futurum esset,* ut ab eis interimeretur, *superveniens cum militum manu, erui, edoctus Romanum esse.* Ex quibus, id simul discimus, nisi Lysias compertum habuisset, Paulum civem Romanum esse, non eum impediturum fuisse, quo minus e medio tolleretur. Liberavit igitur Paulum ab imminente exitio, illud civitatis Romanæ jus, ut tanto magis credibile evadat, id, quod supra tacite innui, scilicet, non licuisse Synedrio, in plane peregrinos, etiamsi sacris Judæorum contumeliam fecissent, capitaliter animadvertere. Atque sane miles ille, qui celebrantibus Judæis in templo azymorum festum, stans super porticum, reductis turpiter vestimentis, προσαπέςρεψε τοῖς Ιουδαίοις τὴν ἕδραν, καὶ τῷ σχήματι φωνὴν ὁμοίαν ἐπεφθέγξατο, *posticas corporis partes nudas populo obverterat, & huic schemati convenientem ediderat vocem,* de quo est apud Josephum l. 2. de Bello cap. 11, & l. 20. Antiq. cap. 4. minime Judæis castigandus tradebatur, quamvis tota multitudo Cumanum Præsidem circumstaret, ac inverecundum hominem ad necem deposceret. Quin &, (quod ex iisdem Josephi locis constat,) cum alius miles, libros Mosaicos in vico quodam inventos, protulisset, eosque lacerasset in conspectu omnium, multis debacchatus, & in Legem, & in gentem totam convitiis; similiter facinus Judaico Magistratui vindicare non licuit, sed Cumani Præsidis jussu, miles securi percussus est. Cæterum, si quæ crimina, ab ipsismet Judæis, non adversus sacra sua proprie commissa viderentur, sed civilem quietem turbarent, Reipublicæ detrimentum afferrent, aut læderent Imperatoriam majestatem, in his nullam Judaici Magistratus fuisse cognitionem, sed omnem rem ad Præsidis tribunal pertinuisse, juvat credere; ut de his casibus vere dicere

Quædam ad historiam Passionis Dominicæ pertinentia explicantur.

possent Judæi: Ημῖν ἐκ ἔξεςιν ἀποκτεῖναι ἐδένα· Verum, non istud tantum pronuntiatum, sed & alia multa Passionis Domini & Servatoris nostri, ex hactenus dictis, lucem accipiunt, eademque vicissim illustrant, quæ scelus esset negligere. Scilicet, a manipulo furum, quos Summi Sacerdotes, Scribæ, & Seniores, ad illum prehendendum miserant, captus Servator, ante omnia ad Senatum Synedrii, (quam vocem Matthæus 26, 59. Marcus 14, 55. Lucas 22, 66. expressim usurpant) est pertractus. Etenim, ad hoc forum spectabant crimina, quæ intentabantur, violata nimirum blasphemiis religio, seductio plebis, & templi profanatio. Vnde, præter alios, duo quoque testes contra illum producti, asseverantes: ἔτος ἔφη· Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τῆ θεῆ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι ἀυτόν. *Ille dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud*: Matth. 26, 61. Cumque insuper, in ipso illo consessu Judicum, blaspheme se filium Dei jactasse videretur Dominus noster, jure suo, quod in sacra hac causa ei competebat, usus est Senatus, & capitalem sententiam pronunciavit. Cum enim Pontifex, qui suffragia colligebat, sententiam rogasset, verbis conceptis, Τί ὑμῖν δοκεῖ; *Quid vobis videtur?* inquiens; omnes concordibus votis clamitabant: Ενοχος θανάτε ἐςί. *Reus est mortis*, uti Matthæus 26,66. in literas retulit. Quæ verba, secus quam Cl. Casaubonus loco supra citato censuit, non de privata opinione, sed, de vero jure pronunciandi sententiam cum effectu, accipienda esse, fit verisimile. Atque, ne hac in re tergiversemur, Marcus 14,64. facit, quando paulo distinctius ait: Οι δὲ πάντες κατέκρινον ἀυτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτε· *Omnes* condemnaverunt *eum esse reũ mortis*. Non igitur animo tantum & voto, sed solemni validaque judicum condemnatione, Servatori nostro mortem irrogatam fuisse crediderim, qua affici potuisset quoque, nisi alia obstitissent. Nempe, erat tum Paschatis festum, confluxeratque ejus celebrandi causa Hierosolymas infinita hominum multitudo; inter hos, cum innumeri essent, quos Christus doctrina & miraculis suis sibi obnoxios reddiderat, itaque verebatur Magistratus, ne qua ingens seditio in urbe oriretur, si ipse de Christo supplicium sumeret, quem metum Matthæus 26,5. Marcus 14,2. Lucas 22,2. expresserunt. Ergo remedium aliquod reperiendum erat, ut, sine Synedrii culpa, Christus interimi crederetur, & sceleris invidia in alios omnes potius, quam in ejus autores redundaret. Post longam deliberationem, callide placuit Pilati Procuratoris uti opera, atque in id loci illum redigere, ut Christum suis præjudiciis jam damnatum, ipse interimere cogeretur. Ita gestum esse negotium, Matthæus, & Marcus Evangelistæ, fidem faciunt, qui, cum narrassent, pridie a Synedrio Christum jam condemnatum fuisse, postridie in consultationem venisse referunt,

ferunt, quomodo id quod decreverant, reddi posset effectum. Matthæi cap. 27, 1. 2. verba sunt: Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν· Καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. *Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes Sacerdotum, & seniores populi, adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.* Pro istis, Marcus 15, 1. habet: Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ· *Et confestim mane consilium facientes summi Sacerdotes, cum Senioribus, & Scribis, & universo Synedrio, vincientes Jesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Atque hos dolos, uti versutissimi Judæorum Judices, quibus mala mens, malus animus, machinati sunt, quo destinata redderent effecta: ita agnoscimus tamen in istis, & devote veneramur, cœlestis Providentiæ dispositionem. Non enim Judæorum tantum, sed & gentilium calculis, damnandus erat, qui utrorumque sanguine cretos, morte sua, æterno Patri propitiare, illorumque crimina expiare instituebat. Ad Pilatum vero, cum saxum quod satis diu volutabant, devolvissent Judæi, quoniam ad impetrandum ab eo, quod volebant, necesse erat, ut ipse Pilatus quoque Christum capitis damnaret, idcirco apud hunc similiter accusationes suas factitant. Sed enim, non hic falsæ & avitis præceptis contrariæ doctrinæ, Servatorem nostrum insimulant; non queruntur, illum extrema quæque templo atque supremo Numini dicatis ædibus comminatum esse; non affectatam divinitatem exprobrant; quippe, prævidebant facile, responsurum Pilatum, procul facessere ipsos debere, cum istius generis querelis, & operam dare, ut hæc sua ita miscerent, ne se admisceant; neque enim sui muneris esse, lites circa superstitiones ipsorum enatas, componere. Nequaquam igitur illa criminum capita, quæ coram Synedrio in disquisitionem venerant, ultimisque pœnis digna judicata fuerant, apud Pilatum recensentur; sed, mutata accusationis formula, eorum malefactorum Christus reus fit, quorum cognitionem subterfugere non posse Præsidem, accusatores certo sciebant. Nimirum seditio, & læsæ majestatis crimen, scelerum omnium, quæ committi adversus Romanas leges poterant, longe atrocissima, objectabantur. Lucas testis, cum cap. 23, 1. 2. ait. Καὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον· ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ λέγοντες· Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι.

De Loco Gen. 49, 10.

De Loco Gen. 49. 10. *Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.* Sane, cum nihilo secius Pilatus, judicis officio fungi detrectaret, ac sententiam pronunciare nollet, verbaque sequentia quæ Johannes cap. 19. annotavit, proloqueretur: Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε, ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν· *Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo causam.* Respondebant quidem Judæi: Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν· *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Non tamen ideo, concessam a Pilato potestatem sibi vindicant, & Christum neci tradere sustinent, sed ista tantum dixisse eos apparet, ut significarent, bis illum mortem promeritum esse, contemnendo videlicet, & violando, tam suas, quam Romanorum leges, temerandoque, & Numinis, & Imperatoriam majestatem. Proinde, nec insistunt huic rei, sed, cum paulo post Pilatus Christum tanquam insontem liberare conaretur, ad antiquum redeunt, & sublata voce, illud fere supra jam a nobis allatum, immodice clamitant, quod, ideo nunc Nonni verbis exprimere placet:

—— —— Ἀπήμονα τοῦτον ἐάσας,
Καίσαρος οὐ φίλος ἐσσὶ μονοσκήπτρου βασιλῆος·
Πᾶς γὰρ ἑαυτὸν ἄνακτα λέγων ψευδήμονι μύθῳ
Καίσαρι Τιβερίῳ ψευδώνυμος οὗτος ἐρίζει·

—— —— *Illæsum hunc relinquens,*
Cæsaris non amicus es, solius sceptriferi Regis.
Omnis enim seipsum Regem dicens, mendaci sermone,
Cum Cæsare Tiberio falso nominatus hic contendit.

Sic igitur postremo effectum est, ut gloriæ Dominus a Pilato condemnaretur, & ageretur in crucem. Namque, ut Theophylactus notat, Οἱ Ῥωμαῖοι σταυρῷ τοὺς ἀντάρτας δικάζουσι· *Romani, regni affectati reos, cruci affigunt.* Quemadmodum vero in prædictis probatum dedimus, sub Felice Præside, penes Judæos jus vitæ ac necis, in sacris causis adhuc fuisse, ita nolim contendere, discrimen illud jurisdictionis, omni retro tempore tam exacte fuisse observatum, ut non aliquando Judæorum immunitates detrimentum passæ sint. Quippe, Præsides, pro suo erga Judaicam gentem odio, aut affectu, sæpe res temperasse, dubitari nequit, eoque factum esse, ut Synedrium modo liberiore, modo restricta potestate, etiam circa sacra uteretur. Hinc, ex Josephi l. 20. Antiq. c. 1. colligas, Cuspium Fadum Claudio Cæsari consilium dedisse, sacræ Pontificis stolæ, itemque coronæ illius custodiam Judæis adimeret,

meret; atque morem gesturum fuisse Cæsarem, nisi Agrippa Junior deprecator intercessisset, effecissetque, ut gratiâ, quam Vitellius Syriæ Præses in reddendo Pontificio ornatu, cujus custodiam, post Herodem, & Archelaum, Romani sibi vindicarunt, Judæis concesserat, adhuc porro fruerentur. Sic, Pilatum contra antecessorum instituta, imagines Hierosolymis inferre conatum esse, paulo ante indicavimus. Nunc porro, haud difficile nobis apparet, definire, quando, & qua occasione, Synedrium potestatem judiciorum capitalium, in rebus ad sacrum forum pertinentibus, amiserit. Etenim, postquam Claudius Imperator, Herodi, Chalcidis Dynastæ, potestatem in templum Hierosolymitanum, & sacrum ærarium, facultatemque eligendorum summorum Pontificum, hæreditario jure concessisset, (quod ita factum esse asseverat Josephus l. 20. Antiq. cap. 1.) is gradus fuit, ad Judæos sacra avtonomia privandos. Accidit postea, cum Portius Festus, Felicis Successor, fato functus esset, atque sic Judæi Præside carerent, ut interea temporis Ananus Pontifex, cum Synedrio in aliquam multos, & inter cæteros, in Jacobum quoque, fratrem Domini nostri, quos violatæ religionis damnaverunt, lapidationis supremo supplicio animadverterent. Nempe, quantum suspicor, occasionis commoditate utendum esse rati sunt, cavendumque, ne novus adventans Præses, religiosæ causæ se ingereret, illamque sub quodam prætextu ad suum tribunal evocaret; atque habebant fortasse in memoria, quæ circa Paulum non ita pridem acciderant, & quomodo is a Felice, Judaici Magistratus potestati subductus, promeritas ipsorum opinione pœnas, apud γνησίους judices effugisset, quamobrem maturarunt supplicia. Ea res, pessime habuit cordatiores inter ipsosmet Judæos, tanquam quibus minime obscurum erat, per meram injuriam & impotentiam homines nullorum scelerum reos, e medio sublatos esse, & ideo de facti hujus indignitate, tum apud Agrippam Juniorem, Herodis modo dicti e fratre filium, Trachonitidis Tetrarcham, tum & apud novum Præsidem Albinum, in itinere constitutum, gravissime conqueruntur. Hos, cum ausi offendisset temeritas, eam severo exemplo vindicandam esse statuerunt. Itaque Anano ab Agrippa ablata est Pontificalis dignitas, Synedrio vero autoritas tantum non omnis, tum videtur simul esse ademta. Sed, ipse Josephus lib. 20. Antiq. cap. 8. hanc historiam referens, audiendus est, & confert ad veritatem, ipsis Scriptorum, iisque plenis, uti testimoniis· Ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην ἔφαμεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον, καὶ τολμητὴς διαφερόντως, αἵρεσιν δὲ μετῄει τὴν σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν· ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον

De Loco Gen. 49. 10.

Synedrii autoritas quādo penitus collapsa.

De Loco Gen. 49, 10.

Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους· ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ πέμπουσιν πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ, μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν, μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι· Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντα, καὶ διδάσκουσιν ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν Ἀνάνῳ, χωρὶς τῆς ἐκείνου γνώμης καθίσαι συνέδριον· Ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις γράφει μετ᾽ ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ, λήψεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν· Καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας διὰ τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος αὐτὸν ἄρξαντα μῆνας τρεῖς, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Δαμνέου κατέστησεν. *Junior autem Ananus, is, quem nunc summum Pontificatum accepisse diximus, audax erat, & ferox ingenio, secta Sadducaeus, quod hominum genus apud Judaeos in judicando est severissimum, ut ante docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, Synedrium advocat: statutumq; coram eo fratrem Jesu Christi, Jacobum nomine, & una quosdam alios, reos impietatis peractos, lapidandos tradidit: quod factum, omnibus in ea civitate bonis, & legum studiosis, vehementer displicuit: missisq; ad Regem clam nunciis, rogaverunt, mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret; nam, ne nunc quidem recte egisse. Quidam etiam Albino occurrentes, venienti ab Alexandria, docuerunt eum, non licuisse Anano sine ipsius consensu advocare Synedrium. Horum verbis ille persvasus, iracunde scripsit Pontifici, daturum sibi poenas minitans: & Agrippa Rex, eam ob causam, post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Jesu Damnei filio concessit.* Post haec, sequuntur quaedam apud Josephum, de sicariis, quibus tum plenae erant Hierosolymae. Sequuntur item lamentabiles ejus questus: Ἐξ ἐκείνου μάλιστα τοῦ καιροῦ συνέβη τὴν πόλιν ἡμῶν νοσεῖν, προκοπτόντων πάντων ἐπὶ τὸ χεῖρον· *Atq; ex illo maxime tempore, labare coepit nostra Respublica, & indies in deterius ruere.*

De reliquo, non dissimulandum, acerrime cum nostra hypothesi, de capitalium judiciorum apud Judaeos ad postrema usque urbis tempora duratione, pugnare illud in Schalsch. Hakkab. pag. 26. b. ex Avoda Sara cap. 1. & aliunde; ארבעים שנה קודם החרבן גלתה סנהדרין ממקומה מפני שרבו הרחצנים ובטלו דיני נפשות מישראל ואז נפתחו שערי ההיכל מעצמן וגער בהם רבי יוחנן בן זכאי

i. e.

i. e. *Quadraginta annis ante excidium urbis Hierosolymitanæ, pulsum est Synedrium loco suo, quia auctus fuerat numerus homicidarum, atq; cessaverat inter Judæos cognitio de criminibus capitalibus: tum quoq; sponte sua adapertæ fores templi sunt, quas R. Jochanan Saccai filius, increpuisse dicitur.* Hæc vero, non tam nobis adversantur, quam ipsi rerum veritati. Josepho enim, fideli, diserto, & æquali istorum temporum scriptori, citra hæsitationem credendum est, Synedrium paulo ante Albini Præsidis adventum, capitalem lapidationis sententiam adversus aliquos & pronunciasse, & adimpleri curasse, quo supplicio nullum aliud apud Judæos erat gravius. Nam, de capitalium pœnarum inter illos receptarum gradibus, sic est in Codice nostro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mam. Vneph. cap. 6. & apud Mosen Kozensem fol. 188. col. 3. סקילה חמורה משריפה ושריפה מסייף וסייף מחנק: *Lapidatio, gravior est Combustione; Combustio, atrocior est pœna gladii; Gladii pœna, mitior est Strangulatione.* At, ceu calculum in Annotat. ad Eusebii Historiæ Ecclesiast. l. 2. cap. 23. inivit, Insignis Vir, & quem in Gallia non suspicere tantum, sed & complecti nobis licuit, Henricus Valesius, Albinus anno Neronis quarto administrare Judæam cœpit, mansitque usque ad annum decimum. Ergo consequitur, decennio adhuc ante urbis desolationem Synedrium meri Imperii jus exercuisse. Amplius, nec postremum membrum Talmudici dicti, de Templi portis ultro patefactis, anno quadragesimo ante Hierosolymarum eversionem convenit. Non me fugit quidem, Buxtorfium avum, in sua Operis Talmudici Recensione, istud assertum tueri conatum esse, atque de Templi velo, quod patiente Christo scissum fuit, accepisse, ut sic ille annorum numerus non adeo magno absurdo obnoxius, & proposito utcunq; congruere videatur. Verum, quod pace Manium Doctissimi in his literis viri, dixerim, frustra fuit, & decepit illum opinio. De velo Templi apud Talmudistas crebra mentio, & sermo multus, at nunquam, si bene memini, nominibus שערים aut דלתות quæ in hac historia narranda adhibent, illud designant; nam istæ voces, *portas*, atq; *ostia*, omnino innuunt. Et vero, an dubium cuiquam esse potest, illud prodigiosum ostentum significare Talmudistas, quod, inter cætera, quæ Vrbis & Templi excidium, Albino adhuc Præside, præcesserant mala omina, his nobis verbis narrat Josephus l. 7. de bello c. 12. Ἡ δὲ ἀναλολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρου, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ σιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δείλης μόλις ὑπ' ἀνδρῶν εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη σιδηροδέτοις, καὶ καταπῆγας δ' ἔχουσα βαθυτάτους, εἰς τὸν οὐδὸν ὄντα διηνεκοῦς λίθου καθιεμένους. ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὥραν ἕκτην, αὐτομάτως ἠνεωγμένη· *Orientalis autem porta interioris templi, cum esset ænea atq; gravissima, & sub vesperam vix a viginti viris clauderetur, serisq; ferro vinctis obseraretur, pessulosq; altos habe-*

De Loco Gen. 49. 10.

De templi Hierosol. portis sponte patefactis

Talmud emendatur.

ret in saxeum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta patescere. Ad tollendum igitur scrupulum, quem jam modo allatum Talmudistarum effatum injicit, illud suspicor maxime utile esse, si dicamus, corruptam esse in Codicibus nostris lectionem, librariorum vitio, eosque cum ארבע שנים *Quatuor annos* scribere deberent, ארבעים שנה *Quadraginta annos* expressisse, facili & obvio lapsu, sive integras in suis, quibus utebantur exemplaribus, habebant voces, sive suo fine truncas. Hancemendationem si admittimus, salva omnis res est, & pulchre ac probe, imo adamussim conveniunt Talmudistæ cum Josepho, & in veritate utriq; conspirant. Nam, quarto anno ante Vrbis expugnationem, aut circiter, cum Præsidem etiamnum Albinus ageret, & nondum Gessius Florus, ultimus Præsidum successisset, suam formam vultumque perdidit Judaica Respub. periitque Synedrii honos & autoritas. Tum temporis insuper sicarii & latrones omnia cædibus & rapinis complebant, tum Templi fores sua sponte patuerunt; tum, re hac insolita exterritus R. Jochanan Saccai filius, quippe qui in Rosch. Hasch. fol. 30. b. & Zemach David part. 1. f. 37. a. Templi excidio superfuisse legitur, hanc in Joma f. 39. b. literarū monumentis consignatā vocem, emittere potuit: היכל היכל מפני מה אתה מבעית עצמך יודע אני בך שסופך עתיד ליחרב רלתיך וכבר נתנבא עליך זכריה בן עדוא פתח לבנון ותאכל אש בארזיך; *Heus templum! heus, tibi dico Templum! Quare temet ipsum territas? Satis scio te manere excidium, sic enim pridem vaticinatus est Zacharias filius Iddo* (cap. 11. 1.) Aperi Libane januas tuas, ut consumat ignis cedros tuos. Postquam ab Vrbe exulare cœpit Synedrium, non pertinaciter refragabor asserentibus, incertis sedibus huc illuc migrasse, & receptaculum quæsivisse, nec tamen potuisse reperire; usque donec, dilapsis mortuisque antiquis Senatoribus, & nullis aliis in locum surrogatis, cum re, quæ pridem funditus perierat, periit quoque Magistratus illius vanum & inutile nomen.

Atq; sic poteramus videri defuncti esse labore nostro, & difficultates, quæ circa durationem pœnarum capitalium apud Judæos, illarumque limites, se offerebant, expedivisse. Sed enim, intercedit, de Republ. Literaria optime meritum nobile par virorum, qui in tota hac controversia longe aliter versati esse deprehenduntur, ac nos fuimus, ut eapropter necessitas nobis imponatur, illorum dicta ad animum revocandi. Horum alter, Clarissimus *Johannes Lightfootus* in Horis Talmudicis ad Matthæi c. 26, 3 & Johannis c. 18, 31. id nobis persuadere nititur, Romanos, rerum apud Judæos dominos, nequaquam iis ademisse judicia capitalia etiam in ullo crimine, verum fuisse integrum Judæis, in latrones, homicidas, aliosque Reipublicæ turbatores animad-

Lightfooti sententia Proponitur.

madvertere. Cæterum, cum ex inepta lenitate, de ſceleratis ejusmodi ſupplicium ſumere neglexiſſent, tantopere auctum eſſe latronum numerum, ut jam cum vellent, non amplius eos in ordinem cogere, & meritis pœnis afficere poſſent. Ex hac igitur ſola oſcitantia, periiſſe poteſtatem, qua præditum fuerat Synedrium, judicium faciendi de rebus capitalibus, idque quadrageſimo anno ante templi excidium, ſive ſesquianno ante Servatoris noſtri crucifixionem, & tum poſtea Senatores, nefandorum atrocitate, quibus mederi non poterant, permotos, non conclave tantum Gaſith, ſed & urbem deſeruiſſe, atque Jafnen ſe recepiſſe, ibique exulaſſe, inde tamen Hieroſolymas ante illarum excidium, ad feſta rediiſſe, ſediſſeque ut antea. Iſta, ſummatim Viri Docti eſt ſententia, cujus pleraque autoritatibus Talmudiſtarum ſtabilivit, unum illud ſi demas, quo Synedrium ex Jafne circa ſolemniora feſta Hieroſolymas reverſum fuiſſe, ibique jus dixiſſe arbitratus eſt; nam, id ſola conjectura ductus ſic cenſuit, ut Talmudiſtarum placita, qui perhibuiſſe creduntur, Synedrium quadrageſimo anno ante urbis excidium, aut non multo poſt, Hieroſolymis exceſſiſſe, cum Actorum c. 23, ubi Paulum Hieroſolymis coram Synedrio cauſam dixiſſe legitur, conciliaret. Circa hæc autem, multa ſeſe offerunt monenda. Eſt principio falſiſſimum, quod Talmudiſtæ credi ſibi poſtulant, penes Synedrium, tum quoque, cum Judæa in provinciæ formam erat redacta, poteſtatem omnium judiciorum capitalium fuiſſe, eſtque mendacium profectum ex illo faſtu, quo ſemper majorum ſuorum conditionem extollunt, & res beatas ipſorum deprædicant, etiam cum illi parce ac duriter vitam egiſſe noſcuntur. Atqui ex Joſephi l. 14. Antiq. c. 17. hoc diſcere licet, ne in liberiore quidem Judæorum Republ. & cum Judæa nondum in provinciam redacta eſſet, Magiſtratui eorundem de quibuscunque cauſis cognoſcendi, a Romanis conceſſam fuiſſe veniam. Huc enim tendit illa C. Jul. Cæſaris reſtricta verborum conceptio, quibus Hyrcanum Judaicæ genti Rectorem conſtituit. Siquidem, poſtquam fidelem ab eo ſibi navatam operam ſedulo collaudaſſet, porro ait: Διὰ ταύτας τὰς αἰτίας Υρκανὸν Αλεξάνδρου καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐθνάρχας Ιουδαίων εἶναι βούλομαι, ἀρχιερωσύνην τε Ιουδαίων διὰ παντὸς ἔχειν κατὰ πάτρια ἔθη, εἶναί τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ὑμῖν ἔτι τε καὶ ἐν τοῖς καθ᾽ ἄνδρα φίλους ἀριθμεῖσθαι· ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὸς ἢ φιλάνθρωπος (Recte emendant Viri docti, & legunt, ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα) ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἂν δὲ μεταξὺ γένηταί τις ζήτησις περὶ τῆς Ιουδαίων ἀγωγῆς, ἀρέσκει μοι κρίσιν γενέσθαι παρ᾽ αὐτοῦ. *Has ob cauſas, Hyrcanum filium Alexandri, & ejus liberos, Ethnarchas*

De Loco Gen. 49, 10.

Refellitur opinio Lightfooti.

De Loco Gen. 49.10.

Judæorum esse jubeo, & Pontificatum Judæorum perpetuo retinere more patrio, esseq; ipsum & filios ejus, nostros socios, & in amicorum nostrorum recipi numerum. Jura quoq; omnia pontificalia habere ipsum, & filios decerno, & si qua controversia exorta fuerit, de Judaica disciplina, *judicium penes ipsum esse.* Igitur, patescit, judicium de gravioribus causis, &, quæ Judaicam disciplinam proprie non concernebant, jam tum Romanos sibi vindicasse, & voluisse, ut de iis Hyrcanus, ejusque successores posteri, ad se referrent. Neque aliud sibi vult privilegium, quod, multis interjectis, Cæsar amplius Hyrcano, ejusq; filiis tribuit: Αἰτησαμένους παρὰ δικτάτορος ἢ παρὰ ἱππάρχου παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι· καὶ τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδωσιν ἐν ἡμέραις ι ταῖς ἁπάσαις ἂν τὸ δόγμα γένηται· *Ut quotiescunq; postulaverint a Dictatore, aut Magistro equitum, in Senatum introducantur, & responsum eis omnibus intra decem dies reddatur, si quid a Senatu decretum fuerit.* Hæc jam obtinebant, cum nondum plane libertas Judæis ademta esset; non igitur credibile, meliore usos fuisse conditione, & omnia ex arbitrio gerere ipsos potuisse, quando servitus imponebatur, ac Præsidem acceperant, cum autoritate juris dicundi missum. At, non Talmudistarum primum nata est ævo, sed vetus inter Judæos fuit illa hæresis, qua multi eo pervicaciæ progressi sunt, ut, quamvis victa & sub jugum missa gente sua, tamen victores Romanos, dominos & superiores recognoscere detrectarent, quidvis potius perpeti quam veritatem fateri parati. Ostendimus supra rei indicium in ipsius Novi Testamenti sacris literis; sed Josephus l. 7. de Bello c. 29. clare & aperte memorat, fuisse plurimos, quibus infixum & implantatum quasi erat, ῥωμαίους μὲν μηδὲν κρείττους ἑαυτῶν ὑπολαμβάνειν, θεὸν δὲ μόνον ἡγεῖσθαι δεσπότην· *Romanos nihilo se meliores putare, Deum vero solum Dominum dicere.* Idque adeo, *ut cum omni genere tormentorum & vexatione corporum in eos excogitata cruciarentur, ob hoc solummodo, ut Cæsarem dominum faterentur, nemo cesserit, neq; dicere velle visus sit: sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conservarent, tanquam brutis corporibus, non animis etiam, cruciatus ignemq; susciperent. Quin, ne puerorum quidem quisquam commotus est, ut Dominum Cæsarem nominaret.* Enim vero, quicquid tergiversentur Judæi, nunquam tamen ipsorum ἀναισθησία, & mendacia conficta dolis, veritatem e medio tollent, atq; ea quæ facta sunt, nobis reddent infecta. Bene Literatissimus Casaubonus Exer. 1. adv. Baron. Obs. 2. *Unus quasi gradus ad pernitiem ultimam est factus, anno post natum Dominum circiter decimo, cum Archelao Viennam relegato, Judæa in formulam provinciæ est redacta: quod quam vim habeat, peritis rerum Romanarum satis est compertum.* Imo sane, mediocriter in historia

Romana

Romana verſati, ſciunt, in Provinciæ formam redigere, olim non conſtitiſſe intra tributi impoſitionem, ſed, cum id fiebat, patriam libertatem, & leges inſuper domeſticas, fuiſſe ademtas, ſubſtitutasque in locum Romanas leges cum Prætore, qui ex illis Rempubl. inſtitueret, & jus diceret, inſuper imperium belli gerendi cauſa haberet. Quocirca rem ipſam premit Critognatus, cum apud Cæſarem 7. de Bello Gall. ſic verba facit : *Romani vero quid petunt aliud, aut quid volunt, niſi invidia adducti, quos fama nobiles, potentesq; bello cognoverunt, horum in agris, civitatibusq; conſidere, atq; his æternam injungere ſervitutem? neq; enim unquam alia conditione bellum geſſerunt. Quod ſi ea quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis; reſpicite finitimam Galliam, quæ, in provinciam redacta, jure, & legibus commutatis, ſecuribus ſubjecta, perpetua premitur ſervitute.* Videlicet, Senatus Romanus, acceptis ab Imperatore ſuo literis, quibus de ſuperatis hoſtibus, & regione aliqua in poteſtatem redacta certior reddebatur, quid de devictis ſtatuendum eſſet, ſecum deliberabat, ac quicquid decretum fuerat, Imperatori ſignificabat, decem aut quinque Legatis ad eum miſſis, ut ſecundum conſulta, de hoſtibus, & eorum regione, ſtatueret. Iis mandatis acceptis, Imperator victis gentibus aut ignovit, aut regionem in formam provinciæ redegit. Ignoviſſe dictus eſt, cum liberas reliquit, ac ſuis uti legibus, ſuosque creare more patrio Magiſtratus permiſit, impoſitis tantum vectigalibus. In provinciæ formam redigere, cum ademtis aut immutatis legibus, eas omnino, Magiſtratui Romano quotannis ab Vrbe mittendo, ſubjecit, ac vectigalia conventusque conſtituit. Eam ſententiam Imperator in Concione Præconi pronunciandam mandavit, ſicque Romam, relicto aliquo Præfecto Provinciæ deceſſit. Hac de re Carolus Sigonius in libro de Antiq. Jur. Civ. Rom. penſiculate agit, enucleateque. Et vero, eccui non liquet ex divinis tabulis, Præſides Romanos capitalia judicia in Judæa extra ſacras cauſas exercuiſſe? Etenim, Pilatus miſcuit ſanguinem Galilæorum cum ſacrificiis eorundem, Luc. 13, 1. Idem Servatorem noſtrum cruci affixit, eidemque pœnæ latrones duos ſimul ſubjecit, Barrabæ vero ſceleris fecit gratiam. Jam, de Fado Præſide, Joſephus l. 20. Antiq. c. 1. memorat : Ἀναιρεῖται δὲ καὶ Θολομαῖος ὁ ἀρχιλῃστὴς μετ᾽ οὐ πολὺ χρόνον, ἀχθεὶς δέσμιος ἐπ᾽ αὐτὸν, διατεθεικὼς μέγιστα κακὰ τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τοὺς Ἄραβας· ἐκαθάρθη δὲ λῃστηρίων ἅπασα τοὐντεῦθεν ἡ Ἰουδαία· *Nec ita multo poſt capitis damnavit Tholomæum latronum principem, vinctum ad ſe perductum, qui plurima damna intulerat Idumæis & Arabibus : deditq; operam, ut tota Judæa purgaretur a latrociniis.* De Felice Præſide, l. 2. de Bello c. 12. ſcribit : Οὗτος τὸν ἀρχιλῃστὴν Ἐλεάζαρον ἔτεσιν εἴκοσι τὴν χώραν δῃωσάμενον, καὶ πολλοὺς τοὺς σὺν

In provinciam redigere quid.

Præſides Rom. jus in cauſis profanis apud Judæos dixerunt.

De Loco Gen. 49. 10.

αὐτῷ ζωγρήσας, ἀνέπεμψεν εἰς ῥώμην· τῶν δὲ ἀνασταυρωθέντων ὑπ' αὐτοῦ λῃστῶν, καὶ τῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ φωραθέντων οὓς ἐκόλασεν, ἄπειρόν τι πλῆθος ἦν· *Hic, principem latronum Eleazarum, qui, per viginti annos regionem fuerat deprædatus, aliosq; cum eo multos cepit, vinctosq; Romam misit: aliorumq; quos in crucem sustulit, latronum, vel in communione sceleris deprehensorum popularium, fuit pæne innumerabilis multitudo.* Omitto alia, quæ ad confutandos Talmudistas afferre licebat, cum ista sufficiant ostendendæ falsitati. Ex dictis vero simul intelligere datur, non convenire temporibus passionis Christi nostri, tantam latronum in Judæa multitudinem, quæ coërceri amplius non posset. Videmus enim, & tum, & postea quoque, latrones, pœnas dedisse gravissimas, atque ab iis repurgatam fuisse regionem, etsi radicitus id nebulonum genus exstirpari non potuit, unde passim crebræ sunt in eam rem querelæ apud Josephum. Dum autem ista sic eversa sunt, eadem opera Cl. Lightfooti conjectura vacillare itidem occipit. Atqui, si omnino Synedrium præ justi doloris impatientia, quoniam quidlibet audendi quibusvis potestas erat, nec facinoribus sceleribusque ulla jam fibula poterat imponi, jamdú quadragesimo ante urbis excidium anno, aut paulo post, inde excessit, Jafnenq; exulatum abiit, non capio, quomodo circa ipsa solemniora festa, Senatus ille Hierosolymas, ad officium pristinum faciendum, assidue rediverit. Nam, si judiciis locus superat, æque bene ante festum exercere illa licebat, quam sub ipsam publicam panegyrin: imo longe felicius tutiusque inter paucos jus reddere valuisset Senatus, quam inter innumeros. Nec aliud vel ipsi fuisse persuasum, metus arguit, quo Servatorem nostrum circa paschatis festivam lucem neci tradere formidabat, qua de re antea nonnihil diximus. Sed enim, si unquam latrones ac prædones Hierosolymas infestabant, festis utique diebus quam maxime id evenit, cumque reliquo tempore, soli domestici, ut ita dicam nebulones grassarentur, in festis solemnibus undecunque locorum nequam & nullius frugis homines factis agminibus in urbem irrupisse, nemo inficiabitur. At, ego firmiter persuasus sum, Synedrium semper Hierosolymis perdurasse, ad postrema usque tempora, faventq; huic opinioni, præter quædam jam ante in hanc rem ex Josepho allata, multa alia quoque, ejusdem incomparabilis Scriptoris. Exempli gratia, Epistola Claudii Cæsaris, quæ l. 20. Antiquit. cap. 1. superat, dum ei præscribitur: Κλαύδιος Καῖσαρ γερμανικὸς δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον, ὕπατος ἀποδεδειγμένος τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ δέκατον πατὴρ πατρίδος, ἱεροσολυμιτῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, ἰουδαίων παντὶ ἔθνει χαίρειν· *Claudius Cæsar Germanicus Trib. Pot. V. Cos designatus IV. Imp. X. P. P. Hierosolymitanorum Magistratibus, Senatui, & Populo,*

totiq;

totiq; Judæorum genti salutem. Accedit illud, de seipso, in vita: Ἐπεὶ δ' εἰς τὴν γαλιλαίαν ἀφικόμην ἐγὼ, καὶ ταῦτα παρὰ τῶν ἀπαγγειλάντων ἔμαθον, γράφω τῷ συνεδρίῳ τῶν ἱεροσολυμιτῶν περὶ τούτων, καὶ τί με πράττειν κελεύουσιν ἐρωτῶ. *Interea cum venissem in Galilæam, certis nunciis super his rebus edoctus, scripsi Hierosolymitano Synedrio, quid me juberent sciscitans.* Tandem, etsi supra, dignitatis potestatisque amissionem, quam Synedrium passum est, in adventum Albini Præsidis conjecimus, tamen non diffitemur, coivisse illud adhuc, paulo ante quam Albinus provincia decessisset, non tamen coivit sponte, verum jussu & autoritate Agrippæ Junioris, teste iterum Josepho l. 20. Antiq. cap. 8. ut merito tum ad summas angustias redactum esse, & mox plane exspirasse opineris. Ad eam rem si latronum immanis licentia, magis magisque indies aucta, aliquid contulit, & denique Synedrium prorsus Hierosolymas & tribunalia sua deserere coëgit, illud temporibus Gessii Flori, ultimi Præsidis, accidisse suspicio est, ob ista Josephi l. 20. Antiq. cap. 9. Γέσσιος δὲ Φλῶρος καθάπερ εἰς ἐπίδειξιν πονηρίας πεμφθεὶς, τὰς εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν παρανομίας ἐπόμπευε, μήτε ἁρπαγῆς παραλιπὼν μηδένα τρόπον, μήτε ἀδίκου κολάσεως· ἦν γὰρ ἀτεγκτος πρὸς ἔλεον, παντὸς δὲ κέρδους ἄπληστος, ὥς γε μηδὲ τὰ πλεῖστα τῶν ὀλίγων διέφερεν, ἀλλὰ καὶ λῃσταῖς ἐκοινώνησεν· ἀδεῶς γὰρ οἱ πολλοὶ τοῦτο ἔπραττον, ἐξέγγυον παρ' ἐκείνου τὴν σωτηρίαν ἐπὶ τοῖς μέρεσιν ἕξειν πεπιστευκότες· καὶ οὔτο μέτριον οὐκ ἦν, ἀλλ' οἱ δυστυχεῖς Ἰουδαῖοι, μὴ δυνάμενοι τὰς ὑπὸ τῶν λῃστῶν γινομένας πορθήσεις ὑπομένειν, ἠναγκάζοντο τῶν ἰδίων ἐξιστάμενοι ἠθῶν φεύγειν ἅπαντες, ὡς κρεῖττον ὁπουδήποτε παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις κατοικήσοντες· *Gessius Florus quasi ad ostentandam missus malitiam, publice traducebat nostræ gentis injurias, nihil sibi ad summam in rapinis & suppliciis iniquitatem reliquum faciens. Erat enim inflexibilis ad misericordiam, nullis unquam lucris satiabilis, undecunq; parva æque captans ac magna, ut etiam latronum esset particeps: multi enim illum quæstum exercebant de incolumitate, quam ab eo redimebant decisis prædarum partibus: adeoq; nullus erat injuriarum vel modus, vel finis, ut miseri Judæi, non ferentes rapacem latronum insolentiam, cogerentur laribus relictis, & patriis cæremoniis, ad exteros fugere, judicantes, ubivis, etiam apud barbaros, se vivere posse commodius.* Quicquid de hoc sit, saltem nemo eorum, quæ disseruimus, æquus arbiter negabit, Synedrium Hierosolymis circa ultima urbis illius tempora adhuc fuisse; cum Lightfooti conjectura, ad faciendum adversus ea, quæ attulimus, exceptionem non quadret. Vnde, nec muto opinionem, qua statui, ne quidem ipsos Tal-

De Loco Gen. 49. 1

mudi-

De Loco Gen. 49. 10.

mudistas aliud prodidisse, ac, quadraginta annorum numerum, per vitium, & ἀβλεψίαν meram librariorum irrepsisse in textum. Nam, sic alibi in Talmude Synedrii cessatio & urbis excidium ita conjunguntur, ut, velle Magistros, utrumque prope eodem tempore evenisse, liquido appareat. Inquiunt in Sota pag. 123. nostræ edit. in Sanhedrin pag. 208. edit. Cocc. & in Ketuvot fol. 30. a. non sententia tantum, sed & verbis concordissime: מיום שחרב בית המקדש אף על פי שבטלה סנהדרי גדולה ארבע מיתות לא בטלו: *Licet ab eo die, quo templum solo æquatum est, Synedrium magnum perierit, non tamen quatuor supplicia capitalia interciderunt.* Nempe, uti porro explicant, manet scelestos aliquid ἀνάλογον illis pœnis, si non aliunde, saltem θεήλατον.

Seldeni opinio proponitur.

Atque sane, consentit hactenus nobiscum, ille alter, &, cui nunc opera danda, Anglus eruditissimus, Johannes Seldenus, in diffusæ & multiplicis doctrinæ opere, quod, de Synedriis veterum Ebræorum scripsit, & morte præventus, haud absolvit. Quippe, & ipse, Synedrium, ad Hierosolymarum excidium usque in ea urbe mansisse perhibet; ut proinde hoc ratum esse videri queat. At vero, in reliquis, frustra fuerim, si ad ejus autoritatem confugiam, nihil enim fere præterea cum eo mihi commune. Nam, ut & hujus mentem breviter eloquar, sic ipsi, Talmudistarum similiter vestigia solicite legenti, visum est, fuisse penes Synedrium, etiam postquam in Provinciæ formam redacta erat Judæa, potestatem supremam judicandi, de quibuscunque criminibus capitalibus. Habuisse illud sedem in Liskat hagazit, seu conclavi saxeo, quod ex ipsa Synedrii origine ita ei proprium credebatur, ut judicia capitalia extra illud rite exercere, seu de re capitali sententiam ferre Synedris ejusdem non liceret. Cæterum, sub annum ante excidium templi quadragesimum, qui anno Christi trigesimo, vel triennio aut biennio ante ejus mortem, juxta calculum scilicet vulgarem, respondeat, cum ob sicariorum frequentiam, qui sæpius Præsidis favore, aliterve tuti, etiam Synedrii judicio procul dubio eripiebantur, illud nec homicidia compescere posset, nec cædis reos morte plectere, visum esse e loco judiciis hujusmodi adeo proprio, ut alibi rite exerceri ab ipsis nequirent, migrare locum in alium, ibique sedes ponere, ubi ex ipsa sessione manifestum redderetur, tum homicidas se in jus vocare nolle, quia plane frustra fieret; tum pudere se in loco judiciis capitalibus ita proprio sedes habere, cum tot homines rei capitalis damnandi, ultimoque afficiendi supplicio, potestatem suam ac sententiam quotidie eluderent. In Tabernas igitur primo migrasse, seu locum illum Hanoth, seu Chanoth dictum; dein in alias urbis ædes, prout Principi placuit, aut commodius est visum, non tamen

extra

extra Hierosolyma, ante excidium. Sic vero, quoniam supremum hoc tribunal carebat extra locum proprium imperio ac jurisdictione, unde appellatum a Judicibus minoribus juxta Legem sacram rite posset in capitalibus causis respondere, ideo nec Minoribus Synedriis, quæ passim in Judæa erant, mansisse rerum capitalium jurisdictionem, post Synedrii magni migrationem, ne cum appellationis legitimæ effectui locus non esset, temere nimis & contra majorum instituta, quis morte plecteretur. Interim, testimoniis ex Tosephot sese muniens, illud, de capitalibus judiciis quadraginta annis ante excidium sublatis, sic intellectum vult, ut non prorsus & penitus ea cessasse quis opinetur, rediisse enim quandoque Synedrium Magnum in Liskath Hagazith tempore opportuno, ibique capitalia judicia exercuisse, unde præter alia, id, quod in Tosiphtha ad Gemaram Babylonicam Sanhedrin cap. 4, fol. 37. 2. in hanc sententiam scriptum est, laudavit: *Quoties decernerent ipsi esse oportunum, rediisse dicuntur in Liskath hagazith, quemadmodum ob causam Jesu, & quæ similia sunt.* Hæc plurimum ipsius præstantissimi Seldeni verbis, sed hinc & illinc ex laudati Operis l. 2. c. 15. varie excerptis, sumus effati; in quibus, suis erga Talmudistas propensissimis affectibus nimium indulsisse, nec, quæ ipsi crude asserebant, vel leviter expendisse videtur vir πολυμαθέστατος. Faciunt vero ad ista impugnanda, multa quæ jam præoccupavimus, nec fieri potest, ut qui Sacras Literas, & Josephum (cujus, ut Dei verbum taceam, utiq; longe major quam Talmudistarum, præsertim Gemaricorum, hac in re autoritas) sine præjudicio legerit, aliud exinde colligat, quam, tempore mortis Servatoris, & sequenti dein ætate, omne jus in sicarios & latrones, adde & alios in politico foro facinorosos, animadvertendi, aut capitale supplicium iis remittendi, penes Præsides fuisse. Scilicet, si quem necis candidatum, Senatus Populusq; Judæorum circa festa sua exitio ereptum cupiebant, nihil pro imperio & autoritate ipsis agere, sed tantum precibus supplicibus fidem & clementiam Præsidis obtestari licuisse, ex historia Evangelica omnibus est perspectissimum. Matthæum cap. 27, 15. & 20. tantum audiamus, cujus verba sunt: Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. Vetus Interpres transtulit: *Per diem autem solemnem consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent Principes autem sacerdotum, & Seniores, persuaserunt populis, ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent.* Omnis igitur tum judicii capitalis in Barabbam latronem exercendi facultas, penes Pilatum erat, citra ullum dubium. Ne vero quis effugium quærat, objectan-

De Loco Gen. 49. 10.

Refellitur Seldeni opinio.

 do

De Loco Gen. 49, 10.

do, fieri potuisse, ut hoc jus solo sesquianno, vel triennio, ante Christ crucifixionem, tum scilicet, cum capitalia judicia in judaica gente cessasse dicuntur, is Præses nactus sit; hanc rimam præcludemus, urgendo constare ex allato Matthæi testimonio, veterem fuisse Pilati consuetudinem, captivum aliquem statis temporibus liberandi, imo, si Marcum 15. 8. conferimus, cum hujus officio cœptam: Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. *Et vociferans turba cœpit petere* (ut faceret) *prout* semper *ipsis fecerat.* Vnde manifeste inferimus, si maxime quis de Coponio, M. Ambivio, Annio Rufo, & Valerio Grato, qui Pontium Pilatum in officio præcesserant, idem asserere hæsitet ac cunctetur, saltem Pilatum nunquam meri imperii jure caruisse, qui tamen cum generis humani Salvator perimeretur, Judæam provinciam, jam per universum septennium rexerat. Porro, meram utique fabulam sapit, ita affixum glebæ, sive Conclavi suo fuisse Synedrium, ut nusquam alibi convenire ei & officium suum facere licuerit. Novi optime, prohibitos fuisse Judæos severo Dei mandato, extra locum semel ab ipso demonstratum, victimas offerre, & sacras cæremonias peragere; non dubitarunt tamen vel sic viri pii, ita flagitante evidenti causa, migrare hanc legem, idque factum ab iis, citra Numinis offensam. At Judiciis, æque ac sacrificiis, Deum locum proprium & peculiarem designasse, nuspiam proditum est. Ergo, quomodo credemus Talmudistis, summum tribunal, e loco, in quem mero hominum arbitrio, & fortasse recenter admodum collocatum fuerat, minus avelli potuisse quam hostias a sibi unice dicatis aris, & maluisse Senatum, ut potius in tota, quanta quanta erat, Judæa regione, jus, sanctitas, pietas, fides perirent, supera inferis permutarentur, & in ultimum discrimen deduceretur Respublica, quam ut ipse extra suum Liskat Haggasit coiret, unde tamen nulla vi fuerat pulsus, sed sua tantum voluntate coactus excesserat? Atqui, si nulla ibi capitalia judicia exercendi dabatur facultas, tamen locum hunc tueri debebat Synedrium, in spem temporis melioris, & interim minoris momenti negotia expedire. Pernimium inter veterum Romanorum Consulum, & eorum qui nostro ævo creantur, potestatem, interest, vixque σκιᾶς ὄναρ antiquæ dignitatis relinquitur. Nihilo minus, non suos tantum Fastos condunt, auro & purpura vestiuntur, auream catenam collo gestant, (quomodo priores ornati fuisse perhibentur,) sed & in Capitolio consident, nec locum illum aversantur, cum, si potentiæ parum, honoris tamen & autoritatis aliquid conciliet. Quo spectat Nova Inscriptio, quæ ibidem in aula, CHRISTINÆ, Sueciæ quondam Reginæ, & Heroinæ, marmoreo vultui, parieti inserto, subjicitur, & quam cum

Lecto-

Lectore, prout eam descripsimus, communicare non gravabimur: De Loco Gen. 49.10.

CHRISTINÆ
SVECORVM GOTHORVM ET VANDALORVM
REGINÆ
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS
CATHOLICAM FIDEM REGNO AVITO PRÆFERENS
POST ADORATA SS. APOSTOLORVM LIMINA
ET SVBMISSAM VENERATIONEM ALEXANDRO VII.
SVMMO RELIGIONIS ANTISTITI EXHIBITAM
DE SEIPSA TRIVMPHANS IN CAPITOLIVM
ASCENDERIT
MAIESTATISQVE ROMANÆ MONVMENTA
VETVSTIS IN RVDERIBVS ADMIRATA
III. VIROS CONSVLARI POTESTATE ET SENATVM
TECTO CAPITE CONSIDENTES
REGIO HONORE FVERIT PROSECVTA
VIII. EID. QVINCTIL. AN. MDCLVI.
S. P. Q. R.
STEPHANO PETRVCCIO
JOSEPHO DE ANNIBALDENSIBVS EX DOMINIS
CASTRI ZANCATI
FABRITIO DE MAXIMIS EX DOMINIS CASTRI
ARSVLI
CONSERVATORIBVS.
JOH. CAROLO DE PICCOLOMINIBVS EX DOMINIS
CASTRI BALZERANI
CAPITVM REGIONVM PRIORE.

Cæterum, ad amplius demonstrandum ineptias Gemaricæ παραδόσεως, non utar historia, quam Literatissimus Lightfootus in notatis ad Matth. cap. 26. ex Sanhedrin Talmudis Hierosolymitani recensuit, & e qua probare conatus est, ne quidem post ipsum Hierosolymitanæ urbis excidium, Synedrio facultatem & jus capitalia judicia instituendi, fuisse ademtum. Eam, his Latinis verbis complectitur: *Statuunt* (hæretico & seductori populi, cum ejus testimonium expiscari vo-

 lunt,)

De Loco Gen. 49,10.

lunt,) *in insidiis duos testes in domo interiori, illumq; in exteriori collocant, accensâ juxta eum lucerna, ut eum videant, audiantq;. Sic actum est cum Ben Sutda in Lydda. Collocarunt ei in insidiis duos discipulos Sapientum, eumq; adduxerunt ad Synhedrium, & lapidarunt.* Nolim, inquam, ista adhibere, ad evincendum, judicasse aliquando Synedrium extra Liskat Haggasit de causis capitalibus, etsi temporibus R. Akibæ, atque sic longe post excisam urbem, accidisse dicuntur. Sunt enim hæc infirma, & ne ipsi quidem Doctissimo Lightfooto, ad suam tuendam assertionem, magnum præbent adminiculum. Quod clarum reddemus, si prius ipsa Talmudis Hierosolymitani verba adduxerimus. Sic autem habent: מכמינין עליו שני עדים בבית הפנימי ומושיבין אותו בבית החיצון ומדליקין את הנר על גביו כדי שיהיו רואין אותו ושומעין את קולו כך עשו לבן סוטדא בלוד והכמינו עליו שני תלמידי חכמים והביאוה לב״ד וסקלוה: In his, de Synedrio Magno, sermonem esse, (nam de eo loquitur Lightfootus) non credo, vix enim unquam, tam humiliter Judæi de eo loquuntur, ut per solas voces בית דין quæ generatim judicium, fere semper tamen inferius, Synedrioque, quod discriminis causa, בית דין הגדול aut בית דין של שבעים ואחד audit, subjectum tribunal notant, illud designent. Tum vero Lyddæ istæ evenerunt, quo, ne ipsorum quidem Talmudistarum sententia, Synedrium unquam pervenisse dicitur. Est de variis illius e loco in locum migrationibus, antequam plane periret, ac intercideret, narratio in Rosch Hasschana fol. 31. a. Lightfooto quoque laudata, sed Lyddæ urbis, nulla ibi mentio. Adduxi locum integrum in Commentario ad Sotam p. 938. seq. & certe, poscebat jam sæpe illum sibi hæc quoque Dissertatio, ut eum tandem inserere ex usu sit:

De Schechinæ & Synedrii variis migrationibus.

אמר רב יהודה בר אידי א״ר יוחנן עשר מסעות נסעה שכינה וכולהו מקראי וכנגדן גלתה סנהדרין מגמרא י׳ מסעות נסעה שכינה מקראי מכפורת לכרוב ומכרוב למפתן וממפתן לחצר ומחצר למזבח וממזבח לגג ומגג לחומה ומחומה לעיר ומעיר להר ומהר למדבר וממדבר עלתה וישבה במקומה אמר ר׳ יוחנן ו׳ חדשים נתעכבה שכינה לישראל במדבר שמא יחזרו בתשובה ולא חזרו אמרה תיפח נפשן וכו׳ וכנגדן גלתה סנהדרין גדולה גמרא מלשכת הגזית לחנויות ומחנויות לירושלים ומירושלים ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא ליבנה ומיבנה לאושא ומאושא לשפרם ומשפרם לבית שערים ומבית שערים לציפורי ומציפורי לטבריה: Id est: *Tradente R. Juda, filio Iddi, autor fuerat R. Jochanan:* (Stante adhuc

primo

primo templo,) *decem quasi stationes*, (usque & usque paulatim recedendo,) *fecisse divinam majestatem*, (priusquam templo, urbe, populoque judaico relictis, cœlum repeteret:) *Idq; in ipsis Scripturæ verbis contineri. Harum autem stationum respectu*, (cum suis jam fatis urgeretur, & succumberet secundum templum, toties) *Synedrium, exulare coactum esse, quod traditione compertum habeatur. Quantum ad prius attinet, meavit scilicet divina Majestas ab ἱλαστηρίῳ super Cherubinos: inde, ad limen: hinc, in atrium: porro, super altare: deinde, in tectum: ulterius, in murum: tum, in urbem: postmodum, in montem: deniq; in desertum. Quod deserens, suum in locum contendit, ibidemq; permansit. Si tamen fides R. Jochanani*, (totos) *sex menses in deserto Judæos est præstolata, si forte per pœnitentiam* (ad bonam frugem) *redituri essent, sed minime id fecere: dixerat igitur: Male pereant* (Judæi) *&c. Diximus, harum Stationum respectu, totidem vicibus Synedrium Magnum in exilium actum esse, atq; hoc traditione constare. Nimirum, e conclavi quod ex cæso lapide erat conditum, migravit in Tabernas, ex iis, in ipsam Vrbem, inde Jabnen, porro Oscham, ex qua urbe denuo Jabnen, atq; e Jabne pristinam Oscham repetere compulsum: hinc Schiphramum fugatum, porro Beth-Schearimum, ulterius Zipporam, tandemq; Tiberiadem.* Quamobrem, non potuit Lyddæ a Synedrio supplicio affici, quisquis ille fuit Sutdiades, cum in ea urbe Senatus iste nunquam degisse deprehendatur: sed, si quid veri inest narrationi, ausi sunt aliqui primores ibi Judæorum, cum occasionem ad id nacti essent, (conniventibus scilicet iis, qui id prohibere debebant,) de homine pœnas sumere. Fortasse totũ hoc clam factum est, eluseruntque Judæi τῶν ἔξω Magistratum, qualia multa in omni memoria ipsos perpetrasse, & etiamnum ab iis fieri, nemo tam imperitus rerum est qui nesciat. Quantum enim possunt, forum peregrinorum judicum declinant, sæpe extrema potius perpeti parati, quam ut coram iis, de jure injuriisque suis experiantur. Atque, habent quoque in hanc rem antiquorum præcepta, de quibus, cui vacat, consulere licet Gittin cap. ult. Maimonidem Hilchot Thalmud Tora cap. 6. §. 9. & Hilchot Sanhedrin c. 26. § 7. Schulchan Aruch in Hilchot Dajanim num. 26. Abarbenel. Comm. in Pentat. p. 365. col 2. quorum nihil adducimus, nisi quod, quia sic commoditas fert, huc spectantem, memorabilem locum R. Salomonis ad Ex. 21. 1. in Venetis & Buxtorfianis Bibliis omissum, ex nostro MS. (cum quo editio Pentateuchi cui præter R. Salomonem tria Targumim adduntur, fere convenit, præterquam quod ad Christianorum odium averruncandum mitiora quædam verba, pro durioribus substituuntur,) producere, & ingentem lacunam supplere operæ pretium esse existimo. Post verba igitur לאכול לפני האדם subjicere oportet sequentia: לפניהם ולא

De Loco Gen. 49, 10.

Lacuna R. Salomonis quæ est in multis Bibliorum editionibus suppletur.

Pentat. cum 3. Targ. עֹובדי אלילים * שהם * כמוהם * האלילים * להחשיבם

ולא לפני גוים * ואפילו ידעת בדין אחד שהגוים * דנין אותו בדיני ישראל אל תביאהו בערכאות שלהם שהמביא דיני ישראל לפני גוים * מחלל את השם ומיקר שם עבודה זרה להחשיבה * שני כי לא כצורנו צורם ואיבינו פלילים כשאויבינו פלילים זהו עדות לעילוי יראתם: Id est: (Scriptura ait: Hæc autem judicia quæ propones) *coram illis*: (postremum ἐμφατικῶς positum: notat enim, Hebræis, fidelibusque judicibus, causas proponendas) *neutiquam vero Gentilibus. Atq; si vel maxime constet de controversia aliqua, quod eodem, quo Judæi modo, Gentiles eam decidant, non tamen ad illorum tribunalia illa deferenda: qui enim coram Gentilibus, de judaicis litibus actiones intendit, is profanat nomen Dei, idolorum vero nomen effert, illis dignitatem quandam conciliando.* Q. S. E. (Deut. 32, 31.) Non enim ut rupes nostra, rupes istorum est, ac inimici nostri sunt judices. (Sensus:) *Cum ii, qui nos odio habent, judices existunt, id quasi testimonium est, tributi cultus illorum terriculamentis.* Non igitur admodum juvat me Sutdiadis cædes, ut obtineam futilem, & absurdam esse illam παράδοσιν, quam per manus nobis tradere Gemarici satagunt, quasi nimirum a religione sua alienum credidissent Synedrii Senatores, foris, extra Liskat Haggasit, conventum instituere, & de causa capitali deliberare. Habeo enim longe certius firmiusque argumentum, quo id probatum dabo, dummodo illud prius adjecero, Gemarico commento futilius longe, magisque absurdum & a veritate alienum esse, quod Tosiphthæ autores addunt, ita cessasse Synedrium, ut tamen subinde, per opportunitatem, ad suum Liskat Haggasit, reverterentur, atque in casu simili, Jesum Christum, Dominum nostrum, capitis damnatum esse. Medius fidius unice hoc mihi videntur agere voluisse homines isti, ut mendacia mendaciis tegerent, ne perpluat. Nos, contra reputando, fatemur quidem, & fassi pridem sumus, a Synedrio mortis sententiam adversus Servatorem fuisse pronunciatam, & fuisse pronunciatam, non dicis causa, sed vere & cum effectu, nisi ad eum rem deducere, metus terrorque obstitissent. Ita enim nos sentire Marcus compellit, cujus locum ex cap. 14, 64. in iis quæ præmisimus, adductum, ut tanto illustriorem reddamus, Syraicam nunc superaddimus translationem, quæ habet: ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܢܘ ܕܚܝܒ ܗܘ ܡܘܬܐ *Illi vero omnes* judicarunt, *quod reus sit mortis.* Proinde, cum nihil aliud obstet, κατακρίνειν, quod habet fons; & ܕܢ quod substituit Interpres, id est. *condemnandi,* & *judicandi,* de Judicibus pro tribunali sedentibus, & de vita hominis deliberantibus, enunciatas voces, eo sensu accipimus, quem in omnium animis ultro progenerant.

Sed,

Sed illud præterea Christiani (nam, inter nos hæc nunc aguntur, & scio, ista ad Judæorum linguas compescendas non valere) certius certo compertum habemus, quicquid illius negotii gestum est, non accidisse in Templo, ubi Liskat Haggasit erat, verum ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἀρχιερέως, *in aula Pontificis maximi*; vel, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀρχιερέως, *in domo ejusdem*. Syrus vocat ܠܕܪܬܗ ܕܒܝܬ ܦܘܣܢ item ܒܕܪܬܗ ܕܒܝܬ ܦܘܣܢ ibi enim convenerant, οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, *primarii Sacerdotes, & universum Synedrium*, & illuc, præter Johannem, hujus deprecatione apud ancillam ostiariam, Petrus quoque ingressus erat, sedens ibi cum ministris, & ad ignem se calefaciens. Testes sunt Marcus c. 14, 54, 55. Johannes c. 18, 15. 16. Matthæus item cap. 26, 58. 59. Lucasque cap. 22, 54. 55. Apage igitur procul a nobis ineptias de Synedrio non celebrante judicium in capitali causa, nisi in Liskat Haggasit; & apage præcipue turpissimum mendacium quoque, de illic sedente Synedrio, cum de capite Servatoris nostri anquirerit. Sic falsi criminis manifeste reos jamdum tenemus Gemaristas cum Tosephot, etiamsi minime addam, plane ἀσύστατα esse quæ tradunt, nec fieri posse, ut simul & cessasse dicatur Synedrium ante urbis excidium, & toties rursum prorsum cursasse, ac modo latebras quæsivisse, modo ad domicilium munusq; suum esse reversum, & vixisse in claritate. Deprehendit contradictionem ipse Præclarissimus Seldenus, quare, ad ejus suspicionẽ tollendam, hanc illi excusationem adferre visum est: *Nemo quidem*, inquit, *in Ebraicis literis paulo versatior, nescit verbum* בטל *tam* impediri, cessare, intermittere, *quam* sufferre, *aut* auferre *denotare. Ita tamen ut ablatio ejusmodi significare commode possit temporaneam cessationem solummodo, seu intermissionem, aut in desuetudinem abitionem, non juris omnino seu rei ipsius deletionem. In Threnis legitur* זקנים משער שבתו Presbyteri *seu* Seniores defecerunt de portis; *ubi Chaldæus* סביא מתרע סנחדרין איתבטלו Presbyteri ex porta Synedrii cessarunt: *simili* τῷ בטל *notione*. Sed, non tam facile magnæ lites componuntur, & frustra Vir Doctus laborem insumsit. Etenim, cum בטל dicunt Talmudistæ, fere semper cessationem omnimodam, & vix eam quæ est longissimi temporis, multumq; ultra quadraginta annos sese porrigit, significant, nedum, ut eam, quæ intra hunc terminum, varias admittit intercapedines, velint intellectam. Sufficiat provocare ad solum ultimum caput Mischnæ in Sota, ubi toties phrasis repetitur. Ajunt: משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים משחרב בית המקדש בטל השמיר ונופת צופים: *Simul ac Prophetæ priores fato functi*

Synedrium judicavit extra Liskat Haggasit.

De voce בטל adversus Seldenum.

De Loco Gen. 49, 10.

functi sunt, Oraculum pectorale cessavit. Templo desolato, cessavit Schamir, & acœtum mel. Mox : משמת רבי מאיר בטלו מושלי משלים : משמת בן עזאי בטלו השקדנים *Mortuo R. Meir, cessarunt, qui homines erudiebant parabolis. Mortuo τῷ Assai filio, cessarunt lucubrantes.* משמת בן זומא בטלו הדרשנים *Mortuo Sumæ filio cessarunt interpretes.* Iterum : משמת רבי עקיבא בטל כבוד התורה משמת רבי חנינא בן דוסא בטלו אנשי מעשה: *R. Akiba mortuo, cessavit decus legis. R. Chanina Dusæ filio mortuo, cessarunt viri thaumaturgi.* Deniq; משמת רבן יוחנן בן זכאי בטל זיו החכמה משמת רבן גמליאל הזקן בטל כבוד התורה ומתה טהרה ופרישות משמת רבי ישמעאל בן פאבי בטל זיו הכהונה משמת רבי בטלה ענוה ויראת חטא: *Mortuo R. Jochanane Saccai F. cessavit splendor Sapientiæ. Mortuo R. Gamaliele Sene, cessavit honos Legis, simulq; mundities & sanctimonia intermortua. Rabbi Ismaële Filio Pabi defuncto, cessavit splendor Sacerdotii. Mortuo Rabbi* (Juda Sancto,) *cessavit modestia, & timor peccati.* Non potest in his locis omnibus בטל sive *cessare*, alio sensu accipi, quam de vera amissione rerum, quibus additur ; gignit igitur profecto sensum eundem, cum in ipso illo Mischnæ loco, & alibi, prædicatur de Synedrio. Neque officit nobis quicquam, illud, quod ex Chaldæo Seldenus allegavit. Nam, ut demus, Paraphrasten convenienter Hebraica Threnorum esse interpretatum, deplorat proinde Jeremias Synedrii omnimodam sublationem, dum judicibus in exilium deportatis, halcyonia & justitium in foro erant, & saltem, quoad ille viveret, nullæ amplius actiones Hierosolymis instituebantur : ut ideo Propheta aliud nihil, quam Synedrium occidisse & extinctum esse, dicere posset. At, de Talmudistis, alia res est, nec iis licebat hoc sermone uti, si id exprimere volebant, ita sublatum e medio fuisse Synedrium, ut tamen ipsius usus subinde revocaretur. Quod superest, illud demiror, Viros Eruditissimos, Lightfootum, & Seldenum, Talmudistarum de cessatione Synedrii quadragesimo ante urbis devastationem anno (prout in nostris Codicibus legitur) assertum, ita acerrime tueri, & tamen ne leviter quidem solicitos fuisse, quomodo reliqua quoque salvarent, quæ uno & eodem anno simul contigisse iidem Scriptores adjiciunt. Atqui, exinde non leve causæ eorundem patrocinium accessurum erat, si ostenderent, totam παράδοσιν sibi constare. Volunt Talmudistæ, quod præterea quadragesimo ante urbis excidium anno לא היה גורל עולה בימין ולא היה לשון של זהורית מלבין ולא היה נר מערבי דולק והיו דלתות ההיכל נפתחות מאליהן: *Non ascenderit amplius sors* (hirci Deo sacrandi) *in manum dextram, neq; li-*

gula coccinea albuerit, neq; lucerna vespertina arserit, &, quod portæ templi, ultro sua sponte adapertæ fuerint. Nimirum, sine dubio animadverterunt Viri Docti, quam minime hæc sesquianno aut triennio ante Christi crucifixionem conveniant, & non satis commode ista divisa esse temporibus. At, cum nostra opinione, prout supra eam explicavimus, uti optime congruit illud de templi portis sponte patefactis, ita apte quoq; quadrant, in miserum & calamitosumReipublicæ Judaicæ, quodq; mox sequentem cito pede πανωλεθρίαν, fatalemque periodum præcessit, tempus, miracula reliqua; ut ea sic excisionis, & omen dici queant, & principium; ac clarissimis patuerit indiciis, perituras Hierosolymas perdere prius Deum. Quanquam, ut verum fatear, quia de istis Josephus silet, nec uspiam portentorum, quæ tamen perpetua, & templo suo coæva volunt Judæi, etiam ubi res quibus hi ea adhæsisse volunt, ipse sermone persequitur, mentionem ullam fecit, ægre fidem apud me inveniunt. Nimirum, eo ingenio natus sum, ut non tantum mirabiliarios (quod S. Augustini notum verbum est) novos, sed & antiquos, magis audiendos, quam auscultandos censeam. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

MI BONE LECTOR,

PAucis te volo. Postquam forte fortuna aliquid inaudivisset, ortu generis, munerum dignitate, ac doctrinæ gloria præsignis Vir CASPAR A LILIEN, me quædam circa Classicum, qui nos hactenus occupavit, Scripturæ Locum, meditari, misit ipse, pro suo commoda Reip. Literariæ procurandi impenso studio, ad me ultro, Epistolas aliquas Hebraicas, a JOH. STEPHANO RITTANGELIO, V.C. & Judæo quodam Amstelodamensi, de eodem Sacro Dicto invicem scriptas. Cepit me vehementer hoc munus, neque enim in isto genere unquam quicquam legi ornatius, aut festivius; & id unum me cruciabat, eas literas, quibus cœpta fuit disputatio, desiderari, postremas quoq;, quæ finé sine dubio liti imposuerunt, & hominem Judæum ad turpe ac ignominiosū silentium adegerunt, maxima fui parte truncas tantum comparere. Interim tamen, omnino operæ pretium credidi, vel his fragmentis Eruditos beare, cum nullæ Christianorum Epistolæ Hebraicæ extent, quæ cum istis Rittangelii supra modum tersis, nitidis, comtisq; comparari queant, nec fieri adeo possit, ut similes scribat, nisi qui Rittangelii adinstar, a Judæis genus trahens, eloquentiam ipsorum a puero imbibit, & ad proselytismum Christianum animum appulit tardiuscule. Ergo meæ dissertationi commodum hoc κειμήλιον subnecto, quod illi fœnerabitur decorem. Erant aliqua prave scripta in exemplari quod obtigit, quæ facile emendavi; supplevi etiam lacunas duas quibus laborabat. Cæterum tu nunc huc ades, o Nobilissime A LILIEN,

namque pro beneficio hoc,

— — — *Tibi* Lilia *plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais,
Pallentes violas, & summa papavera carpens,
Narcissum, & florem jungit bene olentis anethi.
Tum casia atq; aliis intexens suavibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Virgil in Alexi.

EPISTOLA RITTANGELII.

אהובי איש בריתי יי' ישמרך מכל רע ומכל קטיגור ופגע ולאהלך לא יאנה נגע : ראיתי טענותיך על הפסוק יי' בראשית מ"ט לא יסור שבט מיהודה וגו : ואחרי שנפשי קשורה בעבותות האהבה והאמת להתנצל דברי תורת יי' אלהינו הנתנה על ידי משה איש האלהים לא עצרתי רוחי להראות כתב האמתית גם כפי כל המפרשים שמכמה מאות ואלפים שנה נתאזרו חיל לפרוש פרושים אמתיים ואשר מעולם אנשי השם ואנשי מדות טובות היו והאמת היתה כלולה תחת לבושיהם וכפי דעת כל בני ברית אברהם וכנראה לכל בעל דעת שדעתך כוונתך וטענותיך מתנגדות אחרי שאפילו אחד מהם לא הסכים לפרוש הפסוק הזה על זה הדרך כאשר תראה דף נ"ג עמ' ב' על הפס' הנ"ל שאמר תרגום שלטון יהי בשרויא ובסופא יתרבה מלכא מרבית יהודה וגו' ואחרי כן אמר לא יעדי עבד שולטן מרבית יהודה וספרא מבני בנוהי

Amice, & Sodalis conjunctissime: Deus te tueatur ab omni malo, & ab omni adversario ac calamitate, nullaque noxa tentorio tuo accedat. Vidi dubia tua circa locum Genes. 49, 10. *Non recedet Sceptrum a Juda* &c. Atque quia anima mea rudentibus amoris ac veritatis constringitur, ad salvandũ verba Legum Domini Dei nostri, quas dedit per manum Mosis, viri divini; non cohibui animum ab inspectione textus authentici, adjungendo omnes Interpretes, qui a multis Seculis & annorum millenariis robore se accinxerunt, ad faciendum expositiones accuratas, quos constat fuisse viros clarissimos, & morum emendatissimorum, quodque sapientiam intra vestes suas tenuerint collectam. Cæterum, secundum sententiam omnium qui fœdus Abrahami sectantur, & judicium universorum qui mente præditi sunt, tua opinio, expositio, & declarationes, vacillant: nec enim vel uni eorum visum fuit, eam (*quam tute insistis*) viam, in explicandis verbis istis, inire, ceu constabit tibi ex fol. 13. fac. 2. (*majoris Pentateuchi editione.*) Nam ibi in Targum legitur: *Imperium erit in principio, & in fine extolletur Rex de Domo Jehuda* &c.

עד עלמא עד דייתי משיחא דדיליה היא מלכותא ולידה ישתמעון עממיא וגו׳ : אבן עזרא לא יסור שבט מיהודה : לא יסור שבט גדולה מיהודה עד שבא דוד שהוא תחלת מלכות יהודה וגו׳ ומחקק סופר שיחוק על הספר וטעם מבין רגליו שכן דרך כל סופר להיות יושב בין רגלי הקצין : רש״י לא יסור שבט מיהודה מדוד ואילך אלו ראשי גליות שבבבל שרודים את העם בשבט שממונים על פי המלכות ומחוקק מבין רגליו תלמידים אלו נשיאי ארץ ישראל עד כי יבוא שילה מלך המשיח שהמלוכה שלו וכן תרגם אונקלוס ומדרש אגדה שילה שי לו שנאמר יובילו שי למורא ולו יקהת עמים אסיפת עמים שנאמר אליו גוים ידרשו עכ״ל ובאם מצאתי חן בעיניך אל תמנע להשיב לי תשובה נוכחת כי על כן באתי בדתגמאה דאינון פתקין לפני הדרתך לשבוע רעבוני ולרוות נפשי הצמאה בטלי רסיס, תשובתך כי בזה תתרפא את אשר אוהב את נפשך בהראותך מכתב ותשובה מגלילות אצבעותיך ואני

&c. Sequitur deinde: *Non recedet exercens imperium, & ſcriba de filiis filiorum ejus in æternum, donec veniat Meſſias, cujus eſt regnum, & illi obtemperabunt populi* &c. Abeneſra habet: Non recedet Sceptrum a Juda: *Non recedet Sceptrum eminentiæ a Juda, donec venerit David, quod eſt principium regni Judaici* &c. *Verbo* ומחקק Scriba *notatur, qui in librum annotat. Atq; additur illud*, e pedibus, *quia ſic omnes Scribæ ſolent ſedere a pedibus Principum.* R. Salomo Jarchi commentatur: Non recedet שבט a Juda: *A Davide & deinceps Innuuntur Æchmalotarchæ Babylonici, qui populo cum ſcipione,* (dignitatis ſymbolo,) *præerant, & autoritate regia conſtituebantur.* Et מחוקק e pedibus. *Diſcipuli nimirum, ſive qui in Palæſtina Principatu fungebantur.* Donec venerit Schilo. *Scilicet* Rex *Meſſias, cujus eſt regnum; atq; ſic Onkelos quoq; exponit. In Midraſch Aggada* vox שילה per שי לו *hoc eſt, de munerum oblatione explicatur: nam ſic* (Pſ. 76, 12.) *dicitur:* Afferant שי munus, terribili. Et illi erit congregatio populorum: *Collectio populorum: prout S. E.* (Eſ. 11, 10.) Ipſum gentes perquirent. Hactenus Raſchi. Quod ſi igitur inveni gratiam in oculis tuis, ne ſuperſedeas reddere mihi reſponſionem probam. Nam ideo comparui coram præſtantia tua, cum iſta literarum conceptione, ut ſaturarem famem meam, & animam meam ſiticuloſam irrigarem guttulis roris reſponſi tui. Sic ſanabis eum qui amat animam tuam, cum illi exhibebis ſcripturam & reſponſum, opus digitorum tuorum. Ego paratiſſimus ſum toto pectore, con-

מוכן בכל שאפשר להטות לבי
לאמתית תורת יי' אלהינו ולבוא
במשעול עומק דרושה וכונתה
כפי היושר הולד אחרי העיון
הצודק ובזה אקצר המלה רק ט
חדוה וגילה עליך ועל כל אנשי
ביתך והבאים תחת צל קורתך :
נכתב במרוצה בקולמוס קצוצה :

re, conformandi me ad veritatem Legis Domini Dei noſtri, calcandique tramitem profundum explicationis & ſenſus ejus, ſecundum rectam ſanæque rationi conformem interpretationem. In his amputo nunc verba, (*ex animo vovens*) ut mera gaudia & lætitiæ, tibi, & univerſæ familiæ tuæ, iisq; qui umbram tignorũ tuorum captant, (*obveniant.*) Scripta hæc ſunt raptim, & calamo quaſſo.

EPISTOLA JVDÆI.

אהובי ואדוני חן חן ליוקר הדרתך
על כל הכבוד שכבדתני בכתבך
ואע"פ שנעלם ממני שמך אלף
שלומות יגיעון עדיך מאצלי דורש
וחומד ששונך : את קולך שמעתי
בתוך אגרותיך וזה לך נוסח דבריך
לא עצרתי רוחי להראות כוונת
הכתוב האמתית לפי כל המפרשים
שמכמה מאות ואלפים שנה
נתאזרו חיל לפרוש פרושים
אמתיים ואשר בעולם אנשי השם
ואנשי מדות טובות היו והאמת
היתה כלולה תחת לבושיהם
וכפי דעת כל בני ברית אברהם
וכנראה לכל בעל דעת שדעתך
כוונתך ושנותיך מתנגדות אחרי
שאפילו אחד מהם לא הסכים
לפרוש הפסוק הזה על זה הדרך
כאשר תראה דף נ"ג עמ' ב' על
הפסוק הנ"ל שאמר תרגום וגו':

Amice, & Domine mi, ſolida felicitas eximiæ Claritati tuæ eveniat, ob inſignẽ honorem, quo me literis tuis affeciſti: atq; etſi nomen tuum me latet, millie tamen ſalutes a me, qui proſperitatem tuam expeto & deſidero, ad te pervadant. Audivi vocem tuam, e medio literarum tuarum prodeuntem, atque ſic ſe habent verba tua: *Non cohibui*, (inquis,) *animum meum, ab inſpectione textus authentici, adjungendo omnes Interpretes, qui a multis ſeculis & annorum millenariis robore ſe accinxerunt, ad faciendum expoſitiones accuratas, quos conſtat fuiſſe viros clariſſimos, & morum emendatiſſimorum, quodq; ſapientiam intra ſuas veſtes tenuerint collectam. Caeterum ſecundum ſententiam omnium qui fœdus Abrahami ſectantur, & judicium univerſorum qui mente præditi ſunt, tua opinio, expoſitio, & declarationes vacillant, nec enim vel uni eorum viſum fuit, eam* (quam tute inſiſtis) *viam, in explicandis verbis iſtis inire, ceu conſtabit tibi ex fol.* 53. fac. 2. (majoris Pentateuchi editione) Nam ibi in Targum legitur: &c.

ובמפורשים אשר נקבו בשמות
בכתב מעלת כבודך זכרת רש״י
ואבן עזרא ומה שאמרו חכמינו
במדרש אגדה סוף דבר כונתך
היא שהאנשים האלה ששלמים
הם אתנו כלם פרשו מלת שבט
בפס׳ הנזכר על הממשלה והמלכות
ואע״פי שבפרושים שנתתי כלם
בקציר נמרץ או ברמז אחד מהם
הוא מגזרת תוכחת ויסורין
הנה האחד הוא מענין גודל
ושררה כמו שיעידון יגידון דברי
אם שיהיו בצמצום וזה גם
הפרוש לא לבד שאינו מתנגד
מן הכותבים שזכרת אבל הוא
עצמו מאונקלוס המתרגם שקצרת
דבריו הביא הדרתך ולא כל דבריו
הואיל והוא אמר לא יעדי עביד
שולטן מדבית יהודה וספרא מבני
בנוהי עד עלמא ומפרש המלה עד
הבאה בפסוק הנזכר על דרך
זאת מנוחתי עדי עד ועניינו שלא
תפסק המלכות לעולם כשיבוא
המשיח באופן שאחד מהפרושים
שהבאתי הוא עצמו מאונקלס
ומביאו גם כן הרב בחיי בשם
רבו ז״ל וזאת עצמו היא כונת
חכמינו ז״ל הנה אם כן שלא
אמרתי שום דבר מתנגד לאיזה
פרוש מהמפורשים אלא בהפך

Inter Interpretes autem quorum nomina in epiſtola Præſtantiæ tuæ exprimuntur, meminiſti R. Salomonis, & Abeneſræ, itemque eorum, quæ ſcripſere Sapientes noſtri in Medraſch Aggada. Huc vero omnis res redit: Opinio tua fert, viros iſtos, quorum ſumma apud nos autoritas, omnes expoſuiſſe vocem שבט in dicto illo de regimine & imperio. Atenim, in illis interpretationibus, quas breviter adduxi, & quarum mentionem tantum injeci, una ſane caſtigationis & calamitatum ſignificatum probat, altera dignitatem & dominium reſpicit, prout teſtabuntur ac indicabunt verba mea, ſi accurate penſitentur. Atq; iſta interpretatio, non tantum non repugnat Scriptoribus quos allegaſti, ſed eſt ipſius Onkeloſi Paraphraſtæ, cujus quædam tantum verba attulit Præſtantia tua, non vero totum orationis contextum. Nam & ipſe ait: *Non recedet exercens Imperium, de domo Jehuda, & Scriba de filiis filiorum ejus in æternum.* Proinde vocem עד quæ in loco illo occurrit, explicat eum in modum (prout adhibetur Pſ. 132, 14.) *Hæc requies mea* עדי עד *in ſeculum.* Et ſenſus eſt, nullo unquam tempore ceſſaturum regnum, cum venerit Meſſias. Quamobrem una illarum quas adduxi interpretationum, ipſius Onkeloſi eſſe deprehenditur. Eandem laudat R. Bechai, tanquam a Magiſtro ſuo acceptam, atque eſt iſta communis Sapientum noſtrorum f. m. explicatio.

 Quæ

שמה שאמרת הוא מה שאמרו
קצת מהם ומה שאמרו כלם הוא
מסכים עם מה שאמרתי
בפרוש ראשון וכנגד הפרוש
השני הוא מכבוד הרב מורי ז"ל
תהיה איש רשום וכולל בכל
חכמה כמו שידוע לכל מי ששמע
שמועתו ואע"פי שלא יהיה אלא
מקטן שבקטנים מעיד אני עלי
שמים וארץ שבכל לבבי ובכל
נפשי אני אומר שאע"פי שכל מה
שאמרו המפרשים הנזכרים
והנשארים שראיתי הכל כפי
האמת והצדק הכל נתון מהדעת
האלהי עם כל זה בטוב יש טוב
ויותר טוב וכפי זה נראה לי שפרוש
הנזכר ממורי אבי ז"ל הוא הפשט
היותר שלם לפי שהוא מסכים עם
המאוחר והקודם כמו שהוא עצמו
אמר ומלבד שזה הפרוש אינו
מתנגד לפרושי' האחרים הואיל
שבו עניין המלות עד כי הוא להורות
הגבלת זמן כמו עד כי חדל לספור
גם תורת יי' תמימה היא עדות
נאמנה וראייה מוכחת היות פרוש
הנזכר כפי פשט ככתוב הואיל
ותיקח המלה שבט בעצם
וראשונה על המטה שבה ישתמש
האדם אם להוכיח וליסר את
בנו ואת עבדו ואם לנהוג
ולמשול את העם לכך פעמים
באת המלה הזאת תוכחת כמו

Quæ cum ita sint, nullum ego verbum dixi, quod isti interpretationi laudatorum Interpretum adversetur, quin potius quod tute attulisti, id paucis probatur; quod omnes probant, consentit cum mea opinione, quam priore loco expressi. Posteriorem opinionem commendat autoritas Parentis mei f. m. Viri clarissimi, & consummatæ sapientiæ, ceu notum est omnibus, ad quos fama illius pervasit. Atque etiamsi ipse tantum minimus haberetur minimorum, (*nihil id referret.*) Testor enim cœlum terramq;, profiteri me toto corde, totaq; anima, quod omnia quæ scripsere laudati, reliquique quos mihi videre contigit Interpretes, recte & bene se habeant, omniaque ex divina intentione proficiscantur; nihilo minus inter ipsa bona unum altero est præstantius. Eam ob causam mihi videtur, expositionem prædictam Domini parentis mei esse probissimam, convenit enim cum iis quæ præcedunt, & sequuntur, prout ipse quoque jactat. Atque absit, ut ista expositio pugnet cum aliorum expositionibus, nam, verba עד כי tempus tantum definiunt, atque sic (Gen. 41, 49.) dicitur: עד כי *usq; quo desinebant numerare.* Est Lex Domini perfecta, testimoniumque verum: atque ratio cogit fateri, istam expositionem fluere ex verbis Scripturæ, sumit enim vocem שבט in proprio significatu; nam ea significat scipionem, quo homo utitur ad percutiendum castigandumq;

והוכחתיו בשבט אנשים שהבאתי
לראיה בכתב הנזכר ופעמים
בא להורות השררה והמלכות כמו
שבט מושלים וכיון שכן הוא
וכשנפרש הענין הראשון יסכים עם
המאוחר והקודם כמו שאמרתי'
שיוכל לראות ארוכה בכתב אבא
מורי ז"ל עולה מזה שנגד הדין
נתלשרתי מכבודך לאחוז כך
בכנפות הדרך שדרכת וזאת
שראיתי לאמר ללב אדוני בקצור
ואם ישאר איזה ספק ופקפק פה
אל פה אדברנו מראה ולא
בחידות ואני שומע אמרי פיך
מצוותיך ומטה אזני ומקשיב
לקולך : נכתב בט' לחודש נסן שנה
הת"ב :

filium, itemque ad ducendum & regẽdum populum. Hinc vox iſta interdum uſurpatur pro caſtigatione, uti in illo (2. Sam. 7, 14.) *Corripiam eum virga hominum*: quem locum in epiſtola mea pro fundamento allegavi. Interdum vero denotat principatum & regnum, quo ſenſu (Es. 14, 5.) legitur, שבט *dominantium.* Hæc cum ita ſe habeant, quando prior ſignificatio aſſumitur, cohærent apte poſteriora cum prioribus, atque iſta dixi amplius prolixe legi poſſe in Commentario paterno. Ergo patet immerito Præſtantiam tuam me ſtimulare ut ſemitam quam tute calcas ineam. His viſum mihi fuit breviter monere cor Domini mei, quod ſi ſupererit dubium aliquod aut difficultas, ϛόμα πρὸς ϛόμα cum eo loquar, & non obſcure rem omnem oſtendam. Quod ſupereſt, paratiſſimus ego ſum ad audiendum verba præceptorum tuorum, & ad obſequium præſtandum voci tuæ. Scripta die 9 menſis Niſan. A. 5402. (*qui Chriſtianorum eſt 1642.*)

EPISTOLA RITTANGELII.

לאיש אשר אלה לו בכל לבבי
אומר כבוד בהיכלו זך וישר פעלו
אף חכמתו עמדה לו יברך יי' חילו
לנשאו ולגדלו עם עושר וכבוד
בשמאלו עד אשר זיכני לראות
כתב משעה אצבעותיו השם
ישמרהו וחייהו לאורך ימים
טובים : כתב התנצלות מעשה
אצבעותיך קבלתי ומתוכו ראיתי
רוב הטרדים של אדוני להתנצל

In Viri, ad quem iſta tendunt, delubro, ex toto corde laudem enuncio. Purus & integer eſt in ſuis actionibus, Sapientia ei adhæret. Deus benedicat facultatibus ejus, illumque efferat & extollat, divitiasque & honorem ſiniſtræ ipſius adjiciat: quia dignatus eſt mihi oſtendere ſcripturam, opus manuum ſuarum. Deus illum cuſtodiat, & diutiſſime vitam felicem agere jubeat. Literæ apologeticæ, quas manu tua exaraſti, redditæ mihi ſunt, & ex illis perſpexi,

קצרת הפרושים על הפסוק בס
בראשית מ"ט לא יסור שבט
מיהודה וגו' ובאם בכתבי הראשון
בראיות ברורות ואמתיות הראתי
לאדוני הטעות הגדולות והסעופים
שנפלו ונתחדשו מפרושיו ושכל
חכמיכם אשר נקבו בשמותם
איש על דגלו באותות ומופתים
העומדי' על צבאותם לצבוא
מלחמת תורתם לא נסה איש
להציג את רגלו לדרך זה הדרך
העקש והפתלתל או לשלוח את יד
שכלו לבאר ולפרוש הפסוק הנ"ל
על זה הדרך כמו שפירשו ובארו
אדוני : ואחרי שראיתי שהנגע
עומד בעינו ושאדוני עודנו מחזיק
בזדונו לעמוד על סברתו לאמר
שסברתו וסברת האדון אביו ז"ל
הוא מה שסבר אונקלוס וכל
המפרשים אשר הוזכרו בכתבי
הראשון בכן הנה נערתי חצני
ושנסתי מתני רעיוני להוכיח את
אדוני על חלומותיו ועל דבריו
הבטלים ברצוף אהבת על
חברת הקדש : מאד תמהתי
ששלחת יד לשונך נגד אונקלוס
איש אשר נתאזר חיל לפרוש
פרושים אמתיים כפי כונת
הכתוב וכדרך ישר ואמת ונגד
שאר המפרשים וילדת מדבריהם

ſpexi, magnas molitiones Domini mei, ut ſalvaret aliquas expoſitiones ſuper Locum Gen. 49. *Non recedet Sceptrum a Juda* &c. At vero in prima mea epiſtola, argumentis evidentibus certisq; monſtravi Domino meo, errores ingentes, montesque (*abſurditatum*) qui proveniunt ac oriuntur ex interpretatione illius, quodque ex univerſis Sapientibus veſtris, quorum nomina fuere expreſſa, & qui juxta ſigna ſua, virtute incredibili ſteterunt, ad depugnandum pugnam Legis ſuæ, nemo auſus eſt ſtatuere pedem ad calcandum viam illam perverſam & corruptiſſimam, aut diſponere mentem ſuam ad faciendum eam interpretationem atq; explicationem Loci prædicti, quam Dominus meus attulit. Poſtquam igitur vidi morbum faciem ſuam retinere, & quod Dominum meum ea ceperit pervicacia, ut in opinione ſua perſiſtat, dicatque ſuam explicationem, & explicationem Domini parentis ejus, eandem eſſe cum explicatione Onkeloſi, omniumque Interpretum, quorũ in prima epiſtola mea injecta fuit mentio, itaq; incitavi lacertos meos, & accinxi lumbos ingenii mei, ut corriperẽ Dominum meum ob ſomnia ſua, & ob verba ineptiſſima; amiciſſime tamen, & in ſancta dilectione. Cæterum, nimis ſtupui ego, quod telum linguæ tuæ miſiſti adverſus Onkeloſum, virum qui facultate præditus erat tradendi expoſititiones probas ſecundum mentem Scripturæ, viamque recti & æqui, & ad-

המזוקקים וצודקים תולדות וראיות כוזבות ויסודו׳ רעות אשר לא כן ולא יתכן לעשות כן עד שיקשר על אדם ליחס אותן אפילו בכופרים : הכית על קדקדם הבאת ראיות שלא מועילות כלום לזייף גם כונת הארון אביך ז״ל וכמה הארכת בדברים בטלים לקיים כונתך ידוע אצלך ודי לבלום פיך ולו לזייף דעות אמתיות ולהפוך אור לחושך ומתוך זה ידעתי כי נכרתה האמונה האמתית מפיך כי מתוך דבריך איננה ראיה או רמז אפילו להראות שכונתך היא כונת אונקלוס ושאר כל המפרשים אשר הוזכרו בכתבי הראשון והנה מתוך דבריו של ארוני אראך ההפך דהיינו שכונת ארוני איננה כונתם : בראשונה צריך לידע שכולם פירשו מלת שבט בפסוק הנ״ל בלשון שררה וממשלה ודבר זה מוסכם מונח וקיים ויסוד נאמן ומי שמתנגד דעתם האמתית בענין הנ״ל זהוא כופר בעיקר ותכליתו שאול באר שחת ואבדון הנצחי מות ואש של גיהנם ואני אראך בקיצור שאפילו אחד מהם לא פירש הפסו׳ הנ״ל לפי כונתך הראשונה

& adversus reliquos Interpretes, quodque effinxisti ex illorum puris & egregiis sermonibus fœtus & argumenta mendacia, & fundamenta mala, contra quam conveniebat, aut vel eos facere par erat, qui ad infideles deficiunt. Percussisti Sapientes in vertice; adduxisti rationes nullius pretii, corrumpendo etiam opinionem optimi tui quondam parentis f. m. Nimis te extendisti circa res inutiles, ut tuereris sententiam tuam. At probe perspectum habere conveniebat, frænandum esse os, nec licere pervertere vera dicta, & immutare lucem in tenebras. Colligo hinc, sanam religionem ex ore tuo excisam esse; nulla enim ratio ex dictis tuis aut verisimilitudo apparet, qua vel saltem ostenderes, opinionem tuam convenire cum opinione Onkelosi, & cæterorum Interpretum, quorum in prima epistola mea injeceram mentionem. Atque ecce ex verbis tuis, mi Domine, contrarium tibi monstrabo, nimirum non idem te sentire, quod illi sentiunt. Principio oportet scias, omnes vocem שבט in Loco controverso exposuisse significatione *Dominatus*, & *Imperii:* Atque res hæc magno consensu tradita & stabilita est, & tanquam firmum fundamentum habenda. Quisquis autem veritatem hanc, in isto negotio impugnat, is fundamentum fidei evertit, eumque manet infernus, abyssus perditionis & interitus æterni, mors ac ignis gehennæ. Ego vero breviter te docebo, ne unum quidem illorum exposuisse Locum de quo agimus, neque secundum tuam opinionem, circa primam quæ-

שמלת שבט לוקח כאן בלשון תוכחת ויסורים ולא לפי כונתך השנית שמלת עד לוקח בזה בלשון נצח : על אודות הפירוש הראשון ידוע זה ומפורסם שגם אחד מהם לא זכר זה אפילו בנקודה אחת מכל שכן באות אחד כאשר תראה כל זאח יותר טוב בכתבי : אונקלוס לא יסור שבט מיהודה וגו' תרגם בזה הלשון לא יעדי עביד שולטן מדבית יהודה וגו' : אבן עזרא לא יסור שבט הגדולה מיהודה וגו' : רש"י אמר וכן תרגומו ר"ל שכונת אונקלוס גם כן כונתו כאשר תראה בזה הלשון לא יסור שבט מיהודה מדוד ואילך אלו ראשי גליות שבבבל שרודים את העם בשבט שממונים על פי המלכות וגו' וכן גם כונת מדרש אגדה : ואם אינו די לך ראה מה שאמר תרגום ירושלמי לא פסקין מלכין מדבית יהודה אף לא סוברין מלפי אוריתא מבני בנוי עד זמן דייתי מלכא משיחא דדיליה היא מלכותא וליה עתידין דישת עבדון כל מלכותא דארעא ותרגום יונתן בן עוזיאל לא פסקין מלכין ושליטין מדבית יהודה

quæstionem, quæ vocem שבט hic accipit sensu *Castigationis* & *Calamitatum*: neq; secundum opinionē tuam alterā, quæ vocem עד *aeternitatis* significatu interpretatur. Quantum igitur ad primam expositionē attinet, notum id ac manifestum est, neminē ex iis, hujus vel uno apice, nedum litera una mentionem injecisse, quod omne magis clare ex epistola mea cernere tibi conceditur. Onkelos verba לא יסור שבט מיהודה sic φράζει, *Non recedet exercens imperium a domo Judæ*, &c. Abenesra eadem sic exponit : *Non recedet Sceptrum magnificientiæ a Juda* &c. Raschi ait : *Concordat Chaldaica Paraphrasis*. Scilicet innuit, Onkelosi interpretationem a sua nihil differre, id quod etiam ex ipsa illius interpretatione apparet, quæ ita habet: לא יסור שבט מיהודה *A Davide puta & deinceps. Significantur autem Æchmalotarchæ Babylonici, qui regunt populum virga, & autoritate regia constituti sunt* &c. Plane eadem mens est Commentariorum Allegoricorum. Quæ si tibi non sufficiunt, vide mihi quid dicat Targum Jeruschalmi: *Non deficient Reges de domo Jehuda, neq; Sapientes docentes Legem a filiis filiorum ejus, usq; ad tempus quo veniet Rex Messias, cujus est regnum, atq; ei futurum est ut obtemperent omnia regna terræ.* Item Targum Jonathanis Usielidis: *Non deficient Reges & dominatores de domo Jehuda, neq; Scribæ docentes Legem ex semine ejus, usq; ad tempus quo veniet Rex Messias parvus filius illius, & coram illo, liquescent populi.* Nec non Talmud in Massechet Sanhedrin c. 1. fol. 8. a. לא יסור שבט

וספרין מאלפי אוריתא מזרעיה
עד זמן דייתי מלכא משיחא זעיר
בנוי ובדיליה יתימסון עממיא :
וגם התלמוד במסכת סנהדרין
פרק א' דף ח' עמוד א' לא
יסור שבט מיהודה אלו ראשי
גליות שבבבל שרודים את ישראל
בשבט ומחוקק מבין רגליו אלו
בני בניו של הלל שמלמדים תורה
ברבים וגו' : רש"י פירש זה המאמר
בזה הלשון שבט לשון שררה וגו'
ומחוקק שררה מועטה שרודי' את
העם שיש להם כח ורשות מאת
מלכי פרס : בני בניו של הלל
נשיא היה כדמרינן בפסחי' באלו
הדברים הושיבוהו בראש מינהו
נשיא עליהם : וגם תוספות מסכים
ששבט לשון שררה : חזקוני לא
יסור שבט וגו' ממלכות דוד ואילך
לא יסור ממשלתו להנתן לשבט אחר
וכמו שהוסרה מלכות שאול להנתן
לדוד : ורבי יהושע אבן שועב דף
י"ט עמוד ג' וכן תמצא ביהודה ב
בענין המלכות ובענין המשיח ושלא
יסור שבט ממנו כמו שדרשו ז"ל
אלו ראשי גליות שבבבל הבאי'
מזרע יהודה מצד האב שרודין

שבט מיהודה *Innuuntur Æchmalotarchæ Babylonici, qui regunt Israëlitas virga :* ומחוקק מבין רגליו *Significantur posteri Hillelis, qui Legem publice docent,* &c. Raschi sic ibi commentatur : שבט *notat dominatum,* ומחוקק *notat dominatum minorem regentium populum, atq; ea facultate a Regibus Persarum præditorum. Per posteros Hillelis intelligendus Antistes primarius: nam sic in Pesachim dicitur: Eapropter eum cæteris antetulerunt, ac Antistitem illum crearunt.* Amplius & Tosephot consentiunt, vocem שבט *Dominatum* notare. Chaskuni expositio habet: לא יסור שבט *A cœpto semel regno Davidico, & deinceps, non auferetur amplius potestas hæc, alii tribui tradenda, quemadmodum regnum Sauli ablatum fuit & commissum Davidi.* Apud R. Josuam Aben Sueb fol. 19. col. 3. legitur: *Et sic reperies de Juda, ubi de regno & de Messia sermo, non ablatum iri sceptrum ab eo, ceu exposuere Sapientes nostri, ut nempe significentur Æchmalotarchæ Babylonii, a Juda paternum genus deducentes, imperantes populo.* ומחקק *Significantur Antistites regionis, per maternam lineam a Davide oriundi.* In libro Rabbot fol. 113. col. 2. notatum reperias: לא יסור שבט מיהודה *Ista ad solium regium attinent* : (*Nam sic* Ps. 45, 7. *dicitur:*) Solium tuum, Deus, in seculum & seculum ; virga æquitatis. *Ecquod autem innuitur tempus?* (Colligas id ex verbis) ומחק מבין רגליו *Nempe illud tempus, quando adventabit, cujus est regnum; scriptum enim* : (Es. 28, 3.) Pedibus conculcabuntur, corona. ולו יקהת עמים *Is, qui regalem habet potestatem.* עד כי יבוא שילה

h. e.

בעם ומחקק נשיאיי שבארץ וגוי והם מזרע דוד מצד האם וגוי ובספר רבות דף קי״ג עמוד ב׳ לא יסור שבט מיהודה זה כסא מלכות שני׳ כסאך אלהי׳ עולם ועד שבט מישור אימתי ומחקק מבין רגליו כשיבוא אותו שהמלכות שלו שכתוב ברגלים תרמסנה עטרת וגוי׳ עד כי יבוא שילה מי שהמלכות שלו ולו יקהת עמים מי שמקהה שיני כל האומות שנא׳ ישימו יד על פה אוזניהם תחרשנה ד״א ולו יקהת עמים מי שאומות העולם מתקהלין עליו שנ׳ שורש ישי אשר עומד לנס עמים אליו גוים ידרושו וכן סברת בע״ל ספר כבוד החכמי׳ אשר הביא גם דעתו של החכם רמב״ן דף נ״ט עמו׳ א׳ לא יסור שבט מיהודה כי יעקב הוריש המלכות והממשלה ליהודה וברך אותו שלא יסור המלכות משבט יהודה אל אחד משאר השבטי׳ וגו׳ ובע״ל ספר עקדת יצחק לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו וכאמרם ז״ל אלו ראשי גליות שבבבל וראשי גליות שבכל זמן וזמן ולזה לא אמר מלך כי גלוי׳ וידוע לפניו שלא יעמדו מלכיהם תמיד וגו׳ והנה הבאתי

h. e. *stupefaciet dentes omnium nationum. Scriptum enim* (Mich. 7, 16.) Imponent manum ori, aures illarum obsurdescent. Verba ולו יקהת עמים *aliter exponi possunt de eo ad quem gentes congregantur. Vnde scriptum* (Es. 11, 10.) Radix Isai quæ stat in signum populorum, ad eãdem gentes consulturæ venient. Autor libri Kevod Hechachamim fol. 59. col. 1. eandem tenet sententiam, adducitque præterea Doctissimi R. Mosis Nachmanidis expositionem: (Sic est apud eum:) לא יסור שבט מיהודה *Jacobus enim Judam hæredem fecit regni & dominatus, eiq; benedixit, ne tolleretur regia dignitas a tribu Judæ, & transferretur in aliquam cæterarum tribuum &c.* Autoris libri Akedat Iizchak ista sunt: לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו *Hæc accipienda secundum interpretationem veterum Sapientum, de Æchmalotarchis Babylonicis, & de Æchmalotarchis quales continue usuri erant potestate. Eam ob causam Regis nullam fecit mentionem* (Jacobus vates,) *notum enim manifestumq; illi erat, non semper Reges eos habituros*, &c. Atque ecce tibi, adducere mihi placuit etiam istorum Sapientum expositiones, quorum in prima epistola me nullam feci mentionem, iique omnibus verbis & literis suis premunt antiquiorum vestigia, & ne unus quidem eorum secessit e recta semita, ut verbum שבט in loco de quo disquirimus, secundum mentem & sententiam tuam circa prius ζήτημα de afflictionibus & calamitate exponeret. Nunc vero robore me induam, ut tibi

גם דעות אלו החכמים גם
שלא נרשמו בכתבי הראשון והם
בכל מלותיהם ואותיותיהם הלכו
בעקבותיהם של הראשונים ולא
אחר מהם סר מן הדרך הישר לפרוש
מלת שבט בפסוק הנ"ל לפי כוונתך
ודעתך הראשונה דהיינו על יסורין
ותוכחה : והנה גם אתאזר חיל
להראות לך שגם אחד מכל
המפרשי' לא פירשו הפסוק הזה
כפי כוונת השנית כי חצת הפסוק
לשנים והפרדת מלת עד מחציו
האחרון של הפסוק והכנסת לחציו
הראשון כזה לא יסור שבט מיהודה
ומחוקק מבין רגליו עד : ופירשת
מלת עד על דרך אחר דהיינו גם
בלשון נצחיות מה שלא עשו כן
כל שאר המפרשי' אלא הכניסו
מלת עד לחציו האחרון של הפסוק
כאשר תראה בכל חבוריהם כי
אחרי שפירשו וביארו בארוכות
וכהוגן חציו הראשון של הפסוק
דהיינו לא יסור שבט מיהודה
ומחוקק מבין רגליו שהוא חציו
הראשון התחילו ופירשו עד כי יבא
שילה בפני עצמו שהוא חציו
האחרון של הפסוק ומכל שכן
שפירשו הפסוק הזה על אופן אחר
על כל פנים לא פירשו כפי
כוונתך כי לא הפרידו מלת עד
ממלת כי אלא בחלוקת הפסוק
הסכימו כולם להכניס מלת עד
לחציו האחרון של הפסוק כאשר

tibi probem pariter nec ullum Interpretum tecum facere in explicando loco nostro circa ζήτημα posterius. Tu enim dividis comma sacrum in partes duas, & vocem עד avellis a medietate posteriore commatis, eamque ad medietatem priorem agglutinas, hoc modo: לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד: porro, vocem עד sensu plane diverso, hoc est de æternitate accipis. At nemo reliquorum Interpretum tale quid fecisse deprehenditur, omnes enim verbum עד cum posteriore medietate commatis conjungunt, ceu constare tibi potest ex illorum commentationibus. Siquidem postquam prolixe & convenienter medietatem primam commatis, quæ verbis לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו continetur, exposuerunt & planam reddiderunt, postmodum occipiunt explicare separatim verba עד כי יבא שילה quibus medietas altera absolvitur. Etsi vero diversæ diversorum sunt circa illa verba expositiones, nihilominus tuam nemo venditavit sententiam, & vocem עד a voce כי separavit, sed circa divisionem commatis omnes consentiunt, vocem עד ad medietatē posteriorem commatis pertinere, ceu tibi constare potest ex omnibus Targumim. Abenesra vocem עד bis expressit; Autor libri Kevod Hechachamim eam expressit quinquies: Sic etiam in Rabbot sæpius iteratur; omnes

תראה כאן בכל התרגומים : אבן
עזרא הביא לשון עד פעמים בעל
ספר כבוד החכמיי הביאה הי'
כמה פעמים וגם ספר רבות הביאה
פעמים וכלם הכניסוה לחציו האחרון
ולא הפרידוה ממלת כי : תרגום
ירושלמי תרגם מלות עד כי בלשון
עד זמן : תרגום יונתן בן עוזאל
גם כן עד זמן וזאת היא כונת
שאר כל המפרשיי כאשר תראה
בקונקורדנציא כי שם הובאו כל
הלשונות של מלת עד ושם
מלת עד מפורשת על חמשה
פנים הא' שמלת עד בלתי מורה
ענין בעצמה : על אופן השני
פירושה מלין או פה על אופן
השלישי פירושו נצח או זמן רב
ושם הפרידו הפסוק עד° כי יבא
שילה מכל הפסוקים הבאים בלשון
נצח להראות לך כי מלת עד
בפסוק עד כי יבוא שילה איננה
מלשון נצח : על אופן הרביעי
הביאה בלשון שלל על אופן
החמישי הוא לשון בלויי סחבות :
זה הכלל ויסוד קיים שלא תמוט
לנצח כי כלם הדביקו מלת עד
עם כי יבוא שילה וגם אחד
מהם לא פירשה בלשון נצח אלה
כפשוטה כמו עד הנה : ומה
שעלה בדעתד לברוח לדברי א
אונקלוס לאמר שמלת עד בפסוק

autem illam connectunt cum medietate posteriore, nec a voce כי separant. Targum Jeruschalmi pro verbis עד כי reddidit עד זמן *usq; ad tempus.* Eadem verba עד זמן repræsentat quoque Targum Jonathanis Vsielidis. Idem sentiunt cæteri omnes Interpretes ceu in Concordantiis videbis. Ibi enim omnia significata vocis עד adducuntur, & ostenditur quinque eam admittere expositiones. Principio עד est adverbium indeclinabile. Secundo significat *verba*, aut *os.* Tertio adhibetur de æternitate aut longo tempore, atque hac notione locus עד כי יבא שילה seorsim ponitur a reliquis omnibus, in quibus eadem obtinet significatio, ut ostendatur tibi, vocem עד in verbis עד כי יבא שילה nequaquam æternitatis significatu usurpatam. Quarto de *Spoliis* accipitur. Quinto *attritas laceras q; vestes* denotat. Summa rei, ac firmum nec ullo unquam tempore mobile fundamentum est, quod omnes vocem עד cum verbis כי יבא שילה conjunxere, nec quisquam eam æternitatis sensu exposuit, sed simpliciter, uti in illo עד הנה *usq; huc.* Cæterum, quod in mentem tibi venit, confugere ad verba Onkelosi, & contendere, vocem עד in loco Geneseos controverso, eo sensu accipiendam esse, prout accipitur Psl. 132, 14. in istis: *Hæc requies mea* עדי עד ubi Chaldæus habet עד עלמא in seculum: (*eo quod Onkelos his postremis verbis in*

nostro

הנ"ל כמו בתהלי' ק"ב פסוק יד" זארת מנוחתי עדי עד שתרגומו עד עלמא זה טעורת גדולה ואינו רמז מכל שכן ראיה כי אונקלוס עד כי יבוא שילה תרגם עד דייתי מלכא משיחא ובזה כוונתו היא עצמה כונת שאר התרגומים שפירשו מלורת עד כי בלשון עד זמן: ומזה תראה שאונקלוס ושאר התרגומים וגם כלם המפרשי' לא פרשו מלת עד בלשון נצח ; ולשון כי תרגם אונקלוס בלשון די כאשר דרכו בשאר מקומורת כאשר ת תראה מדבריהם:

nostro Geneſeos loco quoq; utatur:) is quidem error ingens eſt, nec inde ulla tibi probabilitatis ſpecies, nedum firma aliqua ratio. Etenim Onkelos, pro verbis עד כי יבא שילה repoſuit עד דייתי מלכא משיחא *Donec venerit Rex Meſſias:* atque ſic expoſitio illius plane eadem eſt quæ reliquorum Paraphraſtarum, qui voces עד כי interpretati ſunt עד זמן *usq; ad tempus.* Conſtat igitur, nec Onkeloſum, nec reliquos Paraphraſtas, nec ullos Interpretes, vocem עד æternitatis ſenſu expoſuiſſe: atque pro voce כי Onkelos די expreſſit, ceu in locis quoque aliis facere conſuevit. Atq; hoc patet ipſa verba conferenti Paraphraſtarum.

הכתוב	עד	—	כי	יבוא שילה;
אונקלוס	עד	—	ד	ייתי מלכא משיחא;
ירושלמי	עד	זמן	ד	ייתי מלכא משיחא;
יונתן	עד	זמן	די	ייתי מלכא משיחא;

Scriptura :	*Donec*	*venerit*	*Schilo.*
Onkelos :	*Donec*	*venerit*	*Rex Meſſias*
Jeruſchalmi :	*Ad tempus quo*	*veniet*	*Rex Meſſias*
Jonathan :	*Ad tempus quo*	*veniet*	*Rex Meſſias.*

ובשאר הפרושים לא תמצא שנוי אותיות מכל שכן המלות כי באותו הלשון ממש פירשו כלם ומה שאמר אונקלוס קודם עד דייתי עד עלמא אין זה פירושו של עד כי אלא תוספת אונקלוס מה שלא נמצא בכתוב כי כן דרכו לעשות כאשר תראה בהרבה מקומות; על אודות הפסוק תלים קל"ב זה איננו

In cæteris quoque Interpretibus, ne literularum quidem, nedum vocum integrarum deprehendes mutationem, nam eodem ſenſu omnes interpretati ſunt. Quod autem Onkelos verbis עד דייתי *donec venerit*, præmiſiſſe deprehenditur עד עלמא *in ſeculum*, id non attinet ad explicationem verborum עד כי ſed eſt additamentum Onkeloſi, cui nihil in Scriptura reſpondet. Nam hac utitur ipſe conſuetudine, (*ut quadam de ſuo adjiciat*,) ceu ex multis aliis locis tibi innoteſcit. Cæterum Locus ex Pſalmo 132. adductus, nullum argumen-

ראיה ולא מועיל כלם וגם אינו
דומה לפסוק בראשית מ״ט כי
בפסוק תלים קל״ב לא תמצא
בכתוב עד כי אלא עדי עד שפירושו
כפשוטה עד עלמא כאשר גם על
דרך ישר ואמת פירש אונקלוס
אומנם זה הפסוק אשר בו החלוקה
דומה לפסוק בראשית כ״ו ויגדל
האיש וילך הלוך וגדל עד כי גדל
מאד שתרגומו באותו הלשון
כזה:

הכתוב עד כי גדל מאר:
אונקלוס עד די רבא לחרא:

כי כל התרגומים פרשו המלת
כי פעמים בלשון די ופעמים באות
ד׳ לבדו אשר חברו למלת גם
שלאחרית כאשר תראה באלה
שני הפסוקים עד דייתי סוף זה
הכלל כולל שאין להוכיח ברמז
אחד כל שכן בראיות ברורות
ואמתיות להראות מתוך הכתוב
או תרגומיו והמפרשיו שמלות עד
כי פירשו כפי כוונתך: ובאם
תאמר שאין להפריד מלת עד
ממלת כי ועל כל פנים יהיה
פרושם נצח ואז יהיה לחציו הא
האחרון של הפסוק הזה לא טעם
ולא ריח ותשחית כל הבנין
מראשו ועד סופו: ומה שהביאת

gumentum præbet, nec quicquam te juvat, neque habet cum nostro Geneseos Loco similitudinem. Etenim in Psalmi Loco non reperies Scripturam dixisse עד כי sed עדי עד quorum postremorum verborum significatio omnino est עד עלמא *in seculum*, prout etiam recte vereque exposuit Onkelos. At, cum Geneseos controverso Loco convenit Locus in eodem Geneseos libro c. 26. *Sic crescebat vir ille, & progrediebatur indesinenter crescendo* עד כי donec *crevisset valde*. Jam, si instituas Scripturæ & Chaldaicæ Paraphraseos collationem, talis evadit:

Scriptura : *Donec crevisset valde.*
Onkelos : *Donec augeretur insigniter.*

Omnes enim Paraphrastæ vocem כי quandoq; per די reddunt, quandoque per solum ד quod cum sequenti voce connectunt, ceu fit in isto עד דייתי *donec venerit.* Nempe res omnis huc recidit, non posse ne quidem ulla probabili collectione, nedum veris firmisque ex Scriptura, Chaldaicis Paraphrasibus, aut Interpretibus, ostendi argumentis, voces עד כי tuo sensu fuisse a quopiam acceptas. Quod si dicas, concedere te, vocem עד a voce כי nullatenus esse separandam, at, nihilo minus æternitatis significatione capi oportere; ibi vero posterior pars commatis insipida fit & inodora, totamque structuram a capite ad calcem usque destruxeris.

Porro,

ראיה בשם האדון אביך לאמור
שכוונתך השנית היא מעיוניו
והגדלת אותה על פרושי כל שאר
המפרשיו זאת טעות גדולה כמשל
הקדמוני של חכמיכם אדם בעודנו
מבקש חכמה חכם הוא וכי יחשוב
שבא עד תכליתה סכל הוא ; וכבר
עברו יב״ שנים שקריתי זה הפשט
בספר באר משה שבו יפורשו
המלות הקשות שבמקרא בלשון
אשכנז ובאותיות עבריות בדי
שיובנו מן הנשים נערים בתולות
שפחות וזקנות ואפשר, שהאדון
אביך קרא זה הפשט שם או בספר
כבוד החכמים כי בעל הספר הזה
הביא גם זה הפשט בשם רבו
אמנם אין זאת ראיה ברורה
ומספקת שזה הפשט יהיה כוונת
הכתוב או אחד של הקדמונים
מכל שכן של כלם דהיינו בין
הקדמונים והאחרונים ; עוד אדוני
כותב שהבאתי קצת דבריהם של
המפרשים הנ״ל ולא כלם ידוע
תדע שהבאתי מה שהיה צריך
לענין זה ושאר דבריהם שאינם
מועילים הנחתי במקומם והנה
אביא לך עוד קשר אחד שקשרהו

Porro, quod nomine venerabilis Parentis tui rationem adduxisti, & ais, alteram tuam explicationem illius sagacitatis inventum esse, atque adeo hanc omnium reliquorum Interpretum expositionibus præfers, is error spissus est, secundum vetus Sapientum dictum: Homo, sapientiam adhuc quærens, sapit; at, qui ad fastigium ejus pervenisse se opinatur, desipit. Duodecim amplius anni sunt, cum hanc expositionem legerem in libro Beer Mosche, qui Scripturæ voces difficiliores in lingua Germanica, sed Hebraicis literis scripta, explicat, ut a mulierculis, pueris, puellis, ancillis & vetulis intelligi queant. Fieri igitur potest, ut Dominus Parens tuus istam expositionem, aut ibi legerit, aut in libro Kevod Hechachamim, nam hujus quoq; Autor, illam sententiam tanquam a Præceptore suo perceptam allegat. Verum, ea nondum perspicua & sufficiens ratio est, hanc expositionem cum Scriptura, aut ullo Antiquiorum convenire, nedum ut cum omnibus, hoc est, & Antiquis & Novis Interpretibus concordet. Amplius, Domine, mihi objicis, quædam tantum verba ex iis quos allegavi Interpretibus me adduxisse, non omnia. Oportet autem scias, tantum me attulisse, quantum proposito erat necesse, reliqua enim verba, quæ nihil proderant, in suis reliqui locis. Atque ecce porrigam tibi adhuc nodum quem nexuit Sapiens Raschi, hunc tu mihi facile solves, (*scilicet.*) Nimirum Raschi ad cap. 24. Gen. annotat esse ibi similem locutionem, qualis est in isto עד כי יבא

החכם רש״י ואותו במהרה תפתח על פסוק בראשי׳ כ״ד כמו ע״ד כי יבוא שילה וזהו מה שאמרו החכמים כי ב״ד לשונות והאחד אי והוא אם ע״כל : ועתה ארוני איכה ואיכה הסכלת לעשות לשלוח יד לשונך נגד רוח קדשו של חי עולמים לפרוש הפסוק הזה על דרך עקש ופתלתול ואופנים הפוכי_ לאמר שזה כונת הכתוב בפירוש הראשון אמרת שמלה שבט מלשון תוכחה ויסורים דהיינו שהוא רמז על הגלות הזה אשר אתם בה ובפירוש השני אמרת ההפך שהוא מלשון שררה מלכות וממשלה ; ועתה שתוכחה ויסורים דהיינו עבדות ושררה וממשלה דהיינו מלכות מתנגדות זו את זו תראה בראיה ברורה בספר יצירה פרק ד׳ משנה א׳ שבע כפולות בגד כפר״ת מתנהגות בשתי לשונות חיים ושלום חכמה ועושר חן וזרע וממשלה מתנהגות בשתי לשונות ב״ב ג״ג ד״ד כ״כ פ״פ ר״ר ת״ת תבנית רך וקשה תבנית גבור וחלוש כפולות שהן תמורות תמורת חיים מות תמורת שלום רע תמורת חכמה אולת תמורת

שילה atque sic confirmari tradita Sapientum, כ׳ quatuor admittere significata, inter quæ unum, ut conditionem involvat. Nunc vero Domine mi, eccur tanta te dementia cepit, ut telum linguæ tuæ vibrares adversus Spiritum sanctissimum æterni Numinis, & interpretareris Locum nostrum tam contorte, corrupte, & perverse, affirmando eam Scripturæ mentem esse? Principio contendebas vocem שבט calamitatem & afflictiones significare, atque ad præsentem in qua degitis captivitatem illam attinere; postea vero contrarium tueris, concedisque innui ea Principatum, Regnum & Dominatum. Et vero, quod calamitas & afflictiones, hoc est servitus; & Principatus ac Dominatus, hoc est Imperium, sibi invicem opponantur, clarissime patet ex libro Jezira c. 4. sect. 1. ubi legitur: Septem duplices בגד כפרת *duabus linguis assuetæ; Vitæ, Pacis, Sapientiæ, Divitiarum, Gratiæ, Seminis, Imperii. Et assuetæ sunt duabus linguis* בכ׳ גג׳ דד׳ ככ׳ פפ׳ רר׳ תת׳ *ad similitudinem mollis, & duri; itemq; similitudine fortis, & infirmi. Duplicatæ sunt; quia sunt permutationes: Permutatio enim Vitæ, Mors est; permutatio Pacis, Malum; permutatio Sapientiæ, Stultitia; permutatio Divitiarum, Paupertas; permutatio Gratiæ, Indignatio; permutatio Seminis, Vastitas, permutatio*

עושר עוני תמורת חן כיעור תמורת
זרע שממה תמורת ממשל׳ עבדות
עכ״ל: משה בוטריל בשם רבי אהרן
המקובל הגדול ראש ישיבת בבל
דף ע״ה עמ׳ ד׳ אמר ונקראו כפ
כפולות כי הם משמשות בכף
זכות ובכף חובה ונמצא שהם
מתחלקות לשני חלקים החלק
הראשון הוא אופן טוב והוא כף
זכות החלק השני הוא אופן רע
והוא כף חובה אם כן הם משמשי׳
טוב ורע וגו׳ ואחרי כן אומר בב״
ג״ג ד״ד כ״כ פ״פ ר״ר ת״ת הכל כפול
זה לטובה וזה לרעה וזהו רך
וקשה אופן טוב שהוא כף זכות
קורא רך אופן רע שהוא כף חובה
קורא קשה כי תמורת שלום מ
מלחמה וגו׳ ומזה ברור כאור ה
השמש שממשלה או מלכות
ועבדות שעבוד תוכחת או יסורין
הם שני דברים הפוכיי׳ ושעל זה
הדרך שני הפרושים של ארוני
זה הפך של זה ואם ארוני ישאל
לחסרי דעת בלי ספיק יעידון
ויגידון לו כי אי אפשר שיהיו שני הפ
הפוכים בנושא אחד באלו הח
החמריים מכל שכן במוח עליון
והנעלם מעיני שכלם של כל
חי כי מפי עליון לא תצא הרעות
והטוב גם לא איש אל ויכזב ובן
אדם ויתנחם הלא יודע ארוני

tatio Imperii, Servitus. Hæc ibi: Moſes vero Botril, nomine R. Aaronis magni illius Cabbaliſtæ & Archiſynagogi Babylonii fol. 75. col. 4. ait: *Vocantur duplices, quia lanci Benignitatis, & lanci Culpæ ſerviunt, ac proinde in duas partes dividuntur. Vna pars Boni naturam ſuſtinet, atq; lancem Benignitatis reſpicit; altera pars Mali naturam ſuſtinet, atq; lancem Culpæ reſpicit: quæ cum ita ſint, & Bono pariter ac Malo inſerviunt,* &c. Aliquibus interjectis addit· בב׳ גג׳ דד׳ ככ׳ פפ׳ רר׳ תת׳ *omnes literæ duplices ſunt, quarum una ad Bonum, altera ad Malum inclinat. Sic ſe habent Molle & Durum. Boni naturam, ſive Benignitatis lancem ſubit Molle; Mali naturam, ſive Culpæ lancem ſubit Durum; ſic Pacis permutatio, eſt Bellum:* &c. Hinc Solis radiis magis clarum evadit, Dominatum aut Regnum, & Servitutem ſive calamitatem aut afflictiones, duas eſſe res contrarias, ut hac ratione duarum expoſitionum Domini mei una alteram deſtruat. Adeoque ſi Dominus meus vel mente captos aliquos percontetur, ſine dubio teſtabuntur & indicabunt ei, fieri non poſſe ut duo contraria ſint in eodem ſubjecto, ne quidem in rebus materiatis, nedum in mente æterni Numinis, quam nullus humanus intellectus aſſequitur. Nec enim ex ore Dei, bonum ſimul & malum prodire queunt, neque eſt Deus homo, ut mentiatur, aut filius hominis, ut ducatur pœnitentia. An tu neſcis, Domine, rem admo-

באשר גנאי גדול בבני אדם שהם
בשר ודם בהוציאם מפיהם
דברים הפוכיי בענין אחד אמתי
ובזה הזהרתיך שלא תדבר סרה
על רוח קדשו כי חתמו אמת ולא
נמצא בו שנוי או הפוך דברים
ולא דבריו כדברינו : ואנחנו
מפרשים הפסוק הנ״ל כאשר
פרשוהו חכמיכם הקדמונים
והאחרונים אשר היו מכמה מאות
ואלפיי שנה ובזה אין כונתנו שלא
תגאלו ח״ו כי אנחנו מחכים
בשמחה גדולה יום גאולתכם וקץ
גלותכם וביאת ישועתכם . אבל
על אופן אחר דהיינו פדות וחירות
ממלאך המות להביא אתכם תחת
המלכות המעושרת מלך המשיח
שמלכותו עדי עד ומתורה שבכתב
דהיינו המלכים והשלטונים
הרודים את אומת ישראלית על
דברתי תורת משה שבכתב
מחוקקים שהם החכמיי המלמדים
תורת משה ברבים ישבותו כי
בזמנו של מלך המשיח מלאה כל
הארץ דעת כי הוא יתבר קליפין
תורת שבכתב ויוציא מהן המוח
ראה מה שאמר רבי שמעון בן
יוחאי בספרו תקוני זוהר תיקון
כ״א דף נ״ב עמוד ב׳ בפירושו על
הפס׳ הנ״ל עד כי יבא שילה : אמר

admodum pudendam inter homines, qui nil nisi caro & sanguis sunt, haberi, si quis de re una vera ore suo contraria proferat? Hortor igitur te ne probrum dicas Spiritui Sancto, cujus signaculum est Veritas, in cujus verbis nulla reperitur mutatio aut contrarietas, cujusque verba nostris haudquaquam sunt similia. Enim vero, nos comma illud Geneseos exponimus, prout exposuere Sapientes vestri antiquissimi pariter, & recentiores, qui a tot Seculis & annorum millibus floruerunt. Hic autem non ea nostra intentio est, ut velimus, nullam, quod penitus absit, vos manere redemtionem. Nos enim cum magna expectatione præstolamur diem libertatis vestræ, finemque exilii vestri, & adventum salutis vestræ, quanquam modo plane alio. Nempe (*exoptamus vestram*) redemtionem & liberationem ab Angelo mortis, ut subjiciamini regno felicissimo Messiæ Regis, cujus regnum æternum est: liberationem item a lege scripta! (*Mosaica.*) Quippe, Reges & Principes, qui regunt populum Israëliticum secundum normam Legis Mosaicæ scriptæ, & Legisperiti, sive Sapientes, Legem Mosaicam publice docentes, (*temporibus Regis Messiæ*) cessabunt, ac illa tempestate tota terra (*Dei*) notitia plena erit. Ipse enim franget putamina scriptæ Legis, atque exinde medullam proferet. Vide mihi quid scribat R. Simeon filius Jochai in libro Tikkune Sohar, Tikkun. 21. fol. 52. col. 2. dum locum עד כי יבא שילה expo

לון ההוא חויא דאתון מגיחין
קרבא ביה איך אשתזבתון מינה
דאיהו בלע וקטיל ולא עוד אלא
דאיהו קטיל לאדם קדמאה ולכל
דרין דקא אתיין אתבריה וברתא
איהי על מגדלא דפרח באוירא
ומכריזין בכל יומא ברקיעא דכל
מאן דקטיל להאי חויא דיהבין
ליה לאנתו ברת מלך פנימאה
ממשבצות זהב לבושה והאי זהב
איהו ז' ימי בראשית וגו' ובגין
דא כרוזא כריז כמה גברין וכמה
מארי תריסין אתכנשו בבי
מדרשא לאגחא קרבא עם חויא
בגינה וכמה תריסין אתעבירו
פסקות בגינה דברתא דמלכא
ויפן כה וכה וירא כי אין איש
(שמות ב') לית בהון דקטיל לחויא
עד דייתי ההוא דאתמר ביה ויפן
כה וכה ויך את המצרי שילה משה
דאיהי מורשה דיליה ובגין דא
בגיניה אתמר ביה עד כי יבא
שילה (בראשי' מ"ט) דיליה ודאי
איהו קטיל לחויא ולו יקהת עמים
בגין דאיהו בן יצהר בן קהת בן עמרם
בן עמא רבא דאתמר ביה ובני רחביה
רבו למעלה (ד"ה כ"ג) וקטיל לחויא
וחיליה בימא וביבשת' וברקיעא
וכמה מארי קרבין אגחו עמיה
קרבא על ימא כד"א שם אניות
יהלכון בימא דאוריתא דאינון

exponit: *Dixit eis: Istum Serpentem, cum quo prælium initis, ecquomodo effugietis? nam deglutire solet, ac interimere; neq; hoc tantum, sed ipse est, qui occidit Adamum protoplastum, omnesq; generationes quæ erant futuræ confregit. Est quædam Filia super turri volitante in aëre. Editur quotidie vox in cœlo; Quisquis occiderit istum Serpentem, ei dabitur in uxorem filia Regis intime custoditæ: cujus vestes sunt ex ocellationibus auri, illudq; aurum notat primum heptaëmeron, &c. Dum ista in cœlo fit proclamatio, multi Heroës, & armati quoq; plurimi conveniunt in Academia, ad committendum prælium cum Serpente ob Regis filiam, multiq; clypei ejus causa confringuntur in frusta,* Et circumspexit quaquaversum, & vidit quod non esset vir (Ex. 2, 12.) *Non est inter eos qui occidat Serpentem, usq; donec advenit is de quo dicitur:* Et circumspexit quaquaversum, & percussit Ægyptium. *Schilo Moses, cujus est hæreditas; & propterea de illo ait Scriptura*: Donec venerit Schilo (Gen. 49, 10.) *Ipsius certe erit interficere Serpentem.* Et ejus erit congregatio populorum. *Nempe quia ipse nepos e fratre τοῦ Itzhar, filii Kahat, & Filius Amram, filius populi magni, de quo scriptum est* (1. Paral. 23, 16.) Et filii Rechabjæ multiplicati sunt summe. *Occidit igitur Serpentem, ejusq; copias maritimas, terrestres, & cœlestes delevit. Multi vero bellicosissimi viri prælio maritimo cum illo decertarunt, unde S. E.* (Psal. 104, 26.) Ibi naves ambulant. *Nimirum*

אניות עיינין דמסתכלין באורייתא
וכמה אניות מנייהו אתברו ונפל
בימא עד דייתא מורשה דיליה
(ס״א מארי דיליה) וקרע ימא
דאוריתא וסוס ורוכבו רמה בים
דאיהו חויא וברת זוגיה דאיהי
סוסיא דיליה ואיהו אעבר עלה
ישראל דלא טבעין בה הה״ד ובני
ישראל הלכו ביבשא בתוך הים
בקדמיתא בימא בההוא חמר ב
בפורקנא בתריתא כלא בימא
דאוריתא מטה דיליה דקרע ביה
ימא דא קולמוס בגין דעליה אש
אתגליא זרוע ה׳ דאתמר ביה
וזרוע ה׳ על מי נגלתה (ישעיה
נ״ג) בההוא זמנא דאתעבר ההוא
חויא בישא מן ימא שליט חויא
קדישא ובההוא זמנא שם רמש
ואין מספר חיות קטנות עם ת
גדולות אזלין אניות בהבטחה בימא
דלא טבעין דהא רוח סערה אתעבר
ש לטנותיה מן ימא דאוריתא
ובההוא זמנא שם רמש ואין מספר
וגו׳ שם אניות יהלכון לויתן
זה יצרת לשחק בו (תלים ק״ד)
ויהי חדי עמהון הה״ד שיתו לבכם
לחילה וגו׳ לחולה כתיב וכלם
אליך ישברון לתת אכלם בעתו

rum in mari Legis ; atq; istæ naves sunt oculi speculantium (mysteria) *Legis. Vah ! quot naves ex illis fracta ac submersa perierunt, donec venit is cujus est hæreditas.* [*In aliis Codicibus est* : *Dominus ejus.*] *Ipse scidit mare Legis*, & equum ac insessorem ejus projecit in mare : *hoc est, serpentem & conjugem ejus, quæ illi est equus. Ipse eduxit Israëlitas ne submergerentur, prout S. E.* (Ex. 15, 19.) Et filii Israëlis iverunt in arida per medium maris illius. *In prima* (redemtione) *per hoc mare materiale ; in redemtione vero secunda omnes per mare Legis. Baculus ejus quo scidit mare, est calamus, quia per hunc Dei brachium revelatum fuit : unde* (Es. 53, 1.) *de eo dicitur :* Et brachium Domini in quo revelatur ? *Tum, cum abactus est Serpens iste malus e mari, invaluit Serpens Sanctus, & ex eo deinde tempore* (teste Ps. 104, 25.) Ibi reptilia sine numero animantia parva cum magnis. *Commeant naves in mari, securæ a submersione nam venti procellosi vis ex mari Legis, excessit. Atq; dehinc*, reptilia ibi sunt innumera &c. illic naves ambulant; Leviathan quem formasti, ad ludendum in eo (Ps. 104, 26.) *Tum lætitia inter eos exorietur ; prout S. E.* (Ps. 48, 14.) Ponite cor vestrum לחילה in antemurale : (sic enim vulgo legimus) *sed scriptum reperitur* לחולה (quod innuit hilaria & choreas.) *Sequitur in Psal.* 104, 27. Omnia ista in te expectationem habent, ut des escam ipsorum tempore suo. *Innuuntur tempo-*

ראינון עתותי דאוריתא כמו שאמרו
חז"ל קבערת עתים לתורה דאיהו
עתי דצדיק תתן להם ילקוטון
(שם) דא מנא דאתמר ביה ששת
ימים תלקטוהו וגו' (שמות י"ו)
מסטרא דעמודא דאמציעתא דאיהי
כליל שית סטרין לויתן לעילא
דא צדיק דאיהו כדג קטן על כיף
ימא ואחרי כן אמר שכינתא עלאה
איהי ימא שכינתא תתאה איהי
דרך אניה בלב ים דאיהו ל"ב
אלהים דעובדא בראשית ובדף
נ"ג עמוד א' בתקונא הנ"ל לויתן
דימא דא צדיק רישא דההוא עמודא
דאמציעתא: ומזה ברור שלחכמיכם
ולאבותיכם הראשונים היתה רוח
וכונת אחרת באודות ועיקר אם
אמונת מלך המשיח וגאולתכם
דהיינו שימחק ויקטול הנחש הקד
הקדמוני לתת פשר מין האנושי
עם ה' אלהיו כאשר תראה ב
בתרגום ירושלמי על הקרא הוא
ישופך וגו' ויהי כד יהוין בניא
דאתתא לעין באוריתא ועבדין פק
פקודיא יהוין מתכונין ומחין יתך
לרישך וקטלין יתך וכד ישבקון ב
בניא דאתתא מצותא דאוריתא
ולא יעברון פקודיא תהוי מתכוין
ונכירת יתהון בעקביהון וממרע י
יתהון ברם יהוי אסו לבנהא ר
דאתתא ולך חויא לא יהוי אסו

tempora Legi destinata: *unde illud Sapientum nostrorum*: *Statuisti tempus Legi, quod est tempus justi. Porro est in Psalmo*: Te dante ipsis colligunt. *His Man significatur, de quo* (Ex. 16, 26.) S. E. Sex diebus colligetis illud, &c. *Idq; colligebatur in latere columnæ medianæ, quæ lateribus sex prædita erat. Leviathane superno Iustus notatur, qui est sicut parvus piscis in maris litore.* Postea quoq; ait: *Divinitas inferna, est via navis in medio maris, quæ sunt XXXII.* אלהים *in opere creationis* (toties enim vox אלהים in primo capite Geneseos repetitur.) Et fol. 53. col. 1. prædictorum Tikkunim scriptum est: *Leviathan hujus maris est Justus, qui est quoq; caput columnæ medianæ.* Ex istis perspicuum fit, priscis vestris Sapientibus ac Majoribus circa ista longe alium animum mentemque fuisse, atque præcipue in Messiam fiduciam collocandam esse, redemtionem autem vestram in eo consistere, ut ipse deleat & occidat Serpentem antiquum, & genus humanum Deo suo reconciliet. Id quod Paraphrasis Hierosolymitana quoque indicat, dum verba (Gen. 3, 15.) Ipse conteret &c. sic παραφράζει: *Quando filii mulieris operabuntur in Lege, atq; servabunt præcepta, tum vires conferent, tuumq; caput pulsabunt, & te occident. Cum vero nati muliere deserent præcepta Legis, nec adimplebunt mandata, tute vires colliges, mordebisq; iis calcanea, & ægritudinem illis afferes. Cæterum filiis mulieris parata est medicina,* tibi

ברם עתידין הנין אלין לאלין
למעבד שפויתא בעקבא בסוף עקב
יומיא בימוי דמלכא משיחא ׃ בכן
הנה שנית הזהרתיך לשבוק ולעזוב
ארת דעותיך המבוכורת נבוכורת
וסבוכות ולחזיק בדעות אמתיתות
אבותיכם הראשוני׳ אשר מעולמיו
היו לכם לעמוד נחושת ולחומות
ברזל גבורי חיל בלי ספק ידוע
אצלך וברור כאור השמש שכמרת
מחכמיכם האחרוני׳ היו מטרידים
להגביל עת וזמן גאולתכם אמנם
קצת נסו מדרך האמרת ודערת
הראשונים, וטעו כי הביאו דעורת
נכריורת כוזבות השוללות ביארת
משיחכם ומתנגדות לכונת הכתוב
ודערת הראשוני׳ והם טועים
הטעו אחרי׳ ההולכים בעקבותיהם
וכעורי׳ ממששי׳ אור בעצם
הצהרי׳ ומה שכתב אדוני שמלת
שבט יש לה שני׳ פני׳ זה ידוע אצלי
ולא זו בלבד אלא שיש לה כמה
פנים אמנם אין בזה החלוקרת
כאן על כמה פנים תפורש כי אם
על איזה אופן תפורש בפסוק הזה
(בראשי׳ מ״ט) מכל חכמיכם
הראשונים והאחרונים אם היא
מלשון תוכחה יסורים ועבדורת

tibi vero Serpens nulla medicina parata est; atq; ipsi facient conculcationem in calcaneo, in fine dierum Regis Messiæ. Quamobrem ecce nunc iterum te moneo, ut relinquas & abjicias opiniones tuas perplexas, insulsas, intricatas, & ut veras amplectaris sententias antiquissimorum majorum vestrorum, qui quondam vobis fuere columna ahenea, & murus ferreus, cum essent heroës fortissimi. Sine dubio autem perspectum & exploratum tibi est, clarissimæ lucis Solaris instar, omnes recentiorum vestrorum Sapientum, quotquot sese occuparunt in definiendo tempore & termino redemtionis vestræ, quamprimum parumper recessere a via; veritatis & sententia Antiquorum, in magnos errores prolapsos esse. Attulere enim opiniones peregrinas, mendacissimas, adventum Messiæ vestri prorsus tollentes e medio, pugnantes cum sententia sacrarum Literarum, & Priscorum doctrinis. Sic ipsi errantes, alios sua sequentes vestigia, in errorem induxerunt, similes facti cæcis, qui in mero meridie lucem palpant. De reliquo, quod scripsisti, Domine, vocem שבט duas admittere interpretationes, id notum mihi non tantum fuit, sed illud præterea, esse ipsius significata longe plurima. Enimvero non disceptamus in præsentia quot modis ea accipiatur, sed quomodo in loco Gen. 49, 10. accepta fuerit ab omnibus antiquis & novis Sapientibus, &, num calamitatem, afflictiones, & servitutem, an vero principatum, dominium, & regnum innuat. Novissime, quod circa finem scribis, Domi-

או מלשון שררה ממשלה ומלכות
ומא בסוף כתב אדוני ששני פ
פרושיו מסכימי' על כתבי המפרשי'
אשר נקבו בשמם בכתבי הראשון
אומר אני בקצור שאי אפשר לה
להיות שני הפוכי' בנושא אחד:
בכן ישים אדוני לבו שזאת האמונה
היא סבה גדולה להדיח אותו מדחי
אל דחי בתכלית תחתית כל עומק
רע ואל צלמות תחתית ואיך לא
יראת אדוני מפני עליון אל הבוחן
לבות וכליות להגביה לרום
השמי' דעות כוזבות שוללות
האמונות האמתי' ולהשפיל בת
בתכלית תחתית הארץ דעות
רוכבי שמי' וחובקי זרועות עולמי'
אשר דבריה' הדקים והזכי' מס
מסכימי' עם כונת הכתוב: על
שאר דבריך הבטלי' אין להשיב
כי אינם מועילי' כלום לענין הזה
אך ורק שזאת אשיב אל לבי ש
שאדוני עזב תורת ה' אלוהיו וד
ודברי כל החכמי' הקדמוני' וה
והאחרוני' ושיסודי אמונתם הא
האמתי' נכרתו מפיך וראוי שיהי'
לך ליסודות הבנויות לתלפיות
לבריחי' ויתדות חזקות התקועות
במקום נאמן שלא תמוטו לעולם:
עורה למה תישן ושים על לבך
ויועיל לך כדי שתבין סודות

Domine, ambas interpretationes tuas convenire cum dictis Interpretum, quorum nomina in prima epiſtola mea expreſſi, ad id breviſſime reſpondeo, duo pugnantia non poſſe ineſſe eidem ſubjecto. Atque æquum eſt animum advertas, hoc præjudicium cauſam magnam eſſe, ut ex alio atque alio lapſu propellaris denique in infimum barathrum malorum, & ſtygias umbras. Ecquomodo autem non reveritus es ſummum Numen, Deum, inquam, probantem corda & renes, ut in ſuprema æthera usque efferres opiniones falſas, tollentes veram fidem; contra in imam usque terram detruderes opiniones eorum qui cœlis ſupereminent, qui lacertos univerſi amplectuntur, quorum ſimplicia & puriſſima verba, cum ſenſu Scripturæ conſentiunt? Cæteris otioſis tuis verbis, non eſt cur reſpondeam, nihil quicquam enim faciunt ad præſens inſtitutum. Illud autem tacite mecum cogito, te, o Bone, deſeruiſſe Legem Domini Dei tui, ſcitaq; Sapientum priorum, & poſtremorum, ac fundamenta veræ religionis ipſorum ex tuo ore exciſa eſſe. Atqui debebant illa tibi eſſe pro fundaminibus quibus armamētaria ſuperſtruuntur; pro repagulis, clavisque trabalibus, defixis in locum firmum, unde nullo unquam tempore dimoveri queunt. Heus, expergiſcere, quare dormis? revoca iſta in mentem, atque proderunt tibi, ut intelligas recondita myſteria ſalutis tuæ, multasq; res mirificas & beatas, quæ perducunt ad æternam felicitatem. Sunto tor-

צפונות ישועתך וכמות עניני׳ גם
נפלאו׳ והמאושרים והם מולכים
בהצלחות הנצחית ויהיו רביד על
צוראך והם המביאי׳ אותך תחת
צל החכמה הקדומה שהיא ראש
לצדיק והיא שוכנת בו בעצם
כאשר מעיד על זה רבי שמעון
בן יוחאי שם תשבע מלהם אם
אבירי׳ ומלויתן הרוחני עם שבטי
יה אשר יעלו לשפוט את ההרי׳
הגבוהי׳ והגבנונים בעד בניא
דשכינתא ה׳ באברתו יסך לך
וישמרך וכל אשר לך מכל רע ;
ישפוד עליך את רוח חסדיו ישפוד
עליך רוח ידיעתו רוח עצה ובינה
ויאיר לבבך וימשוד עליך קו חמלתו
ועל כל הבאים תחת צל קורתך
שלא תגעל ותמאס ותשליך אבן
פנת ישועתך מפלטרון חסדיו אשר
אין לו ערך ושיעור והוא ההוטבע
בתכלית תחתית יסוד ישועת
ורחמים והתנפלתי גם תחינתי
בפרישת ידים ורגלי׳ ארצה לפני
אל עליון להביאך לידי הכרתו ו,
וירשת העושר ואושר ועוצר גם
השמימי ונצחי אשר צפן ה׳ לכל
חסידיו והכין לכל יראיו : ואני פי
אפער כארץ עיפה למלקוש גם
תשובתך הנכונה ובזה תתרצה
את עבדך המוכן לשירותך ואהיה
גם אני מוכן לכל אשר תצוני ;

to torques collo tuo, atq; te transferent subumbram Sapientiæ priscæ, quæ caput est justi, & tota in eo habitat, sic R. Simeone filio Jochai perhibente testimonium. Ibi saturaberis pane angelorum, & Leviathane spirituali, cum Patriarchis divinis, qui ibunt ad judicandum montes excelsos, & prægrandes filiorum Divinitatis. Deus alis suis tegat te, teque tuaq; omnia a malis quibuscunque tueatur. Effundat super te spiritum benignitatis suæ; effundat super te spiritum cognitionis, spiritum consilii & intelligentiæ, illuminetque cor tuum, & extendat super te perticam miserationis suæ, superque omnes qui se recipiunt, sub umbram tigni tui, ne fastidias, spernas, & rejicias, lapidem angularem salutis tuæ, ex palatio clementiæ ejus, quæ nec finem habet, nec modum; atque is lapis immersus est imo Jesod sive fundamento Salutis ac Misericordiæ. Nunc quoque deprecans me prosterno, manus pedesque in terra extendens coram Numine excelso, ut te perducat in cognitionem suam, atque sic parabis divitias, beatitates, opesque cœlestes & æternas, quas recondidit Deus omnibus Sanctis suis, omnibusque timentibus se asservat. Atque ego ut terra siticulosa adaperio os meum, expetens imbres convenientis responsi sui: quo ipso magno beneficio afficies servum tuum, qui ad tibi serviendum est paratissimus, quique omnibus tuis præceptis sedulo morem geret.

Iterum

Iterum compellandus es mihi, MI LECTOR, & fatendum tibi, Locum prolixum, quem in hac Epiſtola Doctiſſimus Rittangelius ex Sohar allegavit, difficilem intellectu mihi fuiſſe. Admodum parum enim in eo libro profeci, qui, teſtante ſic etiam Autore Kabbalæ Denudatæ ſub initium partis poſterioris, *incredibilem habet ſtyli difficultatem, & abſtruſiſſimis ænigmatum ſcatet involucris.* Quoniam igitur nullo unquam ad eum intelligendum mihi uti licuit Magiſtro, ego Davus hic ſum non Oedipus. Videbatur quidem laboranti opem laturus ipſe Rittangelius noſter, quoniam idem hoc dictum in ſuo quoque Libro Jezirah p. 132. ſeqq. recenſuit, eidemque verſionem Latinam e regione adjecit. Sed neſcio quomodo mihi viſum fuit, nonnulla aliter interpretanda eſſe ac ipſe fecit, nec poſſe me in illius translatione ubique acquieſcere. Quia vero Cabbaliſticæ doctrinæ peritiam, quam Rittangelius publice profeſſus eſt, ego neutiquam vendito, & fieri proinde poteſt, ut ſacris illis vix leviter initiatus, graviter impegerim; itaq; ne fraudi cuiquam ſim, integram Rittangelii verſionem hic ſubjicio, ut ſi mea erronea deprehendatur, commutari illius cum noſtra queat. Multum delectatus eſt hoc dicto Rittangelius, & ſane videtur ei ineſſe aliquid ſacri myſterii. Interim, quia lumen ademtum, mei cæcutiunt oculi, & nihil, nedum acutum vident. Alit tamen bona ſpes animum brevi totam rem nos edocturum, Virum & Amicum in vicinia ſolertisſimi ingenii, qui diu ſolicitis Eruditorum votis expetitam libri Sohar verſionem, meditatur, ſolidamque ſuperaddet explicationem. Huic Herculeo labori, nos felices exitus, ac laudem ſolidam ominamur. Nunc videamus Rittangeli interpretationem:

Dixit eis: Iſte Serpens cum quo vos certatis certamen ut effugiatis ab eo, ille eſt qui deglutivit & occidit, non ſolum quod occidit primum hominem, verum omnes generationes quæ futuræ erant ad creandum. Et filia eſt ſuper TURRI volitante in AERE: Et proclamant ſingulis diebus in cœlo, quicunque interfecerit SERPENTEM iſtum dabitur ei in uxorem FILIA REGIS intrinſece de auro intertexto indumentum ejus. Et illud aurum ſignificat ſex DIES CREATIONIS &c. Et propterea vociferarunt vociferatione quam plurimi Heroum & quam plurimi viri bellatores in Domo orationis congregati ad dimicandum prælium cum iſto SERPENTE propter ILLAM, (nempe FILIAM REGIS.) Et quam plurimi viri Clypeati ceſſarunt deficiendo propter hanc FILIAM REGIS. *Et circumſpexit quaqua verſum & percuſſit Ægyptium*: SILOH Moſeh oppreſſio vel Dominator ejus. Et propterea dicit Scriptura de eo Gen. cap. 49. verſ. 10. *Quousq; veniet Siloh.* Ipſius certe erit interficere SERPENTEM *& ipſi erit congregatio gentium.* Eo quod ille filius Itzhor filius Kehath filii Amron filius populi excelſi de quo dicitur 1. Paral. cap. 23. verſ. 17. *Et filii Rechabiah*

chabiah multiplicati sunt supra. Et interfecit SERPENTEM & exercitum ejus in mari & in arida & in cœlo. Et quot viri bellatores præliati sunt cum ipso (*nempe* SERPENTE) prælium in mari? sicuti Scriptura dicit Psal. 104. vers. 26. Ibi naves ambulabunt in mari legis quæ sunt naves speculationum contemplantium *mysteria* legis: Et quot naves ex illis fractæ sunt pessumque iverunt in hoc mari quousq; venit oppressio vel Dominator ejus? Et scindit & rupit hoc mare legis. & Equum & Ascensorem ejus projecit in mare, qui est SERPENS & FILIA combinationis ejus quæ est equus ejus. Et eduxit Israelitas ne submergerentur. Et hoc est quod Scriptura dicit Exod. cap. 15. vers. 19. *Et filii Israel iverunt per medium maris in arida &c.* In prima redemtione in hoc mari materiali, in Redemtione ultima in mari legis Baculus ejus quo scidit & rupit mare, est arundo per quam brachium יהוה revelatum est de quo dicitur Isai. cap. 53. vers. 1. *Et brachium* יהוה *super quem revelatum est?* Et in isto tempore quando interiit & abactus est SERPENS ille malus seu maledictus e mari, regnat SERPENS SANCTVS. Et ab isto tempore Scriptura teste, Psal. 104. vers. 25. *Ibi reptile & non numerus, bestiæ pusillæ cum magnis.* Ambulant naves in fiducia in hoc mari neque demerguntur. Quia spiritus turbinis transire fecit regnationem ejus e mari legis. Et ab isto tempore *ibi reptile & non numerus &c. ibi naves ambulabunt. Leviathan istum formasti ad ludendum in eo.* Ps. 104. vers. 26. Et lætabitur cum eis secundum id quod Scriptura dicit, Psal. 48. vers. 14. *Ponite cor vestrum ad antemurale ejus* &c. Ad mansiones ejus scriptum est. *Et universa ipsa ad te sperabunt ad dandum escam illis in tempore suo.* Ps. 104. vers. 26. Quæ sunt tempora legis sicuti dixerunt Sapientes nostri beatæ memoriæ: *Statutum seu fixum tempus est legi*; quod est tempus justi. *Dabis eis colligent*: Hoc est Manna de quo dicitur: Exod. cap. 16. vers. 26. *Sex diebus colligetis illud* &c. ex parte columnæ mediæ quæ complectitur sex NVMERATIONES. LEVIATHAN qui supra, est IVSTVS, qui est tanquam pisciculus ad ripam maris. Et postea etiam dicit, Divinitas quæ supra, est mare: Divinitas quæ infra, est via navis in medio maris. Quæ 32. אלהים in opere creationis. (Nota vocem אלהים trigesies bis exstare in cap. 1. Gen. quo autor hic alludit.) Et fol. 53. col. 1. præd. Tyk. LEVIATHAN hujus maris IVSTVS est. CAPVT EIVS est COLVMNA MEDIA.

EPISTOLA JVDÆI.

הנה אמרתי אולי יצוא תצא והלוך תלך ונתראה פנים אמנם שם ישבת בסתר המדרגה עם	Ecce, sic mecum dicebam: fortasse foras prodibit (*homo iste qui per literas hactenus me interpellavit,*)

הסתרת פניך האמנם היית נבהל להשיב פנים אל פנים כי שלחת אלי עוד אגרת על ידי השליח איש שלומי והיא מלאה עצמות ולולי פני השליח הנכבד אני נושא כה יעשה לי השם וכה יוסיף אם אכתוב אליך ואם אשיבך כי בא החלום ברוב ענין וקול אגרתך ברוב ד דבריי לא מועיליו ולא מורידים ואומר אין בהם בצע : ברוב דב דבריי לא יחדל פשע ובפרט שבה יצאת מגבולי דרך המוסר ופיך שלחת ברעה ודמית היות אהיה כמוך אכן אוכיחך ואערך לעיניך על זה פן אשוה לך גם אני : אבל אענך ואשיבך על טעמיך פן תהיה הכם בעיניך ולא תחשוב להדיחני בקנה רצוץ כי כאשר יח יחלום החולם והוא אוכל והקיץ ורקה נפשו כן יהיה המון דבריך כאשר תקיץ משנתך : ובתחלה אתעצל על אשר לא מיד השיבותיך תכף אחר שקבלתי כתבך כי לתת להעתיק ולכתוב מכתבך לכתבנו נתאחרתי כי לא כאותיות הע העבריות אותיותיך כי נכריות הנה ועתה שכבר השיבותי אכתוב עוד פעם אחת ולא אשוה לך אשיב על תורף דבריך בקצור מילין ועל

vit,) & me conveniet, ut faciem ejus intueamur. Enim vero, tute ſediſti ibi in latibulo prærupto, abſcondiſti faciem tuam Scilicet, verebaris, coram, & viva voce mihi reſpondere, itaque miſiſti epiſtolam aliam per nuncium amicum meum. Ea, cum plena ſit oſſium, extrema quæque ſtatuat in me Numen, ſi reſcripſiſſem aliquid tibi, aut reſpondiſſem, niſi autoritatem latoris literarum tuarum vererer. Obrepſit mihi ſomnus ob nimias ineptias: clamat epiſtola tua multa verba, quæ nihil proſunt aut juvant, meraſque nugas habet, quibus boni nihil ineſt. A multiloquio non facile abeſſe ſolet peccatum, & adeo in iſta epiſtola, ipſos modeſtiæ fines transgreſſus es, & os tuum malitiæ commodaſti. Exiſtimaſti autem me tibi ſimilem futurum; at, ego te redarguam, & rerum indignitatem oculis tuis exponam, ne quis me tecum comparet. Quamobrem reſpondebo & occurram rationibus tuis, ne tibimetipſi ſapiens videaris. Noli exiſtimare te arundine quaſſa me abacturum, nam uti cum quis per quietem ſomnians ſe comedere, poſtquam evigilavit jejunam animam ſentit, ſic ſe habet ſtrepitus verborũ tuorum, quando expergiſceris e ſomno tuo. Cæterum eram ab initio remiſſior, nec ſtatim poſtquam redditæ mihi fuerunt literæ tuæ reſpondi; quippe quia tradenda erat epiſtola tua ut tranſcriberetur, & ex tuis in noſtros converteretur characteres hinc mihi mora. Non enim ductus literarum tuarum iis ſimiles ſunt, quibus Hebræi utimur, ſed plane peregrini mihi fuere. Etſi vero pridem

dem

סדר ; אמרת שכל חכמינו לא נסה
איש להציג את רגלו לדרוך זה
הדרך שדרכתי שקראת דרך ה
עקש ופתלתול או לשלוח יד לשונו
ושכלו לבאר ולפרוש הפסוק לא
יסור שבט מיהודה על זה הדרך כמו
שפירשתיו ועוד כתבת שאמרתי
שסברתי וסברת הארון אבי ז״ל ש
היא מה שסבר אונקלוס המתרגם ;
גם אמרת ששלחתי יד באונקלוס
הנזכר על אומרי שפרושו הוא פרושי
ובאמרת שתמהתי מאד הפלא על
שכלך המבולבל והמעוקש שאין די
לך שלא הבנת דברי אבל טפלת
עלי שקר דברי שלא כתבתי ולא
עלו על לבי בהיות שדעת שפתי
ברור מללו וכשמש במרומים
בפירש דברים כי לא אמרתי גם
שסברתי וסברת ארוני אבי ז״ל
היא מה שסבר אונקלוס אך אם
אמרתי שאחד מהפרושי שהביאתי
על הפסוק האמור הוא עצמו דעת
אונקלוס ושמביאו גם כן הרב ר
רבינו בחיי ושזה עצמו דעת גם
חכמינו ז״ל זה נוסח ראשית כתבי
ופתח דברי וכן האמרת הואיל וגם

dem respondi, adhuc semel tamen scribam; interim non ego te imitabor, verum maledicta tua paucissimis verbis diluam, & ordine. Ais, neminem unum Sapientum nostrorum, ausum esse pedem suum statuere ad calcandum semitam, quam ego calco, quæ tibi vocatur perversa & corruptissima; aut aciem linguæ mentisque suæ convertere ad explicandum locum לא יסור שבט מיהודה eo modo prout ego illum explicui. Amplius scripsisti, me affirmasse, meam opinionem, opinionemque optimi Parentis mei f. m. eandem esse cum opinione Onkelosi Paraphrastæ. Insuper asseris, me vim intulisse Onkeloso, eo quod dixerim illius interpretationem cum mea interpreratione convenire. Equidem omnino vehementer miratus sum prodigium illud, mentem tuam tam confusam ac depravatam esse, ut non sufficeret tibi, non intellexisse verba mea, sed mihi adeo affingeres sententias falsissimas, quas nunquam scripsi, & quæ nunquam in cor meum descenderunt. Sententiam labiorum meorum clare eloquutus sum, & meridianæ solaris lucis instar in proponenda sententia mea versatus sum. Neque enim asseveravi opinionem meam, opinionemque optimi Patris mei f. m. eandem esse cum opinione Onkelosi; sed dixi, unam illarum expositionum quas circa locum memoratum attuli, esse ipsissimam mentem Onkelosi, & hanc allegare quoque præstantissimum R. Bechai, atque idem sensisse Sapientes nostros f. m. Istud argumentum erat primæ epistolæ meæ, & initium disputationis. Atque omnino ita se res

hacet

ובאחד מהפרושיי שאמרתי בארתי
המלה שבט מענין גודל ושררה
ועל הממשלה והמלכות כמו שבט
מושלים והמלה עד בענין נצחיות
כמו שוכן עד וזאת מנוחתי עדי
עד וזה עצמו הוא מה שכתב הרב
רבינו בחיי שזכרתי ז״ל ופירש ע״
הרב מורי ר׳ שלמה ז״ל כי מלת
עד במקום הזה כמו לעד ועל כן
בא הטעם בעד להורות שאיננו
נמשך אחר כי יבא שילה : ומזה
תרגם אונקלוס עד עלמא ותרגם
כי יבא שילה דייתי משיחא וגו
והמתרגם עד דייתי משיח טועה
ועניין הכתוב כי בבוא המשיח
לא תפסק המלכות מיהודה לעד
לעולם והוא בלשון האמור ג״כ
בדניאל די לעלמין לא תתחבל
עכ״ל : ומכאן תראה ג׳ דבריי ע״
האחד שנגד האמת גזרת לא
לאמור שמכל חכמינו לא נסה
איש להציג את רגלו לדרוך דרכי
אם דרך כלל דברת על שני ע״
הפרושיי שהבאתי מאחר שהרב
של רבינו בחיי הביאו ופירשו כא
באותו אופן ובאותו הדרך עצמו כ
שאני פירשתיו : שנית בזאת תבחן
אם נאמנו דבריך לאמור גם כ
שאין שוי אחד בהמפרשיי שמפרש

habet, quoniam & per unam earũ quas attuli expositionum, vocem שבט dignitatis & principatus notione, de dominio & regno sum interpretatus, ceu accipitur in illo (Es. 14, 5.) שבט *sive sceptrum dominantium.* Vocem עד de *æternitate* exposui, quo sensu legitur (Es. 57, 15.) שוכן עד *inhabitans æternitatem.* (& Ps. 132, 14.) *Hæc requies mea*, עדי עד *usq; in seculum.* Est autem hoc illud ipsum quod scripsit eximius R. Bechai, cujus mentionem injeceram, suntque hæc illius verba: *Praceptor meus eruditissimus R. Salomo f. m. vocem* עד *exposuit, quasi* לעד *scriptum esset, ut exponenda veniat,* in seculum. *Hoc ipso indicatur, quod minime cum* כי יבא שילה *cohæreat. Eam ob causam Onkelos pro ista voce, dixit,* עד עלמא in seculum, *& verba* כי יבא שילה *reddidit,* דייתי משיחא quoniam veniet Messias: Qui autem apud ipsum legunt עד דייתי משיחא donec veniet Messias, *errant, & sensus Scripturæ est, ab illo deinde tempore ex quo Messias adventavit, nullo unquam seculo regiam dignitatem, a Juda auferendam esse. Convenire igitur cum illo Danielis* (c. 2, 44.) Quod in secula non destruetur. *Hactenus Bechai.* Ex his, tria tibi manifesta evadunt. Vnum est, adversus veritatem te pronunciasse, neminem unum Sapientum nostrorum ausum esse pedem suum statuere ad calcandũ meam semitam, si quidem universaliter hæc de duabus sententiis quas attuli, ita asseruisti. Nam, eximius R. Bechai eadem scripsit, atque illo modo, illaque prorsus ratione rem exposuit, uti a me fuit ex-

המלה עד בלשון נצח: שלישית
שגם כן נגד האמרת גזרת אומר
ששלחתי יד באונקלוס הואיל וכבר
ראית שלא אמרתי מלבי שפרושי
הוא פרושו אדרבא כוונתי לדעת
גדולי' אשר היו מימי קדי' והוא
הרב הנזכר שאמר גם כן היות
זה דעת אונקלוס עצמו ושהיה
טעות כלל המלה עד ומלבד גם
שהדעת מכריח על זה הואיל ולא
יוכלו להמצא שני הפוכים בנושא
אחד: ומאחר שתרגם המלה עד
עד עלמא שעניינו השארות ו
ונצחיות אשר אין לו גבול והפסק
לא היה לו מקום להביא עוד
המלה עד קודם דייתי משיחא ש
שיהיה רומזת גבול וזמן קצוב:
מלבד שזה כמו שאמרתי הוא
עוד יש טעם והבנה גמורה אף
אם ישאר הכפל עד דייתי משיחא
הואיל שזה גם כן דרך המקרא
עצמו בדברה בלשון תרגום כמו
שתמצא בדניאל עד די כורסיהון
רמיו עד די מריטו כנפיא שעניינו
כשהוטלו הכסאות כשנמרטו כנ
כנפיה ועל כל הדברי' האלה ראה
מה שאמר הרלב"ג ז"ל שהוא גם
כן מפרש המלות עד כי בלשון נ

it expoſita. Alterum eſt, quod nunc facile conſtare queat, num verum ſit dictum, quo contendis neminem Interpretum vocem עד æternitatis notione expoſuiſſe. Tertium eſt, quod ſimiliter adverſus veritatem prodere ſuſtinuiſti, me vim feciſſe Onkeloſo. Nempe videras utique non me hoc ex memet effinxiſſe, quod mea interpretatio cum illius interpretatione congruat; quin potius conſentientes habeo viros magnos ex antiquioribus, virum nimirum illum ſapientiſſimum cujus nomen fuit expreſſum, qui inſuper affirmat hanc ſententiam fuiſſe ipſius Onkeloſi, atque vocem עד per merum vitium irrepſiſſe, cum vel ſana ratio id evincat, eo quod duo contraria non poſſint eſſe in eodem ſubjecto. Nimirum, quoniam vocem עד per עד עלמא reddidit, quo ſignificatur illud quod ſuperſtes & æternum eſt, quodq; nec terminum habet, nec ceſſationem, nullus locus ſupererat repetendæ iterum vocis עד ante verba דייתי משיחא ad deſignandum terminum, & tempus definitum. Præterquam autem quod hæc ita ſe habent, prout dixi, ſupereſt amplius argumentum & probatio firma, quod ſi maxime relinquatur illud iteratum עד דייתי משיחא (*nihil id mihi obeſſe*) Ipſa enim Scriptura in Chaldaiſmo ſimili utitur formula. Sic apud Danielem (c. 7, 9.) reperitur: עד די *donec ſolia poſita ſunt.* (Item cap. eod. v. 14.) עד די *donec avellerentur alæ.* Horum ſenſus: Poſtquam poſita fuerunt ſolia: Poſtquam avulſæ fuerunt alæ. De iſtis vero omnibus vide quid dicat Ralbag f. m. qui & ipſe voces עד כי ſenſu æter-

נצח באופן אחר. וזה לשונו והנה
אין הרצון בזה שיסור שבט מ
מיהודה בבוא שילה אך רוצה ל
לומר שלא תסור ממנו ממשלה
שלמה באופן שיהיה מזרעו מי
שיהיה מולך על גויי רבים והנה
הביא. הרב אדוני אבי נ״ע חבר
לזה אמרו לא יתיצב איש מפניך
עד השמידך אותם שאין הרצון בו
שאחר כן יתיצבו בפניו והוא גם
מבואר בנפשו עכ״ל: והנה ראה
גם ראה שאכן לשקר דברת
באומרך שנכרתה האמונה מפי
כי העדותי בך היום עדים נאמניי
והם יהיו לי לאות ולמופת כי
היה צדק אזור מתני והאמונה
אזור חלצי ושהיא לא נכרתה
ולא תכרת ולא תמוש מפי ומפי
זערי ומפי זרע זרעי מעתה ועד ע
עולם: ועתה אשיבך על עניין השני
שאמרת שכל המפרשיי פירשו
מלת שבט בפסי׳ הנ״ל על שררה
וממשלה ושהדבר הזה מוסכם מונח
קייי ויסוד נאמן ושמי שמנגד דעת
האמתיית הקדמוניי בעניין הנ״ל
זהו כופר בעיקר ותכליתו שאול
באר שחת ואבדון הנצחי מות ואש

æternitatis accipit, modo quamvis alio. Hæc ſunt illius verba: *Nequaquam indicare vult Scriptura ablatum iri Sceptrum a Juda ſub adventum τȣ̃ Schilo; ſed id ſignificat, non ablatum iri ab eo plenum imperium, ita ut ex ſemine ejus proditurus ſit, multis gentibus imperans. Atq; ecce literatiſſimus Parens meus, cujus Paradiſus requies ſit, contulit cum hoc locum* (Deut. 7, 24.) Non conſiſtet quisquam coram te, donec perdideris eos. *Quorum ſenſus non ſit, deinceps illos conſtituros coram iis, ceu res ipſa loquitur.* Hæc ille. Quapropter vide mihi obſecro, & intuere, quã falſo in literis tuis mihi objectes, veram religionem ex ore meo exciſam eſſe. Teſtes enim hodie veriſſimos adverſus te produxi, atq; ipſi fidem & teſtimonium mihi perhibebunt potentiſſimum, juſtitiam eſſe cingulum lumborum meorum, & fidem, zonam femorum meorum, eandemque nec exciſam eſſe, nec exciſum iri, nec receſſuram, ex ore meo aut ex ore ſeminis mei, aut ex ore univerſæ poſteritatis meæ, ullis unquam ſeculis. Nunc autem reſpondebo tibi ad membrum alterum, quo aſſeruiſti omnes Interpretes expoſuiſſe vocem שבט in loco controverſo de principatu & dominio; atque hanc rem magno conſenſu traditam ac ſtabilitam eſſe, & tanquam firmum fundamentum habendam, eumque qui ſententiam Antiquorum in iſto negotio impugnat, fundamentum fidei evertere, huncque manere infernum, abyſſum perditionis & interitus æterni, mortem & ignem gehennæ &c. Hæc ſunt verba tua. Cæterum, vehementiſſime ſane iſta

של גהינם וכו' זה לשונך : ובאמת
שיותר ויותר נפלאתי על זה : וגם
ושחקתי והנעתי ראשי על קוצר
דעתך וצירך : לכן שמע נא ואנכי
אדבר ואזור נא כגבר חלציך אם
אשאלך והודיעני האם לכל מה
שאמרו המפרשי' הידועי' והנעלמי'
לנו בפרוש כל בפסוקי' של כל
המקרא העליו אין להוסיף וממנו
אין לגרוע האם לא יהיה רשות
ויכולת לשום אדם ליתן עוד
פירושי' אחרי' עליהם ומי הוא
זה ואי זה הוא אשר שם חוק
וגבול לאמור ואין להוסיף ולגלות
סתרי התורה אשר אין סוף לכל
לסודותיה ואין קץ לעומק כל
סתריה הלא על זה אמר איוב
ארוכה מארץ מדה ורחבה מני ים על
רבוי פרושי התורה ועל עוצם ב
ביאוריה ואתה תשי' אגמון באפיה
ובחוח תקוב לחייה אין זה באמת
כי אם הוללות וסכלות וחולי רע
זיל קרי מה שאמר הרמב"ם ז"ל
לאמר שבעניין פירוש המצוות וגם
וקבלתם מסני אין אנו יכולי' לם
לשנות ולתת פירושי' אחרי' על
דרך עשיתם וקיומם אבל חוץ כל
מזה בעניני' אחרי' רשות לכל

miratus sum, atque risi, & caput meum quatere cœpi, ob hebetudinem intellectus tui, mentisque tuæ. Quapropter audi me quæso, & loquar; accinge obsecro tanquam vir lumbos tuos, & interrogabo te, ut notũ mihi facias, num omnia quæ Interpretes noti ignotique circa explicationes dictorum Scripturæ tradiderunt, ita se habeant, ut iis nihil addere vel demere liceat? &, an nulli mortalium jus aut fas sit, istis alias superaddere expositiones? Ecquis vero, qualisque est, qui legem & terminum fixit, dicendo, nefas esse porro revelare arcana legis, cujus mysteria tamen finem non habent, & cujus secretorum profunditas est immensa. Annon Jobi (c. 11, 9.) dictum: *Longior terra mensura ejus, & latior mari*: ad multiplices expositiones Legis, & ingeniosa interpretamẽta pertinet? tute vero postomidem apponere conaris naso illius, & spina perforare ipsius maxillas. Hoc nil nisi stoliditas est, & stultitia, & morbus pessimus. Abi, lege, quæ Maimonides f. m. scripsit, afferens, circa præceptorum quidem explicationem & traditionem, quatenus a monte Sinai ad nos pervenerunt, non licere nobis quicquam immutare, aut alias excogitare expositiones, quomodo servari aut adimpleri debeant: Verum, extra hæc, in rebus aliis quemque hominem facultatem habere, afferendi multas diversasque explicationes, pro intellectu & captu suo, & secundum normam veritatis. Atque idem hoc indicant Magistri nostri f. m. cum ajunt: τὰ ἀλληγορέμενα non patiuntur contradictores. Sed enim, unam tibi adhuc quæstionem propo-

ארם לתת פרושים רבים ושונים כפי שכלו ודעתו וכפי האמת וזה גם כן מה שאמרו רבותינו ז״ל אין מקשין באגדות ׃ ועוד שאלה אחת אנכי שואל והשיבני דבר האם בכל שכתבו המפרשים שאמרת אין הפרש בין דבריו של זה לדבריו של זה ואם אין אמת ונכון הדבר שכמה וכמה פעמים עד אין מספר זה אומר ככה וזה אומר ככה ופעמי׳ אחרי׳ זה גם מנגד על דברי זה וזה סותר דבריו של זה סוף דבר אין מי שיאמר שאין להוסיף בדברי אגדה כי אם חוסר דעת ותבונה והשכל אדרבא שפתי׳ ישק כל מי שישוב ויפרוש דברים חדשים ונכוחים ואם כן שפתותיו של הר״ר אבי ז״ל דובבות בקבר ושמחא נפשו על פירושו היקר והנחמד מפניני׳ מאחר שעל היותו מסכים גם האמוחר והקודם כמו שכבר אמרתי לך מסכי׳ גם כן אם ידועי התורה ואמתתה ועל הכל אין זה הפרוש הנזכר גו מונע ונועל דלת בפני שום אחד מהאחרים שניתנו על הפסוק הזה כי אלו ואלו דברי אלהים חיי׳ וכלם קדושים כלם ברורים כלם נתכוונו מרועה אחד וזה מה שאמר דוד

proponam, reſponde mihi verbum. Nunquid inter omnia quæ Interpretes pro vero venditarunt, non reperiuntur dicta unius, differre a dictis alterius, &, annon certum firmumque eſt, multoties, & vicibus innumerabilibus, unum ſic, & alium aliter pronunciare, interdum etiam unum alterius traditis contradicere, atque hunc illius placita deſtruere? Huc ergo tota res redit: Nemo eſt qui dicat, in Exegeticis non licere nova afferre, niſi qui mente pariter, intellectu, & ratione privus eſt, Potius omnium oſculis excipiendus fuerit, quisquis huc animum confert, ut res novas ſcitasque excogitet. Quæ cum ita ſint, capiunt quandam voluptatem labia optmi Parētis mei f.m. in ſepulchro, ejusque anima lætatur, ob expoſitionem ejus egregiā, & margaritis contra cariorē, quæ cum antecedentibus & conſequētibus optime conſentit, ceu pridem tibi dixi, quæq; cum tenore ſacrarum Literarum, & veritate earundem concordat. Accedit his omnibus, quod memorata expoſitio, neutiquam repellit aut aditum præcludit ulli cæterarum explicationum, quæ in hunc verſum extāt, tam hæ enim, quam illæ, divinæ ſunt, omnes ſanctæ ſunt, omnes puræ, omnes a ſupremo paſtore intentæ. Huc reſpiciens David, ait (Pſ. 62, 12.) *Rem unam locutus eſt Deus, & duo iſta exaudivi.* Idem confirmat Propheta (Jeremias 23, 29.) *Annon ita verbum meum eſt ut ignis, dictum Domini, & ſicut malleus efficiens ut diſſiliat Petra?* Ecce ſcripſi tibi jam tertia vice de materia hac, & utinam non in vanum me defa-

אחת דבר אלהים שתים זו שמעתי והוא עצמו שאמר הנביא הלא כה דברי כאש נאם ה' וכפטיש יפצץ סלע : הנה כתבתי לך שלישית בעניין הזה ומי יתן שלא יגעתי לריק ואולם על שאר דברי כתבך הארוכים והמטרידים ובפרט על מה שאתה מתפאר ורם לבבך וגו ותשים עצמך הגון להתפלל בעדי אל השם שיאר פני לא אטריח עצמי עוד להשיבך על זה אך אמנם הן אלה קצורת דברי שגם נצח ישראל לא ישקר והוא העיד עלי ועלינו ושארית ישראל שלא יעשו עולה ולא ידברו כזב ולא ימצא בפיה' לשון תרמית וכמאמר דוד מגיד ליעקב חקיו ומשפטיו לישראל הוא ברחמיו יקיים מקרא שכתוב עליך גוים יבואו מאפסי ארץ וגו' וכן יהי רצון אמן :

defatigaverim. Enim vero ad epiſtolæ tuæ reliqua prolixa & moleſta verba, imprimis autem ea, quibus te effers, & cor tuum extollis, teque in eum dignitatis gradum collocas, ut pro me apud Deum intercedas, quo vultum meum illuminet, non fatigabo me, ut circa iſta tibi reſpondeam; ſed breviſſimis dico, non mentiri Numen æternum Iſraëlis. Atq; illud de me & cæteris reliquiis Iſraëliticis teſtatum eſt, non commiſſuras eas iniquitatē, nec prolocuturas mendacium, nec repertum iri in ore ipſarum fraudem. Quem in ſenſum ait David (Pſ. 147, 19.) *Annunciat præcepta ſua Jacobo, mandata ſua Iſraëli.* Atque is Deus, ſecundum miſericordiam ſuam, comprobet dictum, quod de te ſcriptum eſt (Jerem. 16, 19.) *Gentes venient e finibus terræ &c.* Ita faxit! Amen.

EPISTOLA RITTANGELII.

בלעדי אלהים יענה את שלומך מה אומר ומה אני האביון בדעת קדושים להנשר הגדול בעל כנפים אדבר אנא מקסטירא דתיבנא ומטיחלא דעפרא ואנת יונתא נחפא בכספא יצאת לקראתי בכמה מלות דלות כדברי נשים וזקנות מלאים טעות נתת חבל בחבל ולא קשרת כלום נשאת טלאי בטלאי לכסות ערות טענותיך ואינו מועיל לך ואני אמרתי בלבי

Non ego, ſed Deus tibi impertiat ſalutem. Quid dicam, & quid pauper ego cognitionis rerum divinarum, aquilæ magnæ alisque præpotentibus inſtructæ loquar? Ego ſtraminis feſtuca ſum, & terræ glebula; tu vero contra columba es, quæ argento tegitur. Occurriſti mihi ex adverſo, verbis multis tenuibus, quales eſſe ſolent ſermones muliercularum, & vetularū, errorum pleniſſimi. Funes ex funibus nexuiſti, ſed nihil colligaſti; panniculis panniculos aſſuiſti,

שתפליא עצה ותגדיל ישועה וג
ותדקדק בכל מלות אותיות קצוות
ונקודות להתנצל עיוני רעיוני גם
חכמיכי בענין הנ״ל ולהשיב לי צ
תשובה נוכחת כפי כונת הכתוב
על דיטגמאה דאינון פתקין שיצאו
מתחת ידי והנה קבלתי אותיותיך
בלא טעם וריח ואחרי שראיתי כי
העלמת והסתרת פניך מהביט אל
דבריהי בפרט אל דברי אברהם
רבינו רשב״י והתרגומים ושאר ה
המפרשים אשר נקבו בשמם ב
בכתבי איש איש על דגלו באותות
ומופתיי אמרתי בלבי אולי תקצר
יד ידעתך וכח מבינתך מלהבין ד
דבר על אופנו או שעלה בדעתך
שאין מבחינים בתוכינו כי יום
השמטרת מה שלא עלה כרצונך:
אללי כי תלויים בחוט סערה ה
טעות הרריך וכברד הנתך בגבורת
השמש ארצה נפלו חומותיך גם
הבצורות נשברו עמודיך החזקים
אשר בטחת בהם : אללי כי קמו
אנשיו זדונים והפילו אש השגיאות
בכל מחנות ישראל והציתו בכל
ארז אדיר אשר בלבנון עד אזוב
הקיר : עורה עורה כי אש הטעות

aſſuiſti, ut tegeres nuditatem argumentorum tuorum, ſed nihil id conducit. Cogitabam ipſe mecum, admirabile conſilium te ſuggeſturum, magnam ſalutem te allaturum, & ſcrutaturum verba, apices, & puncta ſingula, ut præſidio ſis meditationibus & explicationibus Sapientum, circa noſtram controverſiam, & dares reſponſum probum, Scripturæque conſonum, formulis literarum quæ a manu mea prodierunt. At vero, ecce tibi, accepi literas tuas, ſaporis, odoriſque expertes. Poſtquam igitur animadverti, te cohibuiſſe & abſcondiſſe faciem tuam, ne cerneres verba iſta; Abrahami nimirum incluti Doctoris noſtri, R. Simeonis filii Jochai, Chaldæorum Paraphraſtarum, & reliquorum Interpretum, quorum nomina in epiſtola mea expreſſa habentur, cujuſque pro conditione ſua, cum ſuis ſignis ac elogiis, ibi mecum ipſe exiſtimavi, forſitan periiſſe tibi ingenium, & facultatem mentis, res ſecundum naturam ipſarum intelligendi, aut opinatum te eſſe, non futuros inter nos, qui iſta examinare queant, itaque tranſiliiſti ea quæ ad tuam voluntatem non erant compoſita. Eheu! pendent ex capillo ſolo montes errorum tuorum; & ſunt grandinis inſtar, quæ colliqueſcit vim capiente Sole. Cadunt in terram mœnia tua munita, diſſiliunt fortiſſimæ columnæ tuæ, in quas fiduciam reponebas. Eheu! quod ſurrexerunt homines ſuperbi, & ignem ſuum immiſere in univerſa caſtra Iſraëlis, atque accenderunt omnem cedrum proceram Libanonis, ad hyſſopum uſque qui e pariete pullulat. Evigila, heus evigila, nam ignis errornm invaſit hortum

בגן אלהים ובעצה לבנון מתלקחת;
אללי כי עלה ברעתך שכאשר ג
המות האכזרי בלע בולע ויבלע ת
תפארת אנשים רוכבי שמים
חובקי זרועות עולמים בעיוניהם
הזכים שיבלע גם כן מעשי אצ
אצבעותיהי כתביהם היקרים וה
והנכבדים נסית לגדע הארזים
אשר בטחו בהם הראשונים כדי
שיחליפו כח השקמים ולא לטוב
לך; טפלת עליהם שקרים אשר
לא עלה ברעתם ולא נמצא שום
שמץ מזה בדבריהי כדי לזייף ד
דבריהי עלה ברעתך שאהיה כמוך
להסתיר את פני כאשר אתה
את פניך הסתרת מדברי רשבי
ותרגומים ואעפי שנטית מדרך
ישר להשיב על דברי המפרשים
האמתיים אשר מעולם אנשי השם
בעניין הנזכר ופנית אל הוללות
אנשים פוחזים וריקים שלא כהוגן
על כל פנים אשיב לך מיעוט כמה
דכמה על שבושיך כסדר דבריך
אם על מחשבותיך הבטלות אם
על שאר דבריך וטענותיך הכוזבות;
ובראשונה כתבת שאמרת אליך
יצוא תצא והלוך תלך שנתראה
פנים אמנם ששוב ישבתי בסתר
הייתי נבהל להשיב פנים אל פ
המדרגה ושהסתרתי פני כאם

tum Domini, & ligna Libanonis flamma corripuit ſæviſſima. Eheu! credere te, quod ſicut crudelis mors abſorbet, & annihilat gloriam hominum ſuper æthera evectorum, & amplexantium lacertos univerſi puriſſimis ſpeculationibus ſuis, ita abſorbere eandem pariter opera digitorum eorundem, ſcripta nimirum pretioſa & egregia. Tentaſti amputare cedros, in quas priſci omnem fiduciam reponebant, ut immutent vires ſuas ſycomori; verum id tibi minime proderit. Impegiſti illis mendacia, de quibus nunquam cogitarunt, nec vel hilum ineſt eorum verbis, unde occaſionem captares illa tantopere adulterandi. Exiſtimaſti me tui ſimilem futurum, ac me faciem meam abſconſurum, prout tute faciem abſcondiſti, præ dictis R. Simeonis filii Jochai, & Chaldæorum Paraphraſtarum. Etſi vero deſeruiſti rectum tramitem, ut reſponderes aliquid verbis Interpretum probatiſſimorum, qui pridem claſſicam in hac re obtinent autoritatem, & contra quam decebat ſeceſſiſti ad ſtoliditatem hominum vecordium & ineptorum; nihilominus pauca quædam e multis reponam erroribus tuis, ſecundum ordinem verborum tuorum, ſive ad vanas conjecturas tuas, ſive reliquas rationes & argumenta inſulſiſſima. Principio ſcribis, te dixiſſe: Fortaſſe foras prodibit homo iſte, & me conveniet, ut faciem ejus intueamur; me autem ſediſſe in latibulo prærupto, & abſcondiſſe faciem meam: prorſus quaſi formidarem coram tecum agere. Sed ſcias, hunc

הייתי נבהל להשיב פנים בכן תדע שטעות גדולה היא כ׳, כי לא באתי להעיר אמשטירדם להתוכח עמך בענין הנזכר אלא להדפיס פנים ספר יצירה עם קצות תוספותו בין כה ובין כה ובקשו ממני אנשים גדולים לדבר עמך בביאת המשיח ושאר שרשי האמונה ואחרי שמנעתי את עצמי מלעשות כזה ואחרי שהם הפצירו בי לסוף הנחתי שכם רצוני תחת כפות רגלי גזרתם אך שלא יהיה זאת פנים בפני׳ בדברים שבעל פה רק בכתב כי כמים הפוחזים וכעופות הפורחות כן ניבי פי כל בני אדם אמנם הכתבים הם קיימים ונצחיים כי אין להשיב הכתבים כמו הדברים הפורחים שנית כתבת ששלחתי עוד אגרת אליך על ידי השליח איש שלומך והיא מלאה עצמות תדע גם שהקולמוס הקדים לדעתך כי היה לך לכתוב עצמות דהיינו גם שאגרתי מלאה עצמות האמת והצדק בכן צריך לתקן תחת העין פתח ותחת צדי שבא והויו בשורק ולא בחלם ; שלישית כתבת כי בא החלום ברוב ענין וקול אגרתך ברוב דברים לא מועילים ולא מורידים ואומר אין בהם בצע ברוב דברים לא יחדל פשע ובפרט שבה יצאת מגבולי

hunc errorem ingentem esse. Siquidem non veni ego in urbem Amstelodamum, ut tecum de controversia quæ inter nos viget, disceptarem, verum ut typis imprimendum darem librum Jezira cum quibusdam additamentis ejus. Quæ dum molior, petierunt a me Viri insignes, ut agerem tecum de adventu Messiæ, & reliquis articulis fidei. Cum vero cohibuissem ipse me, ne tale quid facerem, atque ipsi apud me instarent, tandem supposui humeros voluntatis meæ, plantis pedum imperii eorum, sed ea lege, ne id fieret in præsentia, & viva voce, verum scriptis. Etenim, ut aquæ profluentes, & aves avolantes, sic se habent pronuntiata labiorum cujusque hominis. At, quæ scripta sunt, æternum perdurant, nec tam facile scriptis quam verbis fugacibus potest responderi. Deinde ais misisse me tibi porro epistolam per virum tibi amicum, plenam עצמות h. e. *ossium*. Noveris calamum hic mentem tuam antevertisse, quippe עצמות scribendum tibi erat, ut significares epistolam meam repletam esse robore veritatis & justitiæ; quamobrem literæ Ain subjiciendū patach, litera Zade cum Scheva notanda est, Vau vero Schurek poscit, non Holem. Tertio scripsisti: *Obrepsit mihi somnus ob nimias ineptias: clamat epistola tua multa verba, quæ nihil prosunt, aut juvant, merasq; nugas habet, quibus boni nihil inest. A multiloquio non facile abesse solet peccatum, & adeo ista*

דרך המוסר ופיך שלחת ברעה
ידמית היות אהיה כמוך אכן
אוכיחך ואערך לעיניך על זה פן
אשוה לך גם אני אבל אענה
אשיבך על טעמיך פן תהיה
חכם בעיניך ולא תחשוב להדיחני
בקנה רצוץ כי כאשר יחלום
החולם והוה אוכל והקיץ ורקה
נפשו כן יהיה המון דבריך כאשר
תקיץ משנתך עד כאן נוסח גב
דבריך ׃ והנה אוכיח אותך על
חלומותיך ועל דבריך הבטלים
כאלה ועל שלוח יד לשונך באיש
נקי כמוני ועל שהולדת בדבריך
תולדות כוזבות ואמוני רעות
יקשה על אדם ליחס אותן אפילו
לאפיקורסים כי הדברים אשר
אני הבאתי בכתבי בשם אברהם
אביכם ורבי שמעון בן יוחאי
והתרגומים ושאר כל מפרשיכם
הקדמונים והאהרונים הבאתים
ולא מלבי יצאו אלא מספריהי
והם מזוקקים וטהורים וכשמש
עצמו שעמד בצהרים ברורים
והנה לא בשמי הבאתים אלא
בשמם ואתה דברת על אוהבו
של אל עולם אברהם אביכם
ועל שאר עמודי עולם דבר שוא
וכזב ושוד ושבר ושקר ולא נתת

in ista epistola ipsos modestiæ fines transgressus es, & os tuum malitiæ commodasti. Existimasti autem me tibi similē futurum, at, ego te redarguam, & rerum indignitatem oculis tuis exponam, ne quis me tecum comparet. Quamobrem respondebo, & occurram rationibus tuis, ne tibimetipsi sapiens videaris. Noli existimare, te arundine quassa me abacturum, nam uti cum quis per quietem somnians se comedere, postquam evigilavit jejunam animam sentit, sic se habet strepitus verborū tuorum, quando expergisceris e somno tuo. Hactenus verba tua. Ecce vero corripiam te ob insomnia tua, & ob verba isthæc ineptissima, & maledicentiam linguæ adversus virum candidum, qualis ego sum; quodque dictis tuis progenerasti fœtus mendaces, & sententias perversissimas, quales vel Epicuræi difficulter ederent. Scilicet, ea quæ in epistola mea adduxi, ex Abrahamo patre vestro, ex R. Simeone filio Jochai, Targumistis, & reliquis omnibus tam antiquis quam novis Interpretibus adduxi: nil ex corde meo prodiit, sed omnia ex libris eorundem excerpsi, atq; ista dicta defæcata & pura sunt, nec minus clara ac ipse Sol consistens in meridie. Ecce, non meo, sed illorum nomine, ista protuli. Tute vero affingis Summi Numinis amico, Abrahamo Patriarchæ vestro, reliquisque columnis Orbis, rem vanam, falsam, crudelem, frivolam, & ineptam, neque metum Numinis habuisti ob oculos, quin

פחד אלהים לנגד עיניך לשלוח
יד לשונך לחרפם ולגדפם ועתה
יראו הרואים ויבינו השומעים
אם לא הדברים שכתבת על
ראש ואב המאמינים אוהבו של
ה׳ אברהם אבינו הם רעות ד
דעות ואמונת מרדות או אם ראוי
לחמול על איש אשר כזה המורד
והמזייף שכתב כדברים האלו על
חכמיו יסודי עמודי עולם אין לכ
לכסות קלונו וזיופיו וכבר כמה
דברים העלמתי העין מהם ליראת
אריכות מי שיש לו קצת מוח
קדקדו ידע וישכיל כי אין זה כי
אם רע לב שקרא לאברהם א׳ו
אהבו של יי׳ קנה רצוץ באומרו
אבל אענך ואשיבך על טעמיך פן
תהיה חכם בעיניך ולא תחשוב
להדיחני בקנה רצוץ כי כאשר ה
החלים החולם והוה אוכל והקיץ
ורקה נפשו כן יהיה המון דבריך
כאשר תקיץ משנתך זה נוסח ד
דבריך ; ועל שאר יסודי עמודי ע
עולם כתבת בזה הלשון כי בא
החלום ברוב ענין וקול אגרתך
ברוב דברים לא מועילים ולא
מורידים ואמר אין בהם בצע ב
ברוב דברים לא יחדל פשע וגו׳
העדותי שמים והארץ כי אות ב

quin telo linguæ tuæ eos calumniareris, illosque convitiis proscinderes. Nunc igitur videbunt ii, quibus sunt oculi, & intelligent audientes, annon verba quæ scripsisti adversus caput patremque credentium, amicum illum Numinis, Abrahamum Patriarcham, dicta prava sint, & religioni inimica? an vero, num æquum sit tolerare hominem tam scelestum & corruptorem, qui talia tantaque commentus est adversus Sapientes suos, fundamenta columnarum mundi. Non licet tegere hoc propudium, & hanc depravationem, etsi a multis rebus oculos averti, ne viderent illarum indignitatem. Qui vel parum cerebri in vertice habet, agnoscet atque intelliget, non nisi pravissimi cordis esse, vocare Abrahamum amicum Numinis, arundinem quassam. Sic enim se habent verba: *Quamobrem respondebo & occurram rationibus tuis, ne tibimetipsi sapiens videaris. Noli existimare te arundine quassa me abacturum, nam uti cum quis per quietem somnians se comedere, postquam evigilavit jejunam animam sentit, sic se habet strepitus verborum tuorum, quando expergisceris e somno tuo.* Ista sunt verba tua. Contra reliquas autem orbis columnas scripsisti in hanc sententiam: *Obrepsit mihi somnus ob nimias ineptias: clamat epistola tua multa verba quæ nihil prosunt aut juvant, merasq; nugas habet, quibus boni nihil inest. A multiloquio non facile abesse solet peccatum* &c. At ego cœlum testor, terramque, me singulis literis verbisque singulis tenus, in epistola mea dicta omnia recitasse, prout ea repereram in libro Abrahami Patriarchæ, &

באות ומלה במלה כאשר מצאתי
דבריהי בספרו של אברהם אבינו
ובספרו של רבי שמעון בן יוחאי
ושאר גאוני עמודי עולם הבאתים
באגרתי לא הוספתי ולא גרעתי
והרוצה לעמוד על שורש הדברים
יעיין בספריהם ותנוח דעתו ומפני
מה לא השיבות שמץ דבר על ל
דבריהי היקרים אשר הבאתים
באגרתי אלא בנית שיבושיך וג
ודעתך הכוזברת על תולדה אחת
המזוייפת כאשר נראה על סדר
בסוף אגרת הזאת: ארבעית כתבת
ובתחלה אתעצל על אשר לא מיד
השיבותיך תכף אחר שקבלתי כנ
כתבך לתת להעתיק ולכתוב כ
מכתבך לכתבנו נתאחרתי כי לא
כאותיות העבריות אותיותיך כי
נכריות הנה עד כאן: הנה זה שקר
גדול מכל השקרים שבעבור תתך
להעתיק אגרתי נתאחרת עד הנה:
והנה שתי האגרות שיצאו מתחת
ידי קודם זאת האגרת הם יעידון
יגידון נגדך האמת וצדק: בני ט
ביתך העידו שלא היו כל ספרי
המפרשים אשר דבריהי הבאתי
באגרתי לידך והית לך צריך ל
להטריח במלוות אחרים וגם
שקצרה יד שכלך להבין דברי א
אברהם אבינו מספר יצירה ודברי

in libro R. Simeonis filii Jochai, & in libris reliquarum illustrium columnarum Orbis. Nihil addidi, & nihil detraxi, & qui rei certus esse cupit, inspiciat libros ipsorum, ibi tum mens ejus acquiescet. Ecquare vero ne vel tantillum quidem respondisti verbis pretiosissimis quæ adduxi in epistola mea? sed superstruxisti errores tuos ineptissimamque sententiam, uni fœtui adulterino, prout ordinatim constabit ex fine epistolæ hujus. Quarto scribis: *Cæterum eram ab initio remissior, nec statim postquam reddita mihi fuerunt literæ tuæ respondi, quippe quia tradenda erat epistola tua ut transcriberetur, & ex tuis in nostros converteretur characteres, hinc mihi mora. Non enim ductus literarum tuarum iis similes sunt, quibus Hebræi utimur, sed plane peregrini mihi fuere.* Hactenus verba tua. Ecce hoc mendaciorum omnium longe maximum est, te ideo tantas moras egisse, quia epistolam meam transcribendam dederas. Nimirum, duæ epistolæ, quæ ex manu mea prodierunt ante istam, illæ veritatem & fidem adversus te testabuntur, ac indicabunt. Domestici tui testimonium perhibebunt, non fuisse tibi ad manus omnes libros Interpretum, quorum dicta allegaveram in epistola mea, itaque necesse erat, ut aliis, commodatos eos petendo, molestus evaderes. Amplius nimis hebes tibi mens erat, ad percipiendum dictum Abrahami Patriarchæ ex libro Jezira, & dictum R. Simeonis filii Jochai ex libro Tikkune Sohar. Libri enim ipsorum valde difficiles sunt intellectu, etiam te longe doctiori-

רבי שמעון בן יוחאי מספר תקוני זוהר כי ספריהם קשים מאד להבינם אפילו על הגרולים ממך יקרו דבריהם שכתבו במלות קצרות לא ארוכות אתה קורא משכיל הסתכל ושמור אותם כי דברי אלהים חיים כתבו בפסוק הנזכר ואתה השמטת דבריהי ולא השיבות עליהם באות או במלה אחת ואין להפליא כי אגרתך זאת מעידת עליך שאינך מאנשי המלחמה גבורי חיל ובעלי דת האמתית ושאין אתה מבין בדבריהם בין ימינם ושמולם: כתב ידך מעיד גם כן נגדך כי שם כתבת ולולי פני השליח הנכבד אני נושי כה יעשה לי השם וכה יוסיף אם אכתוב אליך ואם אשיבך והנה אלה דבריך מעידים שלכתחילה גזרת עלי שלא לכתוב אלי ולהשיב לי תשובה על כן שקר מכל השקרים הוא שבעבור תתך להעתיק אגרתי נתאחרת עד הנה ; הרואה יראה שלכתוב הפכים וכזבים לחמך התמידי הוא כי גם כתבת בכתבך הראשון על מלת שבט שבפסוק הנזכר שהיא מענין מלכות וממשלה וגם מענין תוכחה ויסורין: לסוף גם שתי אגרותי הנה מעידות מגידות כי שקר הוא כי לתתך להעתיק אגרתי זאת נתאחרת

ctioribus, & abundât sapientia dicta illorum, quæ verbis brevibus & minime prolixis proposuerunt. Tu autem, prudens Lector, ea meditare, tecumque serva, nam plane divinas expositiones circa Locum nostrum Geneseos nobis reliquerunt. Tu autem transiliisti verba eorum, nec iis respondisti literam unicam, aut verbum unicum. Neque vero id mirum. Nam ipsa tua epistola fidem de te facit, non esse te ex numero heroum, quibus robur circa pectus, & qui legis sacræ sunt periti: nec enim capis quid in verbis ipsorum dextrum, & quid sinistrum sit. Ipsa scriptura manus tuæ te quoq; redarguit: ais enim: *Extrema quæq; statuat in me Numen, si rescripsissem aliquid tibi, aut respondissem, nisi autoritatem latoris literarum tuarum vererer.* Ecce verba ista tua hoc declarant, te principio tecum decrevisse nihil mihi scribere, nec responsum ullum mihi reddere, itaque mendaciorum omnium mendacissimum est, tarditatem tuam in scribendo exinde provenire, quia curasti ut epistola mea transcriberetur. Cui oculi sunt, facile videt, absurda & mendacia scribere, cibum tuum familiarem esse. Nam, sic scripsisti quoq; in prima tua epistola, circa vocem שבט Loci nostri controversi, eam regnum & dominium, itemque calamitatem & afflictiones significare. Novissime, etiam duæ epistolæ meæ, testantur ac edicunt, falsissimum esse, hanc tuam moram exinde provenire, quod epi-

עד הנה ׃ והנה שתי אגרותי הנ׳ הראשונות כתבתי בכתב מטושטש ואותיות עגולות כמנהג הכותבים אשר נקרא בלשוננו קוראנט וזאת האגרת כתבתי באותיות מרובעות כצורת הדפוס כדי שלא יפלא ממך אות או מלה ׃ שאם תוכל גם לקראת הספרים הנדפסים תוכל גם כן לקראת אגרתי זאת ׃ או מפני מה לא נתת להעתיק שתי אגרותי, שנכתבו בכתב מטושטש ואותיות עגולות אם לא קראת הרוצה לשקר ירחיק העדים ועוד שלשקרן צריך שיהיה זכרן ועוד כתבת כי לא כאותיות העבריות אוחיותיך כי נכריות הנה ׃ וזה גם שקר מכל השקרים ׃ אמור נא מי העתיק לך אגרתי זארת אם איש יהודי אם לא ועוד האותיות הנ׳ המרובעות שבדפוס אותיות גם עבריות הנה אם לאו אשר כג׳ כצורתם כתבתי אגרתי זאת וכדי שלנצח תשקר תדע שכמה מאות אגרות עבריות כתבתי ליהודים כשרים שהם בארץ פולין רוסיא ליטא אשכנז תוגרמה מצרים קונשטאנטינא אלקהרא וכלם קראו הכתבים שלי בלי קושיא ולא שמעתי מאחד מהם שאותיותי נכריות ולא עבריות כי באותו הכתב עצמו כתבתי אליהי גם אליך ׃ והנה ההפך נראה כאן שלא

ſtolam meam tranſcribendam dederis. Ecce priores duas epiſtolas exaraveram charactere informi, literisque rotundis, ea ſcribentium forma, quæ in vernacula noſtra Courant dicitur. Cæterum, hanc epiſtolam, ſcripſi literis quadratis, quales ſunt quæ typis imprimuntur, ne litera aut vox δυσανάγνωςος tibi evaderet. Quod ſi igitur excuſos libros legere vales, potuiſti quoque legere hanc epiſtolam. Atenim, quare non curaſti transcribere binas epiſtolas, quæ exaratæ erant ſcriptura informi & literis rotundis? An neſcis tu, eum qui mentiri vult, teſtes removere debere? item; mendacem memorem eſſe oportere? Tu vero amplius ais: *Non enim ductus literarum tuarum tis ſimiles ſunt, quibus Hebræi utimur, ſed plane peregrini mihi fuere.* Hoc autem eſt mendacium portentoſiſſimum. Dic obſecro, quis tibi transcripſit epiſtolam hanc, homone Judæus, an minus? & ſuntne literæ quadratæ quibus typographi utuntur, quarumque formam in hac epiſtola adhibui, Hebraicæ literæ, annon? Vt autem æternum mendax exiſtas, noveris, multas centurias epiſtolarum Hebraicarum me ſcripſiſſe ad Judæorum præſtantiſſimos, in Polonia, Ruſſia, Lithuania, Germania, Turcia, Ægypto, Conſtantinopoli, Cairo, degentes, atque omnes legerunt epiſtolas meas ſine difficultate, nec audivi quenquam illorum dicentem, literas meas peregrinas, non Hebraicas eſſe: nam

אתם הספרדיים מן היהודים ינ׳
הכשרים אלא מן הכלאים וזה לא
לבד לא מעיד הכתב שלכם כי גם
אני שמעתי זאת מגדולים וראשים
בארץ פולין אשכנז ליטא ורוסא
שבאתם ממשפחת פסולה וינ׳
והכלאים ושאם עשיר אחד גדול
מאד מהספרדיים יהיה לו בת יחידה
שתירש כל ממונו שהעני מכלם
בכל הארצות הנזכרות לא יקח
אותה לאשה כי מזרע רע יצאתם:
וזה היא לך להשיב על אשר
כתבת שאותיותי נכריות ולא
עבריות מלבד שגדולי ישראל ג׳
מעידים עלי שמיוחנן עד יוחנן לא
קם כיוחנן ריטאנגל. וחלילה ל״נ
להתפאר ברעתם רק זה רציתי
להוסיף פן תאמר שבלשון אשכנז
ופולין כתבתי אליך ולא בלשון
עברי עד הנה השיבותי לך על ג
דבריך השקרים בטלים חלומותיך
דמיונותיך וחזיונותיך שלא נעלמו
מעיני עמי הארץ בית ישראל בכל
הארצות אשר הם: עתה התחלת
להשיב לי. על דברי אשר בשמך
מאגרתך הבאתי בכתבי וקראתם
תורף דברים וזה אמת כי הם
דבריך ולא דברי חזרת פעם אחר

nam isto ipso charactere & illis scripsi, & tibi pariter. Hic autem contrarium accidit; vos enim Hispani, nequaquam ab ingenuis Judæis genus ducitis, sed ab hominum colluvie, idque non tantum ductus literarum vestrarum indicant; sed audivi insuper ab eximiis, honoratissimis, primariisque Judæis, regionum Poloniæ, Germaniæ, Lithuaniæ, & Russiæ, vos familiis infamibus & minime legitimis ortos esse, quodque si opum abundantissimus inter Hispanos relinquat filiam unicam, hæredem omnium facultatum suarum, tamen omnium prædictarum regionum longe pauperrimum, non ducturum eam sibi uxorem; quippe ex semine malo prodiistis. Atq; hæc reponenda iis erant, quibus scripsisti literas meas peregrinas & non Hebraicas esse. Adde, quod summi Viri inter Judæos tulere judicium, *inde a Johanne* (Baptista,) *ad hanc præsentem usq; ætatem, neminem Johanni Rittangelio comparandum, lucem aspexisse.* Absit autem ut hoc elogio eorundem me efferam, sed hæc tantum adjungere volui, ne tu forsitan mihi dicas, in lingua Germanica aut Polonica, non Hebraica, me tibi scripsisse. Huc usque respondi nugis tuis mendacibus, frivolis, vanis insomniis, imaginariisque visionibus, ut innotescant etiam idiotis illiteratisque Judæis, ubicunque locorum commorantibus. Nunc porro cœpisti respondere verbis meis, quæ tuo nomine ex epistola tua in meis literis allegaveram, illaque vocas *maledicta.* Atque id verum est, sunt enim tua, non mea verba. Iterum vero iterumque

פעם בלא ריח וטעם וכמה פע
פעמים שנית באולתך ומראת
זייפך ומרדותך כנגד אב וראש
מהאמינים אברהם ושאר עמודי
עולם כי איני כלום מלבי דברתי
אלא הכל בשמם ושמתים איש
על רגלו באותות ומופתים : בג
בראשונה הבארת דברי אשר כת
כתבתי באגרתי שכל חכמיכם לא
נסה איש להציג את רגלו לדרך
זה הדרך שדרכת ושקראתיו דרך
עקש ופתלתל או לשלוח יד לשונו
לבאר ולפרוש הפסוק לא יסור ש
שבט מיהודה על זה הדרך כמו
שפירשת אותו : תדע שזה אמרת
עד שתביא ראיה שלא כן הדבר:
ועוד שכתבתי שאתה אמרת גם
שסברתך וסברת הארון אביך היא
מה שסבר אונקלוס המתרגם : זה
גם כן אמת והנה אראך לעיניך
נוסח דבריך באגרת הראשונה
בפירושך השני כתבת: De twede sin is van Scepter ende thsal so seggen, de Scepter en sal niet genommen worden van Juda, ende de leerer van syne voeten eewich (te weten nimmermer) wanner dat de Messias komen sal. In dese twede sin, sin de worden, *tot dat*, getranslatert *ewich wanner*, glyk in verscheyden platsen van de Heylige Schriffture gebrocht word, want de menste worden van dese vers ambigue, te *ambigua, hoc est duplicem admittunt sensum*.

rumque, imo subinde, ineptissime insulseque reverteris ad stultitiam, scelus & impietatem tuam, adversus patrem caputque fidelium Abrahamum, reliquasque columnas Orbis. Siquidem, ego nihil ex corde meo, sed omnia illorum nomine protuli, & quemque suis notis, signis ac elogiis expressi. Principio affers verba, quibus in epistola mea scripseram, neminem unum Sapientum vestrorum ausum esse pedem suum statuere ad calcandum semitam illam, quæ a te calcatur, quam vocaverim perversam & corruptissimam; aut aciem linguæ mentisque suæ convertere ad explicandum & interpretandum Locum לא יסור שבט מיהודה eo modo, prout tu illum explicueris. Scias tamdiu hoc verum esse, donec rationem proferas, rem aliter se habere. Amplius, quod scripsi te asseruisse, tuam opinionem, opinionemq; Domini Parentis tui, convenire cum sententia Onkelosi Paraphrastæ, id quoque verum est, & ecce ostendam oculis tuis ipsa tua verba quibus in epistola prima usus es; disserẽdo enim de secunda explicatione, ais: *Alter sensus Sceptri notionem habet, atq; hoc indicat: Sceptrum non auferetur a Juda, & Doctor a pedibus ejus æternum, (h. e. nunquam) cum venturus est Messias. In hoc secundo sensu verba*, usque ad, *significatum æternitatis habent, prout in variis Scripturæ locis accipiuntur. Pleraq; enim verba, Loci, de quo agimus, sunt* Istud igitur secunda hac tua

weten van twee sins. וזאת היא כונתך בפירוש השני שמלת עד לוקח כאן בלשון נצח : עתה נראה נוסח דבריך מה היא כונת הארון אביך
* * * * * *

tua explicatione intendis, vocem עד hic loci æternitatem denotare. Nunc videamus verba tua, quibus mentem Domini parentis tui declaras, * * * * * *

Innui istis verbis] Sensum expressi, nam quid verbum אונ ציון quod hoc loco adhibet Lipmannus sibi velit, quæque ejus sit significatio, non hercle intelligo. Debet, opinor, Latina esse vox; sed, quam Poetaster more suo corrupit; sic enim solet ipse, illius linguæ voces tractare, easque ita proloqui, Lipmanni inscitia.

Vt rudit a scabra turpis asella mola.

Non est operæ pretium, ut me multum in restituendo vocabulo torqueam. Apparet tamen de *Vnctione*, sive potius de *Messia*, aut *Christo*, qui ab *ungendo* nomen habet, Lipmannum aliquid garrire voluisse: verum oratio non cohæret, & ita solent se turpiter dare, ac saltem risum, si non bilem & indignationem aliorum excitare, qui linguæ, cujus vix tria aut quatuor verba forte fortuna aucupati sunt, ostentant peritiam.

Quadringentos annos] Imo, ne habeas quod queraris Lipmanne, non quadringentorum tantum annorum intervallum, inter captivitatis Babylonicæ initia, & Servatoris θεανθρώπου nativitatem, intercessisse tibi fatemur; sed & augemus calculum, ac Calvisium autorem potissimum sequuti, ab illo anno, quo Nebucadnezar Zedekiam excæcavit, & quo Hierosolymis expugnatis, Templum, Regia, cum ipsa urbe incendio perierunt, ad Christi usque ἐνσάρκωσιν annos numeramus 588. conjiciendo priores eventus in annum, ab orbe condito 3360. posteriorem, in annum mundi 3947. At, quid tum postea? Non enim Christianorum est sententia quam tangis, nec unquam cuiquam inter eos in mentem venit asserere, ad solum Regnum, quod Davidis posteri apud Judæos tenuerunt, attinere Jacobi vaticinium, ita ut his e gradu depulsis, omnem suum finem habuerit prædictio. Tu igitur, pol! homo sanus non es, & amentia, quam nobis objicis, ipse fatuus, stultus & prorsus furiosus, laboras gravissime, non nostris vinculis, sed quæ, Lipmanni inconsiderantia.

—— *vasto Cyclopes in antro*
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon,

procuderunt, ligandus. Nos interim notemus, quod est utique notatu dignum, Judæos, prout Josephus l. 11. Antiq. cap. 4. computavit, fuisse, sub Regibus annos DXXXII. menses sex, dies decem; & tantun-

Ducum potestas apud Judæos tamdiu duravit quamdiu Regia.

tundem quoque temporis מחוקקים sive Duces, post solutam captivitatem, inter ipsos functos esse potestate. Illis enim 588 annis, quos inter primam Vrbis excisionem, & nativitatem Servatoris nostri effluxisse diximus, si demas annos septuaginta, quæ captivitati & anarchiæ debentur, addas contra alios decem, per quos, post Christum natum, Herodes, ejusque filius Archelaus, rebus apud Judæos adhuc præfuerunt, & nondum in provinciæ formam redacta erat Judæa, proveniunt anni 528. Hoc est, æquale prorsus, & Regii imperii, & Ducum præfecturæ fuit spatium, adeamque rem ipse Jacobus in vaticinio sermone suo, quo omnem potestatem regendæ Judæorum Reipubl. inter Sceptrigeros & Duces æquabiliter dispertit, videtur alludere. Dicam merito, hinc quoque aliquam verisimilitudinem expositioni meæ, quam circa Jacobi verba tradidi, accedere.

Qualem nostra Gens &c.] Sic supplevi ex libro Nizachon, & voluit sine dubio ista intelligi, pessimus Poëtarum, verbum unum sufficere credens ad memoriam refricandam. Nam id asseruerat

An Judæi in Ægypto Ducem habeant?

שעתה בזמנינו היה הנשיא מזרע דוד במצרים *Quod etiam nostra ætate sedem in Ægypto habeat Princeps* (aliquis Judæorum,) *a Davide genus ducens.* Sed vero, hæc asseruit, procul semotis testibus, uti facere solent ii, qui mendacia nequiter excogitata venditant. Non tamen in mendaciorum ludo satis edoctus fuit ad nequitiam. Quis enim inter ipsos Judæos tam caudex, stipes, & asinus reperiri potest, ut Lipmanno simpliciter ista affirmanti fidem habeat? Quibus sinciput parum adhuc sanum est, odio dignum esse hominem dicent, quod de tanta re tam negligenter loquatur, & minus Gentis suæ Principē curavit, quam canem. Saltem successionis ordinem, nomen, & regiā istius qui sibi coævus erat, edisserere oportuit, conveniebat aliquid addere de illius potestate, honore, opibus, & rebus pace, belloque gestis; quomodo subditos imperio regat, aurum & gemmas calcet, liberos ex uxore trimestres suscipiat, & legiones integras spiritu soleat difflare, qualia de Judæis trans fluvium Sambatjon agentibus vulgo narrari solent. Nimirum, non Christianos tantum, sed & ipsosmet Judæos nisi omnem rectæ rationis usum ejurarunt, illico comentum agnoscere necesse est, certumque haberi debet, a longis seculis nullum in Ægypto fuisse Judæorum Ducem. Sufficiat in testimonium vocare solum Benjaminem Tudelensem, multum Lipmanno antiquiorem, & in rebus quæ ad gloriam suæ gentis attinent, narrandis, cæteroquin ad veritatis usq; corruptionem studiosissimum scriptorem. Is, in Itinerario refert sane cum Ægyptum lustrasset, incidisse se in aliquem Judæorum ibi Principem; sed non talem, qui a Davide genus trahebat, qui res gentis moderabatur, qui honore & divitiis pollebat, omnium minime vero talem

lem de quo Jacobus cogitare potuit, ſed miſerum hominem, & nihilo feliciorem iis, quos in Germania noſtra (ſic enim vulgo abutuntur illa voce) ſuos Principes, Judæi nuncupant. Dux gregis fuit, Rabbinos, & Cantores, fortaſſe & laniones creandi jus habebat, atque admiſſionis alicujus apud Ægypti erat Dynaſtam. Vltra hæc, nemo mihi aliquid ex ipſis Benjaminis verbis exſculpet, quæ iſta ſunt:

ביניהם רבי נתנאל שר השרים ראש לכל קהלות מצרים להקים רבנים וחזנים והוא משרת פני המלך הגדול היושב בארמון צוען מצרים המדינה והיא עיר מלוכה לכל בני ערב ושם אמיר אל מומנין עלי בן אביטאלב: Literatiſſimus Conſtantinus l' Empereur vertit: *Vtriſq;, (Syrorum ſcilicet, & Babyloniorum Synagogæ,) ut ſummus Princeps præeſt D. Nathanël, conſeſſus caput, omniumq; Ægypti cœtuum, ut magiſtros & lectores creet, antiſtes; idemq; miniſter coram magno rege, qui in Tſoanis palatio ad urbem Mitſraim habitat. Hæc omnium Arabum civitas regia eſt: ubi fidelium Imperator Ali filius Abitalebis.* Quamobrem illud, quod Lipmannus de Judæorum in Ægypto eximio Principe prodidit, ne Judæi quidem Apellæ credent, tantum abeſt, ut nos in Europa Chriſtiani, tam obtuſa pectora geſtemus, quo nobis verba dari, & fucum fieri a Sycophanta patiamur, qui, Ægypti, multum vicinæ regionis, res & mutationes, ſaltem inde ab Alexandri M. memoria, ad hæc usque tempora, habemus perſpectiſſimas. Sed, fortaſſe levi conjectura aſſequi nobis licet, quid Lipmanno occaſionem præbuerit, fabulam quam narravit, comminiſcendi. Nempe fando aliquid acceperat, de beatis Judæorum rebus in Ægypto, antiquioribus ſeculis; itaque, uti ſolent miſeri nimis facile credere, quod valde cupiunt, avide illud arripuit, & ad ſua quoque tempora accommodavit, per ingentem malitiam & fraudem. Etenim negari non poteſt, aliquando proſpere ſatis Judæos in Ægypto vitam egiſſe, & Principe aliquo proprio, ſi ita vocare libet, eſſe gaviſos, ita tamen ut is ab Ægypti Rectoribus dependeret, horumque autoritatem obſervare cogeretur. De proſperitate eſt apud Joſephum l. 2. contra Apionem, ubi gloriatur, Alexandrum Macedonem, cum Alexandriam in Ægypto condidiſſet, voluiſſe, ut a Judæis aliquibus habitaretur, quod eam gentem magna virtute & fide præditam deprehendiſſet. Inde, ad illos qui poſt Alexandrum, Ægypti dominium nacti ſunt, tranſiens, ſic porro ait Interpretis ore: *Similiter ſenſit poſt Alexandrum etiam Ptolemæus Lagi de Judæis in Alexandria commorantibus. Nam Ægyptiaca eis caſtra commiſit, arbitratus, fide ſimul eorum & fortitudine conſervanda: & in Cyrene credens ſe tutiſſime regnaturum, & in aliis Libyæ civitatibus, ad ea loca partem Judæorum habitandi cauſa direxit. Poſt hunc autem Ptolemæus qui Philadelphus eſt appellatus, non ſolum ſi qui fuere captivi apud eos noſtrorum, o-*

De Iudæis poſt Alexandrum M. Ægypti incolis.

mnes absolvit, sed & pecunias eis sæpius condonavit: & (quod maximum est) desideravit agnoscere nostras leges, & sacrarum scripturarum volumina concupivit. — Tertius Ptolemæus, qui vocatur Euergetes, fortiter obtinens Syriam universam, non Diis Ægyptiacis pro victoria solennitates gratificas immolavit: sed veniens ad Hierosolymam, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo gratificavit, dignissimaq; dicavit ornamenta victoriæ. Philometor autem Ptolemæus, & ejus uxor Cleopatra, omne regnum commisere Judæis: & duces totius fuere militiæ Onias & Dositheus Judæi. Easdem has, Judæorum, sub Alexandro, & cæteris deinde Regibus, secundas in Ægypto res, alibi quoque deprædicat Josephus, & amplius progressus, non deteriorem illorum sub Romanis ibi conditionem fuisse addit: unde nec hunc locum ex 2. de Bello c. 21. adscribere pigrabimur. *Alexander*, inquit, *Judæis strenuis contra Ægyptios usus, præmium societatis tradidit eis, & habitandi apud Alexandriam facultatem: & jus civitatis æquale cum gentibus: permanebat autem eis honor iste apud Successores quoq; Alexandri: deniq; & in parte urbis locum eis proprium deputaverunt, quatenus haberent conversationem per omnia mundiorem a communione scilicet gentium sequestratam: præstiteruntq; eis, ut etiam Macedones appellarentur. Deinceps vero cum in ditionem Romanorum Ægyptus venisset, neq; Cæsar primus, neq; post eum quispiam, honores quos Alexander Judæis decreverat, minuit.* Quod ad Principem attinet, talem sibi Judæos Ægyptios creandi, potestatem ex antiquo habuisse, & fidem facit & illud privilegium simul confirmat, Claudii Cæsaris decretum, quod idem Josephus lib. 19. Antiq. cap. 4. recitat, & nos ex illo: Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ σεβαστὸς γερμανικὸς δημαρχικῆς ἐξουσίας λέγει. Επιγνοὺς ἀνέκαθεν τοὺς ἐν Αλεξανδρείᾳ Ιουδαίους ἀλεξανδρεῖς λεγομένους συγκατοικηθέντας τοῖς πρώτοις εὐθὺ καίροις ἀλεξανδρεῦσι, καὶ ἴσης πολιτείας παρὰ τῶν βασιλέων τετευχότας, καθὼς φανερὸν ἐγένετο ἐκ τῶν γραμμάτων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ τῶν διαταγμάτων, καὶ μετὰ τὸ τῇ ἡμετέρᾳ ἡγεμονίᾳ Αλεξάνδρειαν ὑπὸ τοῦ σεβαστοῦ ὑποταχθῆναι πεφυλάχθαι αὐτοῖς τὰ δίκαια ὑπὸ τῶν πεμφθέντων ἐπάρχων κατὰ διαφόρους χρόνους, μηδεμίαν τε ἀμφισβήτησιν περὶ τούτων γενομένων τῶν δικαίων αὐτοῖς ἅμα καθ᾽ ὃν καιρὸν Ακύλας ἦν ἐν ἀλεξανδρείᾳ· Καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ιουδαίων ἐθνάρχου, τὸν σεβαστὸν μὴ κεκωλυκέναι ἐθνάρχας γίνεσθαι, βουλόμενον ὑποτετάχθαι ἑκάστους ἐμμένοντας τοῖς ἰδίοις ἔθεσι, καὶ μὴ παραβαίνειν ἀναγκαζομένους τὴν πάτριον θρησκείαν· Αλεξανδρεῖς δε ἐπαρθῆναι κατὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς Ιουδαίων ἐπὶ τῶν Γαίου Καίσαρος χρόνων, τοῦ διὰ τὴν πολλὴν ἀπόνοιαν καὶ παραφροσύνην, ὅτι μὴ παραβῆναι ἠθέλησε

τὸ Ιου

τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τὴν πάτριον θρησκείαν, καὶ θεὸν προσαγορεύειν αὐτὸν ταπεινώσαντος αὐτούς· βούλομαι, μηδὲν διὰ τὴν γαίου παραφροσύνην τῶν δικαίων τῷ Ἰουδαίων ἔθνει παραπεπτωκέναι· φυλάσσεσθαι δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ πρότερον δικαιώματα, ἐμμένουσι τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσι. *Tiberius Claudius Cæsar, Augustus, Germanicus, Trib. pot. edicit. Quoniam cognitum habemus, Alexandrinos Judæos, jam inde ab initio jus ejus civitatis ex æquo cum Alexandrinis cæteris consecutos a Regibus, sicut patet ex instrumentis super hoc conscriptis, & constitutionibus regiis, post adjectamq; imperio nostro per Augustum Alexandriam, mansisse illis sua jura integra, conservata per missos illo diversis temporibus Præsides, nullamq; de eorum jure controversiam extitisse, etiam cum Aquila præfuit Alexandriæ: permissumq; eis ab Augusto, ut in defuncti Ethnarchæ locum, alium suis suffragiis substituerent, ut quisq; in suis ritibus maneat, neq; cogatur religionem patriam deserere: cæterum Alexandrinos concitatos contra concives suos Judæos, Caji Cæsaris temporibus, propter insolentem illius insaniam, dum contra patriam gentis religionem pro Deo coli ab eis postulat: & recusantibus infensius est: volo inconcussa esse jura eorum a Caji insania: eisq; jus esse perseverandi in patriis ritibus.* Sed, non Principem tantum in Ægypto habebant Judæi, verum, quod amplius, Templum insuper; idque, permissu Ptolemæi Philopatoris, centum & octoginta stadiis a Memphi, in Heliopolitano tractu, Onias Pontifex excitavit, rem prolixius narrante Josepho l. 7. de Bello cap. 30. Proinde, nihil felicitatis honorisque, genti peregrinæ in illa regione defuisse videtur, rebusque ex voto prosperis Judæi usi sunt, dum & in sacris, & in profanis, abunde eis erat consultum. Atenim, non fuit perpetua ista prosperitas, nec ad Lipmanni tempora perennavit, verum jampridem in prioribus seclis, e suo gradu fuere depulsi. Scilicet, ut de seditione Judæorum Alexandrinorum, quæ Nerone adhuc imperante accidit, & in qua, quinquaginta millia eorum cæsa sunt, tantaque strages facta est, ut in loco qui in urbe iis habitandus concessus erat, sanguinis rivi manarent, facultates vero ipsorum direptæ, ac ædibus flammæ subjectæ fuerunt, nihil ultra dicam, Lectorem ad Josephi l. 2. de Bello cap. 21. ablegans; ex 7. de Bello cap. 30. memorandum est, quod cum ad Vespasianum Cæsarem relatum fuisset, de illa Judæorum quorundam in Ægypto Dominum eum fateri recusantium stolida pervicacia, ipse majoribus turbis occurrere volens, Lupo Alexandriæ Rectori præceperit, ut templum ipsorum destrueret. Segnius Cæsaris mandatum exequutus est Lupus, tantum enim ablatis quibusdam donariis, illud occlusit. At Paulinus postea, Lupi demortui successor, omnino omnia donaria Sacerdotes sibi tradere coëgit, & clausis foribus templum ita inaccessum fecit, ut ne vestigium quidem divini cultus in eo resideret. Ergo, sic

primum ſacer cultus e medio ſublatus eſt, quem per annos trecentos triginta tres, Judæi, etſi præpoſtere, & invito Numine exercuerant; juſtoque Dei judicio, & verum Hieroſolymitanum templum, & mox e veſtigio alterum ei æmulum perierunt: hoc eſt, tota Judaica Synagoga aggeſta humo contumulata fuit, & quibus licebat, iverunt ei exequias. Quæ, cum in Ægypto fierent, eadem occaſione honores, & immunitates Judæorum in illa regione, omnesque profanas ipſorum res, ſimul magnum detrimentum paſſas eſſe, cuivis datur intelligere. Non vero conſtitit intra hæc Judæorum Ægyptiorum infelicitas, ſed ad ultimum exitium porro progreſſa eſt, quod, ſua malitia & impotentia, homines inquieti & veſanientes ſibi arceſſiverunt, prout ſolet Deus eorum quos perditos vult, conſilia corrumpere. Etenim circa annum 18. Imperii Trajani, qui Libyam, Ægyptum, Cyrenen, & Thebaidam incolebant Judæi, multa crudeliſſime in gentes quas interdegebant, ſtatuerunt. Siquidem Andrea & Artemione Ducibus, quaſi furoris œſtro perciti, Romanos pariter atque Græcos trucidant, veſcunturque illorum carnibus, vorant viſcera, oblinuntur eorum ſanguine, & pellibus induuntur. Multos a vertice disciderunt medios, multos objecerunt beſtiis, multos inter ſe certare coëgerunt, ita ut interierint ducenta & quadraginta hominum millia. Atque hæc tamen nondum belli, ſed ſeditionis & tumultus ſpeciem habuerunt. Cæterum, ſequenti anno, numero & armis inſtructi, bellum publicum & ingens intulere Lupo, qui tum totius Ægypti Præſes erat. Ibi in primo quidem conflictu Judæi victoriam obtinuerunt: ſed quæ paulo poſt amiſſa rurſus, & miſerabili eorum interitu permutata eſt. Nam, quæ deſperatione victoriæ ex prima pugna Alexandriam confugerant gentes, ibi Judæos omnes interemerunt. Eam cladem ulturi Judæi, collectis copiis Luca Duce, agros Ægypti & caſtella depopulantur. Contra hos Trajanus Marcium Turbinem miſit, qui eos pedeſtri, nautico, & equeſtri bello aggreſſus, longo quanquam & difficili bello ſuperavit, multasq; Judæorum myriadas per Cyrenen, omnemq; Ægyptum trucidavit. Videndi, qui hæc in literas retulerunt, Euſebius l. 4. Hiſt. Eccl. cap. 2. & Dio Caſſius l. 68. Ea tempeſtate dubio procul penitus amiſerunt Judæi, quod honoris aut privilegiorum in Ægypto habebant reliquum, nec aliud reſtabat, quam ut Alexandria, ubi ex antiquo ſedem fortunarum ſuarum habuerant, penitus exturbarentur. Id vero factum eſt Seculo poſt Chriſtum natum Quinto, rem prolixe narrante Socrate l. 7. c. 13. Orta fuerat in theatris levis contentio inter Chriſtianos & Judæos, quam Oreſtes Præfectus, ut potuit pacavit. Paulo poſt Oreſte quædam politica decreta promulgante, & audiendi gratia accedente Hierace, Cyrilli Epiſcopi discipulo, exclamant Judæi proditorem eſſe, a Cyrillo ſubſtitutum, apprehenſumque

Oreſti,

Oresti, gentili homini & Christianis parum æquo, sistunt, a quo tormentis gravissimis est excarnificatus. Cyrillus, re percepta, Judæorum primores admonet, nisi quiescerent, daturos pœnas. Ea adhortatione magis irritati Judæi, de Christianis per insidias tollendis consilia capiunt, & re invicem deliberata, nocte intempesta per plateas cursitando vociferantur, templum quod Alexandri nomen habebat, ardere. Dum vero Christiani hoc clamore exciti, festinanter ad restinguendum incendium accurrunt, ibi Judæi sicarii in inermes faciunt impetum, maximamque Christianorum edunt stragem. Orto die, nec animadvertente Oreste in sceleris architectos, patitur Cyrillus, multitudinem ob propinquorum cædes frementem, in Synagogas Judaicas irruere, omniaque diripere. Hoc in tumultu ex Judæis multi occisi sunt, sed qui discrimen evaserant, ad unum omnes civitate sunt ejecti, cum pacto ne unquam in eam reverterentur. Atque sic, ut Socrates ait, Ἰουδαῖοι ἐκ τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακέδονος χρόνων τὴν πόλιν οἰκήσαντες. τότε αὐτῆς γυμνοὶ ἅπαντες ἀπανέστησαν καὶ ἄλλοι ἀλλαχοῦ διεσπάρησαν. *Judæi qui ab Alexandri Macedonis temporibus urbem incoluerant, tum universi inde ejecti, alii in alia loca dispersi vixerunt.* Fateor reversos tamen aliquando iterum Alexandriam esse Judæos, atque etiamnum in illa urbe habitare: sed sine lege, sine Duce, inglorii, pauperes, & abjecti, deinde semper vitam egerunt, qualis in hunc usque diem eorum ibi est conditio, cui rei vel ipse Judæus Simon Luzzatus, in loco prolixo, supra a nobis adducto, testimonium perhibet. Quamobrem Lipmannus alio miser ablegandus est, ad quærendum nationis suæ Ducem, nam de Ægypto desinat licet, jam conclamatum est. At, quo se cunq; vertat gentium, frustra erit, operam perdet, & prius cymbæ in corde, uti Salomo loquitur, maris, quam Judæorum Ethnarchæ deprehendet vestigium; tandemque sero sapere cum Phrygibus occipiens, ingratiis fatebitur nobis, tribulem Kimchium ad illud Hos. 3,4. ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר: *Dies multos sedebunt filii Israël sine Rege, & sine Principe*; vere scripsisse: ואלה הם ימי הגלות שאנחנו בו היום ואין לנו לא מלך ולא שר מישראל כי ברשות הגוים אנחנו וברשות מלכיהם ושריהם: i.e. *Isti sunt dies exilii, in quo nunc vivimus, & nec Regem, nec Ducem Israëliticæ stirpis habemus. Subditi enim sumus potestati gentium, & potestati Regum eorundem, Ducumq;.* Hæc cum ita sint, ne igitur vitio vertas o Synagoga, Ecclesiæ Christianæ, si in te insultat & S. Augustini dictum, in Dial. de Altercat. Eccles. & Synag. quoad aures tibi doleant, vel potius ilia rumpantur, occentat :) *Mutare te non potes, semper negas, & fallis, semper de falsitate contendis. Certe regnasse te ante dixisti, cum populus Israël locum tenuisset Imperii. Si adhuc regnas, liberam te*

esse cognosco & necdum mihi servitute subjectam. Alioquin si recte populo Israël Christianus populus regnat, constat te ancillam esse, non liberam, quam video servituti subjectam. Respice in legionibus signa, nomen Salvatoris intende, Christicolas Imperatores adverte, & considera te regno esse discussam: & nobis juxta testamenti fidem quod servas, confitere: tributum mihi solvis, ad imperium non accedis, habere non potes præfecturam. Judæum esse Comitem non licet, Senatum tibi introire prohibetur: præfecturam nescis, ad militiam non admitteris: mensas divitum non attingis, charismatis ordinem perdidisti: totum tibi non licet, cui etiam ad manducandum, ut vel male viveres, paucula condonamus. Hactenus dictis, omnino adjungenda sunt ea, quibus Cl. Hoornbeekius fabulam aliorum Judæorum, de ipsorum Bagdadensi in Babylonia Principe, more suo, solide & erudite perstringit, quæ reperiuntur l. 2. confutat. Judaicæ cap. 1. p. 145. seqq.

De voce שליה

Quod Secundinam significat] Nolim plane spernere, quæ circa vocem שליה habentur apud Raym. Martini in Pug. Fid. part. 2. cap. 4. §. 11. Affert primo Kimchii locum ex Radicibus, quo diserte traditur, Schilo a שליה ducere originationem, esse vero שליה bursam, in qua manet infans in utero matris. Addit postea: *Notandum quod* Silo dicitur a שליה *quod dicitur a Medicis Latinis* secunda, *vel* secundina, *& fit de semine matris tantum. Vnde Macer, de viribus herbarum, ubi de pulegio tractat, ait:*

Vt nondum natus testa circundatur ovi
Pullus, sic infans matris de semine facta
Quam nascens rumpit quasi testam pullulus ovi;
Illas pelliculas Medici dixere *secundas*,
Quæ mox expositos naturæ jure sequuntur.

Cum itaq; Spiritus S. per Jacob, & Mosen loquens, Messiam Siloh nominarit, Siloh vero derivetur atq; dicatur a שליה *quasi* secundinus *a* secundina, *quæ quidem fit de matris semine, ut per Macrum etiam ante Dominum Jesum Christum dictum est; quid aliud voluit per hoc apertius nuntiare, quam quod Christus secundum corpus non de semine patris, sed de substantia tantum matris ejusdem, Spiritus S. virtute fuerat procreandus.* Non fuit ab eadem hac interpretatione alienus Buxtorfius, cujus hæc sunt in Lexic. Hebr. p. 812. Fieri potest, *ut* שילה *idem sit,* quod בנו Filius ejus, *&* ה *sit loco* ו *ut in* אהלה Tabernaculum ejus, *& multis aliis. — Vel* ה *non est affixum Pronomen, & vocatur Messias* κατ' ἐξοχὴν Schilo, *quasi Tranquillus, & æternæ tranquillitatis autor; aut, quod singulari modo, ex secundis tantum, sine viri operatione nasci debebat.* Sed, non abs re censet, multæ lectionis judiciique limati Theologus, Joh. Adamus Osiander, Comment. in Pentat. p. 681. dubia

bia quædam, adversus illam, de Messia secundinario, expositionem, moveri posse. Imprimis autem illud, quod, *cum secundinæ omnibus infantibus sint communes, illarum nomine Messiæ ἀπάτορος incarnatio non commode denuncietur, nec hac ratione Messias satis distinguatur ab aliis Judæ filiis, quales David, Salomo, Zerubabel.*

Futurum nostrum Salvatorem] At, nimis vereor, ne illa spes, quæ jam per universa sedecim secula vos, Judæi, frustrata est, vestris delideriis porro illudat. Ite igitur, o miseri, ingeminate in singulas horas, illas vestras, de reædificando a Numine per Messiæ ministerium templo, battologiæ plenissimas preces, ac pro more, pollicibus aures obturantes, reclinatoque in dorsum occipite, oculis sursum spectando, clamate ad raucam ravim: אדיר הוא יבנה ביתו בקרוב במהרה במהרה בימינו בקרוב אל בנה אל בנה ביתו בקרוב בחור הוא דגול הוא הדר הוא ותיק הוא זך הוא חסיד הוא טהור הוא יחיד הוא כביר הוא למוד הוא מלך הוא נורא הוא שגוב הוא עזוז הוא פודה הוא צדיק הוא קדוש הוא רחום הוא שדי הוא תקיף הוא יבנה ביתו בקרוב במהרה במהרה בימינו בקרוב אל בנה אל בנה בנה ביתו בקרוב; Sic in libello Birchas Hammason habet precatio: Buxtorfius c. 18. Syn. Jud. nov. edit. eandem, sed cum lectionis aliqua varietate, recensuit, & latinam fecit. Quæ explicatio, cum apud ipsum legi queat, nos hic eam potius, quam ipsimet Judæi nostri, in vernacula dederunt, ac pueros, fœmellas, & indoctum vulgus recitare docent, adscribimus. *Allmächtiger Gott, nun bau dein Tempel schira; also schir, und also bald, in unsern Tagen schira, jo schira, nun bau, nun bau dein Tempel schira. Barmhaftiger Gott; Gerechter Gott; Dehmhaftiger Gott; Hocher Gott; Warhaftiger Gott; Sänftiger Gott; Behender Gott; nun bau dein Tempel schira, also schir, und also bald, in unsern Tagen schira, nun bau nun bau dein Tempel schira. Treuer Gott; Juden Gott; Kräftiger Gott; Lebendiger Gott, Mächtiger Gott; Namhaftiger Gott; Nun bau dein Tempel schira; also schir und also bald, in unsern Tagen schira, jo schira, nun bau, nun bau dein Tempel schira. Erber Gott; Furchzamer Gott; Gewaltiger Gott; Starcker Gott; du bist Gott, und keiner mehr; Nun bau dein tempel schira, also schir und also bald, in unsern Tagen schira, nun bau nun bau dein Tempel schira.*

Preces Judæorū pro adventu Messiæ.

Crepant dictum Es. VII. 14. Ecce virgo] Id, quod res est, dicis Lipmanne; tuemur nos vehementer hoc dicto, ad probandam singularem, quæque consuetum naturæ ordinem supergressa est, Messiæ nostri nativitatem, neque tu homuncio, murum aheneum istum, unquam

De Loco Es. 7, 14.

De Loco Ef. 7,14.

unquam labefactabis, nedum evertes. Quid verba fibi velint, quo pertineant, ipfe Dei Spiritus nos edocuit in Novi Fœderis tabulis, dum illa apud Matthæum 1,22.23. perfpicue ad Mariam fanctam virginem, & Redemtoris noftri genetricem applicat, a cujus præceptoris verbis difcedere vetat religio. Neque vero ftomachari debes, fi quæ ibi fcripta funt, fumma pietate profequimur, & ad Deum autorem referimus, nam, quod hic obiter, & velut in transcurfu dico: Nihil unquam in univerfum a vobis Judæis ad confirmandam librorum Veteris Teftamenti divinam autoritatem afferri poteft, quod idem non æquali jure in illos Novi Teftamenti quadret, & de iis prædicare liceat. Sed ifta prolixe oftendere, alterius loci eft, atque interim ceu hactenus, ita & impofterum ex propriis & οἰκείοις principiis confutare vos con-

Status controverfiæ,

venit. Illud igitur nunc controvertitur, quis fenfus fit fequentis ab Efaia editi vaticinii: הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנואל An nimirum ifta ad puerum, qui communem cum cæteris mortalibus nafcendi fortem habere, & ex mutuo parentum complexu generari debuit, attineant; an vero talem puerum fignificent, qui infolita nec audita ante ratione, citra viri congreffum, ab intemeratæ virginitatis matre, & concipiendus erat, & edendus in lucem? Vos Judæi prius affirmatis, nos Chriftiani pofterius defendimus, veftramque fententiam uti falfam, ineptam, & non minus a verbis quam fcopo Prophetæ alieniffimam explodimus. Id, ne temere feciffe videamur, rem ipfam fpeculabimur, quæ apud Prophetam ita fe habet: Scilicet, accidit, ut Rex Judæorum Achas, omnisque domus Davidica in fummis verfarentur anguftiis. Etenim Peka Jfraëlitarum Rex Remalijæ filius, & Rezin Rex Syriæ, facto fœdere, non tantum de tollendo e medio Achafo, fed & de exftirpando imperio domus Davidicæ, dividenda inter fe regione, aut faltem de creando Rege peregrino aliquo, cui Tabeal pater erat, mutuo convenerant. Hæc enim verf. 6. illorum verba recitat Propheta: נעלה ביהודה ונקיצנה ונבקענה אלינו ונמליך מלך בתוכה את בן טבאל: *Afcendamus contra Judæam ut fatigemus eam, & difiectam adjungamus eam nobis; aut præficiamus Regem in ea filium Tabealis.*

Quis per filium Tabealis intelligendus.

Atque hic R. Salomo aliique Judæi Interpretes, Cabbaliftice per Alphabetum Albam explicationem faciendo, Filium Tabealis, ipfum Remalijæ filium, Pekam Regem, argute magis quam vere exponunt. Vnde prætulerim fimpliciorem Kimchianam interpretationem, quæ ad hunc locum habet: כלומר נבקיע חומותיה ונכנס בה ותהיה ברשותינו ונמליך מלך בתוכה על ידינו וממנו ומי יהיה זה את בן טבאל והוא היה איש מבני אפרים שהיו חושבים להמליכו בירושלם: i. e. *Senfus fuerit: Perfringamus mœnia* (Hierofolymi-

tanæ

tanæ urbis,) *intremus in eam, illamq. nostræ potestatis faciamus, & constituamus ibi Regem aliquem, ex nostra sententia, & ex nobis. Ecquis vero fuit ille Filius Tabealis? Fuit Ephraimita quidam, quem Regem Hierosolymis creare volebāt.* Maxime vero probaverim illud Abenesræ, quod Judæus quoque hoc in loco, margini veteris nostri in Prophetas Commentarii M S. appinxit; טבאל הנכון שהוא שם שר גדול מישראל או ארם i. e. *Tabeal omnium optime dicitur nomen esse, magni, aut Iraëlitarum, aut Syrorum Principis.* Cæterum, ut destinata perficerent Reges illi, junctis copiis Judæam invadunt, magnamque stragem edunt, plurimos captivos abducunt; quippe una die ex Judæis centum viginti millia periisse, ducenta millia capta esse 2. Paralip. 28, 6. 8. legitur. Ad ultimum ipsa urbs Hierosolyma, arcta obsidione premi cœpit. Isto in summo discrimine constitutus Achas, cum suis, pavere cœpit, & contremiscere; vel, ut figurate Esaias commate 2. expressit: וַיָּנַע לְבָבוֹ וּלְבַב עַמּוֹ כְּנוֹעַ עֲצֵי יַעַר מִפְּנֵי רוּחַ *commotum est cor ejus, & cor populi ejus, sicut moventur, ligna sylvarum a facie venti.* Ergo Deus Achasi, & Judæorum vicem misertus, Esaiam Prophetam ad Regem ablegat, qui mœstum solaretur, animum ei adderet, certamque spem faceret, neutiquam futurum ut subjugetur Hierosolyma, & aboleatur regnum domus Davidicæ. Atque, ne fidem promissorum in dubium vocaret, potestas illi datur, arrhabonis quasi loco, quodcunque animo collibitum esset, ostentum aut prodigium, circa universam hanc mundi machinam sibi deposcendi. At vero Rex simulate pius, vel potius manifeste impius, id facere recusavit. מתשובת הנביא שאמר לו כי הלאו גם את אלהי אתה למד שלא על ענין לא תנסו את יי׳ אלהיכם אמר אלא קשות דיבר איני מאמין לא לנבואתו ולא לנסיונותיו׃ est in nostro Commentario M S. Quorum sensus: *Ex responso Prophetæ quo ait:* Quod etiam fatigatis Deum meum: *discas licet, non pertinere responsum Achsasi ad illud* (Deut. 6, 7.) Ne tentate Dominum Deum vestrum. *Sed aspera esse loquutum,* (atque id sibi voluisse:) *Ego neutiquam credo aut prædictioni, aut miraculis ejus.* Hac re offensus Deus, ipsum se non tam Regi, quam universæ domui Davidicæ signum liberationis & perennaturæ potestatis daturum pollicetur, futurum nimirum ut הָעַלְמָה pariat, edatque puerum. Sive igitur eos consideremus, quorum in gratiam signum edendum erat, sive ad patratorem illius respiciamus, utroque modo necessario consequitur, ad rem magnam stupendamque sermonem pertinere. Regi enim, lupum, quod ajunt, auribus tenenti, & quo se verteret nescienti, vel potius, populo judaico ad summam propemodum desperationem redacto, insigni aliquo consolationis argumento opus erat,

De Loco Es. 7, 14.

De vero miraculo Prophetæ verba accipienda.

De Loco. Es. 7, 14. rat, si timorem abjicere, & spiritum animosque resumere debebant; certe sanctius omen requirebatur, quam pueruli alicujus a suo patre progeniti, e matre vicinus partus. Finge enim hoc voluisse dicere Prophetam: Nolite expavescere & animum despondere, Deus vos servabit, hostesque eo, unde venerunt, turpiter malum pedem referre coget. In hujus pollicitationis quam divino jussu peregi fidem, a propitio vobis Numine pignus insuper accipite, prodigium nempe aliquod ostentumque: Ecce vobis, prope est, ut fœmina quædam gravida fiat e suo marito, pariatque filium. Quæso, quam jejunus, quam frigidus fuisset ille sermo, quam sano homine, nedum Propheta, imo vero Deo Optimo Maximo, quo inspiratore prolatus fuit, indignus? Quid est, si non hoc est post exquisitum in exordio apparatum orationis, & vehementem παθοποιΐαν in nugas ridiculas desinere, & auditores ludibrio sibi habere? Poterant queri & regerere simul Judæi: Actum de nobis est, si quidem tu, o Bone, nos etiam hic ludificaris. Quin, aufer te hinc cum tuo ostento tam lepido, quo nihil inter mortales est frequentius, & quod eventurum scimus te etiam non prænuncio. In magno morbo, strenuo remedio opus est; in magno metu, forti solatio. An tu in tanta rerum perturbatione, nos fœminæ partum movere aut curare credis? affer aliud prodigium, aut nos missos face. Sed vero, nec Deum, impium Regem, & similiter cum eo animatos corripere, meticuloso præterea populo solatium adhibere volentem, decebat tam humile, exile, & ab ejus majestate remotum genus argumenti. Is enim, semper in causa simili, longe illustriora potentiæ ac bonitatis suæ edere consuevit testimonia, nec ambiguum relinquere, utrum aliquid forte fortuna, aut secundum leges, rerum naturæ ab eo præfixas, an vero ex singulari illius imperio præter ordinem in creatis, eveniat. Evolvamus universas sacras literas, non uspiam reperiemus, Dei de prodigio promissionem, in eam rem evadere, quam ordinariam esse homines calumniari possent. Autor est Abarbanel in libro Miphalot Elohim p. 93. col. 1. שסל הנסים והנפלאות שהעירו כתבי הקדש שנעשו על ידי כל הנביאים ובימיהם משנברא העולם ושריפת בית ראשון בזמן שלשרת אלפים ושכח שנים הגיע מספרם לשבעים וחמשה נסים: i.e. *Quod omnium miraculorum & prodigiorum, quæ sacra Scriptura per ullos Prophetarum, aut temporibus eorum, inde ab orbe condito, ad excidium usq; primi templi sive annum ter millesimum trecentesimum & vigesimum octavum edita commemorat, sint septuaginta & quinq; numero.* Idem, ibidem nomenclatoris munere fungitur, & omnia prodigia ordine, & singulatim recitat. Enim vero, est omnino quodque illorum, alterius longe generis, quam quale hic loci Judæi repræsentant; quippe reliqua consistunt בדברים היוצאים.

Numerus miraculorũ V. T.

היוצאים ממנהג הטבעי *in rebus Naturæ consuetudinem egredientibus*, sed, quod in gratiam Achasi, & universi Judæorum populi factum dicitur, per tritum ejus catadromum decurrit. Atque, quæ veritatis & conscientiæ vis est, non ausus fuit profecto Abarbenel, istud de quo agitur miraculum, cæteris accensere, convictus utique, si ita illud explicetur, prout ipse, aliique suæ farinæ homines explicationem fecerunt, simul cum re miraculi, ejusdem quoque nomen perire funditus. Videlicet, quod ad Esaiam ejusq; miracula attinet, de iis sic sermo apud Abarbenelem concipitur. ישעיהו נעשו בימיו ה׳ נסים נס עוזיהו בהגישו על המזבח להקטיר קטרת הצרעת זרחה במצחו כי בימיו היה ונס ויצא מלאך יי״ ויך במחנה מלך אשור קפה אלף : ונס הנני יוסף על ימיך חמש עשרה שנה שאמר לחזקיהו : ונס צל המעלות ששבו אחרונית עשר מעלות ונס דבלת התאנים וימרחו על שחין ויחי שרפואת הדבר בהפכו כדברי חז״ל : id est, *Esaiam si spectemus, illius temporibus quinq; prodigia edita fuisse deprehenduntur. Ea sunt: Prodigium, cum Usiæ ad altare accedenti, & suffitum adolere volenti, effloruit in fronte lepra, nam ista, hac tempestate evenerunt. Prodigium, quo exiens Dei Angelus, in castris Assyriæ Regis centum octoginta quinq; millia percussit. Prodigium, quo, divino jussu Hiskiæ dixit: Ecce ego addam diebus tuis quindecim annos. Prodigium, quo umbra graduum, decem gradibus retrorsum reversa est. Deniq; prodigium, quo admota ulceri palatha ficuum,* (Hiskias) *convaluit, nam ita tradentibus Sapientibus nostris f. m. effectus illa cæteroquin plane habet sanationi contrarios.*

De Loco Es. 7, 14.

Neque vero est, ut Judæi nobis oggranniant, minime de prodigio apud Esaiam sermonem esse, sed verbum אות quod in textu habetur, tum alias, tum hoc quoque loco, Signum qualecunque, nihilque valde mirum, & insolitum involvens, significare. Retorqueo enim sicam quam intentant, & suo sibi gladio homines jugulo. Quippe ipsum illud verbum אות meæ potius causæ favet, ac alterum, validumque argumentum mihi præbet, quo obtineam, de pleno miraculi partu Prophetam loqui, de ordinario neutiquam. Equidem agnosco, vocem אות aliquando nihil ultra nudum & mere indicabile signum, quo ea quæ militaria dicuntur, quoque pertinent, innuere; & haud gravatim pollicem premo Kimchio, ad vocem מופת in Radice יפת, annotanti : ענינו כמו אות אלא שמלת אות נופלת במקומות שלא תפול מלת מופת כמו איש על דגלו באותות והיתה לאות ברית ולא תפול באותם המקומות ובדומיהם מופת כי המופת הוא דבר נראה להאמין בו דבר כיוצא בו שעתיד להראות ומלת אות תבוא גם

De verbo אות

כן בזה הענין אלא שפעמים תבא לסימן לבד ולא כן מלת מופת׃

De Loco Ef 7, 14. i. e. *Significatio ejus convenit cum voce* אות *ſed vox tamen* אות *quandoq; ibi adhibetur, ubi vox* מופת *locum non inveniret. Exempli gratia,* (Num. 2, 2.) Quisque juxta vexillum ſuum, cum Signis. *Item* (Gen. 17, 11.) Vt ſit Signum fœderis. *In his, ſimilibusq; locis, vox* מופת *perperam exprimeretur. Eſt enim* מופת *res quæ conſpicitur, ut fides fiat, rei alteri ſimili, poſtmodum conſpicienda. Sed vero vox* אות *habet quidem in iſtis locum, quandoq; tamen nudum tantum ſignum connotat, quod de voce* מופת *ſecus ſe habet.* Eloquar magis perſpicue Scholaſticorum phraſi, quod vult Kimchius. Huc tendunt ab illo dicta, voces אות & מופת non eſſe plane ſynonymas, ſed convenire aliquatenus, differre interim ut terminos magis & minus communes, quod omne מופת quidem אות ſed non contra, omne אות itidem מופת dicere liceat. Hoc eſt, omne quidem Prodigium Signum, ſed non omne Signum prodigium habetur: nam vox Signum, latius patet, ſuoque ambitu non prodigioſa tantum, ſed & ſigna quævis, quibus alicujus rei quomodocunque fit inditium & ſignatio, complectitur. Probo, inquam, iſta, quam maxime; nego interim & pernego in loco de quo diſceptamus, verbum אות aliud, quam prodigioſum ſignum ſignificare poſſe. Namque legitima connexione ſic inferimus. Tale אות ſive ſignum apud Eſaiam in poſterioribus verbis intelligitur, quale accipiendum in prioribus. Continuatur enim de eodem negotio ſermo, & cum Achas אות cujus eligendi poteſtatem Deus illi fecerat, petere recuſaret, ipſe Deus אות ſe daturum pollicetur. Proinde neceſſe eſt, ut in rem eandem idem verbum utrobique cadat, neque ſemel allium, & mox cæpas denotet. Atqui, caret controverſia in priore ſermone אות prodigii ſignificatum habere: habet igitur ſignificatum eundem liquido quoque in ſermone poſteriore. Nam hoc profecto verum eſt, in allocutione ad Achaſum אות prodigium ſignificare; nec id Judæi diſſimulant. Chaldæus egregie παραφράζει: שאל לך אתא מן קדם ײ אלהך שאל דיתעבד לך נס על ארעא או תתחזי לך את בשמיא׃ *Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo: Pete, ut edatur tibi prodigium in terra, aut ut exhibeatur tibi ſignum in cœlo.* Suffragatur Jalkut parte 2. fol. 43. col. 2. שאל לך אות מאם ײ אלהיך העמק שאלה או הגבה למעלה העמק שאלה שיחיו המתים או שיעלו קרח ועדתו או הגבה למעלה אם אתה מבקש שירד לך אליהו ז״ל׃

i. e. (Verborum) *Pete tibi Signum a Domino Deo tuo, ex inferno pete, aut ex rebus altiſſimis,* (ſenſus eſt:) *Pete ex inferno ut reviviſcant mortui, aut ut aſcendat Korach cum grege ſuo: Vel converte te ad ſuperna, ſi mavis, ut Elias f. m. deſcendat.*

Sic

Sic igitur palam evicimus, prodigium aliquod domui Davidicæ polliceri Prophetam. Enim vero, cum ad partum fœminæ promissio pertineat, jam porro consequitur, hunc miraculum aliquod involvere. Atque sane, tandem ipsi Judæi, vi manifestæ veritatis compulsi, velint, nolint, fateri coguntur, æquum nos dicere, agique hoc loco de miraculo aut prodigio, & adeo de prodigio in partu. Ipse enim R. Isaacus in libro חזוק אמונה assensum præbet, etsi nodum postea in scirpo quærit, & illud tanquam miraculum accipere nos vult, quod nemo sanus sobriusque pro tali sibi patietur obtrudi. Verba veteratoris sunt: ואם תאמר הטוען מה אות ופלא הוא שבעולה תהר ותלד בן נשיב לו איך לא יהיה אות ופלא אחר שאין ההריון והלידה כפי רצון האיש או האשה כי הרבה לא תהרנה כל ימיהן ויש שתהרנה ולא תלדנה כא מפילורת ושתלד רוקא בן ולא ברת ועור שאמו תקרא שמו ברוח הקרש שתשרה עליה עמנואל לאות ולסימן להצלרת מלכורת יהודה וירושלים מיד שני מלכים הנלחמים עליה׃ ועור שמיד שיולד הנער לא יינק משדי אמו כשאר התינוקורת רק יאכל חמאה ודבש׃ i. e. *Quod si objiciat adversarius: Ecquodnam miraculum aut prodigium est, fœminam maritam filium parere? Respondebimus ei: Annon miraculum & prodigium id censeri potest? Etenim conceptio & partus non sunt in potestate viri aut conjugis, cum multæ fœminæ tota vita nunquam concipiant, multæ concipiant quidem, sed non pariant, verum patiantur abortum. Accedit, quod signate filium paritura erat mulier; amplius quod mater ejus, per Spiritum Sanctum sibi præsentem, pueri nomen Immanuel vocatura erat, in signum & omen liberationis regni Israëlitici, & Hierosolymorum, e manu duorum Regum adversus ea belligerantium: denique, quod puer actutum post nativitatem, non more reliquorum infantum ubera matris sugere, sed butyrum & mel comesse debebat.* Sed, quis audiat istiusmodi ineptias, nec stomacho & iracundia totus effervescat? Est utique divinum plane opus, hominis in utero materno effictio; at, quia quotidie id fit, & secundum naturæ consuetum ordinem, nemo, cui sinciput bene se habet, fœminam infantem parientem, tanquam ostentum & prodigium suspicit, etsi sunt quædam inter illas clauso, vel infelici utero. Quin, nec signate puerum partu edere inter prodigia referri meretur; nam, maris, aut fœminæ procreatio, si modo Magistris Judæorum credimus, ex mero arbitrio parentum, cum scilicet utrinq; generandæ soboli apti sunt, dependet, aut saltem mediis quibusdam non difficulter impetrari potest. Non est ea de re, hic dicendi locus, & afferentur olim a me nugæ ridiculæ, cum ad Pseudo-Talmudici Tituli Massichta Purim dicti, verba sequentia הרוצה שיהיו בניו זכרים יבעול

De Loco Es. 7. 14.

R. Isaacus Autor libri חזוק אמונה refellitur.

De Loco Es. 7. 14.

יבעול וישנה quæ, inter ſeria hæc, ne nunc quidem interpretari placet, comentabor. Agnoſcimus porro, ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ſacroſanctū nomen IMMANVEL continere, & longe lætiora magisq; proſpera portendere, quam R. Iſaacus verbis deſignavit, aut omni cogitatione aſſequi potuit; miraculum tamen minus recte dicitur, quippe miraculum ad factum potius quam nomenclationem pertinet.

De butyri & mellis comestione.

Poſtremo tandem quid affert R. Iſaacus, quod imperitiori alicui mirum videri poſſet, dum infantem aliquem recens natum, non materno lacte, ſed continuo butyro & melle alendum nobis exhibet. Verum, nec iſta alicujus momenti ſunt, & temere ex illius hominis præter Scripturæ ſententiam, quæ nihil tale prodidit, efficta ingenio. Adde, quod in noſtris imprimis regionibus, ubi nutricum uſus nondum invaluit, haud infrequens, infantes, quorum matres partus doloribus extinguuntur, aut mammam præbere nequeunt, ſtatim cibari lactariis. Itaq; hoc quoque miraculum evaneſcit, niſi forte id voluit, ipſam ciborum conditionem, butyrum nempe & mel, aliquid monſtri alere; quod tamen non ſit veriſimile illum intendiſſe. Solent nihilo minus etiam Chriſtiani interpretes, hic ſe in tricas conjicere, nec veram rationem alimenti expedire, illud R. Salomonis plerunque ſuum facientes: חמאה ודבש יאכל הוולד שתהא ארצנו מלאה כל טוב: i. e. *Butyrum & mel comeſturus dicitur puer, quia regio noſtra omnibus bonis erat repleta.* Faciunt vero egregie ad hunc locum illuſtrandum, quæ Polyhiſtor Bochartus part. 1. Hieroz. l. 2. c. 51. eruditiſſime congeſſit, cujus ſuaves & fragantiſſimos flores, huic noſtræ corollæ liceat innectere. Is ergo, poſtquam multorum Scriptorum autoritatibus abunde docuiſſet, Caprinum Lac, non ſolum in medicina magni uſus, ſed & apud quosdam populos in quotidianis cibis eſſe; deinceps ſic pergit: Sed obſervandum ex Galeno (in libro περὶ εὐχυμίας cap. 4.) Οὐκ ἀσφαλὲς, ἄνευ μέλιτος προσφέρεσθαι τὸ τῶν αἰγῶν γάλα· Πολλοῖς γὰρ τῶν μόνον αὐτὸ πιόντων ἐτυρώθη κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ θαυμαστὸν ὅπως βαρύνει τε, καὶ πνίγει τὸν ἄνθρωπον *Non tuto lac caprarum absq; melle offerri: cum multis, qui ſolum ſumſerant, in ventre ſit coagulatum, quod hominem mire gravat, atq; ſuffocat.* Quod, vetuſtiſſimos illos mortales non latuit, qui Jovi duas nutrices aſſignarunt: unam *Amaltheam*, quæ lac caprinum; alteram *Meliſſam*, quæ mel illi adminiſtraret, *Lactantius* l. 1. cap. 22. *de falſa religione*: Didymus *in libris* ἐξηγήσεω[illegible]δαρικῆς ait, *Meliſſea, Cretenſium Regem primum, Diis ſacrificaſſe, ac ritus novos, ſacrorumq; pompas introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias* Amaltheam, *ac* Meliſſam, *quæ Jovem puerum caprino lacte & melle nutriverunt. Vnde Poëtica illa fabula originem ſumpſit, advolaſſe apes, atq; os pueri melle compleſſe.* Hinc *Callimachus* Hymno in Jovem:

σὺ

——— σὺ δ᾽ ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως·

Tu autem suxisti pingue uber capræ Amalthea, & insuper dulcem favum comedisti. Nec desunt e veteribus, qui quoslibet infantes primo melle, deinde lacte nutritos fuisse testentur. Epistola Barnabæ: Τί οὖν τὸ γάλα, καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται. *Quid ergo lac, & mel? Quia primum infans melle, deinde lacte vivificatur*, id est, *alitur*. Quod ex Medicorum præscripto factum, ut ad eum locum observat doctissimus *Vossius*, magni patris, magnus filius. *Paulus* περιοδευτής· Πρώτην τροφὴν εἰσφέρειν δεῖ τῷ νεογενεῖ παιδίῳ τοῦ μέλιτος, μετὰ δὲ τοῦ γάλακτος, *&c. Aëtius* Περὶ παιδοτροφίας· Δοτέον δὲ αὐτῷ πρὸ πάσης τροφῆς μέλι κάλλιστον ἀπηφρισμένον ἐκλείχειν, &c. *Itaq; in* χυτριδίῳ *seu ollula*, spongia melle plena infanti sugenda offerebatur. Quo pertinent hæc *Aristophanis* in Acharn.

Δός μοι χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον·

Ad quæ Scholiastes, Ὅτι χύτραν φέρουσιν, ἐν ᾗ σπόγγος πεπληρωμένος μέλιτος· Καὶ τιθέασιν ἐν τῷ στόματι τῶν παιδίων· Itaque etiam Es. 7, 15. mel infanti præscribitur cum lacte & butyro. Et in Baptismo veterum scribit *Hieronymus* adversus Luciferianos cap. 4. e lavacro egressos, *lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ significationem.* Quomodo *Tertullianus*, De corona militis cap. 3. *Dehinc ter mergitamur, &c. Inde suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus.* Hæc omnia, Viro Summo, quem laudavimus, ferimus accepta, quibus ut nostram quoque symbolam adjiciamus, commodum succurrit libellus דברי הימים של משה inscriptus, qui, haud procul ab initio, habet fabellam: ויהי כאשר שמעו בני ישראל את הדבר הזה אשר צוה פרעה להשליך הבנים היאורה ופרשו מקצתם ומקצתם דבקו בהם ללדת בנים ותעזובנה ילדיהן על פני השדה וי״י אשר נשבע לאבותיהם לתת זרעם כעפר הארץ שלח להם מלאכיו לרחוץ אותם ולסוכם ולהחתילם ולשום שני חלוקי אבנים מן יונק חלב ומן אוכל דבש: Sic edidit Clarissimus juxta Amplissimusque Vir, & Fautor quondam noster, Gilbertus Gaulminius Molinensis, præcipuus libellorum Supplicũ in Suprema Curia Parisiensi Magister; &, sic verbotenus est quoque in nostro MS. Firme nihilo secius ausim sustinere, postrema verba vitio laborare, & pro מן יונק חלב ומן אוכל דבש certissime rescribendum esse: מן האחת יונק חלב ומן השנית יונק (aut אוכל id enim retineri potest) דבש prout quoque in libro Hajaschar p. 130. a. dum ejusdem historiæ fit narratio, sermo concipitur. In Gaul-

Locus in דברי הימים של משה emendatur.

De Loco Es. 7, 14. Gaulminiana tamen loci versione, nihil est quod quis desideret, supplevit enim defectum eximius Interpres, eamque subnectimus: *Pharao de projiciendis in Nilum pueris Edictum proposuit, quo audito plures uxoribus carere sustinuerunt, alii illis uti pergebant, Judaeorum genus hac deleri arte non ferentes. Ipsae matres recentes adhuc & ab utero rubentes partus, in campis relinquebant. Verum Deus, qui eorum Patribus juraverat:* Multiplicabo semen vestrum sicut pulverem terrae: *Angelos misit, qui pueris lotis, unctisq;, ac obvolutis, lapides binos apposuerunt, ex quorum altero lac sugebant, ex secundo mel esitabant.*

Patet nunc ex dictis, ne quidem si simul conglobentur, omnia, quae R. Isaacus attulit, rei alicujus mirae speciem illa induere, nedum, ut singula separatim sumta, aliquid in recessu habeant. Scilicet, maluit undecunque potius, quam unde debebat, miraculum arcessere, imo vero, prudens, sciens, vidensque, veritati adversari studuit. Paulo magis candide & sincere alii interpretes Judaeorum egerunt, propiusque accesserunt ad veritatem. Nam R. Salomone, ad locum, quem expendimus, teste, יש פותרים שזה האות שהעלמה היתה ואינה ראויה לוולד : i. e. *Sunt quidam Expositores, qui in eo miraculum constituunt, quod* (puerpera illa, de qua sermo est apud Prophetam,) עלמה *fuerit, nec apta ad pariendum prolem.* Atque delectatus

Landriani sententia expenditur. est his verbis insigniter, & plane supra modum, Ignatius Landrianus, Mediolanensis, Monachus Olivetanus, & S. Victoris Abbas, cujus extant de Virginis Partu ejusque Filii Emmanuel Divinitate & Humanitate adversus Hebraeos & Haereticos Tractatus duo, Mediolani Anno 1639. excusi, & dicati Petro Mariae Cardinali Burghesio. Scribit igitur p. 95. prioris Tractatus: *In fine suae glossae Rabbi Salomo refert antiquos aliquos RR. exposuisse, quod signum sive miraculum promissum, a Deo ipso dandum domui David, sit ipsamet* Hangalmah. *Mirum, neminem ex nostris Scriptoribus, in hoc genere scribendi versatis, hanc glossam non vidisse, & in lucem non edidisse,* (f. glossam vidisse, & in lucem edidisse) *tum ad confirmandam veritatem virginei conceptus hujus Hangalmah, tum ad convincendum eo magis RR. nimiam perfidiam. Audiamus illorum verba: Vejese, poderim, Scezeh Haoth, Scengalmah hajetha, Veennah Reuuiah leuualad. Et sunt exponentes, Quia signum istud, quod Ngalmah erat; Et non ipsa apta ad prolem, sive filium.* Postea interjectis aliis quibusdam, quae ad istorum verborum sensum dilucidandum faciunt, tandem erumpit in sequentia: *Bone Deus! quid clarius, quid majus a RR. dici poterat, pro confessione Catholicae hujus veritatis prophetiae? Si haec puella non erat idonea ad coitum viri, ad concipiendum & pariendum filium, ergo falsum est, quod fuerit uxor vel Prophetae, vel Regis, vel cujuscunq;. Ergo verissimum est, quod erat virgo*

ista

ista Hangalmah, & perfectissima virgo, quæ in suo purissimo flore, & candore virginitatis, penitus nesciret neq; (f. &) naturæ inclinationem, motum, sive titillationem ad concupiscendum cum viro concubitum; & sic virgo integerrima, & immaculata, & corpore, & animo. Verum enim vero, et si ardentissime voveo, ita senserint, ita scripserint Rabbini, prout sensisse & scripsisse ipsos Landrianus autumat, tamen id reapse factum esse, neutiquam concesserim. Equidem, illud sane constat, fateri quosdam Judæos, de puerpera ad pariendum minus apta Esaiam sermocinari; sed eadem opera ipsos simul agnoscere, intactam illum virginem indicasse, nego & pernego. Nec enim solæ virgines ad pariendum ineptæ sint, sed multæ quoque, sive ob juventam nimiam, sive senectam, aut morbum naturæque vitium, mulieres junctæ conjugio. Quamobrem, non licet ad virgines unice restringere Rabbinorum verba, quæ salva sunt, & sibi constant, si de fœmina aliqua, etiam ex postremis generibus, prolata perhibeantur. Atque, sic omnino se res habet, ii Rabbinorum, qui vocem עַלמה vim sensumque miraculi hoc loco complecti nobis largiuntur, haud ultra tamen procedunt, quam ut id verbi ad juvenculam admodum, quæ per ætatem parere non potest, nuptam tamen viro, accommodent. Age enim Kimchium audiamus, qui ad locum nostrum annotat; הָעַלמה אינה בתולה אלא עַלמה כמו נערה תהיה בתולה או בעולה והנה דרך גבר בעַלמה היא בעולה וכן לזכר קטן בשנים יקרא עַלם בן מי זה העַלם וזאת היתה קטנה בשנים לפיכך נקראת עַלמה והעַלמה הזאת היא אשת הנביא או אשת אחז : i. e. *Vox* עַלמה *non significat virginem, sed* עַלמה *ejusdem significationis est cum* נערה (& talis vocatur,) *sive virgo sit, sive maritata. Ecce enim* (Prov. 30, 19. legas:) Viam viri in עַלמה; *ubi de maritata utiq; sermo est. Atq; sic mas parvus ætate vocatur* עַלם (eoque sensu dicitur 1. Sam. 17, 56.) Cujus filius est iste עַלם *Nempe ista* (de qua apud Esaiam mentio,) *fuit minorennis, ideo vocatur* עַלמה *fuitq;* עַלמה *ista, uxor Propheta, aut Achasi.* Conferri possunt, quæ habet in libro Radicum, ad radicem עַלם ubi eadem dicit. Lipmannus noster in Nizachon: אמר אלי הכהן ראש כומרים דלינדאו אשה זהו בעולה בין גדולה בין קטנה אבל עַלמה זהו בתולה שהיא קטנה ואמרתי לו כשם שלשון בתולה כולל שני דברים בין גדולה בין קטנה כך לשון עַלמה כולל שני דברים בין בעולה בין בתולה ובלבד שהיא קטנה כי עַלמה מלשון קטנות : i. e. *Dixit mihi Archipresbyter Lindaviensis : Vox* אשה *sane innuit maritatam, sive majorennis ea sit, sive minorennis : at verbum* עַלמה *virginem denotat, & eam quidem parvam. Respondi illi : Sicut vox*

De Loco Es. 7, 14.

Quid עַלמה significet ex sententia Judæorum.

De Loco Es. 7,14.

בתולה *res duas complectitur, nimirum tam majorennem quam minorennem: Sic pariter verbum* עלמה *duo comprehendit, puta tam maritatam, quam virginem, modo sit minorennis; nam vox* עלמה *ad parvitatem attinet.* Quanquam, est omnino supervacuum ex R. Salomone posterioribus Rabbinis testimonia cumulare, quando, nisi vehementer fallimur, nobis ad manus esse videtur, ipse vetus in Esaiam Commentarius, & is M S. in membrana, ad cujus autorem, (qui Esaias quidam fuit,) R. Salomo, dum ea quorum sensum solicitat Landrianus, scriberet, respexit, & a quo verba mutuatus est; ut proinde sibimetipse a se dictorum possit intercedere interpres. Hujus vero integra, ad illud, הנה העלמה הרה annotatio, sic concipitur: זו אשת הנביא כמו שאומר לפנים ואקרב אל הנביאה ואומר הנה אנכי והילדים אשר נתן לי יי' לאות וזה היה האות כי היתה עלמה ולא היתה להריון ראויה ונתעברה וילדה; i. e. *Designatur uxor Propheta: Etenim sequitur* (c. 8, 3.) Et accessi ad Prophetidem. *Sequitur* (item ibidem v. 18.) Ecce ego & filii quos dedit mihi Deus in signum. *Signum vero sive miraculum in eo consistebat, quia* עלמה *hoc est,* juvencula *erat, nec dum apta ad concipiendum; & tamen impraegnata est, peperitque.*

Jam, nemini obscurum esse potest, tota, quod ajunt, via, errare Landrianum, dum causæ nostræ in Rabbinis magnum se præsidium reperisse existimavit, atque hac re se magnifice extulit, est enim infirmum admodum ac exile illud adjumentum, quod præstant. Condonari interim homini potest is lapsus, cujus causa haud alia fuit, quam ex nostris moribus & institutis præjudicium. Nam, quia vocem עלמה aliquos Judæorum de inepta ad pariendum interpretari animadvertebat, neque tamen verisimile evadebat, aut anum effœtam, aut uxorem infœcundam eos intelligi velle, cum in horum neutram illud עלמה quod juventæ significatum omnino involvit, quadret, nihil aliud superesse arbitratus est, quam virginem ipsos innuisse, quoniam præter ante dictas, & jam segregatas, alia neutiquam ad pariendum inepta sese offerat. Quippe, puellas etiam immaturas cum justæ ætatis viro matrimonium contrahere & consummare posse, tanquam absonum & absurdum neminem objecturum reputabat. Atque, sic nostras tam Civiles quam Canonicas leges sequenti, necessario ratiocinandum est, quæ, septennio minores ne quidem desponderi posse sanciunt. Lex 14. D. de Sponsalibus his Modestini verbis commonet: *In Sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis: quapropter & a primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores quam septem annis.* His consentiunt Sacri Canones. Sic enim Causæ 30. Q. 2. canon unicus habet: *Ubi non est consensus utriusque, non est*

Qua ætate per leges Christianorum sponsalia contrahi queant:

est conjugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & e converso, nihil faciunt, nisi uterq; puerorum, postquam venerit ad annos discretionis, consentiat, etiamsi pater & mater hoc violaverint & fecerint. Cum hoc componendum cap. 5. de Desponsat. imp. ubi inter alia: *Desponsationes & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit* Hinc, prout ex eo, quod ibi præcedit capitulo, discimus, cum quidam perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsasset, procedente vero tempore matrem puellæ cognovisset, & eam in uxorem accepisset, consultus Alexander III. Pontifex, an ex ea re impedimentum publicæ honestatis oriatur, ita ut conjugium illud rescindere necesse sit? respondit: *Si præfatus vir matrem puellæ, antequam septimum annum complesset, in uxorem accepit, matrimonium non dissolvas, cum desponsationes hujusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt. Verum, si postquam puella septimum annum complevit, prædictus vir matrem ejus accepit uxorem, cum sponsalia ex tunc placere consueverint, inter eos sententiam divortii non differas promulgare, nec ipsum filiam seu matrem habere permittas.* Ad has regulas, citra *urgentissimam necessitatem* (quam præfati tituli capitulum 2. excipit,) *intervenientem*, Sponsalia apud nos dirigere oportet: quod vero ad matrimonium attinet, iterum consentiunt sacræ & profanæ leges, ante legitimam ætatem illud contrahi non posse, eamque ætatem pubertate definiverunt. Est interim hoc inter utraque jura discrimen, quod Civilia, pubertatem ex solo annorum numero æstimant, & in masculis annum decimum quartum, in fœminis duodecimum, maturitati nuptiarum assignarunt: Videndus tit. Institut. de Nuptiis in princ. cum tit. Quibus modis tut. fin. & aliis legibus, quas passim ibi Doctores allegant. At, sacri canones, pubertatem ex habitu corporis, ipsaque generandi potentia metiuntur, quæ fœcunditas, annorum a jure civili præscriptotum numerum aliquando antevertit, malitia ætatem supplente; qua de re est in c. 3. 8. & aliis de Desponsat. impub. & c. un. tit. eod. in 6. Hæc, cum ita sint, matrimonium inter virum & puellam acerbam, hoc est, fortasse decennio minorem, neutiquam nostris moribus consistere, nec vel contrahi posse, facile intelligitur. Verum, alia omnia apud Judæos obtinent, inter quos virum cum puella, modo annos tres, & diem unum nata sit, non sponsalia tantum, sed & nuptias facere, sponsam vero muliebris adeo patientiæ legem accipere posse, liquidi juris est; unde Seldenus quoque l. 2. uxoris Hebr. c. 3. *filiam ab ætate trimatus, adjecto insuper die unico, juxta Magistrorum scita coibilem esse*, annotavit. Quod, ne cui confictum videatur, Maimonides si in Hilchot Jschut. c. 3. §. 11. consulatur, præstabit; cujus dictis prorsus consonant ista Codicis nostri MS. Ez Hechajim in Hilchot Kidduschin: האב

Qua matrimonium.

De Iudæorum in hac re institutis.

De Loco Es. 7, 14.

טקרש בתו שלא מדעתה כל זמן שהיא קטנה וכשהיא נערה רשותה בידו שני את בתי נתתי לאיש הזה וקדושיה לאביה וזכאי במציאתה ומעשה ידיה וכתבתה אם נתגרשה או נתארמלה מן הארוסין עד שתגבר ומקבל האב קדושי בתו מיום שתולד עד שתגבר ואפילו היא חרשת או שוטה אם היתה בת ג׳ שנים ויום אחד מתקרשת בביאה מדעת אביה פחותת מיכן אם קידשה אביה בביאה אינה מקדשת :

i. e. *Pater non volentem filiam despondendi jus habet, cujus potestati subjecta est ad annum usq; duodecimum completum, & per menses sex proximos, hinc* S. E. (Deut. 22, 16.) Filiam meam dedi viro huic: *atq; cedunt lucro paterno, arrha sponsalitiæ, item res a filia repertæ, & operæ, dos quoq;, si repudium aut viduitatem ante nuptias patiatur, idq; ad pubertatem usq;. Suscipit vero pater filiæ nomine sponsalia, inde a die nativitatis ejus, usq; dum pubescit, atq; hoc, etiamsi illa surda sit, aut mente capta. Quod si annos tres & diem unum agat filia, consentiente patre per concubitum despondert potest, si vero citius id fiat, haud ratum est connubium, utut parentis consensu factum est.* Atque, non aliunde, quam ex ista hypothesi, de puellarum ad Hymenæi sacra, trimatu dieque unico expletis, habilitate, proveniunt ista in Mischna Ketuvot c. 1. §. 2. הגיורת והשבויה והשפחה שנפרו ושנתגיירו ושנשתחררו פחותות מבנות שלש שנים ויום אחד כתובתן מאתים ויש להם טענת בתולים׃

i. e. *Proselyta, bello capta, itemq; ancilla, quæ Judaicam fidem amplexa, aut redemta, aut manumissa est, si minores tribus annis & die uno* (sponsalia contrahant,) *ducentos denarios* (more ingenuarum virginum) *dotem habent, ita tamen, ut si demum adultiores factas domum ducant sponsi, nec virgines illas comperiant, jure adversus illas possint experiri.* Atque sic sequitur §. 4. בתולה אלמנה גרושה וחלוצה מן הנישואין כתובתן מנה ואין להם טענת בתולים הגיורת והשבויה והשפחה שנפרו ושנתגיירו ושנשתחררו יתירות על בנות שלש שנים ויום אחד כתובתן מנה ואין להן טענת בתולים : i. e. *Si qua majorennis post contracta sponsalia* (nondum celebratis nuptiis) *viduitatem, aut repudium, aut calcei donationem passa est, ea si iterum nubat,* (non amplius virginum, sed) *verarum viduarum*(quibus æquiparatur, hoc est) *denariorum centum dotem accipit, nec potest adversus eam sponsus jure experiri, si in domum ductam neutiquam virginem deprehendat Sic, si qua proselyta, aut captiva, aut serva, trimatum & diem unum excedens, post accessionem ad sacra judaica, aut redemtionem, vel manumissionem,* (conjugio ducatur,) *viduarum dote, sive denariis centenis contenta esse cogitur, nec fas est viro querelam adversus illam instituere, si virgo ab illo deprehensa non sit.* Similia alibi

in Ju-

in Judæorum Pandectis legalibus deprehendas. Quamobrem, minime dubium evadit, ad iſta jura reſpexiſſe illos Magiſtrorum, quos ſupra in R. Salomonis gratiam allegavimus, atque ſic eos exiſtimaſſe, totum miraculi momentum, quod Deus Domui Davidicæ ſeſe daturum pollicebatur, in eo ſitum fuiſſe, quoniam minorennis puella, quam matrimonio ſibi junxerat Propheta, & quæ ad partitudinem propter tenerrimam ætatem, inepta erat, puerpera facta eſt, prolemq; præter conſuetum naſcendi ordinem edidit. Sed vero, nec hæc ſententia quicquam nobis officit, & æque parum, ac aliæ, valet, ad elevandam catholicam interpretationem divini apud Eſaiam vaticinii. Velim enim oſtendant mihi iſti eximii, quo Scripturæ fundamento nitantur mirificiſſima jura, quæ maturæ ætatis viro, triennem & diem unum natam puellulam, conjugem adſciſcere, ejusque corporis uſura frui concedunt. Velim, unum exemplum edant, ſani, & ratione ſua utentis hominis, nedum ſanctiſſimi Prophetæ, qui tales nuptias fecerit: denique velim, cum Phyſicis ſuper hoc concubitu prius tranſigant, quorum ego prætextata verba, hiſce inſerere ſuperſedeo. Equidem credo Quartillæ, Junonem ſibi iratam apud Arbitrum imprecanti, *ſi unquam meminerit ſe virginem fuiſſe*. Verum, ea, *infans cum paribus inquinata erat*, & nonniſi *prodeuntibus deinde annis adplicuerat ſe majoribus pueris*: uti qui vitulum aliquamdiu ſuſtulit, taurum tollere aſſueſcit. Sic igitur vim inferunt Judaicæ illæ leges, ipſi quodammodo rerum naturæ, imo & Deum, conjugii autorem, notabili injuria afficiunt, qui in primæva conjugalis ſocietatis inſtitutione, mutuum auxilium, & ſobolis procreationem illius fines definivit, quorum neutrum a parvula & recens nata puellula, quæ vix gradi, & verba conari apta eſt, maritus exſpectaverit. Porro, ſi maxime hanc noxam condonare vellemus Judæis, & permittere, ut ſuo ſenſu abundent, nuptiasq; prout viſum eſt, ſtultiſſime & impiiſſime contrahant; tamen nunquam probatum dabunt, vocem העלמה de qua præcipue negotium nobis hîc intercedit, ullo unquam in Scripturæ loco puellam ſignificare, pubere, ſive nubili, & ad concipiendum pariendumque apta, minorem. Legitur id vocabulum ſepties omnino in ſacro codice; nimirum Gen. 24, 43. Ex. 2, 8. Pſ. 68, 26. Cant. 1, 3. 8. c. 6. 7. Prov. 30, 19. & deniq; hoc noſtro Eſ. 7, 14. non poteſt autem in ullo priorum dictorum de impubere puella accipi; quare inſaniunt cum ratione Judæi, dum loco poſtremo, novam, & inuſitatam explicationem ei affingunt, cujus aliud nullum exemplum, quo fidem aſſertioni vel leviter faciant, producunt. Atenim, corruptorem agere, non interpretem, iſtud eſt, quando voces pro libitu a nativo ſenſu in alienum, ſive æquus is ſit, ſive iniquus, detorquentur, modo ut deſperatæ cauſæ remedium aliquod quæratur. Si quem locum pro ex-

De Loco Eſ. 7, 14.

De Loco Es. 7, 14. cusanda fatuitate, vel ad speciem urgere possunt Judæi, fuerit is, opinor, Ex. 2, 8. ubi de Mosis sorore sermo habetur, licebitque causari, hic quidem vocem הָעַלְמָה ipsum veterem Interpretem nostrum, qui eam alibi *juvenculam*, *adolescentulam*, aut *virginem* interpretatus est, de *puella* accepisse. Verum, hoc leve est, & facili negotio refellitur.

Vox puella dicitur etiam de majorenni.

Nam, Latino sermone, cum de muliebri sexu loquimur, non solum in prima infantili ætate constitutas, sed & eas, quæ adoleverunt, puellas vocare usus fert, & adeo hoc nomine veniunt etiam illæ, quæ matrimonio junctæ, uterum gestant, aut jam pepererunt, ceu Cl. Rittershusius noster notavit, & Classicorum Autorum exemplis probatum dedit ad Guntherum; quam observationem exscripsit Taubmannus, applicuitq; ad illud Plauti in Cistellaria A. 2. Sc. 3. *Eam nunc puellam filiam ejus quærimus.* Meretur iis, quæ apud hos leguntur, addi l. 41. §. 7. D. de Leg. in 3. ubi puella dicitur mulier, quæ jam duobus nupserat, & tertio erat nuptura. Saltem igitur certum est, non pertinere puellæ nomen unice ad infantiam, non enim de alia re nunc laboramus, neque venit hactenus virginitatis respectus in disceptationem. Quin, ut omnis cavillandi præscindatur occasio, ecce in illo ipso Exodi 2. capite, verbis paulo antecedentibus, Vetus Interpres puellas quoque vocaverat eas, quæ in sacro textu נְעָרוֹת dicuntur: נַעֲרָה autem Judæis, ceu constat, haud alia appellatur, quam quæ,

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Præterea, si quis ea quæ de Mosis sorore Ex. 2. narrantur, vel leviter pensitaverit, solicitudinem nimirum ejus de fraterculi fato, *παῤῥησίαν*, qua Regis filiam, tanto stipatam agmine virginum, est alloquuta, & prudentissimum consilium quod in tempore ex ipsa re invenerat, patescit utique clarissime, non fuisse hanc infra pubertatem, & minimum duodecimum ætatis egisse annum. Atque sic nunc oppido in angustum, nisi quid fallor, redactæ videntur copiæ Judæorum, cumque nihil quicquam reperiant, in quo miraculum quod versant, figere ac statuminare possint, operamque omnem in ridicularibus ineptiis perdant, quid, per Deum immortalem superest tandem, quam ut necessitate compulsi, veritatem agnoscant, & fateantur, vocem הָעַלְמָה eam in Esaiæ loco juvenculam designare, quæ non ob ætatis mollitiem & teneritudinem, sed ob virginitatem parere cæteroquin haud potest? Et vero, velint nolint, huc tandem summa rerum redit, facere id oportet. Est enim ea, quam innuimus, vera, propria, & nativa verbi עַלְמָה significatio, id quod principio ejus origo & radix liquido evincunt. Quippe עַלְמָה ab עָלַם inusitata quidem in Kal voce, sed, cujus in Niphal, Hiphil & Hithpaël inflexiones cognitæ habentur, est derivata. Habet autem ista vox primigenia, *celandi, occultandi, abscondendi*, sensum,

Vox עַלְמָה omnino significat virginem; idque docet ejus origo.

ſum,ut proinde עלמה virgo nominetur tenera, quæ domi ſuæ, ſub parentum cura latitans,non facile,niſi cum ratio flagitat, in conſpectum virorum prodit, nedum ut in viri ſinus venerit, & ab eo ſit cognita. Sive, ut S. Hieronymi quæſt. Hebr. in Gen. verbis hoc dicam, notat vox עלמה, *virginem nimia diligentia custoditam, ut ἐπίτασις virginitatis innuatur,ut nempe & virgo ſit, & abſcondita.* Nimirum,receptum erat apud Orientales,ut virgines ſecreto educarentur, & intra ædes ſe continerent; inde nomen עלמה natum eſt: eamque ob cauſam ex adverſo,Chaldæi proſtibulum ac meritricem ſignificare volentes, נפקת ברא *vagatricem, & foris discurſantem* appellitant, quam circumſcriptionem Paraphraſtes quoque Deut. 23,27. Gen. 34,31. Levit.23,25. Jer. 5,7. & alibi,adhibuit. Egit de ſecretiore Judaicas virgines educandi ratione,more ſuo eruditiſſime,Vir non Academiæ tantum huic, ſed & Reipubl. Literariæ inſigniter ornandæ natus, *Johannes Saubertus*,in Diſſertatione de Haalma matre Immanuelis cap. 2. n. 10. ſive in Tomo Diſquiſit. Acad. Singulari p. 146. cujus veſtigia legemus. Reperitur nimirum de hoc ritu locus perſpicuus 2. Maccab. 3,19. ubi legitur: *Accinctæq; mulieres ciliciis pectus,per plateas confluebant. Sed & virgines quæ concluſæ erant,procurrebant ad Oniam.* Gloſſa habet: *Virgines quæ concluſæ erant h.e. de domibus parentum non exibant ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis,* Sic 3. Maccab. 1,15. dicitur: *Et incluſæ in thalamis virgines cum genetricibus eruperunt, imponentesq; pulverem crinibus paſſis,gemitu lamentisq; plateas impleverunt.* Hic thalamus, nihil aliud eſt, quam, ceu Cornelius Nepos in præfat. libelli de vitis excellent. Imp. expreſſit, *interior pars ædium, quæ γυναικωνίτης appellatur,quo nemo accedit,niſi propinqua cognatione conjunctus:* unde Statius 1. Thebaid.

De Loco Eſ. 7, 14.

Mos Iudæorum virgines domi custodiendi

Nec mora præceptis cum protinus utraq; virgo
Arcano egreſſa thalamo.

Videndus quoque Literatiſſimus Caſaubonus in Exerc. 1. ad Apparat. Baron. Obſ. 23. Porro,nec alio ſenſu,quam quo nos vocem עלמה accipimus,unquam Sacris Scriptoribus eſt uſurpata,apud quos,quoties legitur,toties virginem innuit. Vnde Hieronymus in noſtrum Eſaiæ locũ: *Quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror Alma in muliere nupta legiſſe, ſed in ea quæ virgo junioris ætatis, & in annis adoleſcentiæ.* Loca,ubi in ſacris vox עלמה comparet, paulo ante indicavimus,mereturque imprimis ſedulo expendi illud Cant. 6,7. שתים המה מלכות ושמנים פילגשים ועלמות אין מספר *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ,* & עלמות *innumeræ.* Hinc enim profecto luce meridiana clarius conſtat,quæ vocis עלמה ſit ſignificatio, neque dubium am-

Quo ſenſu עלמה in Scripturis uſurpetur.

De Loco Ef. 7,14. um amplius esse potest, eam vere ac proprie virginem denotare. Distinguuntur enim עלמות a conjugibus Reginis, & a Concubinis: sunt igitur omnino עלמות intactæ & inviolatæ virgines. Nisi enim tales innuerentur, non proprium genus in Gynæceo Salomonis constituerent, sed aut Reginarum ejus, aut concubinarum appellationibus continerentur. Ergo agnoscimus ex istis verbis vocis עלמה genuinam vim & significatum, qui tam manifeste se prodit, ut ne ipsi quidem Judæi aliter quam de virginibus facere ausi sint explicationem. Extat illorum Cantici Canticorum Versio, vel potius paraphrasis Germanica, in qua verba Salomonis sic exponunt. Sechzig sie die Königin / das meint Abraham und seine Kinder: Achzig Kebsweiber: das meint Noah und seine Kinder; und Jungfrauen ohn Zahl; das meint Israel die darnach kamen. Convenit cum istis liber Beer Mosche, ubi hanc invenias interpretationem: ששים sechzig המה sie מלכות waren König/die da kamen von אברהם und שמונים achzig פלגשים Kebsweiber נח und sein Söhn מאלה נפצה כל הארץ: geht פסוק as der עד אברהם ועלמות Jungfrauen von andre אומות die sind אין ohn מספר Zahl.

Non me movet in præsentia, quam accommodate Salomonis dictum ad Abrahamum, Noachum, aliosque, isti Interpretes, qui R. Salomonem Jarchi autorem sequuntur, transferant. Satis est, quod in eo nobis accedunt, vocabulum עלמה haud aliud quam *virginem* significare. Et vero, non in hoc tantum loco, sed & in aliis plerisque Judæi vocem hanc eodem modo accipiunt. Id, quod Gen. 24,43. his Hebraicis verbis dicitur: הנה אנכי נצב על עין המים והיה העלמה היצאת לשאב ואמרתי אליה השקיני נא מעט מים מכדך: sequenti modo ipsos transtulisse deprehendimus: Nun ich steh bey Qwellbrunnen des Wasser/und es wird sein die Jungfrau/die da ausgeht zu schöpffen/und ich sag zu ihr/trenck mich nun ein wenig Wasser von deinem Krug. Ex. 2,8. in Hebraica veritate est: ותאמר לה בת פרעה לכי ותלך העלמה ותקרא את אם הילד: Versio Judaica habet: Und sie sait zu ihr Tochter Parho, geh / und sie gieng die Jungfrau / und sie rift Mutter des Kind. Locum Psal. 68, 26. קדמו שרים אחר נגנים בתוך עלמות תופפות: illorum in nostra lingua languens paraphrasis poëtica sic exprimit: Sie föderten und eilten sich Mosche und Aharon zu dienen um zu singen: Mirjam inzwischen den Jungfrauen sie thet paucken und klingen. Com. 3. primi capitis in Cantico Cant: לריח שמניך טובים שמן תורק שמך על כן עלמות אהבוך Autor libri Beer Mosche hunc in modum illustrat: לריח שמניך טובים da er mier gab die תורה

auf

auf berg סיני dasselbig mal war dein שם טוב geglichen zu geschmack deines öl die gutē. כשמן תורק as ein gut öl/das man ausleert vom einem כלי zu den andern/das schmeckt man weit. שמך aso war auch dein Nahmen weit derkennt unter die אומות העולם) על כן עלמות אהבוך die Jungfrauen / das sein die אומות haben lieb dich / as sie auch haben geschmeckt / die אפסי הארץ auf dem jam : ושמעו שמעך שעשית אותות ומפתים במצרים

De Loco Es. 7, 14.

Solus igitur locus Prov. 30, 18. supereſt, qui aliquid difficultatis habet, ac nobis nonnihil adverſari videtur, quemque Judæi omnes crepant, ut comprobent עלמה non ſemper de virgine uſurpari. Nam hic quidem בעלמה in einer jungen Frau/ exponere jubet, idem ille Autor libri Beer Moſche; & noſtri Veteratoris Lipmanni, in Nizachon verba ſunt: מצינו בהדיא לשון עלמה על בעולה שנא׳ במשלי שלשה המה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר בעלמה והדבר ידוע שבעול * המזנה שאין להכיר בגופה אבל בתולה שזינתה מכיר בעלה * אחרי כן ועוד יש לבדוק בתולה אם זינתה בחביורת יין כדאיתא בכתובות: Piiſſimus quondam Præceptor noſter, Schnellius vertit: *Manifeſte reperimus vocem* עלמה *de maritata uſurpatam, cum in Proverbiis dicitur* : Tria abſcondita ſunt a me, & quartum non cognovi : via aquilæ in cœlis, via ſerpentis ſuper rupem, via navis in medio maris; & via viri in juvencula. *Et res nota eſt, quod quæ vulgo ſcortatur, id in ejus corpore obſervari non poſſit, maritus autem poſt agnoſcit, ſi quæ virgo ſcortata fuerit: Ulterius, cadis, virgo, an ſcortata ſit, probari poteſt, uti eſt in Maſſechet Ketuvot.* Atque in iſta verſione, quæ corruptionem editionis ſequitur, ut ad emendationes quas ex MSS. noſtris fecimus, magis illa quadret, pro verbis, *quod quæ vulgo ſcortatur*, ſubſtituendum: *quod ſi quæ viro juncta ſcortata fuerit*: & pro: *maritus autem poſt agnoſcit ſi quæ virgo ſcortata fuerit*: reſcribere oportebit: *ſi autem quæ virgo ſcortata fuerit, id cum ea poſtea concumbens agnoſcit:* quomodo ipſe Vir laudatus translaturus fuiſſet, ſi recte legiſſet in Hebræo. Et vero, videntur nonnihil cauſæ habere Lipmannus & tribules, ut cum hoc Proverbiorum dicto paratragœdient, nam quidam ex Chriſtianis non imi ſubſellii viri, illud reputantes, huc denique evaſerunt, ut fere faterentur עלמה ætatis nomen tantum eſſe, & de devirginata puella quoque accipi. Sed, a me nunquam impetrabit impietatis hyperaſpiſtes Lipmannus, ut vel latum unguem ei concedam. Quid ais maſtigia? Siccine argutaris? Neceſſe eſt de maritata loquatur Salomo, nam tantum ſi matronæ ſtuprum inferatur, ejus vitii nullæ ſuppetunt notæ. At, ſi quæ virgo vitium paſſa ſit, id ſignis manifeſtis poteſt deprehendi, quippe, perviam

* Leg. שבעולה
* Leg. הבועלה

Schnellii verſio emendatur.

De Loco Es. 7, 14. eam invenit, ſi quis poſtea rem cum illa habere occipiat. Tum vero illud medium, quo Iſraëlitas quondam virginitatem puellarum Jabeſchi Gilhadis exploraſſe Talmud in Ketuvot memorat, licet revocare. Primum hoc tibi in aurem dicam; deſtituit te ſilicernium tua memoria, non enim in Ketuvot, ſed in Jevamot & quidem fol. 60. b. inhoneſta turpisque legitur fabula, ad quam alludis. Jam obſecro te, mi homo, ſerione credis, cum Salomo profeſſus eſt, *neſcire ſeſe viam viri* בעלמה hoc eum voluiſſe dicere: Quando adulter alienam uxorem permoluit, id peccatum ego, neutiquam poſſum explorare? Scilicet, inquis, utiq; ſolarum virginum furtivi amores produnt ſeſe in illarum corpore, dum ita laxantur naturalia, ut os uteri non tantum, ſi quis poſt accedit concubinus, paſſum ſit, ſed etiam, ut conceptos infra vapores ex ſuperiori gutture exhalet. Ægre impuris iſtis ſermonibus utor; huc me tamen adigit tua Lipmanne protervitas, & dicendum quoque palam eſt, illud mirabile majorum tuorum explorandæ virginitatis ſecretum.

Judæorum circa Locum Jud. 21, 12. ineptiæ. Cum eo, quo a me dictum eſt loco, quidam Magiſtrorum incidiſſent in verba Jud. 21, 12. וימצאו מיושבי יבש גלעד ארבע מאות נערה בתולה אשר לא ידעה איש למשכב זכר; i. e. *Et invenerunt ex habitatoribus Jabeſchi Gilhadis quadringentas puellas virgines, quæ non fuerant expertæ virum concubitu maris*: exoritur ſtatim quæſtio: מנא ידעי *unde conſtabat iis ecquæ adeo intactæ & illibatæ virginitatis eſſent juvenculæ?* Commodum intercedit R. Cahana ſciolus, & dubium expedit, reſpondendo: הושיבם על פי חבית של יין בעולה ריחה נודף בתולה אין ריחה נודף; i. e. *Imponebant* (fœminas ſublatis veſtibus) *ſpiraculo cadi vinarii, ibi quæ virum paſſæ erant*, (ſi naſo pertentarentur,) *vini odorem ex ore eructabant, ſed virgines temetum non olebant.* Egregium vero inventum, & naſutis Judæis oppido dignum.

Naſuti ſint usq;, licet, ſint deniq; naſus.

Quod vero Lipmanne, eodem hoc remedio ad virginum integritatem probandam, emunctiſſimarum narium Regem Salomonem uſurũ fuiſſe cenſuiſti, in eo valde delirare mihi videris. Quin potius exiſtimaverim, ſi unquam aut lubido eum cepiſſet, aut compuliſſet neceſſitas, hujus rei periculum faciendi, ipſe, (uti nihil naturalium rerum illum latebat) miſſis moleſtiſſimis ambagibus, compendio operæ facto, juvenculas in unum forſitan concluſurus erat locum, & gagate lapide ſuffitum excitaturus, cum fumi ex illo ea vis ſit, ut virginitatem deprehendat, ceu vel Plinio conſtitiſſe ex lib. 36. Hiſt. Nat. cap. 19. diſcimus. Ecquid beo te Lipmanne, honeſto magis, magisque facili indagandæ virginitatis modo? Licebat alia tibi ſuggerere, ſed iſta poſſunt ſufficere: tenera res eſt virginitas, & caſte tractanda. Pergo ad illud, quo, Salomonem hoc jam queſtum fuiſſe pronuncias, quod matrisfamilias adulte-

rio

rio corruptæ nullum ſignum habeat. O te vero bardum, ſtolidum, & Talmudis imperitum! Etenim in eodem ad quem alludis Maſſichtæ Jevamot Loco traditur, ad Pontificem ſacra bractea indutum deductas viro junctas fœminas, ſi quæ ruptæ conjugalis fidei reæ fuerint, continuo flaveſcere cœpiſſe, & luteo vultu ſcelus admiſſum ſignificasſe Proinde, ceu additur, סימן לעבירה הדרקון *Eſt icterus ſignum commiſſi adulterii*: quod dictum extat quoque in Schabbat fol. 33. a. Præterea, quomodo excidit tibi, fuiſſe Salomonis ævo in judaica gente, certum & minime fallax explorandæ uxorum caſtitatis ab ipſomet Deo conceſſum remedium? Aquas amaras innuo, illam mirificam potionem, cujus horribilem vim nullæ adulterarum technæ, nulli conficti doli poterant eludere. Eſto igitur, Lipmanne, habuerint quædam majores veſtri virginitatis ſalvæ ſigna, ut Salomon inter ea quæ cognoſci non poſſunt, virginitatem referre non debuerit: at erat quoq; aliquod medium certiſſime, quo matronarum honori & pudicitiæ conſulebatur, ut nec de hac pronunciare licuerit Salomoni, illam in dubio ſemper & ancipiti relinqui, nec dari violati tori ullum ullo pacto veſtigium. Quamobrem fruſtra es Lipmanne, cum tua verborum Salomonis interpretatione, neque recte accepiſti, quod dixerat. Inſuper ipſe orationis apud illum contextus, auribus animiſque hominum abſurdam tuam reddit ſententiam. Siquidem, ſi eo tendebat Salomo, quo tu verba detorques, quare illico poſt ea, de quibus inter nos controverſamur, ſubjicit: כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און; i.e. *Ita via eſt mulieris ſcortantis; comedit, deinde abſtergit os ſuum; tum dicit, non ſum operata iniquitatem.* Sequitur proinde nunc demum de adultera ſermo, quod magno argumento eſt, non attinere ad hanc, illa quæ præceſſerunt. Diſtinguuntur enim עלמה & אשה מנאפת quam maxime, cumque poſteriora verba, adulterarum pro caſtis mulieribus ſeſe venditantium, audaciam perſtringant, non poſſunt illa quæ præmittuntur idem dicere. Vt taceam, ſi maxime tibi Lipmanne concedamus, quod petis, ne ſic tamen quicquam in cauſa principali, ſive in corrumpendo Eſaiæ dicto adjumenti te adverſus nos habiturum. Etenim, non credo ea te capiet dementia, ut illam, quam Eſaias עלמה vocat, & quam tu Prophetæ conjugem fuiſſe contendis, de adulterio ream facias, & adulterinum partum, Deo tam abominabilem, pro miraculo ejus, & ſigno ſalutis nobis ſupponas. Poſſes fortaſſe Lipmanne, uti eſt varium & mutabile ſemper Judæus, huc denique in rerum, ad quam te adigimus, deſperatione, confugere, ut dicas, vocem itaque עלמה apud Salomonem aut de honeſta matrona, aut de maritata ſimpliciter accipiendam eſſe. Verum,

De Loco Eſ. 7, 14.

De Loco Es. 7.14.

id quoque frivolum ac jejunum fuerit, & frustra objicitur: nec enim sibi constat sensus, utram interpreteris, & vacillabit comparatio cum adultera, quomodocunque tandem applicationem facere instituas. Dices: Ecquæ igitur tandem dicti Salomonis est sententia, si ea non est, quam innui? Licet tuorum Magistrorum explicationibus os tibi obturare, eam primo ingerendo quæ est in Jalkut. part. f. 145. c. 2. שלשה המה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים דרך הנשר שאין אדם מכיר את מקומו דרך אניה שאין אדם מכיר את מקומו דרך גבר בעלמא אמר רבי יוחנן זה התרנגול שאין אדם מכיר שכבת זרע שלו: i. e. *Tria ista occulta a me, imo quatuor hæc non novi: Viam aquilæ; nec enim quisquam mortalium viam ejus cognitam habet. Viam Navis, quæ & ipsa omnes mortales latet: Viam viri in* עלמא. *Hoc R. Jochanan de gallo gallinaceo capere jubet, cujus semen mortalibus est absconditum.* Suspicio est, excidisse ex istis, post factam aquilæ mentionem, verba: דרך נחש שאין אדם מכיר את מקומו i. e. *Viam Serpentis; quæ pariter homines quoscunque fugit*, hæc itaque, qui volet, suppleat. Si hæc improbas Lipmanne, vide num magis placeant, quæ Autor libri Even Schoev ad c. 19. Num. commentatus est, inquiens: ודרך גבר בעלמה העלמה היא הנבואה הנעלמת ידיעתה היאך באה לאדם אפילו שיהיה גבור ,מה שאמר ארבעה ולא רביעית כי הנבואה יש לה ד׳ מדרגות אספקלריא המאירה ושאינה מאירה ורוח הקודש בת קול ואחר כך אמר כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה וגו׳ כלומר גם אני תמה מהחוטא בעל שאחר שחטא האשה מנאפת ועשה תשובה עולה על מעלת הצדיק גמור כמו שאמרו חכמים מקום שבעלי תשובה עומדין אין צדיקים גמורים יכולים לעמוד: i.e. Et via viri in virgine. *Per* Virginem *hoc loco intelligitur vis vatidica, de qua non constat quomodo homini obtingat, etiamsi cætera is fortis sit. Quod vero ait* quatuor, *& non* quartum, *ejus rei ratio est, quia vis vatidica quatuor gradus habet,* (qui sunt:) *Speculum pellucidum, Speculum opacum, Spiritus Sanctus, & ἡ ὀμφή. Subjicit postea*: Sic est via adulteræ, comedit & abstergit os suum &c. *Quasi diceret: Etiam hoc admiror, peccatorem qui adinstar adulteræ peccavit, facta pœnitentia adipisci, dignitatem hominis perfecte justi: secundum tritum illud Sapientum nostrorum: Locus* (ille beatissimus) *ubi* (in æthereis sedibus) *pœnitentes agunt, ibi perfecte justis non conceditur consistere.* Valent hæc, fortasse ad Lipmannum abigendum. Quod si vero Christianus quis nos denique urgeat, ut edisseramus, quæ genuina verborum Salomonis sit interpretatio, non dissimulabimus, referendum videri hunc locum inter Scripturæ δυσνόητα, ita non conveniunt

Lacuna in Ialkut suppletur.

in eo

in eo exponendo, nostri quoque Theologi, sed in longe diversas abeunt sententias. Fecerunt in iis colligendis jamdum operæ pretium Sixtinus Amama l. 3. Antibarb. p. 593. & Cl. Spanhemius part. 1. Dub. Evangel. pag. 301. seqq. a quibus aliqua sparsim hinc illinc excerpta, mutuari nobis fas sit. Apud priorem legitur: *Hunc locum Ambrosius libro de Salomone c. 5. interpretatur de Christo, iis q. quæ in terra adolescens gessit. Barradius eundē allegat, ut doceat non posse sciri gesta Christi, ab anno 12. usq. ad annum baptismi. Lyrani verba sunt: Quia Christus in utero virginis fuit vir perfectus scientiis & virtutibus ab instanti conceptionis, & in nativitate exiit clauso utero virginis, ideo de hoc, via viri in adolescentula, dicit Salomo, hoc esse, quartum quod penitus ignorat.* Sequentia Doctissimo Spanhemio ferimus accepta: *Quidam respondent, secuti interpretationem LXX. Interpretum* עלמה *hic sumi non* concretive, *sed* abstractive *pro* עלמות *vel* עלומה adolescentia, νεότητι, *ut habent LXX. cujus plurale forma masculina usitatum est in Scriptura, quasi dicat Sapiens, difficilem admodum cognitu esse viam viri in adolescentia, quia æque vaga, versatilis, & inconstans est ejus conditio, ob fervorem sanguinis & spirituum, & tam difficilis exploratu, ut via aquilæ, serpentis, & navis, quæ nullum post se relinquunt vestigium. Notum enim, adolescentes in hoc æstu ætatis in diversa rapi in singulas horas, diversis affectibus distrahi, ut difficulter admodum vel investigari, vel definiri possit, quæ sit eorum* דרך via, *vitæ institutum & scopus.* — Gaspar Sanchez *Jesuita arbitratur, sensum esse Sapientis, se ignorare viam viri* בעלמה *hoc est, facilius inveniri in aëre viam aquilæ, in mari viam navis, quam vestigia virorum ad januam virginis illius, quæ nunquam se viris videndam offert, imo eos aversatur & fugit, ideoq. est* עלמה *hoc est* עלומה *id est abscondita.* Salmero *hic mysterium quærit, & inquit, Sapientem hoc loco virginei conceptus, ut & partus Mariæ mysterium reserasse, quod difficilius sit cognitu viâ vel aquilæ, vel serpentis, vel navis, eo quod in illis omnibus scissio aliqua detur & divisio, in partu vero virgineo nullum prorsus vestigium transitus, vel divisionis remanserit, usq. adeo, ut si ipsa mater negare voluisset, se peperisse, non potuerit mendacii convinci.* — *Sensus hic esse potest: Difficile esse, nosse, hoc est detegere, congressum viri cum* עלמה *virgine, relate ad tempus quando conciliatur, eo quod clam & nemine conscio conciliari solent, æque ac peccata multa alia, quæ nocte & velo gaudent. Ut ergo & aquilæ, & serpentis, & navis motus vel accessus lenis, & sine strepitu, sic etiam occultæ & clandestinæ virorum artes in seducenda illa, quæ vel* עלמה *est, vel se talem esse profitetur. Etsi enim post congressum desinit esse* עלמה, *nihil tamen obstat, quo minus ob statum antecedentem talis vocari possit.* Vel, *dici potest, Sapientem innuere, æque difficile esse, nosse, an illa quæ domi latet apud parentes, vere sit id quod se esse profite-*

De Loco Es. 7, 14.

Variæ variorum Loci Prov. 30, 18. interpretationes.

 tur,

De Loco Es. 7, 14.

tur, עַלְמָה *Virgo, nec sui copiam fecerit viro, ac nosse viam vel aquilæ, vel serpentis, vel navis.* Vel, *difficilem admodum esse custodiam virginum, quod absconditæ sint, & tectæ artes virorum, quibus illis insidias struant, ut & desideria illorum occultæ sunt, quibus feruntur in virgines. Quasi eo ipso perstringat Sapiens lubricitatem sui ævi, & fornicationem regnantem.* Salazar *probat hanc sententiam, æque velocem esse decursum adolescentiæ, nec illam vel formæ, vel roboris prioris post se vestigium relinquere, prout & velox est transitus & imperceptibilis fere, & aquilæ, & serpentis, & navis.* Præter has a Viris laudatis congestas explicationes, aliæ insuper lectæ nobis sunt, quæ & ipsæ merentur, ut adducantur in medium. Apud Martinum Raymundum in Pug. Fid. part. 3. dist. 3. c. 7. prolixa extat dicti, quod nos exercet, interpretatio, quæ breviter contracta, huc denique evadit: *Salomonem in hac parabola, vias Messiæ describendo, incipientem a novissima, id est, ab ejus ascensione in cælum, pervenisse ad primam, id est, ad incarnationem. Scilicet, neminem melius tenuisse, viam aquilæ vel vulturis in cælo quam Christus, qui peccatores velut quædam cadavera corruptos, & fœdos per peccatum, venit ad pœnitentiā vocare, & sibi spiritualiter per fidem, & charitatem incorporare, & sublevare, & maxime cum cælos ascendit in Ascensione. Viam ejus de cruce ad sepulchrum, quod erat excisum in petra, de quo tertia die resurrexit, procul dubio fuisse viam Serpentis super petram, quippe qui præfiguratus fuerit serpente illo æneo Num. 21. Viam quoq; navis in corde maris fuisse statum, & vitam & transitum Christi, per tempestates & amaritudines mundi: transitum enim Christi de hoc mundo ad Patrem, tempore tempestatis acerbissimæ, & gravissimæ passionis, per medios fluctus sævitiæ impiarum gentium, nec non & Judæorum, viam fuisse utiq; navis in corde maris, feris illorum fluctibus sæpe concussæ ac repercussæ. Deniq; viam viri, vel valentis, in Virgine, fuisse similiter incarnationem Christi de Virgine Maria, quam quidem viam Salomo plene ac perfecte non potuerit cognoscere: qualiter enim, & quomodo absq; humano semine Virgo possit concipere, perfectum Deum & hominem in utero concludere, filium parere, & Virgo permanere, nec Salomonis intellectum plene capere potuisse, nec linguam explicare.* Cl. Danhauerus, in Christosophia sect. 3 art. ult. hoc voluisse Salomonem arbitratur, quasi dixisset: *Nihil tam difficile est, quin tentetur; tam tutum, quin tangatur; tam purum, quin turbetur; ut in aëre, petra, aquis patet. At custodia virginis, & secessus, sic illas tutas reddit a virorum insidiis, ut non solum non expugnari, sed nec tentari ejus pudicitia possit. Facilius in aëre viam aquilæ invenies, in mari viam navis, quam vestigia virorum ad januam illius, quæ nunquam se viris videndam præbet.* Johannes Hornbeckius, in Teschuvat Jehuda p. 225. sic ratiocinatur: *Nulla potest dari ratio, quare non sit in loco Prov. 30, 18. 19. intelligenda virgo. Imo textus hoc*

omnino

omnino suadet, & quod rem sibi obscuram Propheta dicit, vir virginem honeste ambiens, eamq; singulari Dei Providentia sibi concilians & devinciens in perpetuam vitæ societatem. Vbi certe admirandum est, homines secreto divinæ providentiæ ductu, sibi antea sæpe non visos nec notos, ita inter se coalescere, & in conjugium individuum honesto amore ac consensu conglutinari. Alius, pietate juxta ac doctrina Venerabilis Vir, cum in Commentario super Proverbia ad hunc locum delatus esset, annotavit: *Viro via assignatur, hoc est motus aut agendi ratio plane negotiosa ac mirabilis, non minus quam Aquilarum, Serpentum, atq; Navium; perficiturq; ea non modo pedibus corporis, hinc inde sæpius vagantibus, euntibus, redeuntibus, &c. Sed & pedibus animi, quippe mire inconstans, operosus, solicitusq;, est ejusdem animus, deliberans, examinans, impetuose properans, æstuans, impatiens, cuncta alia fastidiens, flexus varios, artesq; ac insidias, instar aquilæ, serpentis, navisq; excogitans; idq; omne* Bealma, circa virginem, *quam impotenter deamat, & cui vel matrimonialiter, vel illicitis vult copulari modis; quod ipsum studium vel via genus tanto sit mirabilius, quanto purior magisq; conclusa vel recondita est Alma, virgo illibata; illic namq; tanto plus inflammatum desiderium, juxta vulgatum: Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata: cum ad meretricem tantas vix habeat difficultates vel ambages miras, quippe vel sponte se offert, vel facile omnino suam facit copiam ambienti.* Novissime B. Lutherus tom. 8. Jenen. fol. 142. de his verbis scribit: Hie stehet (sprechen die Juden) Alma bey einen Mañ. Ich frage nicht/ ob Alma da bey einen Mañ stehe/ denn ich sehe es selber sehr wol/ Gott gelobt/ darf keines Juden/ der mir das zeige. Ich sage/ man solle mir beweisen/ das Alma hie eine Frau und nicht eine Jungfrau heise/ den Meister wolte ich gern hören/ und hundert Gulden zugeben. Wie wann Salomo an den Ort (Wie es der verfluchte Goi Doctor Luther verstehet/ und ihm nicht leichtlich nehmen lässet/ wans gleich nicht hundert Gulden gelten solt) redet von dem verdrießlichen Unglück in der Welt? da ein Geber/ das ist ein Eheman/ nicht kan der Frauen Bette treffen in GOttes Nahmen/ und schleicht etwa einer Magd oder Jungfrau nach ins Teuffels Nahm: wiederum Gebira (die Frau) nicht kan finden des Mannes Bette/ in GOttes Nahmen/ und kreucht zum Knecht oder andern Gesellen/ in des Teuffels Nahmen/ hat ein raum gewissen/ verschlingt den Ehebruch/ wie der Wolf eine Mücken/ wischet darnach das Maul und darf sie niemand eine Hure schelten/ wer wils beweisen? Weil nu solches muß in Finstern gespielet/ und heimlich gemauset seyn/ da gehören wunderliche Wege/ Griffe und Rencke zu/ die kein Salomon noch Regent alle aussinnen/ oder mit verboten vorkommen/ oder überzeugen kan/ so wenig er kan dem Vogel in der Lufft den Weg fürschreiben/ weil der gantze Himmel sein Weg ist/ und dem Schif das gantze Meer der Weg ist/ und gehet wo der Wind hin wil/ und die Schlange auf

De Loco Es. 7, 14.

De Loco Es. 7,14.

ge auf den Felsen/ die auch keine Schnur noch Richtscheid helt/ sie kan des Krummen zu viel. Es ist ein Jammer dieses Lebens/ daß man dem heimlichen Ehebruch nicht wehren kan/ und daß (leider) dem Ehemann eine Magd baas gefällt/ dann die Frau/ und ein Knecht der Frauen lieber ist denn der Herr/ wie auch der Poet sagt: Quod licet ingratum est. Nitimur in vetitum. Lex occasio peccati. Also wolte die Hur Potiphars thun dem frommen Joseph Gen. 41. Dennoch heist Alma hie eine Magd oder Jungfrau/ welcher der Mann nachschleicht/ bringt er sie zu fall/ so ist sie nimmer eine Magd/ ist sie fäst/ so bleibet sie eine Alma. Ex magno acervo harum opinionum, eligat sibi quisque eam, quæ maxime placet: nam, modo literalis(uti loquuntur) ea sit, poterit tolerari; meram autem allegoriam sectans, haud temere admittenda: nec enim valet ad quem securum reddendum in conscientia. Namq; verus est

Nostra Loci Prov. 30,18 explicatio.

utiq; non minus, quam pervulgatus, Judæorum canon: אין לעולם יוצא מקרא מדי דרך פשוטו ׃ i.e. *Nunquam Scriptura aliquod dictum omnem nativum verborum sensum amittit.* Præ cæteris se commendant postremæ quatuor explicationes; cui vero inter eas palma debeatur aliorum esto judicium, nec enim nos autoritati illorum unde profectæ sunt, egregiorum Virorum, quicquam volumus detere-re. Iutcrea loci, quasi in quendam cumulum, nostram de sensu verborum Salomonis sententiam superaddere, & quid nobis animi in hoc negotio sit, paulo uberius declarare liceat. Ante omnia mente & memoria recolamus ipsa Salomonis verba, locumque integrum, qui sic concipitur: שלשה המה נפלאו ממני וארבע לא ידעתים ׃ דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר בעלמה ׃ כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און ׃ *Tria ista occulta a me, imo quatuor hæc non novi: Viam Aquilæ in cælo, viam Serpentis in rupe, viam Navis in medio maris, & viam Viri in virgine. Talis est via mulieris adulteræ; comedit, deinde abstergit os suum; tum dicit, non operata sum iniquitatem.* Hoc igitur profitetur Salomo: Omnino quatuor res esse, quarum viam seu

De Aquilæ via in cælo.

vestigia non queat deprehendere. Principio non se capere ait *Viam Aquilæ in cælo:* & quidem merito. Etsi enim aliarum quoq; avium volatus, dum aëra pennis permeant, & in levi momento magna terrarum spatia emetiuntur, miranda res est, tamen Aquila imprimis, tantum inter reliquas sese efferens,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

omnesque alias post se relinquens, homines eam intuentes, in stuporem convertit. Facit huc dictum quoddam R. Salomonis, allatum quoq; a Do-

a Doctissimo Bocharto parte 2. Hieroz. lib. 2. c. 1. sed verbis nonnihil De Loco
aliis, quam quibus a nobis nunc recitabitur, ut fortasse aut aliter lege- Es. 7,14.
rit in suo libro Vir maximus, aut potius, aliunde apud R. Salomonem, quam inde unde nos descripturi sumus locum, sua ipse depromserit. In Commen. R. Salomonis ad Ex. 19, 4. & verba, ואשא אתכם על כנפי נשרים *& sustuli vos alis aquilarum*, sic est in excusis variis exemplaribus quæ ad manum habemus, & in nostro MS. quoq; : כנשר הנושא גוזליו על כנפיו שכל שאר העופות נותנים את בניהם בין רגליהם לפי שמתיראין מעוף אחר שפורח על גביהם אבל הנשר הזה אינו מתירא אלא מן האדם שמא יזרוק בו חץ לפי שאין עוף פורח על גביו לכך נותנו על כנפיו אמר מוטב יכנס החץ בי ולא בבני אף אני עשיתי כן : id est (Gestavi vos, inquit Deus,) *Sicut Aquila quæ gestat pullos suos super alis suis. Omnes enim reliquæ aves, tenent pullos suos pedibus, eo quod alias aves sese supervolantes metuunt. At Aquila, nihil præter hominem formidat, ne ab illo jaculo configatur, cum nulla alia avis supra eam evolet: atq; eapropter superimponit pullos alis, dicens: satius est ut me petat jaculum, quam pullos meos. Idem & ego vobis præstiti.* Porro de citissimo volatu Aquilæ adducit Bochartus p. 171. illud apud Damirem: وهو اشد الطير طيرانا واقوي جناحا حتي انه ليطير ما بين المشرق والمغرب في يوم واحد quod interpretatur: *Ea, est omnium avium vehementissimi volatus, & alas habet robustissimas: itaut quicquid est inter Ortum & Occasum una die pervolet,* Non abs re judicavit Bochartus inesse utrique dicto aliquid commenti. Quare satius fuerit, ut eleganti Apuleii in Floridis dicto, lucem Salomonis verbis fœneremur, etsi enim hoc quoque habet quædam αὐξητικά, tamen multa ejus ad nostrum locum explicandum apprime conferunt. *Aquila cum se nubium tenus altissime sublimavit, evecta alis, totum istud spatium qua pluitur & ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini, nec fulguri locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo ætheris, & fastigio hyemis: cum igitur eo sese Aquila extulit, nutu clementi lævorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, velificat as alas quo libuit advertens modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens ibidem pinnarum eminus indefesso remigio, ac paulisper contabundo volatu, pæne eodem loco pendula circumtuetur: & quærit, quorsus potissimum in prædam superne sese ruat fulminis vice: de cœlo improvisa simul campis pecua, simul montibus feras, simul homines urbibus, uno obtutu sub eodem impetu cernens; unde rostro transfodiat, unde ungui-*

Fff

De Loco Es. 7, 14. *unguibus inuncet, vel agnum incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcunq; esui alatum vel lanatum sors obtulit.* Similia Poëta dixit:

— Vbi alta petens terris aufertur ab imis,
Alituum Regina, vagas spatiata per auras,
Dat plausum gyro: atq; in nubila conditur alis:
Æthereâ jamq; illa plaga levis instat, & acrem
Intendens aciem criniti lumina Solis
Suspicit, obtutuq; oculos fixa hæret acuto.

Hanc igitur Aquilæ viam, non se assequi, Salomo asserit; cum in aëre nullum remaneat indicium, ex quo colligi queat, isthic aquilã in sublimia evolasse, aut corpus tenuisse suspensum. Enim vero, nec magis percipere & comprehendere se posse idem querit ur *Serpentis in rupe*

De via Serpentis in rupe. *viam*, mirando non tantum, ceu Abenesræ placet, איך יתכן ללכת על סלע בלי רגלים ואיני יודע באיזה מקום יוכל לנוח: *Quomodo sine pedibus per rupes serpens contendat, nescius ubi sit quieturus*; sed potius, quod sive per illas petras lente & segniter corpus ipse trahit, sive, ut cum Ovid. l. 3. Metam. loquamur;

— Volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, & immensò saltu sinuatur in arcus:

tamen: לא יוכר בסלע ההוא דרכו אשר דרך בו *non agnoscitur in rupe quam pressit, ullum semitæ ejus vestigium*: ut scripsit ad hunc locum R. Levi Gersonides. Sane, cum is qui stagna coluerat anguis, & habitaverat in ripis:

(a) *Exsilit in siccum, & flammantia lumina torquens,*
Sævit agris, asperq; siti atq; exterritus æstu:

non rabiei tantum illius, quoniam

(b) — *Hos morsu, longis amplexibus illos,*
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni:

sed & corporis ejus in viridi herba, aut arenosa humo, notæ habentur: at in incultis & saxosis montibus, idem non observatur. Poterat insuper hoc quoque Salomoni admiratione dignum videri, quod in illis ipsis rupibus, quocunque deferuntur serpentes, semper & ubique latebras suas in promtu habent, quo se recondant, & ita e mortalium conspectu subducant, ut nulla illos pervestigandi & reperiendi spes relinquatur. Habet omnino cum Aquilæ in aëre, & Serpentis in rupe viis,

De via Navis in mari. magnam affinitatem, *Via Navis in medio maris.* Etenim, quis satis miretur fragilem ratem in truci pelago, nihil timere

(c) — *Præcipitem Africum*
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti?

(a) Virg. 3. Georg. (b) Ovid. 3. Metam. (c) Hor l. 1. Od 3.

quippe

quippe

(a) — *Volat immissis cava pinus habenis,*
Infinditq; salum.

De Loco Ecc. 7. 14.

Interim nec ipsa ullum sui vestigium post se relinquit, & sulcati fluctus statim rursus coëunt, ita ut non credas, navem per illos transiisse. Quin &, si maxime tempestatum vi expugnata navis fatiscat, & aquis prægravata, denique imo ponto demergatur, non tamen vel hujus rei signum postea deprehendere est, & ingrata aqua nullam prorsus acceptorum servat memoriam. Quam vero difficile est, Aquilæ viam in aëreis regionibus, Serpentis viam in rupe, & Navis viam in oceano dignoscere, tam difficile quoque est, notare *Viam Viri in Virgine.* Plerunque enim si quæ Virgo, sive pretio, sive blanditiis, sive amore inducta, sui corporis usuram amatori (sive cœlebs is sit, sive maritatus, nam utrumque vox גבר in sacris indubie connotat) facit, eamque vir *ineat*, clam id fit, remotisque arbitris, ipsaque postea nihilo secius semper intactam virginem, habitu, vestitu, gestu quoq; corporis & sermone profitetur. Itaque, si faciem videas, quantivis illam pretii æstimes, dum nihil ea est mundius, nec compositi quidquam, nec magis elegans. Proinde, nemo tam perspicax est, ut hos dolos possit persentiscere, nullaque meretricii concubitus sese produnt τεκμήρια, quæ quidem aspectu (quo de solo in his sermo est,) percipi queant. Nam, quod uterus tumescit, illud tum in diem est, & tarde ac sero deprehenditur, postquam nimirum scortillum illud diu satis aliis illusit, & virginem graviter est mentitum: tum vero sæpe etiam compressionem nulla consequitur graviditas. Taceo, esse monstra veneficarum, quæ, quoquamvis prægnantes factæ, pro virginibus deinde habeantur, *aut procreatos filios nunc feris & avibus exponunt, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidunt: aut in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciunt, antequam pariunt*, ceu Minucius Felix ait in Octavio. Omnino igitur, num quæ illibata sit virgo, aut an virum admiserit, id ex forma illius exteriore definire haud ullis conceditur, & ne vel ipsis adeo obstetricibus, nudum corpus explorantibus. Vnde magni nominis Jureconsultus Cujacius l. 17. Observat. cap. 27. probe notavit: *Obstetricum ex constitutione Divorum Fratrum esse arbitrium æstimandi, an mulier prægnans sit l. 1. D. de ven. insp. quod hoc multis modis deprehendi possit: An sit virgo, esse in difficili ac pæne impossibili, nec hujus rei usquam legi obstetricibus delatum arbitrium.* Proinde & Viri in Virgine via, per quam ad illam accessit, & in sinum est admissus, non habet impressum vestigium, atque eam pro Virgine accipere oportet, quæ pro tali se, morum pu-

De via Viri in Virgine.

(a) Val. Flaccus l. Argon.

De Loco Eſ. 7, 14.

blica compoſitione venditat, &, quam ut talem, fama approbat. Quod ſi enim, ut Ciceronis pro M. Cœlio hoc dicam verbis, *quæ non nupta mulier, domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palamq; ſeſe in meretricia vita collocavit, virorum alieniſſimorum conviviis uti instituerit, ſi hoc in urbe, ſi in hortis faciet: ſi deniq; ita ſeſe geret, non inceſſu ſolum, ſed ornatu, atq; comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione, navigatione, conviviis*; hanc non ſolum meretricem, ſed etiam procacem eſſe, ac ſæpe corpus cum pudore proſtituiſſe, nemo ambigit; fronte, oculisque facile prodentibus, quid in pectore ipſa geſtaverit. Cæterum, non Virginum tantum furtivi amores ita abſconditi ſunt, & aliorum hominum notitiam fallunt, ſed inſuper etiam, prorſus, *talis eſt quoq; via mulieris adulteræ comedit, deinde abſtergit os ſuum; tum dicit, non operata ſum iniquitatem.* Sciunt enim etiam conjugio junctæ maritos dolis fallere, & honeſto matronali habitu, adulteria palliare ac tegere, & ſi quid fecerunt, id magna cum confidentia diſſimulare ac inficiari. Simulant ſtudium rei familiaris, parſimoniam, frugalitatem, & ſummam erga conjuges fidem: at, ſimulac occaſionem nactæ ſunt, cum adulteris cœnant, liguriunt, & noctes tranſigunt inceſtas. Cum his ſi quis ſermonem conferat, deprehendet, facere illas egregie verba ad caſtimoniam, & ita virtutem deprædicare, quaſi in eodem cum illa vivant contubernio; utcunque de facie nunquam illam viderint. Hæc noſtra verborum Salomonis, nec dura, nec contorta eſt expoſitio, ex facili fluens, &, tum inſtituto loquentis, tum ſermonis, quo uſus eſt proprietati, maxime conveniens; ſimulque probe ſalvat genuinam vocis עלמה ſignificationem, quippe, haud alio quam Virginis notione in eo loco reddi poteſt. Etſi enim eam quoque comprehendit, quæ virginitatem tantum mentitur: tamen talis quoad via viri in ea palam cognita habetur, עלמה ſive virginis ingenuum nomen ſibi vindicat, eamque virginem dicunt, ac virginem reputant omnes homines. Saltem igitur עלמה vero ſuo ſenſu virginem ſemper innuit, quamvis non omnes quæ ſic audiunt, tales reapſe exiſtant. Sæpe enim pura & unice ad res bonas deſignandas reperta nomina, malis per errorem tribuuntur, nec tamen eapropter illico nomina hæc vim ſuam amittunt, & contraria ſignificare occipiunt. Sic quoque homines plerunque ſub pulchris appellationibus turpia ac fœda facinora conſciſcunt. Τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα ἢ τὰ πράγματα εἰώθασιν ἄνθρωποι ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον αἰσχύνεσθαι, id eſt: *Nominum potius quam rerum turpitudinem fugiunt mortales*, ut ait Procopius in rebus Juſtiniani. Eſt autem hoc, omnibus, quotquot in orbe reperi-

De via mulieris adulteræ.

periuntur Linguis, commune, ut voces ἀπὸ τῦ εἶναι πρὸς τὸ δοκεῖν transferantur; nec fieri adeo poteſt, ut aliter ſermo concipiatur. Atq; cum ſic inductione omnium ubi ſeſe offert locorum, manifeſtum evadat, verbum עלמה ſemper in ſacris literis, aut veram virginem, aut minimum eam, quæ talis eſt omnium opinione & judicio, ſignificare, aliud nihil ſupereſt, quam ut alterutra etiam apud Eſaiam intelligenda veniat. Enim vero, quia de העלמה cujus interventu Deus ipſe miraculum patraturus, & afflictis Judæis ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium, conceſſurus erat, ibi ſermo eſt, nullo modo eam, quæ virginitatem ſimulat ac ſubdole mentitur, accipere licet: Nam, ut cap. 12, 22. Proverb. ait noſter Salomo תועבת ייי שפתי שקר ועשי אמונה רצונו: *Abominationi ſunt Domino labia fallacia; qui autem agunt fideliter, accepti ſunt ei.* Parens ejus Pſal. 5, 5. ſeqq. cecinerat: כי לא אל חפץ רשע אתה לא יגרד רע לא יתיצבו הוללים לנגד עיניך שנאת כל פעלי און תאבד דברי כזב איש דמים ומרמה יתעב ייי: i. e. *Non es Deus qui delectetur improbitate: non eſt commoratus apud te malus. Non conſiſtunt irriſores e regione oculorum tuorum: odiſti omnes, qui operam dant iniquitati. Perditurus es loquentes mendaciū; virum ſanguinarium & doloſum abominatur Dominus.* Ergo, de vera, ſincera, ac incorrupta Virgine Eſaiam nos intelligere debere, fateamur oportet. Deniq;, non plane ſilentio prætereundum, illud, quod ad Eſaiæ hunc locum, notavit S. Hieronymus: *Lingua quoq; Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie virginem* Alma *appellari.* Confert enim ad roborandam veritatem, cum animadvertimus, ne quidem in Punica lingua, vocem עלמה quicquam a vero ſignificatu, quem apud Hebræos habet, degeneraſſe. Atque poſſumus exemplo comprobare Sancti Patris aſſertionem, ſi vere (quod tamen, num ubique factum ſit, in medio relinquimus,) Plautinos quosdam in Pœnulo Punicos verſus, reſtituit Doctiſſimus Vir, Samuel Petitus l. 2. Miſcell. c. 1. Vulgo legitur:

De Loco Eſ. 7,14.

העלמה in Punica lingua Virginem ſignificat.

Ny thalonim valon uth ſi corathiſima conſith.
Chym lach chunyth mumys tyalmyctibari imiſchi
Lipho canet hyth bymit hii ad ædin bynuthii
Byrnarob ſyllo homalonim uby miſyrtkoho
Bythlym mothyn noctothii nelechanti daſinachon.
Yſſidele brim tyſel yth chylys, chon, tem liphul
Vth bynim.

Iſta ad hunc modum ipſe reſcribenda & diſtinguenda eſſe autumat latinis literis:

Neth alonim, valonoth, ſecor eth iſi macom ſoth:
Chyni lachchu, vultmimi. Sty almot *ibarti miſchi:*

Liphoc

Liphoc anethy bymi Thu ad adin, bymi Thu,
Byrna rob syllo hom alonim, ubymi syr, tohu:
*Bythym * othynoth athu: nelech an, tadas machon?*
E sod elle? brum tyseloth chyly, schontem li, phol
Eth bonim.

* Fortasse legendum *Bethulim.*

Phœnicie sic legit:

גם עליונים ועליונות זכור את אישי מקום זאת
חני לקחו ותמימי שתי עלמות עברתי מוחי
ליפק אניתי בימי תהו עד עדן בימי תהו
ברנה רב שלו הום עליונים ובימי שיר תהו
בתולים עוטנות אתו נלך אן תא דש מקום
אי שוד אלא ברום תפלות חילי שחנטם לי פעל
את בנים ;

Versio ejus est:

Inclinate & advortite, o Di Deæq;, quorum sub Numine viri hujus civitatis sunt:
Deprecationem & integritatem meam accipite. Duas filias *generavi, robur meum:*
Fato impulsus feci ut irent singulis Deorum diebus festis ad hortos,
Cum gaudio multo, quod conturbavit Deus, & in die cantici fuit vacuitas:
Puellæ *surreptæ abierunt* : *Quonam ibo thalamos omnes calcans?*
Vbi est qui illas rapuit? ut tollam ineptitudines doloris mei, quas quasi fructus producit mihi gignere & educare
Liberos.

In istis, quæ primum עלמות vocabantur בתולים postea dicuntur, quæ posterior vox, una omnium Hebræorum sententia veras & intactas significat virgines, unde בתולים & *virginitatem*, & *signa virginitatis*, nominant. Quibus omnibus ita discussis, totaque causa bene perpensa, quod sæpe jam dixi, nunc iterum dico, nihil nisi virginem significat vox עלמה, atque pro Luthero vadimonium confidenter promitto, paratus illius nomine, eam solvere pecuniam, quam ipse tum in verbis supra recitatis, tum alibi est pollicitus, si quis ostendere queat, alio sensu id verbum uspiam in Scripturis Canonicis accipi oportere. Nunc igitur detersis Judæorum a Classico Esaiæ Dicto, corruptelis, & profligatis iis quibus nos petebant cavillationibus, salva manet & inconcussa Catholica veritas. Nimirum, hoc erat ingens illud miraculum, quod se daturum Deus domui Davidicæ per Esaiam pollicitus est, quod virgo sine viri coitu concipere & parere debebat futurum Judæorum, totiusque generis humani Redemtorem. Acquiescet

escet pius & veritatis cupidus animus, in rationibus simplicibus & planis quas adduximus. Novi quosdam longius progredi, & multa alia pro eadem thesi confirmanda afferre, sed, quæ ego nolim mea facere; imo, si voto locus esset, optarem nunquam illa, imprimis in disputationibus adversus Judæos, fuisse producta. Nam profecto, si quis locus est in sacris literis, in quo multorum περιεργία plusculum sibi indulsit, is hic noster merito habetur, atque infirma, imo inepta quoq; & falsa, ad ipsius defensionem congesta sunt, bono fortasse, sed utique Christianæ rei detrimentoso admodum consilio. Quid enim magis noxium veritati, quid magis imbecilles animos offendere, aut infideles ne in nostra castra transeant, arcere potest, quam cum nugari nos, &, incomperta proloqui, in re tanti momenti sentiunt? Suadet ratio, ut aliquas ex istis affaniis proferamus in apricum; non ex Homiliis, in quibus multa πανηγυρικῶς, præter veritatem, etiam ab Antiquis dicuntur, sed ex ipsis contra Judæos ex professo scriptis libris, erutas. Principio, sunt quidam, tam audaces, ut humani ingenii curta breviq; decempeda, divina ac sublimia mysteria metiri sustineant, atque id Judæis persuadere satagant, rerum creatarum ordini conveniens omnino fuisse, ut aliquando Virgo partũ ederet, & prolis sine marito fieret parens. Fabianus Fioghi, in Neophytorum Collegio quod Romæ est Hebrææ Linguæ Professor, Catechumenum & Presbyterum in Dialogo, què sub nomine *Introduttione alla Fede* adversus Judæos Italica lingua scripsit, & qui Romæ ter editus est, c. 42. sic introducit mutuo agentes:

Quidam Christianorum non satis cautè tractant dictum de Virgineo partu.

Exemplo est Fabianus Fioghi.

Cat. *Desidero che vediamo prima, come* (Messia) *doueua nascere de Vergine, ed essendo Giesu nato de Vergine, ne seguitarà, che egli sia il vero Messia, & consequentemente, che il Messia sia venuto.* Pad. *Con facilità si dimostra questa verità: & per poter conoscer questo esser verissimo, è da considerar prima, che il modo di nascer il Messia (per quel che Iddio ci hà riuelato per i suoi santi profeti) doueua essere nuovo modo, cioè, che mai fusse nato niuno in quel modo, & era che doueua nascere di madre senza padre, cioè senza seme humão, il qual modo di nascere era molto conveniente si facesse, acciò si sapesse, che il Signore Iddio hà saputo, & ha possuto fare a tutte le cose il suo cõtrario, così come hà fatto, che si ritroui nelle cose create vna contraria all' altra: come per essempio se si troua il dolce, si troua ancor l' amaro, che è contrario del dolce, & se si troua il bianco, convenientemente si troua il negro per suo contrario. Dico adonque, che ritrouandosi tre sorte di generationi, le quali non si possono da niuno negare, delle quali ve ne sono dua, una contraria all' altra, & poi vi è la terza, alla quale non è stata la sua contraria in fino al nascimento del Messia: era ben conveniente, che per divina virtù si trouasse anco la sua contraria, che è la quarta, acciò apparisca, che si troua il contrario dell' vna, & il con-*

De Loco Es. 7.14. *il contrario dell' altra.* Cat. *Non intendo questa vostra raggione, se non mi date vn' essempio.* Pad. *Hora mi intenderai. Adam primo nostro padre, fù creato da Dio, senza huomo, & senza donna, come nella Genesi cap. 2. Et formò il Signor Iddio l' huomo di poluere della terra. Et poi Eua fù fatta dall' huomo senza donna, come nel detto capitolo. Et edificò il Signor Iddio della costa, che haueua tolta, dall' huomo in una donna. Li altri suoi figliuoli soccessori, sono generati di huomo, & di donna, come è noto a tutti. Di modo, che insin qui si vede, che sono state tre sorte di generationi. Vna, fatta senza huomo, & senza donna: & l' altra di huomo, senza donna; & l' altra di huomo, & di donna. Et cosi vi fù il contrario della generatione di Adam; cosi era conveniente, che vi fusse il contrario della generatione di Eua, la qual doueua essere, & fu di donna senza huomo: Et però doueua essere vn nuouo modo di nascere, nel qual modo doueua nascere, & è nato il Messia santissimo, di donna senza seme humano. Et così come Iddio fece la donna dell' huomo senza donna, così hà fatto per il suo contrario l' huomo della donna senza huomo. Doueua adonque nascere il Messia in questo nuovo modo, della donna senza huomo.*

Id est: Catechum. *Desidero, primum videamus, quomodo* (Messias) *nasci debuerit, hoc est, num nasci debuerit ex virgine, cum enim Jesus natus sit ex virgine, inde consequens erit, ipsum esse verum Messiam, & per consequens Messiam jam venisse.* Presb. *Ex facili demonstratur ista veritas. Atq; ut intelligatur hoc esse verissimum, primo considerare oportet, modum quo nasci oportebat Messiam (quatenus Deus per suos sanctos Prophetas id nobis revelavit) debuisse esse modum novum, hoc est talem, secundum quem nemo in mundo fuerat natus, & erat is, ut nasceretur ex matre, sine patre; hoc est, sine virili semine: qui nascendi modus ut eveniret, longe erat convenientissimum; quo constaret, Deum æternum, & scivisse & potuisse facere rebus quibusq; suas contrarias, quemadmodum fecit, ut in rebus creatis una res alteri contraria deprehendatur. Sic, exempli causa, habetur Dulce, & habetur quoq; Amarum, quod dulci est contrarium; & si habetur Album, convenienter quoq; reperitur illius contrarium Nigrum. Dico igitur, cum notemus tres generationum species, quæ a nemine negari possunt, ex quibus duæ sibi invicem contrariæ existunt, & amplius supersit tertia, cujus contraria ad nativitatem usq; Messiæ nondum evenerat, admodum conveniens fuisse, ut divinæ virtutis dispositione, etiam hujus contraria daretur, quarta nimirum species, ut appareat, utriusq; contrariam reperiri.* Catechum. *Non intelligo hanc tuam rationem nisi exemplum dederis.* Presb. *Jam nunc me intelliges. Adam primus parens noster creatus fuit a Deo, sine mare & sine fæmina, prout legitur Gen. 2. Et formavit Deus hominem ex pulvere terræ. Postea Eva facta fuit ex viro, sine fæmina, prout eodem loco dicitur: Et ædificavit*

dificavit Deus ex costa, quam viro abstulerat, fœminam. Reliqui istorum filii successores generati sunt ex viro & fœmina, prout omnibus notum est. Proinde, hactenus videmus, tres fuisse generationum species: Unam, quæ erat sine viro, & sine muliere: alteram, quæ erat ex viro sine fœmina; tertiam, quæ erat ex viro & fœmina. Cumq; sic haberetur contrarium generationis Adami, erat proinde conveniens quoq;, ut daretur contrarium generationis Evæ, quod talis esse debebat generatio, ut fieret ex muliere sine viro. Quapropter necesse erat, dari novum nascendi modum, illoq; nasci debebat, natusq; est, Messias sanctissimus, ex muliere nimirum, sine virili semine. Atq; sic, prout Deus fecerat mulierem ex viro sine muliere, sic contrarii loco, fecit virum ex muliere sine viro. Debebat itaq; nasci Messias hoc novo modo, ex muliere sine viro. Nescio, an hoc præceptore usus sit Johannes Maria Vincentius, Theologus Theatinus, & Apostolicæ Sedis Missionarius, apud quem in libro *Il Messia Venuto*, quem Alexandro VII. dicavit Pontifici, paria leguntur, nisi quod huic visum est, istis commentis etiam præsidium aliquod in Scripturis Divinis quærere. Non piget me illius quoque verba adscribere: *Niuna cosa è stata fatta dal Sommo Fattore nel mondo, che'l suo contrario non habbia, come l'esperienza c' insegna. Posciache al bene è opposto il male: alla luce le tenebre: al bianco il nero: al bello il brutto: al dolce l' amaro: al caldo il freddo: e così discorrete de gli altri tutti che contrarii hanno. Orsù: forma Iddio il primiero huomo Adamo, e in che maniera? senz' huomo, e senza donna. Ecco dunque il suo contrario: la formatione de gli altri huomini tutti suoi figliuoli; che nascono di huomo, e di donna insieme. Si forma Eua, e in che maniera? da vn' huomo solo, che fù Adamo. Hor quale sarà il contrario suo? senz' altro la formatione dalla donna sola, come Eua dal solo Adamo. Adunque se formatione tale non s' era per ancora veduta nel mondo, perche vorremo noi negare in cio solo, quello che in tutte le cose e concediamo, e vediamo, che ognuno voglio dire habbia il contrario suo? e percio anche alla formatione di donna dell' huomo solo formata, il suo contrario aßegniamo, ch' è la formatione da donna senza huomo, quarta sorte di generatione, pure espreßa nella Scrittura,* Gen. 15,16. Generatione quarta revertetur huc: *detto di Dio ad Abramo, quando gli annonciò la cattiuità dell' Egitto: che la cattiuità dell' anime nell' inferno prefiguraua: nel tempo di questa quarta sorte di generatione del Messia liberate.* Id est: *Nulla res condita est a Supremo Factore in orbe, quæ non habeat suum contrarium, prout experientia nos edocet. Scilicet, bono, opponitur malum; luci, tenebræ; albo, nigrum; pulchro, deforme; dulci, amarum; calido, frigidum; atq; idem porro ferte judicium de aliis rebus omnibus, quæ sua habent contraria. Atq; vero, format Deus primum hominem, & in quo modo? sine viro, & sine fœmina. Ecce igitur contrarium: formationem nimirum aliorum hominum illius posterorum qui,*

De Loco Es. 7, 14.

Item Johannes Maria Vincentius.

De Loco Es. 7. 14.

qui nascuntur simul ex viro & muliere. Formatur deinde Eva, & in quo modo? Ex viro solo, qui erat Adamus. Jam igitur quodnam erit huic contrarium? Sine dubio formatio ex sola fœmina, quomodo Eva formata erat ex solo Adamo. Quamobrem, si formatio talis nondum visa erat in mundo, quare in hoc solo vellemus negare, quod in aliis rebus omnibus concedimus, & videmus, quod nimirum quidq; suum habeat contrarium? Proinde etiam formationi mulieris, quæ ex viro solo formata fuit, suum assignamus contrarium, quod est formatio ex muliere sine viro, & quarta generationis species, in ipsis adeo Scripturis expressa Gen. 15, 16. Generatione quarta revertetur huc: *quod Dei ad Abrahamum dictum est, quando ei annunciabat captivitatem Ægyptiacam, signantem captivitatem animarum in inferno, quæ tempore quartæ hujus generationis speciei, a Meßia fuerunt liberatæ.* Verum, quis hæc non ἀναφροδισίας condemnet? Pugnat enim cum sana ratione, dicere, haud ullam in orbe reperiri rem, quæ non habeat sui contrarium, & velle hoc ad ipsos diversos modos, quibus Deus & Natura in efformandis operibus suis utuntur, extendere. Quanto rectius philosophatur Aristoteles, cum in Categoriis capite de Substantia tradidit, omnibus in universum substantiis, quin & quantitatibus contrarium nihil esse. Verba sunt: Ὑπάρχει δὲ ταῖς οὐσίαις καὶ τὸ μηδὲν αὐταῖς ἐναντίον εἶναι· τῇ γὰρ πρώτῃ οὐσίᾳ τί ἂν εἴη ἐναντίον; οἷον τῷ τινὶ ἀνθρώπῳ, ἢ τῷ τινὶ ζώῳ, οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐναντίον· οὐδέ γε τῷ ἀνθρώπῳ ἢ τῷ ζώῳ οὐδέν· οὐκ ἴδιον τῆς οὐσίας τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, οἷον ἐπὶ τοῦ ποσοῦ· τῷ δὲ γὰρ διπήχει ἢ τῷ τριπήχει οὐδέν ἐστιν ἐναντίον, οὐδέ γε τοῖς δέκα, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδενί· εἰ μή τις τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ φαίη ἐναντίον εἶναι, ἢ τὸ μέγα τῷ μικρῷ· τῶν δὲ ἀφωρισμένων ποσῶν, οὐδέν ἐστιν ἐναντίον οὐδενί· *Jam hoc etiam substantiis convenit, ut ipsis nihil sit adversum. Nam primæ quidem substantiæ, ut cuipiam homini, vel cuipiam animali, quid adversum esse poßit? Nihil enim est, quod eis sit ex adverso oppositum. Ne homini quidem aut animali. Sed hoc proprium non est substantiæ, quin etiam in plerisq; aliis rebus hoc cernitur, veluti in quantitate. Neq; enim bicubito aut tricubito quicquam contrariū est, sed, nec numero denario, nec cuiquam rei ejusdem generis: nisi forte dicat aliquis multa paucis esse contraria, aut magna parvis: sed illud profecto verum est, definitis quantitatibus nihil adversari.* Similia alibi in eodem libro leguntur. Quod si vero omnino ad libitum abuti vocibus, & quomodocunque contrarietatis aliquam speciem aptare rebus libeat, doceant nos illi Eximii, ecquis productionis modus reperiatur illi adversus, quo Cœlū, & lucida illius sidera, mare item & tellus, a Deo ex nihilo producta sunt? Nisi enim ostendent, esse aliquod cœlum, esse sidera, mare, & tellurem, quæ creationi adversa productione fuerunt effecta, nihil concludit, quod de solis Adamo &

Eva

Eva nectitur argumentum, & meram continet *ἀσυλλογιςίαν*. Quapropter, etsi antiquiores aliqui, fere similem quoque, ac ea est, quam rejecimus, fecere collectionem, non tamen a contrarietate, sed potius a compositione, medium terminum desumendum esse arbitrati sunt: Nam apud Hieronymum a S. Fide l. 1. contra Judæos c. 4. legitur: *Est quadam ratio quasi naturalis, quam ponit Magister Moses de Ægypto, de qua nos in isto casu possumus* juvare: Dicit enim sic, quod si reperimus quoddam compositum de simplicibus certis, & postea comperimus aliquod de simplicibus illis per se extra compositionem separatum, definire possimus, quod illud aliud simplex possit aliunde separatum per se inveniri. Verbigratia: Reperimus potum vocatum Oxymel, quod quidem ex saccharo componitur & aceto, deinde reperimus acetum per se separatum, credere oportet, quod saccharum per se poterimus reperire. Ad propositum: nos reperimus individuos humanæ speciei, ex maris & fœminæ commixtione generatos, deinde credendum est, neminem contradicturum, unum individuum sine mare & fœmina creatum: iste fuit Adam. Deinde reperimus aliud sine fœmina: & hoc fuit Eva. Oportuit ergo in hac humana natura reperiri, de fœmina duntaxat sine mare generatum, & iste est Rex Messias.* Verum, hæc illatio quoque, nimis labascit, nec est qui non animadvertat, quam male comparentur res ex simplicibus ita mixtæ, ut aliquod verum & quod sensibus percipi potest compositum inde resultet, cum actione aliqua nuda & modo producendi; quoniam ista toto genere inter se differunt. Quod si recte se habent, quæ recitavimus, licebit quoque sic inferre. Nos deprehendimus Amygdala ex terræ & arboris mutuo adjumento nunc progenerari. Porro, nec est, qui in dubium vocet, in prima creatione Deum Amygdala, pariter uti res alias quascunque, citra & terræ & arboris vim creasse e nihilo. Jam constat quoque, effecisse Deum aliquando, ut solus arboris ramus, quo Aaron pro virga usus erat, sine terræ ope ederet Amygdala: Sequitur ergo, omnino necesse esse, ut Deus nobis nunc tandem amygdala producat, e sola terra, sine arboris interventu propullulantia. Nimirum, ista pro bellariis erunt, post comestum Leviathanem, scilicet. Amplius in eodem, quod allegavimus, Johannis Mariæ Vincentii opere, habentur alia quoque, circa præsens negotium, quibus nigrum theta merito præfigas. Vti cum fol. 154. postquam ex voce שילה *Schilo*, Messiam solius fœminæ filium futurum esse ostendere laboraverat, sic Judæum adversarium porro alloquitur: *Che aspetti maggior chiarezza? che come è tuo costume, ti fossero portate le parole grosse, e chiare, che a lettere di scattola ti dicessero: Il Messia è senza padre? Hor vattele a trouar tu; che quando pure anche si espresse riferite ti fossero; pure non ti mancherebbero cavilli. Et acciochè niuna om-*

De Loco Es. 7. 14.

*Sic habet locus in Biblioth: SS. Patrum. In aliis editionibus est: *Ægypto, qua &c. juvari.*

De Loco Ef. 7, 14. *bra rimanere ti possa discusa, Senti, se'i tuoi Hebrei stessi parlano, come vorresti. Quanto celebre autore è presso voi Rabbi Mose Haddarsan, citato da Rabbi Salomon Jarchi nel versetto ottauo del c. 35. del Genesi? discorre Salomon in tal forma :* זה למדתו מרבי משה הדרשן שאמר שהגואל שיצא מכם לא יהיה לו אב: *Questo, dice, ho imparato dalle parole di Rabbi Mose Haddarsan. Dice quegli nel vers. 12. del c. 37. nel Genesi. Il Redentore che susciterò da voi; che farà? Senti, se parla conforme al tuo gusto, ma con tuo disgusto: Che sarà di Redentore tale, del Messia? Si risponde Mose : Non haurà padre. O Dio! illumina i nostri Hebrei, leua lor Signore la durezza de' loro cuori.* Id est : *Quid expectas majorem claritatem? Illud fortasse, pro more tuo, ut tibi afferantur, verba spissa, & evidentia, quæ literis sesquipedalibus tibi dicant :* MESSIAS NON HABET PATREM ? *Atenim abi tu hæc quæsitum: quippe si maxime ista tam expressa tibi adducerentur, non deessent tibi cavillationes. Vt vero nulla prorsus umbra excusationis tibi restare possit, adverte si Judæi tui loquantur, quomodo velles. Quam celebris autor inter vos est R. Moses Haddarschan, citatus R. Salomoni Jarchi ad comma 8. cap. 35. Genes. In hunc modum loquitur R. Salomo:* זה למדתי מרבי משה הדרשן שאמר שהגואל שיצא מכם לא יהיה לו אב: *Hoc, inquit, didici ex verbis R. Mosis Haddarschan. Ait ipse, ad comma 12. capitis 37. Genes. Redemtorem quem suscitabo ex vobis : Sed, quid faciet? Audi, num tibi grata eloquatur : at ingratiis tuis : Quid fiet de hoc Redemtore sive Messia? Sic respondet Moses : Non habet patrem. O Deus! illumina Hebræos nostros, aufer illis Domine, duritiem cordis.* Probo pietatem, & has pro Judæorum conversione ad Deum preces : verum, o utinam non caliginem magis offundant illorum oculis, cordisque callositatem adaugeant, ea quæ præcedunt, tam manifestum falsi crimen continentia. Neque vanus hic metus est, cum dubium nullum sit, istum librum, utpote recentem admodum, Judæorum in Italia manibus passim teri.

Obiter de Loco Gen. 35, 8. Nimirum, non habentur profecto apud R. Salomonem, quæ illius nomine, tanto verborum apparatu Vincentius adduxit. Scilicet in cap. 35. Geneseos, narrat Divinus Scriptor, quomodo post patratam a Simeone & Levi Sichemitarum cædem, Jacobus pater, tum ab accolis sibi metuens, tum Dei insuper hortatu excitatus, convasatis rebus, Lusam, quæ deinde Bethel dicta est, cum omni familia perrexerit, atque illuc delatus, votivam aram Deo Liberatori dedicaverit. Subjicitur deinde comma, octavum numero, mirum prorsus, & inexpectatum, dum legimus : ותמת דבורה מינקת רבקה ותקבר מתחת לבית אל תחת האלון: *Et mortua est Debora, nutrix Rebeccæ, ac sepulta fuit infra Bethelem, sub quadam quercu.* Etenim, nullatenus constat, qua tandem ratione, aut quo tempore, Rebec-

Rebeccæ nutrix ad Jacobum pervenerit, & in hujus familiam ſit ad- De Loco
miſſa. Quod, cum non leviter quem torquere poſſit dubium, illud ex- Eſ. 7, 14.
pedire conatus eſt R. Salomo, annotavitque : מה ענין דבורה בבית יעקב אלא לפי שאמרה רבקה ליעקב ושלחתי ולקחתיך משם שלחה דבורה אצלו לפדן ארם לצאת משם ומתה בדרך מדברי רבי משה הדרשן למדתיה ; Repræſentavimus locum, prout vulgo legitur; ubi obiter monendum, verba ומתה בדרך non eſſe in noſtro MS. quæ tamen judico ſervanda. Senſus eſt : *Quid ſibi vult Debora in domo Jacobi? Nempe, quia pollicita fuerat Rebecca Jacobo* (abiturienti, Gen. 27, 47.) mittam atque te inde repetam, *miſit igitur Rebecca ad illum in Padan-Aram conſtitutum, Deboram, ut inde proficiſceretur, eaq; in hoc itinere mortua eſt. Iſta ex verbis R. Moſis Haddarſchan didici.* An eſt obſecro quis inter Chriſtianos etiam, tam vecors, & prope ſtolidus, ut æquo animo perferre queat, pro iſtis, ea, quæ ſupra allata ſunt, ſupponi, & quadrata rotundis permutari? Neque vero ſatis erat, Apoſtolicæ Sedis Miſſionario, ex ſpuriis teſtimoniis cum Judæis agere, ſed fabulas inſuper narrare iis occipit, quas fortaſſe infantibus, qui nondum ære lavantur, ſomno conſopiendis recitaſſe fuiſſet conſultius. Temperabimus tamen & nos ſeria noſtra, iſtis logis, & Mileſiis ſermonibus, atq; aures aliquantisper præbebimus : *Nelle Hiſtorie de' Romani, coſa pur leggiamo, che per eſſer ſcritta in antichiſſimi caratteri, toglie ogni ſoſpetto eſſere formati da Criſtiani. Scriue pure quella bocca angelica di verità, tanto lontana dal mentire, che più toſto credeua un giumento od' vn huomo volaſſe, che vn Religioſo diceſſe vna bugia: ſcriue pure nella ſeconda della, ſeconda alla, ſeconda queſtione, nell' articulo ſettimo : Che nelle ſopradette hiſtorie, o annali de' Romani nell' anno di noſtra ſalute 1283. Regnante Elena e Conſtantino ſuo figlio eſſerſi ritrouata vna piaſtra con antichiſſime lettere, coſi inſcritta* : JESVS CHRISTVS DEI FILIVS NASCETVR DE VIRGINE, MARIA ET CREDO IN EVM. O SOL ITERVM ME VIDEBIS. *E nelle Croniche ancora, de' Rè di Caſtella ſi hà, che preſſo Toleto ſotto vn ſaſſo, ritrouato fù vn libro antico ſcritto in lingue hebraiche, greche, e latine, che conteneuano:* CRISTO FIGLIVOLO DI DIO NASCERA DI MARIA VERGINE E PER LA SALVTE DE GLI HVOMINI PATIRA. *Ma che ſerve mendicare di fuori ciò che habbiamo nelle voſtre caſe? Fù pur noto il caſo nella voſtra Giudea, l' hauete pur regiſtrato nelle voſtre hiſtorie, me l' hauete pure narrato di voſtra bocca: oltre quello ne trouo ſcritto da noſtri Autori: da vn Tertulliano* contra Marcionem, *e da Egeſippo* libro de ſupplemento Evang. Verit. *Spiegando quel paſſo del Vangelo noſtro* : Reſponſum accepit Simeon a Spiritu Sancto. *Il caſo fù che queſto Simeone, che era Rabbino voſtro, e gran Maeſtro hebreo, mentre della catedra interpretaua il luogo d' Iſaia capo 9.* Ecce Halma concipiet : *Voce, che*

 ſcrit-

De Loco Es. 7. 14. *scritta, o proferita con la lettera H di aspiratione, Vergine vuol dire, e senza aspiratione o H, giovanetta significa: il buon Rabbi dico Simeone: spiegando quel luogo,* Ecce Halma concipiet. *Ecco la Vergine concepirà: e vedendo scritto la parola Halma con la lettera H, onde voleua dir Vergine, stimandolo egli facilmente errore della stampa, ò pure per altri motiui, impossibile tenendo partorire douesse vna Vergine, che fece il buon Rabbino? scancellò dalla parola Halma, l' aspiratione, la lettera H. e spiegò a suoi discepoli la scrittura, che dir volesse quella parola non Halma cioè Vergine, mà Alma cioè giouanetta. Ma che accadette? Occorse che miraculosamente in vn istante fu dal cielo alla parola Alma restituita la lettera H che egli haueua scancellata: onde Halma ancora staua impressa nel libro. Attonito il Rabbino, e forse dubitando non hauerla bene scancellata, leuatala di nuovo con maggior diligenza la ritornò la seconda volta a scancellare. Ma che? Ed ecco il Cielo che pure con secondo miracolo torna quella lettera come prima a restituire. Perseuerante il Rabbino, tre volte lo stesso fece: e pur tre volte scritta sempre vi ritrouò la lettera H la parola non Alma mà Halma, non giouanetta, ma vergine. La qual nouità del fatto ammirata dal buon Simeone, a Dio nell' oratione ricorse, & iui l' oracolo, e la risposta ne riceue dallo Spirito Santo del parto della Vergine, e ch' egli non haurebbe veduto la morte prima di veder Cristo suo Signore.* Id est. *In historiis Romanorum legimus profecto rem, quæ cum scripta sit literis antiquissimis, aufert omnem suspicionem formatas esse a Christianis. Scribit profecto illud angelicum veritatis os, tam remotum a mentiendo, ut magis crederet jumentum aut hominem volare, quam Sacerdotem dicere posse aliquod mendacium; scribit, inquam, in secunda Secundæ q. 2. art. 7. in supradictis Historiis aut Annalibus Romanorum* (reperiri,) *Anno Salutis nostræ 1283. Helena & Constantino filio ejus imperantibus, repertam fuisse laminam, cum antiquissimis literis sic inscriptam:* JESVS CHRISTVS DEI FILIVS NASCETVR DE VIRGINE MARIA ET CREDO IN EVM O SOL ITERVM ME VIDEBIS. *Et in libris Chronicis insuper Regum Castellæ continetur, prope Toletanam urbem sub saxo aliquo fuisse repertum librum antiquum, scriptum Hebraica, Græca & Latina linguis, quæ continebant:* CHRISTVS FILIVS DEI NASCETVR EX MARIA VIRGINE ET PROPTER SALVTEM HOMINVM EST PASSVRVS. *Sed, quid juvat mendicare foris illud, quod habemus in vestris ædibus? Erat omnino notus is casus in vestra Judæa, utiq; illum vestris historiis inseruistis, vestro sane ore mihi illum narrastis: reperio insuper eum scriptum a nostris Autoribus. A Tertulliano contra Marcionem; ab Egesippo libro de supplemento Evang. Verit. ubi explicat illud comma Evangelii nostri:* Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto. *Erat autem sequens casus: quod Simeon iste, qui fuit Rabbinus vester, & magnus Doctor Hebræus, dum pro cathedra interpretaba-*

tabatur dictum Esaiæ c. 9. Ecce Halma concipiet. *Vocem, quæ scripta aut enunciata cum H, aspirationis litera, Virginem notat sine aspiratione vero aut H juvenculam significat. Bonus inquam iste Rabbi Simeon, explicans locum* : Ecce Halma concipiet. *Et videns scriptam vocem Halma cum litera H, ita ut virginem significaret, existimando fortasse esse impressionis vitium, aut sane ob alias causas impossibile judicans, virginem parere posse, quid fecit ille Rabbinus? eradebat ex voce Halma aspirationem sive literam H, & interpretabatur discipulis locum, quasi non Halma sive Virgo, sed Alma id est juvencula, significaretur. Sed, quid accidit? Evenit, ut per miraculum in momento cœlitus voci Alma restitueretur suum H, quod ille eraserat, unde Halma etiamnum in libro impressum extabat. Attonitus Rabbinus, & forsitan dubitans, num probe illam literam erasisset, iterum cum majore diligentia eam tollit, atq; repetita vice hanc eradit. Sed, quid? Ecce tibi cœlum cum iterato miraculo, illam literam sicut ante restituit. Interim in cœpto perseverans Rabbinus, tertio idem fecit, & ter quoq; ibi semper scriptam reperiebat literam H, ut non Alma sed* Halma *legeretur, & significaretur non juvencula, sed Virgo. Hanc facti novitatem admiratus bonus ille Simeon, ad Deum cum precibus confugiebat, & tum oraculum ac responsum accepit a Spiritu S. de Virgineo partu, & non visurum eum mortem, antequam vidisset Christum Dominum.* Cæterum, ut pauca quædam de istis moneam, est profecto prima narratio, ejus generis, ut superet propemodum credulitatem nostram, etiamsi Thomæ Aquinatis verbis propriis recitetur, quæ mox afferemus. Interim nemo opinetur, tam fœdos & spissos errores Doctorem Angelicum proloquutum esse, quales Joh. Maria Vincentius per supinam incuriam & negligentiam illi affingit. Absit enim in mentem venerit Thomæ, asserere, Helenam cum Constantino filio imperasse, & imperasse hos anno post Christum natum 1283. quæ, nemini, nisi qui omnino omnis historiæ rudis & expers est, nec prætextā unquam posuit, possunt excidere. Enim vero, sic apud Thomā legitur verbotenus: *Invenitur etiam in historiis Romanorum quod tempore Constantini Augusti & Irenæ matris ejus, inventum fuit quoddam sepulchrum, in quo jacebat homo, auream laminam habens in pectore, in qua Scriptum erat*: CHRISTVS NASCETVR EX VIRGINE ET EGO CREDO IN EVM. O SOL SVB IRENÆ ET CONSTANTINI TEMPORIBVS ITERVM ME VIDEBIS. Non opus est ostendere, quam disparia & dissimilia ab his sint, quæ pro iis Vincentius inficetissime substituit, nam id res ipsa loquitur. Interim apparet hinc, minime dignum esse Vincētium, quo cum in tenebris quis micet, & Rabbinos, quod creberrime facit, alleganti fidat, cum in mero meridie nobis imponat, & tam male tractet suopte judicio Sanctissimum Thomam. Sed nos, hanc injuriam non levem, aliis vindicandam relinquimus. Illud quod in Castellæ Regum Chronicis scriptum ait

De Loco Es. 7, 14.

Concordat Cedren. in Comp. hist. p. 386.

De Loco Es. 7, 14.

ait Vincentius, his quoque verbis legitur in Chronica Augustensi ad Annum 1253. apud Freherum tom. 1. Script. Germ. p. 377. *Quidam Judæus in Hispania provincia pro vinea sua amplianda rupem fregit undiq; integram, interius cavam, in qua librum tanquam lignea folia habentem invenit, qui liber Hebraice, Græce, & Latine scriptus, tantum literæ & Psalterium continebat, loquens de triplici mundo ab Adam usq; ad Antichristum, proprietates mundi. Principium tale fuit.* IN TERTIO MUNDO FILIUS DEI NASCETUR EX MARIA VIRGINE ET PRO SALUTE HOMINUM CRUCIS PATIBULO PATIETUR. *Fuit etiam ibi scriptum, quod liber iste inveniendus esset in diebus Ferdinandi Rectoris Hispaniæ. Quem cum Judæus legisset, cum parentela baptizatus est.* Descripsi sedulo locum, prout eum Chronicon exhibet. Sed enim, verba, *tantum literæ & psalterium continebat*, valde corrupta esse, dubitari nequit. Nescio quomodo illi malo subvenire debeam, etsi Cranzius l. 7. Hist. Vandal. cap. 25. opem præstat, apud quem sana est lectio, & tota narratio hoc modo concipitur : *Ferunt illo ipso tempore in Toleto Hispaniæ urbe, cum Judæus rupem villæ proximam, quæ vineæ imminebat, scindere pararet, ut amplificaret vineam, & solis radios admitteret: scissa cuneis rupe, reperit concavitatem cameratam plenissimam, inq; ea librum ilignis foliis inscriptum, ad longitudinem psalterii. Ibi tribus linguis, Hebraica, Græca & Latina legebatur de triplice mundo ab Adam, initio tertii nasciturus esset Dei filius, & quod tempore Ferdinandi Regis Castellæ, sub lucem venturus esset liber. Judæus comperta tanta vetustute mox cum omni domo sua est baptizatus.* Magnum mirum, si non Augustense, haud vero Castellæ Regum Chronicon Vincentio ad manus fuit, & exinde per summam incuriam numerum Anni 1253. alienæ historiæ, ita ut quinarium insuper in octonarium corrumperet, applicuit, atque hinc is error immanis, quem modo notavimus, ortus est. De reliquo, extat hæc de Judæo Hispano narratio, quoq; apud Trithem. in l. de 7. Secundeis p. 22. Paralipomenis subjunctis Abbati Urspergensi p. 250. & alibi; non tamen ideo vel hæc, vel prior, fidei sublestissimæ nobis esse cessant. Quod, ut aliis quoque ostendam, non valde nunc causabor, quam minime verisimile sit, ipsissima Irenæ, Constantini, & Ferdinandi nomina, multis ante seculis ob levissimi momenti rem, & tantum ut tempus inveniendæ rursus laminæ indicaretur, multis ante seculis fuisse ab aliquo prævisa. Quippe fidem adeo superat, vel Deiparæ nomen, & profundum incarnationis ac redemtionis generis humani mysterium, expressius & clarius Deum laminis quibusdam, quam sacrosancto suo verbo, quo voluntatem suam patefecit, & quod παιδαγωγὸς εἰς χριστὸν, Apostoli ad Galat. 3, 24. testimonio esse debebat, voluisse inscribi. Ecquis enim persuaderi sibi patiatur, hominibus ante Christi adventum, & fortasse idolis servienti-

entibus, (nam sic vulgo vaticinia hæc a Paganis edita esse jactantur, & linguæ, qua, si Hebraicam excipias, concepta dicuntur, huc spectant) revelatas fuisse res, quas ipsi Servatoris nostri discipuli, qui jam per universum triennium Divino Magistro operam dederant, & diligenter ab eo fuerant edocti, paucis ante Domini passionem diebus, adhuc ignorabant? Videlicet, nullam hujusmodi supernaturalem & divinam revelationem Gentilibus obtigisse, videtur extra omne dubitationis periculum constitutum. David enim Psalmo 147, 19. 20. testatur, Deum *indicasse verba sua Jacobo statuta sua & jura sua Israëli*: Addens signanter: *Non fecit ita ulli genti; ideoq; jura ista non noverunt.* Sic Paulus Act. 14, 16. ait: *Deum præteritis ætatibus sivisse omnes Gentes suis ipsarum viis incedere*: quo, nihil aliud significatur, quam Gentiles nulla suorum Prophetarum & afflatuum cœlestium opera fuisse ex erroribus in rectam veritatis & religionis viam revocatos. Deinde, postquam adjunxerat: *Quanquam non passus est se esse expertem testimonii*: mox, qua in re situm fuerit illud testimonium, ita explicat: *Bona tribuendo, dans nobis cœlitus pluvias, ac præstituta tempora fructibus perferendis, implens cibo & delectatione corda nostra*: qui locus summopere poscebat, ut & vaticiniorum meminisset, si quæ de cœlesti veritate, extraordinaria revelatione Dei Spiritus suppeditaverat. Idem Apostolus cap. 17. ejusdem libri, Athenienses de religione allocutus, antequam ad Evangelium accedat, illis ponit ante oculos, rerum creationem, administrationem Providentiæ, vim illam Numinis mirificam, per quam sese pæne hominum sensibus ingerit, ut non oculis cerni duntaxat, sed & manibus propemodum palpari posse videatur. Deniq;, quicquid Natura præ se fert, id illis in mentem revocat, nulla, etsi occasio perquam commoda se offerebat, vaticiniorum injecta mentione. Cumque adeo Arati verba, quæ ad institutum pertinere videbantur, citare non dubitaverit, neutiquam vaticinia ad Christianæ religionis mysteria attinentia erat prætermissurus, si quæ inter Gentiles fuissent edita. Proinde & cap. 1. ad Romanos, quicquid Gentilium oculis atque mentibus obversatum est, unde Dei notitiam haurirent, τοῦ γνωστοῦ τοῦ θεοῦ ambitu complectitur. Jam, in illa de Simeone fabella, quædam sunt, ad quæ in immodicum cachinnum solvatur quis necesse est, si maxime cum Crasso plane ἀγέλαστος fuerit. Siccine enim, malum! impresso codice usus est Simeon, & jam tum illo ævo, cum nondum in lucem editus Servator fuit, gemebant typographorum torcularia? Non est cæteroquin mei moris, temere in quenquam bonorum, quales omnes fideles Christianos reputo, ob commissum aliquod sphalma, gravius animadvertere. Nam, nemo non suos patitur Manes, & ille optimus, qui minimis urgetur. Quamobrem, soleo in aliena causa judicem æquum me præstare, ut olim, cum mea quoque

De Loco Es. 7, 14.

De Loco Es. 7, 14.

ad tribunal dicta vocabuntur, ac iste noster calamus, uti sunt humana, uspiam impegisse deprehendetur, & ipse tales experiar. Sed, ipsa sibi obstat Vincentii errorũ magnitudo & enormitas, quo minus molliter notari queant, cogitq; me necessitas porro indicare, mera verba nobis dedisse illum Theologum, cum ad assensum conciliandum, reliquis de Simeone commentis, Tertullianum, Egesippum, ipsosque Judæos ausus est citare autores. Etenim, ut de Judæis priore loco dicam: Fierine potest, istos homines tam sui esse immemores, ut data opera propria vineta cædant, & illam sententiam de voce Halma, virginem significante, quam magno consensu tanquam falsam acerrime impugnant, divino miraculo veram declaratam fuisse, tum in libris suis, tum & sermone apud Christianos ingenue profiteantur? Præterea, omne illud, quod inter Halma & Alma constituitur discrimen, putidum, ineptum est, cum nihil differant illæ voces, si verum sensum requiras, utro modo efferantur, & Alma æque ac Halma, Virginem significet, nisi, quod posteriori expressioni per H. demonstrativum, emphasis quædam accedit, sed, quæ significationem nihil variat, ceu iis notum, qui Hebraica vix primis labris degustarunt, & in imis subselliis inter Alphabetarios consident. Ergo impium propemodum est, suæ inscitiæ & ignorantiæ, imo dementiæ extremæ, divina miracula obtendere: quasi vero Deus, in gratiam cujusque τῆς διανοίας ἀῤῥωςίᾳ laborantis, ob nihili causam portenta edat jocularia, & rerum naturæ ordinem frustra commutet. Etenim, si tantus Simeonis decrepiti erat stupor, tamque gravis vesania, ut omnino ad Virginis significatum progenerandum plurimum referre crederet, Alma ne an Halma legatur, mente capto homini helleboro opus erat, non miraculo: nisi forte quis dicere malit, ad sermonis usque vernaculi ignorationem ipsum repuerascere, & in cunis iterum vagire cœpisse. Hujus igitur auribus animisque hominum tam absurdæ fabulæ, dum Tertullianum patronum laudat Vincentius noster, magnam ei intulit contumeliam, atque longe aliter hunc tractavit, quam Vincentius Lirinensis, cujus sequens de Tertulliano extat judicium: *Tertullianus apud Latinos nostrorum omnium facile princeps est judicandus. Quid enim hoc viro doctius? quid in divinis ac humanis rebus exercitatius? Nempe omnem Philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores, assertoresq; sectarum, omnesq; eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem, mira quadam mentis capacitate complexus est.* Fuit profecto, talis tantusque Tertullianus, nemoque credat, illas de Simeone nugas, aut in adversus Marcionem, aut in alios suos libros, esse admissas. *Egesippi de Supplemento Evangelicæ Veritatis* liber, ad quem porro provocavit Joh. Maria Vincentius, quis sit, & an uspiam gentium extet, juxta cum ignarissimis compertum habeo, nec memini unquam apud alios ejus injectam

ctam fuisse mentionem. Disco tamen ex Clarissimi & Doctissimi Viri Leonis Allatii Diatriba de Simeonum Scriptis, quod etiam Beauxamæ aliquid de Simeone & ejus circa Virgineum partum hæsitantia, tanquam ex Egesippo acceptum narret, & quod Sebastianus Barradas conquestus sit, nondum se illud in Egesippo potuisse invenire. Non sunt mihi ad manus illi ab Allatio laudati Scriptores, fortasse tamen uterque horum, historiam de Hierosolymitanæ urbis excidio, quæ sub Egesippi nomine vulgo habetur, in animo habuit, quam præter, nullus alius, quod sciam, liber, huic Autori tribuitur, verumque est, nec in hac Simeonem memorari. Ne tamen quid dissimulem, invenitur apud alios quædam narratio, habens aliquantillum cum iis commune, quæ a Joh. Maria Vincentio fuere recitata, ita tamen ut longe sit infra illam, quæ hujus verbis inest portentosissimam absurditatem. Scilicet, Nicephorus l. 1. Hist. Ecclesiast. c. 12. interprete vertente scriptum reliquit: *Hunc Simeonem, fama est, ex eis fuisse unum, qui virtute, dignitate, vitaq; sanctitate excelluerunt. Qui, cum aliquando illi Prophetæ Esaiæ oraculo legens incumberet, quod ait: Ecce virgo uterum gestabit, & concipiet filium: & de divini ejus responsi fide ambigeret, Angelum ei ita fluctuanti astitisse ferunt, cum oraculo ejusmodi, Non illum prius vitæ hujus vinculis solutum iri, quam id de quo credendo addubitasset, pro foribus primo quoq; tempore appropinquans, & oculis ipse suis conspectum, testimonio suo confirmaret. Quam ob causam ad tantum senium provectus, cum Christum Domini oculis suis conspexisset, eundemq; in ulnis gestasset, carnis mole protinus solutus atq; liberatus est.* Nicephori vestigia pressit Gregorius Pardus, Archiepiscopus Corinthi, in Expositione Tropàrii secundi Odæ quartæ Canonis Cosmæ Monachi in Occursum Domini, cujus bene multa adducit in Dissertatione paulo ante indicata Allatius: est ibi inter alia: Ὁ ἅγιος Συμεὼν ἐντυχὼν τῷ τοῦ μεγαλοφωνοτάτου προφήτου Ἡσαΐου ῥητῷ· Τῷ φάσκοντι, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, διηπίστησε τούτῳ· ἀδύνατον εἶναι οἰόμενος ὅσον ἐπὶ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὸ, παρθένον τεκεῖν· Οὕτως οὖν ἔχων ἀποκαλύψεως ἔτυχε θείας, ἕως τότε τῷ βίῳ τούτῳ παρεῖναι, ἕως ἂν τελεσθῇ τὸ θεῖον τοῦ προφήτου ῥητόν· *Sanctus Simeon cum Esaiæ magnitudine excellentiaq; vocis inter alios eximii, vaticinium legisset, Ecce Virgo concipiet in utero, & pariet Filium; fidem dicto prorsus denegavit, ratus id fieri non posse naturæ viribus, ut Virgo pareret. Sic ei animato, divinitus patefactum est, victurum eo usq; dum Vatis oraculum impleretur.* Ex horum interpolatione, (uti solent ea quæ falsa sunt, per ora hominum eundo, vires & augmenta accipere,) videtur enata esse mirificissima Vincentii fabula, quæ tantum abest cordatis probari queat, ut ne quidem illam Nicephori simplicem narrationem dignam putaverit Illustris Baronius,

De Loc. Es. 7, 14.

Batricides T. 1. p. 296. Simeoni huic annos 350 tribuit.

De Loco Eſ. 7, 14. quam Annalibus ſuis intexeret. At vero, non ſiſtitur intra allatas hactenus fabulas Vincentii præpoſtera & intempeſtiva quidvis Judæis objectandi diligentia; ſed ab ipſis quoque mendaciis ſomniisq; vigilantium Poëtarum, auxilium ſibi petere ſuſtinuit, unde, & hæc, quæ ſubjicimus, apud illum leguntur: *Quanta gran fede diedero mai anche i più ſaui del mondo alle loro finte fauoloſe Deità? Che del cerebro ſolo di Gioue formata foſſe Minerva? E così Bacco ſecondo alcuni dal ſolo ſangue di Jabio* (fortaſſe legendum *Gioue*) *ſenza madre? E all' incontro Vulcano dalla ſola Giunone ſenza padre? Venere dalla ſchiuma del mare generata; e Caſtore e Polluce da vn huouo? Hor ſe' l mondo hà creduto ſimiglianti portenti ſi moſtruoſi, e tanto alla ragione repugnanti; come poi tanto duro ſi moſtra, a credere vna concettione di Criſto da Vergine madre, in cui tante coſe concorrono alla ſteſſa natura convenienti?* Ideſt: *Proh! quantam fidem dedere etiam mortalium ſapientiſſimi, fictis & fabuloſis ſuis Numinibus!* (Perſuaſi erant,) *ex cerebro ſolo Jovis, fuiſſe formatam Minervam; & ſic Bacchum aliqui cenſebant ex ſolo ſanguine Jabii* (forſitan Jovis) *genitum eſſe ſine matre: Contra Vulcanum natum eſſe ex ſola Junone, ſine patre; Venerem ex ſpuma maris generatam fuiſſe; Caſtorem & Pollucem ex ovo prodiiſſe. Atqui ſi mundus credidit ſimilia portenta tam monſtroſa, & tantopere rationi repugnantia, quare nunc tam durum ſe monſtrat, in credendo conceptionem Chriſti ex virgine matre, in qua tanta res concurrunt, ipſi natura convenientes?* Verum enim vero, ſic omnino ſe res habet, prout pridem queſtus ſum: Nocent hæc talia Judæorum converſioni, non proſunt; nec opus eſt occaſionem iis præbeamus, traducendi nos, quod Gentilium figmentis nimium indulgeamus, jam ipſi ultro iſtis offenduntur, & nos maledictis ſuis inceſſant, quaſi paganorum errores, tum aliàs, tum in eo quod Virginem peperiſſe profitemur, noſtros fecerimus. Ecce tibi exordium ſacrilegi libri חזוק אמונה quem totum deinde dabimus: אמר מחבר מיום עמדי על דעתי הייתי
משתאה ומשתומם באמרו האין חכמה באדום אבדה תבונה
ממצרים איך הם מסכימים לאמונותיהם הזרות משכל האנושי בלתי
ראיות נוכחות מצידי הנביאים ואפילו הפסוקים שהם מביאים
ממאמרי הנבואה לראייה להם אינם מורים על ראייתם כלל והם
להם לא לעזר ולא להועיל כאשר זה ידוע למעיינים היטב בספריהם
וכפי מה שיתבאר בזה הספר במקומות הרבה ורבים עד שמצאתי
כתוב בספרי דברי הימים שלהם שנקרא קראניקי בלשונם בעניני
עבודות הזרות שהיו עובדים קודם שנולד ישו שהיו מאמינים גב
שאלהיהי נולד מבתולה בלי זיווג אשה ואיש וכי אלקי אחר נולד
ממוח בתולה וכי מלך אחר שם לפני אלהות בנו מבושל לאכול
וזהם

והם לא רצו לאכלו אלא עוד החיו הבן וכן שאר דברי שגעונות ושבושים אחרים הרבה דומים לשיבושים הנמצאי' עתה בספרי אמונתם אז נודע לי בלי ספק שאמונות הזרות והשיבושים ההם נשארו להם בירושת מקדמוניהם ויטו כזביהם אשר הלכו אבותם אחריהם והורגלו והתנהגו בהם מנעורותיהם ושבו להיות להם כדברים טבעיים ולכן * נראין זרים בעיניהם כי ההרגל טבע שני:

De Loco Es. 7.14.

* fortasse legendum ולכן אין נראין

Idest: *Sic infit Autor: Ex die, quo mente mea res rationesq; subduxi, stupere ego & horrescere cœpi, ac dicere: An nulla superest sapientia in Edom? an periit prudentia ex Ægypto? Ecquomodo in religione ipsorum, quæ tam aliena ab humana ratione deprehenditur, sine argumentis efficacibus ex Prophetis depromtis, tantopere illi consentiunt? Nam, dicta, quæ ex vaticiniis eorundem argumentorum loco petere solent, thesin eorum nihil quicquam confirmant, nec opem iis ferunt, aut prosunt, prout sedulo libros illorum inspicientibus constat, atq; in hoc nostro libro in locis variis plurimisq; explicabitur.* (Ista, inquam, tacite mecum agitavi,) *usq; dum in Annalibus ipsorum, quos sua lingua Chronica vocant, inter recensiones attinentes ad superstitionem, cui ante Christum natum dediti fuerunt, reperi, tum credidisse ipsos pariter Deum suum natum fuisse ex virgine sine viri & fœminæ commixtione; itemq;, Deum alium ex cerebro cujusdam virginis enatū esse. Amplius, Regem quendam Numinibus suis filium suum excoctum epulandum proposuisse, ipsa autem hunc comedere noluisse, sed illum in vitam revocasse; resq; alias plures ineptissimas stultissimasq;, similes fatuitatibus, quæ nunc in libris illorum mysticis deprehenduntur. Tum certissime mihi innotuit, istas superstitiones erroresq;, a majoribus hæreditario quodam jure ad illos pervenisse, eosq; mendacibus majorum vestigiis insistere, in quibus cum inde a pueris innutriti & assuefacti sint, in res quasi naturales hæc iis conversa sunt, atq; ideo* (neutiquam) *absona iis videntur, nam consuetudo est altera natura.* Vel ex his patet, quanta circumspectione cum Judæis agendum sit, ne quid scandali nostra culpa capiat illorum animus, dum bonam causam, male, nec ut fortes decet milites, defendimus. Quamobrem, præter hactenus recensita, alia quoque argumenta, quæ in sacra hac de Virgineo partu controversia, Judæis objecta fuerunt, penitus eliminanda censeo. Vti, quod ab ipsa Latina lingua, voci Hebraicæ העלמה suppetias nescio quas, nonnulli emendicare ausi sunt. Ex quibus Raymundum Martini nominare sufficiat, qui in Pug. pag. 578. *Notandum est,* inquit, *quod* עלמה Alma *est nomen Hebraicum & Latinum. Almus quippe, ut dicit Papias, id est Sanctus, Pulcher, & altus, & dicitur ab alendo. Glossa quoq; super Esaia 7. dicit:* ALMA *Hebraice, Latine quoq; dicitur* SANCTA.

De Loco Es. 7, 14. Nec majoris facio ista Landriani tract. 1. de Virgin. partu adversus Hebræos, & Hæreticos, pag. 77. seq. *Massoritæ Accentuum auctores, posuerunt supra vocem* Hangalmah, *accentum, qui est punctus unus, dictus* reuiangh, *id est quadrum, quia est punctus quadratus, sive incubans in medio literæ, & sistere facit legentem supra illam literam, & vocem. Vbi adverte mysterium: nam hic punctus deberet figi supra verbum* Harah concipiet, *secundum regulam grammaticalem, cum hic terminatur oratio perfecta.* Ecce illa virgo concipiet; *proprium est enim hujus accentus regii distinguere & terminare orationem aliquam, & ut ponatur in ultima dictione orationis, nisi adsit mysterium & significatum singulare & præcipuum in nomine præcedenti. — Certe Massoritæ hoc non observarunt, nisi gratia significandi arcanum & prodigium in hac voce* Hangalmah *contentum; sed quid erat nisi promissum ante signum, adeo* (fortasse legendum *a Deo*) *ipso creandum? & quid erit in ipsa celeberrima & præstantissima* Hangalmah Virgine, *nisi ipsius Virginis illibata conceptio, & partus immaculatus; concipiendo in suo utero, & pariendo ex suo utero, filium suum Emmanuelem, Deum & hominem simul, salva semper ejus integerrima & illibata virginitate? Comprobatur testimonio Johannis Baptistæ cognomento Gratia Dei, a Judaismo ad fidem conversi, qui in suo libro optimo confutationis sectæ Hebraicæ, explicans hanc prophetiam affirmat.* Hanc insuper Hangalmah ab aliis privilegiatam esse Scriptura innuit; ipsam enim in antiquis vestris codicibus; aliter in aliis; tangamin signatam reperi; duo enim, & prima scilicet litera unum, & ultima aliud tanghamim habet; ex quibus sic clauditur, ut ipsam semper clausam, & virginem esse demonstrarent. *Hæc ille; quod verissimum esse attestari possum me vidisse in codice antiquissimo ex carta pergamena, hanc vocem*, Hangalmah, *hoc modo accentuatam* | Hangalmah | *qui duo accentus, ante & post, sunt duo soph pasuch, finis versus, quo accentu terminatur, & finitur absolute versus. Quod si interrogetur Hebræus, cur antiqui Sapientes, his duobus accentibus terminarunt, & clauserunt hanc dictionem* Hangalmah *non equidem (reddet) rationem grammaticalem, quia non distinguunt, ut patet,* Hangalmah, *a verbo* harah concipiet, *ergo reddet rationem mysticam, quia significant illi accentus magnum secretum, miraculum & prodigium; sed, quodnam assignabit, quod vere sit in hac excellentissima, & eximia Virgine, cum ipsa sit ornata & circumsepta his mysticis accentibus, nisi quod Deus ipse promisit, quod virgo concipiet, & virgo pariet Deum hominem factum; accentus enim non extra istam virginem, sed intra eam, & in ea mysterium admirandum consignificant, operandum esse a Deo, quod non potest esse aliud nisi virginea illius conceptio & partus.*

Dum hæc meditor, commodum mentem subit, ea quæ monti Oreb, lite-

literis mirificis, ignorabilibus, reconditis, abstrusissimisque incisa dicitur inscriptio. De cujus sensu, cum a tot jam seculis, sed plane frustra, anxii ac soliciti, ceu fertur, fuissent homines, tandem nostra ætate repertus est, Celebris Vir, *Athanasius Kircherus*, qui Inscriptionis *a nemine antehac explanatæ, veram*, ut ipse prædicat, *certam, & fidelem interpretationem*, non sine Numine excogitavit, ac Capiti 8. Prodromi Copti inseruit, ita ut hoc invento multum sibi placeat. Est autem operæ pretium, facitque ad institutum præsens, nosse rem arduam, & quæ ad seculi nostri felicitatem, ejusq; apud seros nepotes commendationẽ pertinere videri queat, itaq; non pigebit me illam fideliter, & plurimum verbis ipsius Kircheri, sed facto compendio, enarrare. Nimirum, obtulerat Kirchero, alias nobis memoratus R. P. Dominicus Germanus, natione Silesius, Arabicæ linguæ Romæ Professor, ex ordine S. P. Francisci, scripturam, in rupe quadam montis Sinæ sesquipalmaribus literis incisam, quam R. P. Thomas Obecinus Novariensis, ex eadem Francisci familia, dum Arabiæ oras lustraret, summa diligentia & fide, suis manibus descriptam, Romam eo animo secum asportaverat, ut Europæis eam veluti hieroglyphicum quoddam, quo indagando ingenii vires experirentur, proponeret: Orientalium enim in tantum unica hæc scriptura hucusque torserat ingenia, ut non defuerint, qui explicatu eam assererent omnino impossibilem: Quidam ob difficultatem hieroglyphicis, alii Cabalicis symbolis annumerarent: alii denique alia, ut in hujusmodi rebus arduis & abstrusis fieri solet, de ea comminiscerentur. Eam itaque scripturam, omnium Orientalium opinione inexplicabilem, cum penitius inspexisset Kircherus, non concidit animo, aut de ea penetranda animum despondit, ut nihil potius habuerit & antiquius, animum ejus insolito quodam veritatis cognoscendæ invadēte desiderio, quam ut in maximis mysteriis, quæ incertum quo instinctu, ei subesse cognoscebat, intelligendis indagandisque, omnem industriam, viresque ingenii experiretur. Divino itaque prius implorato auxilio, mox trium linguarum, Hebraicæ, Samaritanæ, & Syriacæ, ad quas dictæ scripturæ characteres proxime accedere videbantur, adhibitis quoque sibi consuetis artis combinatoriæ regulis, sedulam occœpit comparationem; & ecce scripturæ cæteroquin intricatissimæ, omniumque opinione inexplicabilis sensus, uti opinione citius, ita quoque labore non adeo magno & singulari (quo nomine, Deo, Patri luminum, gratias agit,) clarus, omnibusque solutus nodis, tandem emersit. Vnde si quis ab eo quæsierit, quomodo *tam cito* rem adeo difficilem, *invenire potuerit*, non habere se ait Kircherus, quod illi respondeat, nisi illud Jacobi Jsaacidis, quia voluntas Dei fuit, ut cito occurreret quod volebam. Quæ, cum sic præfatus esset Kircherus, subjicit deinde Scripturæ ipsius typum, qualem nos ex illo expressum, spectan-

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

spectandum pariter exhibemus:

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

De hoc Charactere mox pronunciat Kircherus, eum antiquum Hebræum esse, monogrammatiκῶς ad mysteria sub eo latentia, a profanorum lectione securius occultanda, exaratum; verba ipsa ad linguam Chaldaicam, quam Assyriam & Targumicam alii, alii Aramæam, Libonæam seu Babyloniam vocent, pertinere, sensumque tandem aperiens, istud significari ait:

DEVS VIRGINEM CONCIPERE FACIET.

Hujus explicationis veritas, ut luculentius omnibus innotescat, singularem vocum resolutionem in suas literas apponit, hoc modo:

Porro

Porromonet Kircherus, ſe, cum iſtam literarum analyſin penſiculatius excuſſiſſet, advertiſſe, in ultima voce יבטן duas alias voces contineri, videlicet ſequentes : De Kircheri inſcriptione montis Oreb.

Vetbabten Ben: Et illa pariet filium.

Ita ut totius ſcripturæ ſenſus ſit:



ייי עלמתא יבטן ותבטן בן

Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium:

Atque hanc expoſitionem, ceu jactat Kircherus, cum ipſe Viris Hebraicæ, Chaldaicæ, atque Syriacæ linguæ undiquaque peritiſſimis recognoſcendam dediſſet, videlicet Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno Maronitæ; Philippo Guadagnolo Ord. Cler. minor. Theologo; Abrahamo Ecchellenſi Maronitæ, Arabicæ & Chaldaicæ in Academia Piſana Profeſſori; Patribus item Societatis Jeſu, Cornelio a Lapide, Jgnatio Lomelino, & Johanni Baptiſtæ Ferrario, Hebraicæ linguæ in Collegio Romano Profeſſori; multis deniq; aliis oſtendiſſet, omnes hancn on approbaſſe tantum, ſed & ex ejus interpretatione tam appoſite facta, ſummam voluptatem haurire viſos eſſe, autoresque ei fuiſſe, ut hanc adeo antiquam novitatem, vel potius antiquitatem adeo novam, utpote quæ ingentia Eccleſiæ emolumenta adferre poſſit, non in Europæorum tantum, ſed & Aſiaticorum gratiam, mox publici juris faciat. Sequitur apud Kircherum quædam de ſingulis fere vocibus disquiſitio, cujus nihil adſcribimus, nam penes ipſum legi debet; illa tantum adhuc verba afferre contenti, quibus diſſertationi iſti finem impoſuit: *Hæc ſcriptura eodem loco inciſa eſt, in quo Deus Moyſi olim in Rubo incombuſto apparens, oretenus locutus dicitur, & in quo primum nomen ſuum admirabile, Moyſi, ut per id omnia mirabilia perpetraret, revelavit. Hoc autem ad radicem montis Oreb contigiſſe ſacra pagina docet* c. 3. Exodi: Moyſes autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui Sacerdotis Madian, cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Oreb; apparuitq; ei Dominus in flam̃a ignis, de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. *Quæ loci deſcriptio, exacte quadrat loco, in quo memorata ſcriptura, teſte P. Thoma inciſa dicitur. Ex quo etiam apparet, quo fine harum exarator*

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

literarum rubo (Fortasse legendum *Rupi*) *huic dictam inscripserit sententiam. Cum enim primam hoc loco redemtionis humanæ delineationem* τυπικῶς *adumbratam fuisse cognosceret; altissima præterea uti sub nomine Dei* אהיה *aut* יהוה *hoc loco Moysi primum manifestato, ita & sub rubo incombusto abscondita consideraret; prophetico imbutum Spiritu, ea claris quidem verbis; sed mystica quadam & intricata ratione tectis, ut ad dicta mysteria alluderet, incidere voluisse; quasi sub pauculis hisce verbis totum hunc sequentem sensum implicite contentum indicare voluerit.* Deus qui hoc loco Moysi in rubo incombusto apparens, seipsum ei revelando dixit: אהיה אשר אהיה Ego sum, qui sum, Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob; ille novissimis temporibus Virginem, cujus rubus incombustus hoc loco visus, typus quidam erat, concipere faciet, & illa pariet filium Jesum Messiam, qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum. *Non defuerunt hoc loco, qui viso & examinato hoc corollario senserint ab ipso Moyse fortassis hanc scripturam, eo in loco ubi Dux populi Dei primo declaratus fuerat, & in quo sub visione hac grandi rubi incombusti mysteria redemtionis humanæ cognorat, ut ad ea alluderet, incisam. Quicquid sit, ex hac scriptura duo maxima & præcipua Christianæ religionis mysteria colliguntur: videlicet SS. Trinitatis & Incarnationis, illud quidem per mysticum Dei nomen, hoc, per rubum incombustum. Quid enim aliud rubus iste incombustus indicat, nisi beatissimam istam Virginem, Dei matrem, quæ sine ullo carnalis concupiscentiæ ardore, Jesum verum Messiam & humani generis Servatorem, conceptum; inviolato pudoris claustro mundo miro modo peperit?*

Enim vero, uti ingenium isti interpretationi quam Kircherus mystagogus adinvenit, inesse, nemo temere negaverit, atque hoc nomine quoque gratia ei debetur, ita tamen, quot capita, tot sententias, & suum cuique morem esse, vulgo dici solet. Hinc adeo evenit, ut longe aliter apud trans Alpes qui degunt Eruditos, atque Romæ factum fuerat, Kircheri exciperetur expositio, nec deessent, qui illius ingenuitatem palam vocarent in dubium. Nam, præter Nobilissimum Tevenotium, Gallum gente, cujus verba infra a me adducentur, apud nos insuper Vir doctrina multiplici notus, Johannes Henricus Hottingerus, præfationi libelli de Cippis Hebraicis, sequentem, circa præsens negotium, inseruit ἐπίκρισιν *Ego vero nego*, inquit, *I. hanc scriptionem Hebræam esse. Nemo Hebræorum illud hactenus agnovit. Ipse* (Kircherus) *largitur, Orientalium hucusq; judicio, a nemine locum legi aut explicari potuisse. Figura characterum, prout in schemate illi exhibentur, similior est veteri Syriasmo seu Chaldaismo, quam Hebraismo. II. Ipsam analysin figurarum esse incertam. Eadem enim facilitate aliud quidvis, litera-*

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

terarum distractione eliciam, qua tantum Jesuita extudit mysterium; cui Amatus Chezaud, annum, quo hæc eventura essent, fuit ausus addere, nempe 1509. III. Stylus etiam sequiorem sapit ætatem. Chaldaica sunt voces & Syriaca, eo tempore quo Moses in monte Horeb fuit, Judæa nondum cognita. IV. Nec חבטן *est*, pariet. Quibus dictis, denique subjungit Hottingerus : *Nolim ergo hoc argumento contra Judæos certari.* Cæterum, ut ista quoque in trutina examinare nobis fas sit, habet fortasse Kircherus, quæ adversus tertium monitum excipiat. Dicet, fieri sibi injuriam, & nequaquam sibi in mentem venisse, illam Scripturam Mosi autori acceptam ferre, cum quid de Scriptore sentiat, satis clare & perspicue istis verbis testatus sit : *Atq; ex his omnibus tandem concludo. Hanc Scripturam antiquissimam esse, & multis ante Christi adventum Seculis (quod tum phrasis, characteres, eorumq; profunda vetustissimaq; in rupe incisio, tum scripturæ ipsius, non factum, sed futurum virginis partum aperte indigitantis sensus; traditio deniq; indigenarum indubitate monstrat) vel a Propheta, vel ab alio quopiam viro singulari, ut ad illud Esaiæ* והנה העלמה הורה וילד בן, *Ecce Virgo concipiet*, (Sic apud Kircherum pessime adducitur Scripturæ locus) *alluderet, incisam.* Non igitur Mosen pro autore istius scripturæ venditat Kircherus, sed ἔνθεον ἄνδρα aliquem, Esaiæ temporibus aliquanto posteriorem. Excusat tamen Hottingerum, quod P. Amatus Chezaud ad Kircherum scribens, eandem illi opinionem tribuit, quodque Kircherus haud id ægre ferat, aut illam suspicioné a se amotam cupiat, hancq; epistolam citra animadversionem aliquam, Oedipo suo, e quo paulo post integra a nobis repræsentabitur, inseruerit. Relinquitur nihilo secius, non valde efficax esse illud argumentum Hottingeri, quod ab ignoratione Chaldæi sermonis in Arabia circa Mosis ætatem, efformavit, nec petere jugulum causæ, si maxime illud, quod tamen non caret dubio, constaret, nullam tum Syriacæ linguæ in Arabia fuisse notitiam. Potest & illud circa hanc Hottingeri objectionem moneri, admodum operæ pretium fuisse, ut is nobis ostenderet, ecquis ille styli sapor sit, quo ista inscriptio sequiorem prodit ætatem; atque ut suæ causæ & Lectoris profectibus tanto melius consuleret, quantum prisci sermonis genius ab ista novitate abhorreat, in apricum erat deducendum. Sed, nec quartum argumentum Hottingeri, quo negat חבטן *pariendi* sensum habere, multum evicerit. Provocat enim contra Kircherus ad Fabricii Boderiani Lexicon SyroChaldaicum, atque multis in eo Jonathanis & Onkelosi Chaldæorum Paraphrastarum autoritatibus probari asserit, ܒܛܢ *pariendi* significatione quandoque accipi, qua in re eum fallere & falli Hottingero ostendendum erat, si magis sibi quam

De Kircheri inſcriptione montis Oreb.

Kirchero fidem habere volebat cordatos Lectores. Non eſt mihi Boderiani Lexici copia, ut arbiter intercedens, has lites dirimere queam: ſi tamen dicendum eſt quod ſentio, nollem equidem admodum cum Kirchero contendere, תבטן non illud ſignificare, quod poſtulat. Nam, quia citra controverſiam בטן *concipere*, *gravidare*, notat, quid obſtat, quo minus, *pariendi* quoque ſignificatum eadem vox induat? uti ſolent alia Hebræorum & Chaldæorum vocabula, utrumque hoc non in diverſis tantum conjugationibus, ſed ſæpe in eadem, deſignare. Certe, nulla excogitari poteſt ratio, quæ abſurdum id eſſe comprobet, nec ſufficit dicere, deficere nos exempla, quippe & librorum Chaldaicorum exigua eſt copia, & vix unus aut alter tulit ætatem. Atenim, fortaſſe nec exempla deficiunt illius ſignificationis, & habentur plurima apud Boderianum; ſuccurritque mihi locus Prov. 25, 23. ubi pro eo quod in Hebræo textu eſt רוח צפון תחולל גשם apud Chaldæum legitur: רוחא גרביתא בטנא מטרא quæ, etſi vulgo interpretantur: *Cæcias gignit pluviam*, tamen non video quid obſtet, quo minus exponere liceat: *Cæcias parit pluviam*. Atque hoc ſenſu Aquila quoque verba accepit, qui Druſio in Fragment. Vet. Interp. Græc. p. 1173. teſte, in ſua translatione ὠδίνει ὄμβρον ſcripſerat; ubi, niſi quid me fallit, ὠδίνω eo ſenſu poſitum eſt, quo Paulus Galat. 4, 19. adhibuit, dicens: Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. Segregatis ſic tantiſper Hottingeri, quæ minus ſe nobis probant, rationibus, nos alias in locum ſurrogabimus, quæ noſtram mentem diſtrahunt, nec patiuntur, ut in Kircheri ſententiam diſcedamus. Principio enim, quodammodo mirum mihi videtur, quod, ſi Propheta ſcripturæ autor fuit, cur lapidi potius quam libro ſuo commiſerit tantum vaticinium? Imo de Propheta & quocunque alio Divino, ſive ut Kircherus vocavit, ſingulari Viro, adhuc amplius quæri poteſt, quare, ſi omnino in lapide ſcribere volebat, & ſalutem quæ toti Domui Davidicæ, vel potius univerſo humano generi olim eventura erat, ſignificare, tam peregrinis, inuſitatis, & mortalium cognitionem effugientibus literarum ductibus uti decreverit? Nam, hæc ante natum Kircherum perinde erant, quaſi ſcripta non fuiſſent, ſaltem reſpectu plerorumque hominum: ſolorum autem Prophetarum, aut divinitus illuminatorum in gratiam, quid opus erat petræ talia inſculpere? nam his, ſine monitis ejusmodi, futura quæ erant, & præcipue Domini noſtri adventum cernere oculis concedebatur, deq; illo, ad unum omnes Prophetæ perhibuerunt teſtimonia. Sane, ſi verum eſt, quod contendit Kircherus, *omnes ductus harum literarum myſticos eſſe, & myſteriis ingentibus refertos*, ultro ei concedamus oportet, haud alium quam Prophetam, aut, quod idem eſt, ſupra communem hominum ſortem ſingulari Dei gratia evectum divinum & rerum recondita-

ditarum intelligentia ſublimem virum, iſtam ſcripturam exſculpſiſſe. De Kircheri inſcriptione montis Oreb.
Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι 2. Pet. 1, 21. At vero, de omnibus in univerſum, quæ a talibus, quatenus divinarum revelationũ nomine cenſentur, ſcripta ſunt, pronunciat Apoſtolus, Rom. 15, 4. ΟΣΑ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν· Vetus Interpres pro iis habet : *QVÆCVNQVE ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* Quem locum quoties penſito, ſemper minus minusq; veriſimile mihi fit, Deum in Veteri Teſtamento unquam conceſſiſſe, ut quiſpiam Prophetarum, aut a ſe agitatorum hominum, quæ ipſe ei inſpiraverat, inexplicabilibus literarum griphis involveret, præſertim, ſi pertinebant ad totius humani generis notitiam & ſalutem. Nempe, nec Reges noſtri, ea quæ omnes ſubditos ſcire intereſt, diplomate notis hieroglyphicis picto proponunt; ſed verbis literisque perſpicuis, quoties ratio id efflagitat, animi ſenſa declarant. A Juſtiniano Imperatore, cum libros Pandectarum Juris Civilis edidiſſet, ſevere præceptum eſt : *Vt nemo audeat eorum, qui illos libros conſcribunt, ſigla in his ponere, & per compendium ipſi Legum interpretationi vel compoſitioni maximum adferre diſcrimen : ſciturus omnibus librariis, qui hoc in poſterum commiſerint, quod poſt criminalem pœnam æſtimationem libri in duplum domino ejus, ſi neſcienti dederint, inferre compellentur : cum & ipſe, qui talem librum comparaverit, pro nihilo eum habebit, nemine judice ex tali libro fieri recitationem concedente, ſed pro non ſcripto eum haberi diſponente.* Et nos credimus, impune laturum fuiſſe Scribam, qui, quæ ex Dei revelatione de omnium gentium deſiderio divulganda acceperat, non Siglis tantum, ſed plane per ſcytalam deſcripſit ? Dæmonem ſæpe per ænigmata & occultos ſcribendi modos, miſeros homines ſuſpenſos tenuiſſe, iisque illuſiſſe, equidem novi: de vero Deo nihil utiq; legitur ejusmodi. Quod enim digiti apud Danielem parieti verba quædam incognita inſcripſerunt, ejus rei diſpar atque diſſimilis eſt ratio. Etenim, illa Scriptura ad ſolum attinebat Belſazarem, atque ſic exarabatur, ut horror & metus Regi impio, vero Deo dicata vaſa turpiter profananti, incuterentur, aderatque præſto, ex Dei diſpoſitione, interpres. Nihil quicquam igitur iſtud factum meæ ſententiæ officit; contra vero abſtruſiſſima Kircheri ſcriptura vehementer utique peccat adverſus illud quod apud Tobiam, Canonicum ſecundum Romanam Eccleſiam librum, cap. 12. v. 7. ſcriptum legitur. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt : opera autem Dei revelare & confiteri honorificum eſt.* Jam, quis perſuaderi facile ſibi patietur, figuram ✠

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

idem valere quod על atque Syrorum ܥ *Ain*, cum Hebræorum ל *Lamed*, hic combinari? Nam, cum reliquas omnes literas figuram Hebræorum elementorum referre Kircherus autor sit, non fit probabile literas *Ain*, & *Aleph* (quippe & hæc posterior, quæ secundam vocem terminat, ex Kircheri opinione Syriaca est) aliunde fuisse acceptas? imprimis, quia, si quæ alia Hebræorum elementa, certe א & ע aptissima erant, ex quibus pulchri flexus fierent, atque, ut scriptura tanto magis labyrinthea redderetur. Solæ rectæ lineæ, quibus illa elementa effigiata dicuntur, minus decoris habent, quam Hebraici ductus, minusque ad sculptoris institutum quadrabant. Sed esto, concedamus Kirchero de litera Ain quod postulat, superest tamen de figura difficultas, quæ nullatenus Hebraici Lamed imaginem refert, nisi plane convertatur, & dextra sinistris permutentur, quam, ei soli, præ cæteris omnibus vim facere, durum est, & inconveniens. Etvero, si על significare volebat sculptor, cur magis suam illam, quam istam figuram lapidi incidebat? servaturus posteriore hac, non tantum formam genuinam, illius, quem adhibere placuerat ductus, sed & eam, quam cæteroquin semper secutus fuerat, Hebraicarum & Syriacarum literarum veram analogiam. Atque hi circa figuram scriptionis me urgent scrupuli; restant alii circa ipsas voces, quæ istis mirificis notis dicuntur expressæ. Ausim enim fere solicitare verborum ordinem, videturque mihi sonare duriuscule, quod verbale vocabulum actionem designans, nomini suo quod regit, postponitur. Scilicet, sequitur Chaldaica lingua in construendis vocibus plurimum naturalem rerum habitum, præceditque in elocutione verbum a quo actio emanat, succedente demum re a qua actio recipitur, quod infinitis plane Scripturæ exemplis posset ostendi. Nempe, sic paulo ante adduximus locum, quo בטנא מטרא dicebatur, non מטרא בטנא Et alibi Ps. 29. 9. מבטין אילתא *parere facit cervas*, legitur, non אילתא מבטין *cervas parere facit.* Similiter בטנה תרין *concepit gemellos*, non תרין בטנה *gemellos concepit*, Magistrorum sermone frequentatur. De aliis verbis, eandem constructionem ostendere, supervacuum foret. Ab ea vero forma loquendi recedit ista expressio יבטן עלמתא ''' *Deus virginem concipere faciet*, videturque satius fuisse si in tam parva inscriptione, proprio & usitato loquendi modo, עלמתא יבטן ''' *Deus concipere faciet virginem*, diceretur;

prorsus

prorſus, uti mox, non וּבֵן תַּבְטֵן *& filium illa pariet*; ſed, וְטַבְתַּן בֵּן *& pariet illa filium*, addi perhibetur. Interim, quia negari nequit, extare etiam ejus locutionis exempla, qua verbum actionem involvens, nomini recto ſubmittitur, uti cum Pſ. 96, 5. ייי שְׁמַיָּא עֲבַד *Deus cælum fecit*, & alia ejusmodi alibi legimus, nolim nimium huic argumento inhærere, nec eas quas libri metrici, rei raritas, aut inſcriptionum ſtylus, ſuppeditabant exceptiones, nunc allegare. Illud magis eſt ut contentius urgeam, ineſſe omnino Kircherianæ interpretationi quendam βαρβαρισμὸν, hoc eſt λέξιν παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων, *vocem uſurpatam præter conſuetudinem probatorum ſcriptorum*, uti Suidas vitium illud definivit. Nimirum, Chaldaico, vel Targumico, aut Aramæo ſermone, quo inſcriptionem conceptam eſſe Kircherus autumat, in ſingulari numero, & citra affixum, cum *Filius* ſignificari debet, nunquam בן ſed ſemper בר dicitur. Quod etſi vulgo cognitum habetur, juvat tamen inſuper Eliæ Levitæ ex Meturgeman, adducere teſtimonium. כל בן לשון יחיד מתורגם בר וכן עם הכנוים בנו בנך בני תרגום בריה ברך ברי וכו׳ אבל בנינו זה אף על פי שהוא לשון יחיד תרגום בננא דין ולא ברנא וכל בנים מתורגם בנין או בניא כמו בנים אתם בנין אתון אם על בנים אמא על בניא וכן עם הכנויים כלן בלשון בנין ולא בלשון בר עם ריש : Id eſt: *Quotiescunq; Hebræi unitatis numero* בן *dicunt, pro eo Targumice* בר *dicitur; idem fit quoq; cum ſuffixis, nam pro* בנו בנך בני *in Targum eſt* בריה ברך ברי &c. *Pro* בנינו *tamen, etſi id in unitatis numero enunciatur, Targumiſtæ* בננא דין *uſurpant, non vero* ברנא *At, pro plurativo* בנים *Targumice dicitur* בנין *aut* בניא *uti cum* (Deut. 14, 1. in textu Hebræo eſt) בנים אתם (Targum habet) בנין אתון *& pro* אם על אנים (quod extat Gen. 32, 11. in Targum legitur) אמא על בניא *Atq; ſic cum omnibus ſuffixis* בנין *adhibetur, non* בר *cum Reſch.* Atque hæ ſunt eæ, quæ circa Scriptionem dictionemque ſacerrimi Kircheriani ſecreti mihi ſeſe offerunt difficultates: ſupereſt una maxima, de loco, cui inciſum. Hic vero ſatis Kircheri incogitantiam temeritatemq; mirari non poſſum, qui nullius mortalium indicio, nec ullo argumento inductus, niſi quod P. Thomas Obecinus de illis hieroglyphicis notis cum illarum copiam feciſſet, teſtatus fuerat: *Queſte figure o lettere ſi trouano ſculpite in una pietra piccola poſta a piedi del monte Oreb, doue Dio N. S. diede la legge, & ſi vede la pietra eſſer di radice del monte, ma poco eleuata da terra.* i. e. *Hæ figuræ, aut literæ reperiuntur ſculptæ in lapide parvo, poſito ad radices montis Oreb, in quo Dominus Deus noſter Legem promulgaverat, atq; apparet*

De Kircheri inſcriptione montis Oreb.

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

paret lapidem esse ex radice illius montis, sed parum elevatum ex terra: Et ex eo, quod Ex. 3. legitur, Mosen pascentem oves Jethro soceri sui, venisse ad montem Dei Oreb, apparuisseque ei Dominum in flamma ignis de medio rubi, statim conclusit, necesse esse, illi ipsi loco incisa sit Scriptura, ubi rubus quondam arserat, ex eaque conclusione tot & tanta prolicuit mysteria. Cæterum, absunt mens & consilium huic argumentationi planissime, cum minime necesse sit, si aliæ atque aliæ res diverso tempore ad radices montis alicujus evenisse dicuntur, ut contigerint illæ super uno & eodem lapide. Scimus enim montem Oreb ingentem vastissimumq; esse, ac radices suas longe lateque porrigere, ut versus aliam prorsus mundi plagam flagrare olim rubus potuerit, versus aliam nunc conspici scriptura mystica, atque utrumque circa ejus radices. Adscribam quæ de hoc monte Illustris Vir, Petrus de la Valle, Patricius Romanus, Orientisque curiosus visitator, ipsi præterea Kirchero in hoc negotio laudatus, Amico suo Mario Schipano Neapolin A. C. 1616. die 25. Januarii renunciavit, ex epistola quæ inter alias undecimum locum obtinet, sequentia excerpens: *Io saliva l' Horeb, voltando la faccia a Ponente, e guardando la cima, mi stupiua come vi volesse tutto'l giorno a salirlo, e scenderlo; perche in fatti non mi pareua tanto alto, e non lo giudicaua maggiore di quel di Santa Maria del Soccorso di Capri: ma m'ingannaua in grosso, perche quella, che io vedeua, non era altrimenti la cima, ma vna radice solo della montagna: perche son cinque o sei monti, assai ben' alti, vn sopra l' altro, de' quali, da piedi, non si vede, se non il più basso; togliendosi gli altri alla vista, per la grassezza del monte, che in se stesso si nasconde, e per l' altezza, e ripidezza de' primi rami, che gli altri superiori riparano. E se V. S. hauesse mai veduto (o ne libri del Belonio, ô altroue,) questo monte Horèb dipinto, insieme co'l Sinai ancora; e che si vedano le cime di amendue, e molti altri particolari, come il Monastero e cose simili; se ne rida, e dica che il pittore è vna bestia; ò che l' ha fatto a detto d' altri, senza hauerlo veduto. Perche non solamente questi monti amendue, ma nè meno l' Horeb solo si può dipingere, e scoprire in vna veduta; e 'l Monastero, e quelle altre bagatelle, che vi fanno, son pazzie. Io haueua il Pittore con me, e se fosse stato possibile, l' haurei dipinto; ma in effetto hò veduto, che non è possibile.* Id est: *Ascendebam montem Horeb, dirigendo faciem versus Occasum, & mirabar, ad ascensum descensumq; faciendum diem integrum requiri. Etenim reapse non tam altus mihi videbatur, nec illum judicabam majorem monte S. Mariæ Auxiliatricis, qui est in Capreis. Sed, vehementer me decepi, nam id quod ego videbam, non erat vere vertex, sed illius tantum montis aliqua radix. Sunt enim quinq; aut sex montes, satis alti unus supra alterum, ex quibus in imo infimus conspicitur. Cæteri aspectui subducuntur, ob magnitudinem montis*

tis qui in seipso se abscondit, & ob altitudinem ac arduitatem primorum ramorum, quos alteri superiores restaurant. Quod si unquam, Amice, (aut in Bellonii libris, aut alibi) videre tibi contigit montem hunc Horeb depictum, atq; adeo additum insuper montem Sinai, ita ut gemini se offerant vertices, resq; alia, uti Monasterium, & similia: tu hac rideto, dicasq; pictorem fuisse bestiam, aut fecisse ista ex sermone aliorum, non quod ipse hac viderit. Quippe, non tantum non ambo hi montes, sed ne solus quidem Horeb potest depingi, & uno aspectu conspici; itaq; Monasterium. & catera ineptia, quas faciunt, sunt mera stultitia. Ego habebam mecum pictorem, atq; si possibile fuisset, depinxissem eum, sed ipsa re animadverti, id fieri non posse. Quanquam, quid verbis opus? necesse est, ut aut Kircherus, veterem (si modo de ea illi constabat) traditionem, per aliquam saltem, bonam, malam, rationem impugnet, vel potius in sui solius verba, & quæ forte fortuna in mentem ei venerunt solivagas conjecturas, jurare cogat omnes homines, aut quamdiu nihil aliud obstiterit, serio credimus nos, & credent filii, credentque nepotes, permultum, imo nimium, distare locum ubi rubus arserat, ab eo, qui servat arcanam scripturam. Nempe prior est utique intra Monasterium S. Catharinæ, quod ad radices montis Oreb in ima valle conditum visitur. Testis ille ante nobis laudatus Nobilissimus Vir, Petrus de la Valle, in eadem Epistola, dum sic narrat: *Accostandoci noi dunq; alla porta del Monastero, che era, come hò detto, serrata, vi trouammo vna gran mano di questi tali: ma i Monaci, veduti che ci hebbero, vennero giu molti di loro, & aperta la porta, misero con diligenza dentro noi tutti, e le nostre robbe, riserrando gli Arabi, come è solito, di fuori. Venne poi il Vicario del Vescouo con molti altri Monaci ad incontrarmi; e di prima botta, fatte quattro belle parole, mi condussero alla Chiesa, la quale stà molto bassa, quasi in mezo al Monasterio. Si cantarono quiui alla Greca alcuni Hinni; e poi entrammo nel luogo, doue stà la cassa co'l corpo di Santa Caterina, e là pur facemmo oratione: ultimamente mi fecero entrare in vna cappella dietro alla tribuna della Chiesa, che è il luogo a punto, doue ardeua senza bruciarsi quello spino, che Moisè vide di lontano; e doue era lo spino vi è il segno in vna pietra sotto l' altare, messoui da Santa Helena, che prima fabricò quella Capella; presso alla quale poi da Giustiniano Imperadore fu edificata la Chiesa grande, e tutto l' Monastero in forma di Castello, nel modo che anche hoggi si vede; come a punto racconta Procopio.* Id est: *Cum igitur accessissemus ad portam Monasterii, qua, prout dixeram, clausa erat, reperimus ibi magnam turbam agrestium Arabum. Sed Monachi cum nos vidissent, multi ex iis descendebant, atq; aperta janua omnes nos, cum sarcinis nostris studiose intromiserunt, excludendo foras Arabes, prout fieri consuevit. Adventabat postea Episcopi Vicarius, cum multis aliis cœnobitis, ad me exci-*

De Kircherii inscriptione montis Oreb.

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

piendum, cumq; in primo occursu quatuor bona verba invicem commutassemus, deduxerunt me in Templum, quod in loco admodum profundo, quasi in medio Monasterii situm est. Canebant ibi Hymnos quosdam more Græco, postea intrabamus locum, ubi asservatur arca cum corpore S. Catharinæ, atq; ibi similiter fundebamus preces. Deniq; deduxerunt me in Sacellum quoddam, a tergo chori Ecclesiæ, qui est ipsissimus locus, ubi sine conflagratione ardebat rubus ille quem Moses e longinquo viderat; atq; ibi ubi rubus comparuerat, signum in lapide est, subter altare, quod S. Helena, quæ primum sacellum hoc fabricarat, impressit. Iuxta illud postea a Iustiniano Imperatore, conditum est templum majus, & totum Monasterium in forma castelli, eo modo prout in hunc diem conspicitur, rem narrante ipso quoq; Procopio. Accedat testis antiquior, sed ad amussim consonans, Magnificus almæ Noribergensis Urbis quondam Duumvir primarius, Christophorus Furerus ab Haimendorf, ὁ μακαρίτης, cujus ista in Itinerario p. 37. leguntur: *XIII. Novembris* (Anni MDLXV.) *venimus ad Cœnobium S. Catharinæ, quod in valle perangusta ad pedes montis Sinai lapidibus quadratis exstructum est, fundatore, uti perhibent, Iustiniano Imperatore, firmum satis altumq;, & hortis peramœnis cinctum. Longitudo ejus centum vinginti quinq; passuum est. In hoc primum vidimus sepulcrum S. Catharinæ: deinde sacellum loco isti inædificatum, ubi, si vera, quæ cœnobitæ jactant, rubus fuit, in quo Deus Mosi se primum manifestavit.* Possunt duo hæc gravissimorum Virorum sufficere testimonia, nec plura, quod in promtu erat, coacervabo, ne in re manifesta, & quam nemo unus illorum qui ejus meminerunt, aliter retulit, operam meam abutar. Scimus igitur locũ, ubi rubus quondam arsisse creditur, probissime, sed a quo procul distat lapis cui mystica incisa inscriptio: nam is extra Cœnobii S. Catharinæ pomœria conspicitur. Dicat nobis iterum rem, laudatus Petrus de la Valle, nos ei vacivas aures præbebimus. *Vscito poi di quella valle, vidi in vn piano più largo, pur tra' monti il luogo, e la fossa, ouero concauo fra pietre, doue fu fonduto il Vitello d' oro, e doue fu adorato: il monte doue Aaron sacrificò la Pasqua, e doue Mosè oraua con le mani stese mentre il popolo combatteua con gli Amalechiti; e di la voltando a mezo giorno per vn' altra strettissima valle, che era quella stessa, per la quale erauamo da prima venuti quando arriuammo dal Cairo, me ne andai al Monasterio. Ma prima in questo stesso luogo mi mostrarono in terra vn' altro sasso poco alto dal terreno, alle radici pur dell' Horeb de qual monte esso ancora é pezzo naturale; sopra 'l cui dorso rozzo senza essere spianato, ne alto, si vedono scolpiti certi caratteri grandi, ed hora non conosciuti. Mi dissero i Monaci, esser traditione fra di loro, che vi fossero scritti da Geremia Profeta, e che niuno haueua mai potuto interpretarli: però che teneuano, che Geremia con essi hauesse lasciato memoria del luogo, doue haueua nascosto l' arca, e'l*

e'l tabernacolo con le altre cose sacre, nel tempo della transmigratione. Id est: *Exiens postea ex illa valle, vidi in planitie magis ampla, montibus tamen cincta, fossulam, sive locum cavum in rupibus, ubi fusus fuit vitulus aureus, & ubi fuit adoratus: montem item, ubi Aaron sacrificaverat Pascha, & ubi Moses oraverat manibus protensis, populo interim confligente cum Amalekitis. Hinc, versus meridiem me vertens, per aliam angustissimam vallem, illam ipsam scilicet, per quam veneram cum a Cairo adventassem, revertebar in Monasterium. Sed prius in hoc ipso loco, monstrabant mihi petram aliam, parum supra solum elevatam, ad radices tamen Horebi, cujus montis est pars naturalis, in cujus scabra superficie, quæ nec lævigata est, nec alta, conspiciuntur formæ quædam magnæ literarum, nunc temporis incognitæ. Dicebant mihi Monachi, esse inter eos traditionem, fuisse scriptas a Jeremia Propheta, & neminem unquam illas potuisse interpretari: at vulgo ferri, Jeremiam istis reliquisse memoriam loci, ubi absconderat arcam, cum tabernaculo, & aliis vasis sacris, tempore transmigrationis.* Cum his, convenit per omnia Nobilissimi Tevenotii qui A. C. MDCLII. Orientis iter ingressus est, Gallica relatio, nisi quod in eo leve discrimen inter hunc & Petrum de la Valle intercedit, quod Tevenotius petram cui inest inscriptio, haudquaquam e solo ubi comparet pronatam innuere videtur, secus quam Petrus de la Valle existimaverat. Sed, ob hunc dissensum, causæ summa nihil detrimenti patitur, estque difficile, imo fere impossibile, ex nudo aspectu judicare, num lapis ingens circa radices montis alicujus situs, & arenis semiobrutus, ibi primum promerserit, an aliunde huc sit delapsus. Remoto igitur hoc, qui aliquem offendere poterat scrupulo, laudatus Tevenotius quoque audiendus est, sic in Itinerario Orientis part. 2. c. 30. rem proloquens. *En nous retournant de la au Monastere des quarante Martyrs, nous vismes à environ vn demy quart de lieue du jardin susdit, la pierre ou plustost le lieu ou fut fondu le Veau d'or, c'est dans le roc mesme, ou on voit vne grosse teste de veau grauée fort au naturel, & ce fust la dedans, a ce que disent les Grecs, que furent versées les richesses & ornemens des Israëlites, dont ils firent la teste du Veau d'or, qu'ils adorerent durant que Moyse estoit a la montagne auec Dieu; mais il y a plus d'apparence de croire que les Grecs ont gravé cette teste de Veau dans le roc en cet endroit, pour marquer le lieu ou il fut fondu, ou celuy ou il fut mis sur vne colonne. Assez pres de lá se voit vne grande & grosse pierre, auec quelq. escriture dessus, mais elle est si effacée qu'il ne s'en peut rien lire. Les Grecs disent que cette pierre estoit le signe du lieu ou Hieremie cacha les vases d'or & d'argent, & autres precieux meubles du Temple de Salomon, lors que les Israëlites furent conduits captifs a Babylone, & qu'on ne scait comment elle a esté apportée là, mais qu'il y a vn autheur fort ancien qui en parle comme estant au mont Sinay.*

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

Le Pere Kirker l' explique dans son Prodrome Coptique, où il forge l' explication de ces caracteres qui sont inconnu à tout le monde, excepté a luy, comme des Hieroglyfes, desquels il a eu sans doute l' explication par reuelation. Id est: *Inde revertentes ad Cœnobium quadraginta Martyrum, vidimus ad unam octavam partem milliaris circiter, a supradicto horto, petram aut potius locum ubi fuerat fusus vitulus aureus; est is in ipsa rupe, conspiciturq; ibi magnum caput vitulinum, graphice incisum, atq; huc, prout Græci referunt, infusæ fuerunt divitiæ, & ornamenta Israëlitarum, unde illi caput vituli aurei effinxere, quod adorarunt, dum interea Moses in monte cum Deo agebat. Atenim, verisimilius est credere, Græcos istud caput vitulinum rupi hic insculpsisse, ad notandum locum, ubi fuerat fusum, aut columnæ impositum. Prope conspicitur magnus crassusq; lapis, cum aliqua scriptura, sed quæ sic detrita est, ut nihil legi possit. Græci dicunt hanc petram esse signum loci, ubi Jeremias absconderat vasa aurea & argentea, aliaq; pretiosa ornamenta templi Salomonis, tum cum Israëlitæ captivi abducerentur in Babyloniam, nec constare, quomodo illa eo fuerit delata, haberi vero autorem valde antiquum, qui de ea loquatur, quasi quæ in monte Sinai extiterit. Pater Kircherus eam explicat in Prodromo Coptico, ubi torquet explicàtionem illorum characterum, qui omnibus mortalibus, ipso tantum excepto, sunt incogniti, tanquam Hieroglyphicorum, quorum interpretatio ei sine dubio innotuit per revelationem.* Sic igitur frustra est Kircherus, cum ibi loci Scripturam extare, ubi quondam rubus arsit, asseverat, sponteq; sua ruunt mysteria, quæ isti præconceptæ opinioni superstruxit. Porro, cum de ipsa Scriptura testetur nobis Vir αὐτόπτης, fide dignissimus, rerum edacis temporis injuria, sic illam erosam esse, ut amplius agnosci non queat, nec fieri potuisse, ut Kircherus aliter quam per revelationem eam interpretaretur: Hinc profecto, quotquot serio persuasum habent, nervos & artus Sapientiæ esse, non temere credere, haud facile sibi imponi patientur, nec statuent, istam Kircheri *antiquam novitatem, vel antiquitatem adeo novam, ingentia Ecclesiæ emolumenta afferre posse, adeo ut non in Europæorum tantum, sed & Asiaticorum gratiam, publici juris eam facere* ipsum oportuerit. Nimirū multum sibi Kircherum in explicandis ignorabilibus literis indulgere, aliunde quoque ex Oedipo, & illo, quod Lambecius tom. 1. Commentar. de Biblioth. Vindobon. dedit exemplo, quisque perspicit. Equidem pollicitus ipse fuerat in Prodromo Copto p. 216. se mirabilem & vetustissimam Scripturam montis Oreb, in Oedipo penitius discussurum, atque multa & magna, quæ Prodromus ferre nequeat, de ea prolaturum; verum, promissis minime stetit, & tantum quæ in Prodromo olim scripserat, Oedipo verbo tenus inseruit, nisi quod Fratris Thomæ Novariensis Epistolam, quæ in Prodromo Italice tantum extat, hic Latine interpretatus est, &

præte-

præterea fragmentum aliquod ad institutum pertinens adjecit, epistolæ, quam ad illum ex Alepo e Syria misit P. Amatus Chezaud, discipulus quondam ejus in Mathematicis, & Vir, uti a præceptore laudatur, Syriaca, Chaldaica, Arabica, Armenica, & Hebraica lingua instructissimus. Ne quid desit, aut hiet in tractatione hac, & ut supra datis promissis stemus, illud quoq; fragmentum in medium proferre convenit.

De Kircheri inscriptione montis Oreb.

Vt ad Prodromum revertar, cum in eo omnia bene, & sapienter, multa docte, & perite, tum illud maxime mihi miraculo fuit, quod tam antiquam, tamq; novam, non ad acumen minus, quam ad veritatem apposite explicat inscriptionem. Enimvero cui non arrideat? Illam in grandi charta exaratam, ejusq; interpretationem e Prodromo desumptam, Arabico sermone & scripsi, & pinxi; quæ veluti tabella cubiculo meo ornamento est, non sine ingredientium & legentium applausu, & emolumento. Sensum V. R. sequendo volebam aliquid aliud assequi quod explicationi tam appositæ faveret, ex iisdem nimirum literis pro notis Arithmeticis sumptis, annum, quo hæ scriptæ sint, investigare; quod sic ludendo conjeci. Suppono primo nominis Tetragrammati literas pro notis hujusmodi assumptas apud Hebræos non fuisse, adeoq; neq; illos characteres, qui ejus hic nominis compendium conficiunt. Suppono secundo, quod appositio seu insertio circuli unius ad literam, illam faciat geminam; duorum, trinam; atq; ita deinceps; mihi enim, sicut & V. Reu. non videtur hæc circulorum insertio mysterio vacare; quod tamen vix ad SS. Trinitatem, & Incarnationem quis referat, quando præsertim quatuor inseruntur. Itaq; inita summa juxta hanc regulam, sic numerum 1509 eruebam, ac si Moyses, quem vel id scripsisse, vel scribi curasse recte opinatur V. R. etiam temporis apponere voluerit circumstantiam; quasi diceret, anno abhinc supra millesimum nono & quingentisimo Deus faciet ut Virgo concipiat, & pariat filium. Vnde tempus scriptionis illius incideret in annum proxime sequentem egressum filiorum Israël ex Ægypto, quo ferme tempore Beseleel, & alii in fabricam tabernaculi &c. intenti erant, antequam anno 2. mense 2. vigesima die mensis profecti sunt de deserto Sinai, ut habetur Num. 10.

3	ע	*triplicat*	*210*
2	ל	*duplicat*	*60*
2	מ	*duplicat*	*80*
1	ת		*400*
4	א	*quadrup.*	*4*
2	י	*duplicat*	*20*
4	ב	*quadrup.*	*8*
3	ט	*triplicat*	*27*
1	ן		*700*
			1509

Illud difficultatem faciebat nonnullam, quod cum duo circuli inserantur literæ ם, *tergeminandus esset ejus numerus; verum dici potest, quod alius geminationi literæ inservit, ut notavit R. V. alius geminationi numeri. Quod autem in ultimo vocabulo unus circulus geminandum innuat duarum literarum numerum, videri potest non absonum; cum unus, & idem reductus formationi quoq; duarum literarum inserviat.*

De Kircheri inscriptione montis Oreb

*Praeterea forte non erraverit, qui lapidem illum altare tunc fuisse dixerit, cum Moysi Deus hoc mandatum Exod. 20. dederit, [Quod si Altare lapideum feceris mihi, non aedificabis illud de lapidibus sectis.] Quidquid sit, apud Isaiam haec ipsissima verba leguntur, ni fallor, [*חנה בורח העלמה *Ecce virgo concipiet,] c. 7.*

Tamen secundum Hebraeorum abbreviaturas, quas רשי תיבות*, nominant, alium sensum ego quoq; ludens exprimebam, modo quem optime V. R. meq; longe melius novit, singulis characteribus seu elementis suam dictionem assignando. Supposito enim quod prior litera sit* ב *cui certe similior, quam litera* ע *prima fronte videri potest, exurgent haec verba: Deus (cujus memoria in benedictione) dedit Moysi legem, decem praecepta, in tabulis (2) seu in exemplari. Hebraea verba non adnoto, quod facile venient in mentem V. R. nisi forte* טבלא*, quod Chaldaicum puto. Sed haec, ut dixi, ludens, & V. R. vestigiis (quod mihi palmare est) insistens meditabar; penes R. V. judicium esto.*

יי׳ עדי למשה ית טבלא

Bone Deus! quae hic monstra objiciuntur ineptiarum, quae insaniae. Nolim eas dignas judicare, de quibus verbum unum moneam, & periit frons de rebus. Omnino de Kirchero, & Chezaudo, circa hoc negotium, pronunciandum, quod in causa Protagorae Praeceptoris, & Euathli discipuli judicatum fuisse accepimus. Sed ego tandem omnes nugas quae ad sacro-sanctum de virgineo partu mysterium incrustandnm effictae sunt missas facio, iisque oppono Isaaci Causaboni V. C. in Exerc. 1. adv. Baron. pag. 55. sapiens dictum: *Facit veritati injuriam, qui falsi patrocinio, hoc est ope Diaboli putat illam habere opus. Veritatem in rebus humanis & historia obrui nulla arte posse, nulla mortalium conspiratione, fidenter pronunciat Polybius, magnus quidem scriptor, sed tamen Paganus. Nos erimus adeo* ὀλιγόπιστοι*, hoc est exigua fide praediti, imo erga Deum immortalem tam insigniter injurii, ut veritatem ab ipso manantem, & ipsum illius verbum, de quo dictum est; Caelum & terra praeteribunt; sed verbum Dei manet in aeternum; nisi mendacio fulciatur periclitari putemus?* חלילה חלילה *Deniq;,* (Sic enim eleganter cum his cohaeret, quod apud Mosen Amyraldum in Dissertatione de Mysterio Trinitatis p. 291. legitur,) *ita comparatum est, ut fraudes istae tandem aliquando veri amantibus suboleant, & ansam de se offerant, per quam dolus deprehendatur. Nam, praeterquam quod ingenium humanum est* ἐνόλισθον εἰς ἁμαρτίαν πρᾶγμα*, quod raro quidquam aggreditur, in quo suam imbecillitatem non prodat, abhorret Deus Opt. Max. ab istis fallaciis, neq; patitur suam veritatem, praesertim ubi de Numine ipso agitur, impudentibus istis mendaciis & imposturis non tam defendi quam deturpari.*

A fraudibus in rebus sacris abstinendum.

Remotis

Remotis ſic inutilibus argumentis, quibus nonnulli in controverſia de Meſſiæ generatione ac nativitate Judæos oppugnare nequicquam allaborant, illud unum priusquam hinc diſcedimus adhuc præſtandum, ut aliqua ex iis, quæ feliciter & cum ſucceſſu iis objiciuntur, breviter oſtendamus commendemusque. Et vero, duo præcipue extra ſanctæ Scripturæ, de quibus jam actum fuit, oracula, hic ſe nobis offerunt, quæ aliquod momentum continent, & quæ neutiquam negligenda eſſe exiſtimamus. Vrgeri enim principio merito poteſt, omnes Turcos & Muhammedanos hoc nobis haud gravatim concedere, JESVM CHRISTVM noſtrum, in quem credimus, & cui ſalutem noſtram acceptam ferimus, ex incorrupta virgine natum eſſe, quem aſſenſum, qualecunque cauſæ noſtræ adjumentum præbere Judæi diffiteri non poſſunt. Teſtimonia ex Alcorano, & illum profitentibus Scriptoribus, pridem alii collegerunt, ad quos noſtrum Lectorem ablegare ſufficiat. Sunt vero, præter cæteros, Raymundus Martini in Pugion. Fid. p. 587. Bibliand. p. 2. Tom. 1. & p. 44. Tom. 2. Cantacuzen. Orat. 3. pag. 109. & Apolog. Ejusd. p. 2. ſeqq. Sionit. de Relig. ac mor. Orient. p. 52. Hottingerus Tom. 1. Hiſt. Eccles. pag. 399. ſeqq. & in Hiſtor. Orient. pag. 103. Iſti ſatis ſuperque comprobant, hanc conſtantem Muhammedanorum de Chriſto ſententiam eſſe, *quod natus non ſit, niſi ſolo Dei verbo, citra operam patris.* Deinde, habent & ipſi Judæi aliquid, quo ſaltem ſcrupulum aliquem iis injicere, & moleſtus eſſe queas. Etenim, in Midraſch Rabbot non uno loco legitur, ſemen illud unde naſci Meſſias debeat, ex *loco alio* proditurum; unde videtur aliquatenus colligi poſſe, habituram Meſſiæ conceptionem præ reliquorum hominum naſcendi ſorte, peculiare quid & extraordinarium. Locus maxime memorabilis eſt fol. 27. col. 2. ubi jam ipſi Evæ, mortalium magnæ matri, aliquis ſenſus Meſſiæ & quoddam exinde delectamentum ab antiquis Judæorum Sapientibus tribuitur, quod velim diligenter notari. Verba ſunt: ותקרא את שמו כי שת לי אלהים זרע אחר וגו' רבי תנחומא בשם רבי שמואל אמר נסתכלה אותו זרע שהוא בא ממקום אחר ואי זה מלך המשיח: i. e. (De Eva, Gen. 4, 25. legitur:) *Et vocavit nomen ejus Seth, nam* (inquiebat,) *repoſuit mihi Deus ſemen aliud. R. Tanchuma, autore R. Samuele dixit, reſpexiſſe illam ſemen illud, quod proditurum ex loco alio : Et quodnam eſt illud? Rex Meſſias.* Iterum fol. 57. traditur: לכה נשקה את אבינו יין וגו' ר' תנחומא משום רבי שמואל ונחיה מאבינו זרע ונחיה מאבינו בן אין כתיב כאן אלא ונחיה מאבינו זרע אותו זרע שהוא בא ממקום אחר ואי זה זה מלך משיח: i. e. (Gen. 19, 32. memoratur, dixiſſe filias Lothi:) *Agedum, demus bibendum patri noſtro vinum &c. R. Tanchuma*

Muhammedani credunt Ieſum ex virgine natum eſſe.

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

chuma nomine R. Samuelis (inculcat illud, quod ſequitur:) *Vt vivificemus ex patre noſtro ſemen. Non enim hic dictum eſt: Vt vivificemus ex patre noſtro filium: Sed: Vt vivificemus ex patre noſtro ſemen.* (Nimirum fit reſpectus) *ad illud ſemen, quod prodire debet ex loco alio. Ecquodnam vero eſt illud? Rex ſcilicet Meſſias.* Equidem, ut verum fatear, ſæpe miratus ſum hæc dicta, penitusque perſuaſum habui, latere in iſtis arcanum aliquid & μυστηριῶδες, nec leviter de ſenſu eorundem fui ſolicitus. Noveram ſane ex Waltheri Harmonia pag. 775. apud Thomam Aquinatem in 3. Sent. diſt. 3. art. 2. Veteribus Rabbinis id tribui, quod docuerint, *partem nobiliorem maſſæ illius, ex qua factus eſt Adam, in eo ſervatam fuiſſe intactam, & poſtea in Seth transfuſam, & porro per deſcendentes omnes, usq; ad Joachim, ſeu Eliakim, aut Heli, parentem Virginis, ex qua beatæ Virginis corpus ſit conditum:* Vt, ſi hæc vera ſint, atq; tale quid illi affirmaverint, in mentem alicui venire queat, poſſe exinde obſcuris τῶ Medraſch ſermonibus, aliquid lucis affundi. Verum, nunquam mihi perſuadere potui, vel per ſomnium ulli unquam Rabbinorum tale quid viſum eſſe: cumque interea loci circa abditum ſenſum verborum τῶ Medraſch eruendum multum hærerem, alios conſulendos eſſe duxi, atque imprimis ea de re ſcripſi ad Nobiliſſimum Doctiſſimumque quendam Virum & quo fortaſſe nemo unus Chriſtianorum magis in Cabbaliſtica eruditione profecit. Dedit is hoc reſponſum. Belangend den in Rabbot l. c. benanten מקום אחר ſo wird dadurch (wie der Commentarius allhier und andern allegirten locis meldet) nichts anders angedeutet/ als es brauche der Text an dieſem Orth/ um dieſer Urſach willen das Wörtlein זרע und nicht בן weil in jenem eine connotatio alieni ſtecke; damit zugleich auf den Meſſias zielend/ welcher nit aus lauter einerley ſemine ſancto herkom̃e/ ſondern in ſeinem Geſchlecht/ auch die ex gente aliena entſproſſene Moabitiſche Ruth habe/ welche gentes alle unterworffen ſind der סיטרא אחרא und genannt werden מקום אחר als den קליפות und Poteſtatibus alienis, und nicht der immediatæ ſanctitati untergeben. Die Urſach aber/ warumb der Meſſias ſolches פסולת theilhaftig/ ſey dieſe: weil in dieſem Loco alieno annoch viel Sanctitas untermiſcht/ welche derſelbe colligiren und ſerviren müſſe/ damit alles wieder zu recht gebracht werde. Id Latine eſt: *Quod attinet ad illum in Rabboth l.c.* מקום אחר *ſive locum alium, per eum* (*prout Commentarius quoq; tum ibi, tum in aliis allegatis locis exponit*) *nihil aliud indicatur, quam textum* (Scripturæ) *hoc loco eam ob cauſam vocem* זרע (Semen,) *non* בן (filius) *adhibuiſſe, quia illud connotationem alieni involvit, eo ipſo ad Meſſiam collimans, qui non ex puro puto ſemine ſancto proveniat, ſed in familia ſua etiam ex gente aliena oriundam Rutham Moabitiden agnoſcat, quales gentes omnes ſubjectæ ſint* τῇ סיטרא אחרא (ſive Plagæ alienæ)

alienæ) *& vocentur* מקום אחר *sive locus alius tanquam* τοῖς קליפורת *(sive supernis corticibus) & Potestatibus alienis, non vero immediatæ sanctitati subditæ. Causam vero, cur Messias ejusmodi* פסולת *sive labem participet, esse hanc; quia isti loco alieno etiamnum multum sanctitatis immixtum, quam eum colligere & secernere oporteat, ut omnia restituantur. Sic illi.*

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

Cœpit quoque me lubido ipsos Judæorum Rabbinos consulendi, & pertentandi, ecquid illorum animis super hac re sedeat, & num ex difficultate extricare sese queant. Quorum responsa Benigno Lectori non invidebo. Archisynagogus Ottingensis lucubrans rescripsit simpliciter: לערב יחלק שלל הלא הוא ארוני ראוי לישב בשבת חכימיא האלוף המרומם ראש הישיבה באלטדארף הנה אשר תקשה ארוני לשאול במדרש רבה על מה שאמרו זרע הבא ממקום אחר אין להאריך בדבר הזרת אד זרק להשיב לארוני מפני הכבוד שבעל מתנורת כחונה היה חכם גדול בתורה ופירש על זה המדרש פירוש מספיק ואין רצוני לערת עתה להוסיף או לגרוע מפירושו יעיין מר שם: i.e. *Et vespere dispertietur prædam. Annon, is est Dominus meus, dignus qui sedeat in consessu Sapientum, Vir Clarissimus Professor Altdorfinus? Ecce quod Dominus meus difficultatem movit quærendo circa Rabbot, quare ibi mentio fiat*, seminis quod provenit ex loco alio, *nolim in ea re prolixus esse. Tantummodo respondendum Domino meo honoris causa, Autorem adjecti Commentarii* τῶν *Rabbot quem* מתנות כהונת *vocant, & qui Legis Divinæ erat scientissimus, illud effatũ sufficienti illustrasse explicatione, nolim igitur in præsentia addere quid aut demere illius interpretationi: Inspiciat Dominus ipsum locum.* Flagitat proinde ratio, proferre in medium ea, quæ ad supra ex Rabbot producta verba Commentator annotavit. Priori loco additum habetur: נסתכלה אותו זרע כו׳ דייק מדלא כתיב בן אלא זרע והכי איתא בהדיא לקמן פנא דף לב״ ע״ד ובמדרש רות פ״ז ובערוך ערך כזית ודרש זרע לי זרות והא מלך המשיח שבא מזרע מואב האסורים לבא בקהל וכן משמע במדרש רות פ׳ ח׳ ובילקוט ריש דברי הימים ובמס׳ עבודת הקדש פי״ד מסתרי תורה פירש הדייק אחר לשון זרות ומשפחה מרוחקת ומה שבקשתי ומצאתי כתבתי: Id est: Respexit illud semen &c. (Autor effati hujus) *id exinde colligit, quia non* Filius, *sed* Semen *scriptum est: atq; sic manifeste quoq; infra occurrit Sect. 51. fol. 32. col. 4. item in Medrasch Ruth sect. 7. & in Aruch ad vocem* כזית. *Proinde vocem* זרע *(Semen* cæteroquin significantem*) de* peregrinitatis labe *accepit, atq; hac Messias affectus est, proditurus ex semine Moabitarum, quibus nefas est venire in congregationem Domini. Eadem traduntur*

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiitur.

duntur in Medrasch Ruth. Sect. 8. in Jalkut circa principium annotatorum in libros Chron. At in libro Masfichta Avodat Hakkodesch. c. 14. inter arcana Legis docetur, collectionem fundari super verbo אחו׳ *idq; peregrinitatem & familiam alienam denotare. Quod perquisivi, & quod reperi, scribendum censui.* Posteriore loco legitur : שהוא בא ממקום אחר כו׳ ; דדריש זרע מלשון זרות וזהו מלך המשיח שבא מפסול משפחה ממואב וכן משמע בפירש״י ובמגילת רות פ״ז ופ״ח והערוך הביאו ערך כויה ולא פירשו : i.e. Quod prodire debet ex loco alio &c. *Etenim vocem* זרע (*quæ Seminis* significatum habet,) *de vitio natalium accipit, cui Messias obnoxius, proditurus ex illegitima Moabi prosapia. Conveniunt cum his R. Salomonis expositio, & quæ in Medrasch libelli Ruth sect. 7. & 8. habentur. Autor libri Aruch in voce* כוית *hoc attulit, nec addit expositionem.*

Porro, a Bambergensis Synagogæ Antistite hoc responsum retuli:

כי שת לי זרע אחר (זרע הבא ממקום אחר ואיזהו זה מלך השמיח:)
ונחיה מאבינו זרע (זרע הבא ממקום אחר ואיזהו זה מלך המשיח:)
פירושן של דברים שהמלך המשיח שאנו מצפים לביאתו (שיהיה מזרע דוד המלך) נקרא זרע הבא ממקום אחר משום שבא מן רות המואביה וכתיב בתורתינו הקדושה לא יבא עמון ומואבי בקהל אך שרבותינו בעלי התלמוד דרשו המקרא בדקדוק דהיינו מואבי ולא מואבית פירושו שהנקיבות מותרין לבא בקהל לכן נקרא דוד המלך זרע הבא ממקום אחר בשביל שבא מרות המואביה שאין הזכרים שלהם מותרים לבא בקהל:

i. e. *Quoniam reposuit mihi semen aliud. (Semen quod provenit ex loco alio. Et, quodnam est illud? Rex Messias.)*

Vt vivificemus ex patre nostro semen. (Semen quod prodire debet ex loco alio. Ecquodnam est illud? Rex Messias.)

Interpretatio istorum verborum est, quod Rex Messias, cujus adventum nos præstolamur, (qui oriturus nempe est ex familia Davidica) vocatur semen prodiens ex loco alio, & quod ortum trahit ex Rutha Moabitide. Et vero, scriptum est in sanctissima Lege nostra: (Deut. 23, 3.) Non venito Ammonites & Moabites in congregationem. *Sed magistri nostri, autores Talmudis, locum grammatice exposuerunt, ut quoniam Moabites non Moabitis scriptum est, sensus sit; fœminis fas esse, venire in congregationem. Hanc ob causam dicitur Rex David semen prodiens ex loco alio, quoniam ortum trahit ex Rutha Moabitide, cujus gentis maribus nefas est, venire in congregationem,*

Ferra-

Ferrariæ in Italia degens, vir quidam disertus, ac τῶν παραδόσεων quin & Cabbalisticæ scientiæ apprime gnarus, eam quæ sequitur prolixiorem ad me, nec pro gentis genio inelegantem, dedit epistolam: De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

מן הסופר הקטן יששכר בער אל הארון המרומם והלמדן הגדול הרב רבי יוחנן עבות עגלה שלום ואמת: אחרי דרישת השלום לארון המעולה ופרישת שלום לתלמידיו כל אחד לפי המעלה באתי להודיע למכתר כי זהו ימים רבים אשר שמתי רסן למו פי לבלתי דבר דבר מעניני המשיח על היותם הענינים האלה עמוקים ונעלמים וכל עוד שיחכם האדם בדברים אלה יכיר היות לידת המשיח וביאתו רחוק רחוק מהשגתו ועמוק עמוק מי ימצאנו כנאמר בדניאל סתום וחתום את הדברים האלה וגו' ואף גם זאת לאהבת ארוניולה פרצתו גמרתי בלבי להוציא עוד הפעם מענה מפי להגיד לו יושר דברי אמת נכרים בלב כל חכם ואם המדרש הזה הוא נפלא בעיני חכמי הנוצרים אמנם היא דרך ישרה שיבררו להם כל חכמי הישראלים וזהו על שני אופנים: האופן האחד הוא לפי הקבלה אשר אצלינו נאמנים וישרים ומתוקים מדבש ונופת צופים כל הדברים לבי נמשך אליהם וצמא למים שואג אחריהם כאיל תערוג על אפיקי מים לדעת מהם הסוד הנשגב במה שאמרו בספר הזהר בפסוק ויקם מלך חדש וגו שנשמת המשיח היא בחדר מיוחד הנקרא קן צפור ובעת ביאת המשיח יתגלה נשמתו מאותו מקום דרך עמוד של אש כנודע ומשם תבואה לתוך הגוף והייג זרע שהוא בא ממקום אחר ר"ל מחדר המיוחד לו לבדו; עוד אמרו שכל הנשמות באות ממלאך הנקרא שכל הפועל או מטטרון שר הפנים שהוא ממונה על עולם המלאכים ומטטרון זה נקרא נר אלקים לפיכך נאמר נר אלקים נשמת אדם לא כן נשמת המשיח אשר לישראל שהיא באה ממקום אחר ממלאך אכתריאל הממונה על כסא הכבוד לפיכך נשמת המשיח גנוזה תחת כסא הכבוד; ואולם הדרך הנגלה לעיני כל חכמי ישראל הוא כפי מה שאמר המדרש בפרשת אמור אל הכהנים בני אהרן (ויקרא פרשה כא) שהראה הקב"ה לאדם דור דור ודורשיו דור דור ומנהיגיו וכו' וא"כ היה אדם יודע שלבסוף יבוא זרע של משיח אשר לישראל ממקום אחר דהיינו מעם מואב וחוה כיון שהיתה יודעת מאדם בעלה

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

שהוא הגיד לה כל מה שהראה לו הקב"ה לפיכך ותקרא את שמו שת כי שת לי אלקים זרע אחר וגו׳ ; ואיזהו זה מלך המשיח כי שת הוליד אנוש ואנוש הוליד נח נח הוליד את שם שם הוליד תרח תרח הוליד אברם ואת הרן והרן הוליד את לוט ולוט הוליד את מואב ומואב הוליד את רות ורות הוליד את דוד מדוד יצא משיח לישראל עד כאן תשובתי שהשבתי לאדוני על המדרש אשר שאל ממני פירושו ובזה שלום ממני בער הנל הכותב במהירות כא פעבררי תלו לפק :

Scriba parvus, Isaschar Ber, Viro Clarissimo, & Doctori insigni, Johanni (Christophoro) Harmatoschæno Pacem & Veritatem.

Post perquisitionem de salute Domini mei Laudatissimi, & salutationem discipulorum ejus, cujuscunq; secundum dignitatem suam, venio ad significandum Præstantiæ tuæ, jam abiisse dies complures, ex quo frænum imposui ori meo, ad non loquendum amplius verbum de rebus Messiæ. Sunt enim res illæ profundæ & reconditæ, & quanto plus quis in istis proficit, tanto magis deprehendet, Messiæ nativitatem & adventum longissime captum ejus excedere, mysteriiq; hujus profunditatem esse imperscrutabilem. Nam sic in Daniele (12, 4.) *dicitur:* Occlude & obsigna hæc verba, &c. *Nihilominus ob amorem quo Dominum meum prosequor, & ob rogationem ejus, constitui in corde meo etiam hac vice educere ex ore meo responsum, ad indicandum ei rectitudinem verborum veritatis, quæ quisq; Sapiens in pectore perspecta habet. Etiamsi vero verba τῦ Medrasch (*ad explicandum mihi proposita*) mira videantur in oculis Christianorum, est tamen illa vera horum ratio, quam omnes Judæorum Sapientes declarabunt, atq; id duplici modo. Modus prior est secundum Cabbalæ nostræ dictamina, verissima illa & rectissima, quorum quodq; melle imo acœto melle dulcius est, cor meum ipsorum cupidine trahitur, sititq; aquas istas, & illas anhelat, prout cervus ardenter desiderat fluenta aquarum, ut ex iis percipiat arcanum illud magnum de quo est in libro Sohar ad locum* (Ex. 1, v. 8. Et surrexit Rex novus &c.) *Nimirum quod Anima Messiæ sit in conclavi proprio, quod vocatur* Nidus Aviculæ, *& in tempore adventus Messiæ, prodituram animam ejus ex illo loco in formam columnæ igneæ, ceu notum est, atq; exinde intraturam in corpus: atq; hoc est semen illud quod provenit ex loco alio, puta ex conclavi eidem unice dicato. Amplius ajunt, quascunq; animas provenire ab Angelo qui vocatur* Intellectus Agens *sive* Metatron, Princeps Facierum, *quiq; Sphæræ Angelicæ præest, atq; is Metatron dicitur* Lucerna Dei, *nam sic* (Prov. 20, 27. legitur:) Lucerna Dei est anima hominis. *Sed, secus de Messiæ Judaici anima se res habet, quæ provenit ex loco alio, scilicet ab Angelo*

Angelo Achtariel, *cui Solii Gloriæ præfectura commissa, atq; ideo anima Messiæ sub Solio Gloriæ est condita. Enim vero, modus* (alter, objectam difficultatem explicandi) *quiq; oculis omnium Sapientum gentis nostræ vulgo manifestus, innititur illi, quod est in Medrasch, Parascha* אמור אל הכהני׳ בני אהרן sive Levit. 21. *Nempe, ostendisse Deum Adamo, quamq; ætatem futuram cum suis Doctoribus, nec minus quamq; ætatem cum suis Rectoribus &c. Quæ, si ita se habent, constitit Adamo, olim Semen Messiæ Judæis obventuri, proditurum ex loco alio, hoc est ex populo Moabitico, atq; Eva postquam id didicerat ab Adamo marito suo, qui indicare ei solebat omnia quæ Deus sibi revelaverat, ideo imposuit* (filio) *nomen Seth,* (inquiens:) Nam reposuit mihi Deus semen aliud &c. *Quodnam vero est illud? Rex scilicet Messias. Etenim Seth genuit Enosum, Enos genuit Noachum, Noachus genuit Semum, Semus genuit Tarachum, Tarachus genuit Abrahamum & Haranem. Porro Haran genuit Lothum, Lothus genuit Moabum, Moabus genuit Rutham, Rutha genuit Davidem, e Davide obventurus est Messias Judæis. Hactenus responsio mea, quam respondeo Domino meo supra Medrasch de cujus sententia me consuluit, atq; sic supradictus ego Ber plurimam salutem impertior, qui hæc festinans scripsi die XXI. FebruarI, Anno nostræ computationis CCCCXXXVI.*

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

Cæterum, ut ingenue dicam quod sentio, nihil istorum mihi satisfacit, nec valet ad solvenda dubia, quæ me solicitant, nedum, ut mentem hanc reddere queat ἀμετάπτωτον καὶ ἀμετάστατον, nec despero paucissimis verbis ostensurum me, quam minime cum vera ratione isthæc congruant. Scilicet, ut de Cabbalisticis primum dicam, obsecro, anne verisimile est, veteres Judæorum Magistros, cum SEMEN Messiæ ex alio loco proventurum asseruerunt, id de ANIMA illius intellexisse, atque hoc dicere voluisse, ipsam solam & derelictam citra aliarum animarum consortium, aut in proprio & peculiari conclavi, aut sub solio æterni Numinis delitescere, & suum singularem habere custodem Genium? Est utique pessimus is interpretandi modus, qui pro Semine Animam, hoc est, pro mixtis pura, pro corporeis incorporea, pro caducis æterna substituit. Nam זרע *Semen* quod communiter vocatur, nihil est profecto aliud, quam illa, cujus toties Judæi mentionem faciunt טפה סרוחה *Stilla immunda ac fæculenta*, ex qua corpus organicum efformatur. At, cum hujus natura, nihil commercii Anima habet, de qua vere pronunciat autor libri Cosri pag. 46. הנפש המדברת היא עצם נפרד קרוב לעצם המלאכים שנאמר בהם די מדרהון עם בשרא לא איתוהי׃ Quod Buxtorfius vertit: *Anima rationalis est substantia abstracta, proxime accedens ad substantiam Angelorum, de quibus dicitur*; Quorum habitatio cum carne non est, Dan. 2, 11. Nec minus

De Loco difficili τῶν Rabbot disquiritur.

minus vere in eodem libro pag. 342. dicitur: הנפש אינה ממין דבר מנפרדי הגוף אם כן אינה אלא צורה מחוץ: Buxtorfiana Versio reddidit: *Anima non est de specie ullius ex separatis illis corporeis; ac proinde non est, nisi forma extrinsecus adveniens.* Ergo, quæ ex Cabbala ad vetus sapientum Hebræorum dictum interpretandum depromuntur, vana videntur: atque est ejusdem commatis altera quoque vulgata Judæorum expositio, imo majoribus insuper manifeste laborat absurditatibus. Quid enim? An Eva ideo Messiam *Semen aliud*, hoc est, *ex alio loco proveniens*, appellare potuit, quia ex Rutha Moabitide quæ a Judæorum prosapia aliena erat, nasci ille debebat? Prorsus, quasi Judæi magis quam Moabitæ ad Evam attinerent, atque hujus communis mortalium matris respectu aliqua prærogativa recutitis præ præputiatis deberetur. Sed hoc vel cogitare citra stultitiam non licet; quippe Evæ intuitu, nemo privignus habetur, & Lotho idem quod Abrahamo, illiusque idem quod hujus progeniei jus est, nulla intercedente peregrinitate: Omnes ex se natos pro suis & domesticis heredibus Eva haud gravatim admittit, nec quenquam potest repellere, aut alienigenam declarare. Vetat igitur recta ratio eam dementiam Evæ tribuere, quâ Judæi illi imputant, cui similes illæ intemperiæ sunt, quas Lothi filiam primogenitam egisse perhibent, ut Moabitas quorum ipsa genetrix erat, pro extraneis judicaret, atque Messiam aliunde nasciturum diceret, quem tamen ex sese proditurum sciebat. Nempe, si ad id mentem intentam habebat Lothi gnata primogenita, quod Judæi contendunt, ille sermo, ונחיה מאבינו זרע *Vt vivificemus ex patre nostro semen*, nullatenus exponi potest, quasi dixisset ipsa: *Vt vivificemus ex patre nostro semen quod proditurum est ex loco alio, hoc est gente alia, Moabitica nimirum, per Ruthæ interventum, quod est Rex Messias.* Verum, sic interpretari dictum oportet: *Vt vivificemus ex patre nostro semen; illud puta semen, quod ex me, meaq; gente Moabitica, cui exordium ego datura sum, per felix connubium seræ neptis Ruthæ proditurum est, quod est Rex Messias.* Hæc, cum ita sint, penitus persuasus sum, nec communem Judæorum de sensu verborum τῶ Medrasch sententiam, firmo talo subsistere, maxime cum eam illud adhuc amplius consequatur incommodum, quod verbum מקום sive *Locus*, de gente ac prosapia accipere jubet, dura rursus & coacta expositione. Huc enim si tendebant prisci Sapientes, quare non dicebant זרע הבא מעם אחר *Semen proveniens ex gente alia*, aut, זרע הבא מן משפחה אחרת *Semen proveniens ex prosapia alia*; &, quid eos cogebat, rerum vocabulis tam insigniter abuti? Quamobrem latet fortasse aliud quid in illis de quibus disquirimus verbis, quam quod Judæi exinde eruunt, signantque ea Messiæ semen non ex eo loco unde semina, quæ reliquorum hominum corporibus formandis materiam præbent, hoc est viri alicu-

alicujus genitalibus proventurum, sed proventurum ex visceribus solius Virginis matris: affertque momentum non leve, quod hominum naturalia, voce מקום *Locus*, Rabbinis antiquis sæpenumero veniunt, ceu Buxtorfianum Lexicon Talmudicum p. 2001. consulentibus, manifestum evadet. Et vero, existimant Viri Eruditi, inesse Talmudicis & τῶν Medraschim Rhapsodiis, multa dicta, ab iis Rabbinis, qui aut Christum, aut illius Discipulos sectati sunt, ac cœlestem veritatem quam illi profitebantur, admiserunt, Christiane prolata, quæ deinde istorum operum consarcinatores, ignari quid in recessu haberent, cæteris, diversi generis aliorum effatis permiscuerint. Sic nimirum vinci non potest Veritas, sed frequenter illi ipsi qui eam oppugnare satagunt, imprudentes ei auxiliantur, se socios adjungunt, viresque secundas solent sufficere. Sed, tempus est ad Lipmannum revertamur.

Et congressus sum cum Prophetide] Contendis igitur Lipmane, eam quam Esaias hoc loco, conjugem suam vocat, & e qua filium suscepisse se prædicat, esse illam ipsam עלמה Alma de qua in superiori capite sermo præcesserat. Non dissimulo, tangit me nonnihil hæc difficultas, nam video, antiquos Patres quoque nostræ Ecclesiæ septimum & octavum Esaiæ caput ita conjungere, quasi ad eundum scopum colliment, & ad unum solum partum attineant. Est, qui pro hac sententia allegat S. Justinum Martyrem, Tertullianum, Hieronymum, Irenæum, Eusebium, Athanasium, Augustinum, Chrysostomum, Epiphanium, Basilium Magnum, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Cyrillum, Ambrosium, & alios. Sed, hæc nihil ad te Lipmanne; nam Patres, de veræ Virginis partu vaticinium continuant, atque hoc, ceu ille quem innui, loquitur, *unanimi consensu docuerunt* (caput octavum) *literaliter intelligendum esse, non de Isaiæ uxore & filio ejus, sed de Deo ipso, de Rege Messia, de ejus matre Virgine prophetissa, ad quam accesserit Spiritus Sanctus, & per ineffabilem obumbrationem virginissime fœcundarit, & parere fecerit filium Emmanuel, hominem simul & Deum, spoliorum Damasci, & Samariæ celerem prædatorem.* Quod si animum Lipmanne inducere potes, ut hæc credas, non multum litigabimus, sed, quia vereor, ne surdo quis narret fabulam, ut te ego hominem post natos homines impurissimum, quamprimum absolvam, & tanto fortius stringam, id, quod simplex & citra allegoriam acceptus sermo postulare videtur, tueor, tibique nego, in diversis capitibus de eodem puero Esaiam loqui, verum duos introduci, quorum unus עלמה sive Virgine, alter conjugata sit editus. Agnovit idem hoc jampridem ipse tuus tribulis Abarbenel, imo vero solidis argumentis eam sententiam roboravit, contrariam, quæ tua est, quasi solis Christianis propriam verbis traducens, & Judæo homine indignam existimans. Ergo cum hoc prius necesse est transigas, antequam

De Loco Es. 8, 3. seq.

De Loco Eſ. 8, 3. ſeqq. adverſus nos te quid obtenturum ſperes; & agedum diſpice de ſequentibus : הספק הד׳ הוא שהנה כתב אחר זה על זה הילד כי בטרם ידע הנער קרוא אבי ואמי ישא את חיל דמשק ואת שלל שמרון לפני מלך אשור ולא נמצא שמלך אשור שלל ארת שמרון אלא כאשר החריבה שהיא בשנת תשע להושע בן אלה שכבר היה מת אחז ומלך חזקיהו בנו ששי׳ שנים ואני משיב על זה שאילו הבינו האנשים הנוצרים האלה פשט הנבואות ואמתתם לא היה מתחייב אליהם הספק הזה כי הנער שנאמר עליו בטרם ידע הנער מאוס ברע ובחור בטוב חשבו שזה היה עצמו לדעתינו שעליו יאמר אחר זה בפרשה ויאמר יי׳ אלי קח לך גליון וגו׳ כי בטרם ידע הנער קרוא אבי ואמי וגו׳ ואינו כן אצלנו כי הם היו נערים מתחלפים זה מזה ולא שתי הנבואות האלה בזמן האחד כי הראשונה שהתחיל ויהי בימי אחז וגו׳ ופרשת ויוסף ה׳ דבר אל אחז והפרשיות אשר אחריהם היו כלם בימי אחז בתחלת מלכותו כמו שזכרתי והעלמה ההרה היתה אשה נערה שלקחה אחז או בתו כמו שפירשתי והילד שחמאה ודבש יאכל יהיה בנה וענין זה הילד יהיה בימי אחז אמנם פרשת ויאמר יי׳ אלי קח לך גליון וגו׳ ומאמר ואקרב אל הנביאה ותלד בן וגו׳ היתה אח״כ ימים ולא ניבא בה הנביא דבר מהצלת מלך אחז משני המלכים כמו כניבא בנבואה הראשונה אבל ניבא לבד על חרבן דמשק וחרבן שמרון שהי׳ אח״כ והנביאה היתה אשת הנביא והנולד היה בנה ולכן נקרא הנער הראשון עמנו אל להיותו מבשר הצלות העם והצלחותיו והנער השני בן הנביא נקרא מהר שלל חש בז כי היה ענינו לבשר על חרבן דמשק וחרבן שמרון ולא ראי זה כראי זה: Id eſt : *Dubium Quartum illud eſt, quod (Propheta) poſtea* (cap. 8,4.) *de hoc puero ſcribit*: Quia antequam noverit puer iſte proferre pater mi, aut mater mea, aſportabit opulentiam Damaſci, & prædam Samariæ ſervus Regis Aſſyriæ : *non vero reperitur quod Rex Aſſyriæ deprædatus fuerit Samariam, niſi, cum eam devaſtavit, quod demum factum eſt, anno 9. Hoſeæ filii Ela, cum jam mortuus eſſet Achas, atq; filius ejus Hiskias ſex annis regnaſſet. Ad iſta ego reſpondeo, quod ſi homines illi Chriſtiani intelligerent ſenſum vaticiniorum, veritatemq; eorundem, non ſolicitaret ipſos hæc difficultas. Etenim exiſtimant, puerum de quo* (cap. 7, 16.) *dictum eſt*: Antequam noverit hic puer ſpernere malum & eligere bonum, *noſtra ſententia ſit idem ille, cum eo, de quo porro in hac pericope* (cap. 8, 1.) *dicitur*: Et edixit Domi-

minus mihi, sume tibi volumen &c. Quia antequam noverit puer istе proferre, pater mi, aut mater mea &c. *Sed, secus se res apud nos habet, siquidem fuerunt pueri a se invicem distinctissimi, neq; duo ista vaticinia eodem tempore oblata sunt. Prior enim, quæ* (est cap. 7. ac) *incipit:* Et fuit temporibus Achasi &c. *cum pericope illa*, (v. 10. seqq.) Et perrexit Dominus edicere Achaso &c. *& iis, quæ sequuntur, reliquis commatibus, tota edita fuit in diebus Achas, sub principium regni ejus, prout* (supra) *innui: Atq; Alma illa prægnans*, (de qua ibi sermo est,) *fuit mulier juvencula, quam duxerat Achas, aut sane fuit filia ejus, secundum ea quæ explicavi: atq; puer comesturus butyrum, & mel, fuit illius filius, & hæc eventura erant in diebus Achas. Enimvero, pericope*, (quæ incipit:) Et edixit Dominus mihi, sume tibi volumen &c. *atq; sermo iste*: Et congressus sum cum Prophetide, & concepit, peperitq; filiū &c. *post illa tempora accidit, neq; in istis quicquam vaticinatus est Propheta de liberatione Achasi a duobus Regibus, prout in priore prædictione fuerat vaticinatus, sed tantum loquitur de devastatione Damasci, & devastatione Samariæ, quæ post contigerunt; & prophetis* (hoc loco memorata,) *est conjux Prophetæ, atq; puer* (de quo sermo habetur,) *est illius filius. Hanc ob causam prior puer vocatur Immanuel, quia nunciaturus erat liberationem populi, & felicitates ejus. At alter puer, Prophetæ filius, vocatur Maher-schalal-chas-bas: quippe iste nunciaturus erat devastationem Damasci, & devastationem Samariæ; neq; utrorumq; eadem est ratio.* Vtri nunc ex vobis credendum Lipmanne? tibine, obsecro, tenebrioni, & si qui sunt alii tui similes, eadem oberrantes chorda, qui simpliciter sine ulla ratione contenditis de uno puero in duobus capitibus loqui Prophetam; an vero Abarbeneli, præcipuæ autoritatis Magistro, & qui non meris verbis, sed argumentis insuper putat, vestræque sententiæ totum orationis apud Prophetam contextum adversari ostendit? Atqui vero, ita omnino res se habet, uti ait Abarbenel: Est de duabus parituris matribus apud Prophetam sermo; atque earum una Alma, altera Prophetis dicitur. Sunt ibi duo nomina infantilia plane contraria: insunt his omina rerum diversarum, scilicet uni, liberatio Regis Achas & conservatio Domus Davidicæ: alteri vero destructio Damasci ac Samariæ. Debebant illi eventus aliis atque aliis temporibus accidere: non igitur unum puerum, sed duos in Esaia accipere oportet. Addimus his Abarbenelis argumentis, idem confirmantes rationes insuper alias, ne asymbolos nos venire, & Abarbeneli omnia debere, quis reputet. Equidem, aut vehementer fallor, aut, si quis vel leviter, & limis quasi oculis Esaiæ 7. & 8. caput inspiciat, illico manifestum evadit, diversas in iis proponi Summi Numinis apparitiones, atq; sic ad unum & eundem puerum, utramque minime pertinere. Etenim, quasi data opera, omnem erroris occasionem præcludere voluisset

De Loco Es. 8, 3. seq.

De Loco Es. 8, 3. seq Propheta, verbis utique disertissimis, quæ simul, quæ ex intervallo, divinitus sibi objecta fuerint, curate expressit. ויאמר יי׳ אל ישעיהו צא נא לקראת אחז legimus Cap. 7. commate 3: *Et dixit Dominus Esaiæ: Prodi jam obviam Achaso.* Sequuntur deinde cætera divini sermonis; cujus integra sententia cum finita videri posset, quædam alia deinde commate 10. & sequentibus referre volens Propheta, ne quis forte existimaret, ista postrema, post aliquam intercapedinem sibi fuisse revelata, ideo præmittit: ויוסף יי׳ דבר אל אחז לאמר *Et perrexit Dominus edicere Achaso, dicendo.* Idem observatur quoque sequenti capite. Incipit illud: ויאמר יי׳ אלי קח לך גליון *Et dixit Dominus mihi: Sume tibi volumen.* Succedit commate 5. ויוסף יי׳ דבר אלי עוד לאמר *Et perrexit Dominus alloqui me, amplius dicendo.* Proinde, quæ cohæreant visiones, quæ sejunctæ sint, ignorare non possumus, & sicut ויוסף *Et perrexit*, continuationem visionis cœptæ, ita ויאמר *Et dixit*, discretionem unius ab altera, & diversa diversarum visionum principia, inducit. Porro, ea quoque de puero Immanuele prædicantur, quæ nullo modo ad Prophetæ filium aptare possumus. In Cap. 8, 8. *Immanuelis* dicitur *esse terra*; additurque, *repleturum illum alis passis terram*: id est longe lateque in ea dominaturum. Jam si vel maxime cum Kimchio ad hunc locum, de Judæa tantum regione hoc accipiamus, neutiquá tamen Prophetæ filio id convenit, cujus nulla esse potuit ibidem potestas, regnante tum temporis, cum vaticinium hoc ederetur, apud Judæos, Achaso, & sceptrum per ordinem successionis transmittente ad seram posteritatem. Et vero, quemadmodum Immanuel, & puer Maher-schalal-chas-bas, notis suis tam probe distinguuntur, ut discrimen inter hos non nomine tenus, sed reapse facere necesse sit, ita circa mulieres quarum una עלמה *Alma*, altera נביאה *Prophetis*, seu Esaiæ conjux vocatur, idem observamus. Nam, ne nunc jure meo utar, & hoc mihi sumam, quod tamen jam evictum est, illo verbo Virginem, hoc Maritam innui; saltem ultro mihi concedit Lipmannus, vocem עלמה Alma, ad eam, quæ teneræ & puellaris prope adhuc est ætatis, sive marito juncta sit, sive cœlibem agat ætatem, attinere. Quod, si ei tantisper concedam, jam statim, vel ex propria hypothesi consequitur, ne illum quidem depravatum vocis עלמה sensum, ullatenus Prophetæ conjugi convenire, quippe quæ ætate erat provectior, & pridem filium Schear-Jasub, jam tum cum prius quod c. 7. descriptum est vaticinium, ederetur, ceu ex commate ejus 3. colligimus, adolescentem, fuerat enixa. Nec enim valet dicere, duas in conjugio Prophetam habuisse fœminas, unam ex quo filium Schear-Jasub susceperit, alteram deinde juvenculam, quæ & Alma, & Prophetis vocetur, & quæ puerum modo Immanuel, modo Maher-schalal-chas-bas dictum pepererit; quippe, hæc eadem facilitate rejicere

jicere licet, qua afferuntur; estque audax, temerarium, & tantum non stultum facinus, ibi, ubi Scriptura ne leviculam quidem ejus rei ansam præbet, duas pro una comminisci conjuges, ibi vero, ubi duos pueros diligenter & solicite a se invicem segregat, confusionem velle introducere, nec admittere nisi unum. Quamobrem adversus Lipmannum tandem concludimus Kimchii verbis: אם היתה (עלמה) אשת הנביא היה אומר הנביאה כמו שאמר ואקרב אל הנביאה i.e. *Si Alma Propheta conjugem notaret, dixisset ipse:* (Ecce) *Prophetis* (concipiet,) *prout insequentibus dicit: Et accessi ad Prophetidem.* De Loc. Es. 8, 3. seq.

Ad Vriam & Zachariam, qui negotio interfuerunt.] Gravis, & fere insolubilis est quæstio, quinam fuerint illi testes, & an vere Esaiæ ævo extiterint? Negant posterius non antiqui tantum Christianorum Interpretes, sed & plurimi recentiorum, atque Vriam illum, cujus apud Jeremiam 26, 20. & Joseph. l. 10. Antiq. c. 11. mentio est, quique centum annis Esaia posterior fuit, Zachariam vero, templi secundi hoc nomine Prophetam, & universis trecentis annis Esaia juniorem, interpretantur. Idem antiquis Judæorum Sapientibus in Maccot, & Echa Rabbati visum est, quos R. Salomo in Commentario super Esaiam, & Menasse in Conciliatore Esaiæ, sequuntur. Talmudis & R. Salomonis loca, quia apud Raymundum Martini in Pugione p. 585. seq. reperire est, ne actum agendo operam perdam, afferre supersedeo, Menassis verba ob raritatem libri, & quia iis integrum dictum ex Echa Rabbati continetur, repræsento: *En esta misma carta dize el Señor, que se firmarian como testigos de los futuros successos dos Profetas, no como testigos de aquel presente caso, pues vivieron muchos años despues; mas como testigos de lo que avia de succeder a la casa de Jehuda en diferentes tiempos; por que el uno dellos Huria, profetizò la royna y total destruicion de Jehudà, affirmando,* Zion campo sera arado, *come se vè en Irmiahu cap. 26, 18. El otro Zecharyahu hijo de Jeberachyahu, todas sus prosperas fortunas, y fabrica del tercero Templo. Con que el Señor que siempre remata los males, inxiriendo y mexclando bienes, en esta misma carta donde queria se descriuiesse la destruicion del reyno de Israel y Jehuda, mandase dexe en ella campo para otro, que finalmente auia de escreuir sus glorias. Desta suerte interpretaua R. Aquibà este texto, y assi en el Midras Echa Rabati se cuenta, que caminando vna vez para Jerusalaim con Raban Gamliel, R. Elhazar ben Hazarya y R. Josua los mas insignes Sabios de su tiempo, llegando a Zophim, lugar donde se via, rompieron los paños: llegando despues al monte de la casa Santa, destruyda poco antes por Tito, viendo vn raposo que salia del lugar que auia poco antes sido santo santorum, empeçaron todos a lloar, y R. Aquibá a reyr: dixeronle los compañeros, no poco nos maravilla verte en esta occasion reyr,*

De Loco Es. 8, 3. seq. *spondio, y por que llorays vosotros? bueno està (replicaron ellos) el lugar que por el està escrito*, y el estraño que se llegare, morira, *le vemos agora en tal estado que en el se cumplio aquella profecia*, raposos andaran por el, *y no sera razon, que lloremos? Respondio R. Aquibà, y aun por esso rio yo. Traerosse un exemplo. Dize Jesayahu*, y testificarè a mi testigos fieles a Huria el Sacerdote, y a Zecharyahu hijo de Jeberayahu, *que tiene que hazer Huria, con Zecharyahu? Huria vivio en el primero Templo; Zecharya en el segundo: Pero es el caso, Huriah profetizò* Sion campo sera arado, y Jerusalaim montones sera. *Zecharya profetizò*, Aun estaran viejas en las plassas de Jerusalaim, y varon su bordon en su mano, de muchedumbre de dias, *y luego sigue*, y las plassas de la ciudad se hinchiran de niños y niñas jugantes en sus plassas. *Dize pues el Dio B. aqui tengo estos dos testigos, si se cumplieren las palabras de Huria, se cumpliran las de Zecharyahu, y si se anularen las de Huria, se anularen tambien las de Zecharyahu. Agora pues que yo veo las palabras de Huria del mal, al pie de la letra cumplidas, me alegro, y rio: por que tengo por infalible, se cumpliran juntamente las del bien de Zecharyahu. Oyda esta razon, respondieron los compañeros, bien nos haz consolado Aquiba, bien nos consolaste, seas consolado con los pies del Albriciador. Y pues tan eminentes Sabios admitieron la explicacion de R. Aquiba, se sigue ser verdadera; y desta suerte, no toma Jesahiahu testigos para lo presente, mas dexa lugar en su escritura, para otros dos Profetas, que uno al otro auia de servir de testigo.* Id est: *Eidem huic volumini, dicit Dominus, subscripturos tanquam testes futurorum successuum duos Prophetas; non tanquam testes præsentis negotii, quia diu post vixerunt, sed tanquam testes ejus quod Domui Judæ accidere debebat diversis temporibus. Unus enim illorum Urias, prædixit ruinam & omnimodam destructionem Judæ, affirmando*: Zion futurus est campus aratus, *prout videre licet apud Jerem. 26, 18. Alter Zacharias Jeberechjæ filius*, (prædixit) *omnem ejus fortunam prosperam, & tertii templi ædificationem. Hac ratione Dominus, cui solemne finire mala, ac bona iis inserere & immiscere, in illo ipso volumine, cui inscriptam volebat destructionem regni Israëlitici & Judaici, alii locum relinquere jubet, qui tandem gloriam illius erat descripturus. Hoc modo R. Akiba interpretatus est locum, quippe in Medrasch Echa Rabbati narratur, cum ipse aliquando una cum Rabban Gamaliele, R. Eleasare Asariæ filio, & R. Josua, viris omnium ætatis suæ sapientissimis, Hierosolymas perrexisset, atq; Zophimum, hoc est locum illum ubi primum urbs sub aspectum cadit, delati essent, scidisse eos vestimenta. Postea ad montem Templi, paulo ante per Titum devastati, perveniendo, cum ex loco qui haud ita pridem sanctum sanctorum fuerat, vulpem prosilire vidissent, omnes plorare incipiebant, sed R. Akiba in risum solvebatur. Quamobrem*

rem Socii huic dicunt: Non leviter miramur, in præsentia te ridere. Respondebat ipse: Et, quare vos ploratis? Bene est, inquiebant illi, locum de quo (Num. 3, 38.) *scriptum extat*: Et extraneus qui accesserit, morte plectendus est, *in eo statu videmus, ut de eo impletum sit illud vaticinium* (Thren. 5, 18.) Vulpes per eum eunt; *& non ploraremus? Tum R. Akiba subjiciebat: Enimvero, propterea ego rideo. Declarabo rem exemplo. Dixit Esaias*: Et adhibui mihi testes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Jeberechia: *Ecquid Vria cum Zacharia commercii? Vrias templi primi, & Zacharias secundi temporibus vixerunt. Nimirum sic se res habet. Vrias prædixit*: Zion futurus est campus aratus, & urbs Hierosolymorum in cumulos erit. *Zacharias* (cap. 8, 4.) *prædixit*: Adhuc stabunt senes & anus in foris Hierosolymorum, & habebit quisque scipionem suum in manu sua præ multitudine dierum. *Sequitur mox*: Et fora civitatis replebuntur pueris & & puellis ludentibus in foris ejus. *Ait proinde Deus Benedictus: Hic habeo duos illos testes: Si implebuntur verba Vriæ, implebuntur quoque verba Zachariæ, &, si irrita reddentur verba Vriæ, irrita quoque reddentur Zachariæ verba. Ergo, quia video infausta Vriæ verba, calci voluminis inscripta, impleta esse, lætor ego & rideo, certum enim mihi junctim impletum iri illa læta verba Zachariæ. Cum hanc rationem Socii percepissent, dicebant: Bene nos solatus es Akiba, bene nobis solatia inspirasti. Ita eveniat, ut & tibi pedes læta nunciantium solatia afferant. Quandoquidem igitur tam insignes Sapientes, R. Akibæ explicationem admisere, sequitur illam veram esse, atque sic Esaias non assumit testes rei præsenti, sed locum relinquit in sua scriptura duobus aliis Prophetis, quorum unus alteri testis esse debebat.* Sed, hic notare oportet, ingentem fœdumque memoriæ lapsum R. Akibæ, & hunc sequentis Menassis supinam oscitantiam, vel, si prudens id fecit, malefactum ac scelus, dum Vriæ tribuunt vaticinium illud, *Zion ut ager arabitur, & urbs Hierosolymorum in cumulos erit*, quod est profecto citra ullum dubium Micha autore profectum, ceu disertissime traditur apud Jerem. 26, 18. ita, ut amplius Michæ quoque prophetiis cap. 3, 12. conspiciatur insertum. Sane etiam Vriam quendam Prophetam, extrema Hierosolymis & regioni Judaicæ ominatum esse, ex Jerem. 26, 20. discimus; at, quibus id verbis enunciaverit, non additur, ac proinde illa, quam Menasses tantopere commendat verborum Esaiæ ab Akiba prolata interpretatio, mere scurrilis evadit, & ineptissima, etsi in Talmud quoque loco supra indicato admissa deprehenditur. Cæterum, si recte Lipmanni mentem assequor, non habuit ipse fidem Magistris, qui Vriam & Zachariam longe alterius quam quo Esaias vixit, ævi fuisse perhibent, atque existimavit tam hunc, quam illos, eodem vixisse tempore. Inclinasse in eandem opinionem Kimchium quoque, patet ex sequentibus illius

De Loco Es. 8, 3. seq.

Veterum Magistrorum lapsus.

De Loco Ef. 8,1.seq.

verbis, in quibus & ipſe cæteroquin Akibæ errorem ſi non ſuum fecit, ſaltem perſtringere neglexit: ואעידה לי אלה הם דברי הנביא ואע״פ שלא זכר כתיבת הגליון ידוע הוא כי כתבו כמה שצוה לו האל ועוד עשה בו ואף על פי שלא ראינו שצוה בו האל העיד עליו עדו׳ כלומר החתים בו העדים שתהיה נבואה זו כתובה וחתומה כי כן עתידה להיות בקרוב ואוריה נתנבא בימי יהויקים וזכריה בשנת שתים לדריוש ואף על פי ששניהם היו בימי ישעיהו ודע׳ רבותינו ז״ל שלא היו בזמן אחד שאמרו וכי מה ענין אוריה אצל זכריה אלא אוריה נתנבא פורענות ציון שדה תחרש וזכריה נתנבא נחמות עוד ישב זקנים וזקנות וגו׳ נבואת אוריה עדות לנבואת זכריה כשם שנתקיימה נבואת אוריה כך תתקיים נבואת זכריה ולדעתם יהיה ואעידה לי דברי האל וכן תרגם יונתן ואסהיד קדמי סהדי וגו׳ : id eſt: (Ait Eſaias:) Et adhibui mihi teſtes: *Hæc ſunt verba Prophetæ loquentis, atq; etſi non meminit ipſe deſcriptionis voluminis*, (quod a Deo ſcribere juſſus fuit,) *certum tamen eſt, inſcripſiſſe illum eidem quæcunq; Deus præceperat, quin & amplius fecit*, (teſtium ſubſcriptionem exigendo,) *quamvis non videamus imperaſſe Deum, ut teſtes ſibi adſciſceret: nec enim ait: Fac teſtes iſta ſubſignent, quo ſic vaticinium hoc ſcriptum ſit, ſignatumq;, quia brevi eſt eventurum. Vtut vero vaticinatus eſt temporibus Jehojakimi, & Zacharias, anno ſecundo Darii, nihilo minus ambo vixerunt temporibus Eſaiæ. At enim Magiſtrorum noſtrorum f. m. ſententia eſt, non vixiſſe illos eadem ætate, dum inquiunt: Quid Vriæ cum Zacharia commercii? Nimirum, Vrias calamitates prædixit:* Zion ut ager arabitur: *Zacharias prædixit conſolationes:* Adhuc ſedebunt ſenes & anus &c. *Sicut impleta eſt prophetia Vriæ, ſic implebitur quoq; prophetia Zachariæ. Atq; ex horum mente, verba illa:* Et adhibui mihi teſtes: *ſunt ipſius Numinis, quomodo & Jonathan* παραφράζει: *Et in teſtimonium adhibui coram me teſtes &c.* De cætero, quod ad me attinet, ſicuti in ſuperioribus, circa ſuſceptionem pueri ex Prophetide, quo tanto felicius adverſus Judæos præliarer, illorum me adjunxi partibus, qui citra allegorias, utpote parum momenti in decretoriis pugnis habentes, ſermonem prout ſonat, & in cujusvis audientis aure ſenſum gignit, de Eſaiæ vero, & ex natura filio accipiunt, ita ne quidem in negotio de teſtibus, vel latum unguem ab iis diſcedo, ſed ambos iſtos quorum nomina Eſaias recitat, & vivos tum fuiſſe, & præſentes interveniſſe, libens concedo. Hactenus itaque Kimchius nobiſcum, & niſi fallimur, cum veritate quoque facit, quod illa verba: *Quamobrem adhibui mihi teſtes fidos, Vriam Sacerdotem, & Zachari-*

chariam filium Jeberechjæ: Prophetam de ſeſe, non vero Deum pronunciaſſe, atque utrumque teſtem ab Eſaia coram compellatum fuiſſe, aſſeverat. Sed, quod hos tamdiu vitam produxiſſe putavit, ut alter Jehojakimi, alter ipſius Darii tempora attigerit, in eo ſuo ſenſu abundare permittitur. Quæ enim neceſſitas nos cogit, haud alios quam Scripturæ alibi memoratos Prophetas pro teſtibus admittere, cum tanta temporum & ætatum perturbatione ? &, annon poterant Eſaiæ, aliquis Vrias Sacerdos, & aliquis Zacharias Jeberechiæ filius, antiquæ virtutis & fidei viri, eſſe coævi, quorum teſtimonio illud quod agitabat factum, corroboraret ? Vtique vero : atque ſic penitus nobiscum judicio opinioneque concordat Autor veteris noſtri Commentarii MS. in Eſaiam, qui eleganter annotavit: והעדתי שם שני גדולי הדור שהיו בימיו אוריה וזכריה שכתב הנבואה באותו גליון ואלה חתמו שם עדים : Id eſt : *In teſtimonium adhibita fuerunt nomina duorum ſummorum virorum, qui ejus ætati erant ſuppares, Vriæ, & Zachariæ, quod ipſe vaticinium volumini illi inſcripſiſſet, hiq; tanquam teſtes id ſubſignarunt.* Atque ſic illud, quod apud Eſaiam cap. 8, eſt oraculum, ſimplici, & minime ſalebroſæ viæ inſiſtendo, pariter vindicavimus. Vbi ſimul obiter & velut in transcurſu diligentiſſime memoria tenere jubemus, eas, quas rejecimus, Judæorum vulgatas opiniones. Præbent enim adverſus illos ipſos luculentum ſcitumque argumentum, ſi *κατ' ἄνθρωπον*, ex conceſſis argumentari libeat. Scilicet, ceu ex rerum adductis teſtimoniis abunde conſtat, id Judæi communiter ſentiunt, puerum Immanuel, & eum qui Maher-Schalal-Chasbas dictus eſt, non eſſe niſi unicum, atque in fidem nativitatis ejus, provocari ad teſtes, qui neutiquam tum, cum hæc eveniſſent, vitali aura fruebantur, ſed quorum alter uno, alter tribus ſeculis puero erat poſterior. Atqui vero debebat pueri nativitas ſignum eſſe liberandæ Hieroſolymæ a vi & oppugnatione Rezin Syriæ Regis, & Peka Regis Iſraëlitarum, imperanti tum apud Judæos Regi Achaſo: Jam igitur ſic concludo: Si Judæis neutiquam abſurdum eſt credere, ad plenam fidem faciendam ſigno quod Achaſo Regi oblatum fuit, quodque in pueri cujusdam mox naſcendi procreatione conſiſtebat, provocari ad teſtes qui multis ſeculis Achaſo illoque ſigno fuerunt poſteriores, neutiquam quoque vel ob hanc, præter alias, quæ alibi afferuntur, rationes, abſurditatis accuſare debent Chriſtianos, ſi ipſum a Deo Achaſo, vel potius Domui Davidicæ oblatum ſignum, in aliam quam qua Achas vixit ætatem conjiciunt, atque puerum tum prædictum, poſt aliquot demum ſecula a Matre editum eſſe contendunt. Verum eſt quod poſuimus. Vtinam quod elicitum, & quod æquum eſt, Judæi faciant! utinam dehinc quieſcant, & maledicere deſinant! Vtinam dent locum Veritati!

De Loco Eſ. 8. 3. ſeq.

Diras

De pœnis muliebri ſexui a *Deo* irrogatis.

Diras quoque eſt imprecatus Mulieri] Et quidem decuplatas, ſi tuos Lipmanne Magiſtros audimus, & nugis ridiculis illorum ſeria noſtra temperare non gravamur. Nam ſic eſt in Eruvin fol. 100. b. loco difficili : אמר רב יצחק בר אבדימי עשר קללות נתקללה חוה דכתיב על האשה אמר הרבה ארבה אלו שני טפי דמים אחת דם נדה ואחת דם בתולים עיצבונך זה צער גידול בנים והרונך זה צער העיבור בעצב תלדי בנים כמשמעו ואל אישך תשוקתך מלמד שהאשה משתוקקת על בעלה בשעה שיוצא לדרך והוא ימשל בך מלמד שהאשה תובעת בלב והאיש תובע בפה זו היא מידה טובה בנשים כי קאמרינן דמרציא ארצויי קמיה הני שבע הויין כי אתא רב דימי אמרו עטופה כאבל ומנודה מכל אדם וחבושה בבית האסורין מאי מנודה מכל אדם אילימא משו׳ דאסיר לה ייחוד איהו נמי אסיר ליה ייחוד אלא דאסירא לבי תרי במתניתא תנא מגדלת שער כלילית ויושבת ומשתנת מים כבהמה ונעשה כר לבעלה ואידך הני שבח הוא לה : Sequuti ſumus lectionem editionis Amſtelodamenſis, ſed Pragenſe En Jacob fol. 87. col. 2. pro illis quæ haud longe a fine abſunt אילימא משו׳ דאסיר לה ייחוד איהו נמי אסור ליה ייחוד' nonnihil diverſis verbis & plenius, ſenſu tamen eodem habet: אי נימא דאסירי ליחודי בהדי גברא דלאו דידה איהו נמי אסור ליחודי בהדי אתתא דלאו דידיה Locum integrum ſic interpretamur : *Ait R. Iſaacus Abdimides : Decem imprecationibus ſubjecta fuit Eva. Scriptum enim* (Gen. 3, 16.) Mulieri dixit: Multiplicando multiplicabo ;¦*iſta ejusdem verbi ingeminatio, pertinet ad duo profluuia ſanguinis, quibus mulieres obnoxiæ, quorum alter menſtrui eſt, alter rupti concubitu hymenis.* Dolorem tuum : *His innuuntur moleſtiæ devorandæ in educatione liberorum.* Et conceptionem tuam: *Reſpiciunt iſta dolorem graviditatis.* In dolore paries liberos. (*Hæc explicatione non egent*) *& ſecundum verba propriè accipienda veniunt.* Erga virum tuum appetitus tuus erit. *Docetur iſtis, fœminam cupidine viri trahi, cùm peregre proficiſcitur.* Et ipſe dominabitur tibi: *Notatur his, fœminas (* oblectamenta ſua *) intra ſe corde, ſed viros eadem palam ore expoſcere.* (Atqui dicat quis :) *illos mores mulierum bonos eſſe*, (quod voluptates ſolamente expetunt. Eſto. Hoc igitur imprecationis vicem ſubit) *quod dicitur, fœminas neceſſe habere, ut viros blandimentis allectent, & propitient. Enimvero hactenus ſeptem tantum imprecationes memoraſti*, (ubi ſunt tres reliquæ, quæ numero denario complendo deficiunt?) *Cum veniſſet R. Dimi* (ſupplevit eas quæ deerant,) *dixitq;* (pertinet

tinet ad fœmineas pœnas)*quod caput obnuptæ esse coguntur, lugentium in morem, quod cujuscunque viri commercio prohibentur, quod* (semper domi) *tanquam carceri mancipatæ desidere coguntur. Sed, quid istud sibi vult, quo dicitur, cujuscunque viri commercio mulieres prohiberi? An dicendum, illud significari: Nefas esse soli mulieri cum solo viro agere? Atqui nefas quoque soli viro est, cum sola versari fœmina. Nempe*, (non huc sermo respicit, sed in eo fœminarum præ viris dura esse conditio prædicatur,) *quod simul duos* (viros eodem tempore in matrimonio habere) *illis non licet. Cæterum in Mischna* (pro tribus illis malorum generibus, quæ R. Dimi attulit, longe alia substituuntur. Videlicet) *quod comam mulieres alere coguntur strigum instar, quod aquam immundam ejicientes, corpus incurvant bestiarum* (& imprimis mularum) *more, quod viris corpus pro pulvillo substernunt.* (Hæc cum ita sint) *quare R. Dimi* (alia potius omnia, quam hæc recensere maluit ?) *Nimirum ejus opinione*, (hæc tria non vituperium & infelicitatem fœminarum,) *sed potius ad laudem earundem*, (& quandam præ viris prærogativam pertinent.)

Vt in terra moraretur] Si recte mentem tuam Lipmanne assequor, id tute existimas, nimis humile & a natura, quam nos Messiæ tribuimus, Divina, remotum esse, in terris degere, atque ibi præsentem se sistere, quippe cui olim maledixerit, ob primorum parentum grave delictum. Nam, Messiæ mero homini non credo vitio id verteres, si in mundo egisse dicatur, quippe cum nec vester quem præstolaris, extra illius terminos sit moraturus, tua sententia. Itane igitur secundum te Numine penitus vacua est terra, nec ab illo digna judicatur, quam post primævam imprecationem amplius respiciat? At vero, quis satis miretur, prodigiosam hanc superstitionem dicam an impietatem? quam vel ipsi saniores Ethnici abominarentur, & insaniæ coarguerent. Certe Aristoteles in octavo περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως ita de motu, deque illius causis disserit, ut ex earum subordinatione ac veluti consertione inter se, quasi per gradus aliquos ad unius primi motoris cognitionem ascendat, eumque & unicum esse, & corporeæ molis ac magnitudinis expertem, & vacare partibus, & infinita virtute ac potentia præditum esse, eleganter concludat. Stoicorum opinionem Virgilius expressit, Ecl. 3. *Jovis omnia plena*: & Lucanus l. 9.

Jupiter est quodcunque vides, quocunque moveris.

Proinde miseret me tui Lipmanne, qui tam male de Deo opinaris, & ea quæ bona tibi dictitat ratio, ex animo exspuis. Quanquam mirum non est, te Deo locum nullum in his terris relinquere, quem supra vidimus Terram in ipsius Numinis evehere dignitatem, aut saltem illius unius muneri sustentationem humani generis ferre acceptum.

Certe vindicat Deus ſui contemtum, craſſis ejusmodi in quos vos Judæos prolabi patitur erroribus, & jam vere de vobis vulgo dici poteſt, illud a Servatore noſtro Samaritis quondam exprobratum: ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε. Verum, audi ſis Lipmanne, docebo te iterum quædam de natura Numinis, Divinis Scripturis, ſanæ menti, & veſtrorum Magiſtrorum doctrinæ conſona, quatenus humanæ huic linguæ, de tremenda illa Majeſtate balbutire conceditur. Scilicet, ſi neſcis, eſt Deus ens perfectiſſimum, ſubſtantia immaterialis, & plane infinita. Dum autem Infinitum eum dicimus, omnes terminos ſeu limites ab illius natura procul removemus, idque potiſſimum reſpectu eſſentiæ, durationis, magnitudinis, ſcientiæ, potentiæ, & loci.

Deus eſt eſſentia infinitus. *Eſſentiæ Infinitas*, excludit omnem imperfectionem, omnisq; perfectio ſine imperfectione eſſentialis eſt Deo: hoc eſt, nulla perfectio negari, nulla imperfectio affirmari de Deo poteſt, citra manifeſtam implicationem contradictionis. Proinde conſequitur, Deum eſſe a ſeipſo, eſſe neceſſario, eſſe ens, fontem omnium entium, nec aliud eſſe ens, de quo non poſſit negari exiſtentia, citra implicationem contradictionis. Eadem Maimonidis ſententia, apud quem in More Nevuchim part. 1. c. 26. legimus: כל מה שהוא שלמות אצלנו ייוחס לו יתעלה להורות עליו שהוא שלם במיני השלמיות כלם ואין עמו חסרון או העדר כלל׃ Cl. Buxtorfius vertit: *Quicquid a nobis pro perfecto habetur, id quoq; attribuitur Deo Benedicto, ad docendum, illum omnibus numeris & gradibus eſſe perfectiſſimum, nullumq; in ipſo eſſe defectum vel privationem.* Idem quoque Joſeph Albo in libro Ikkarim fol. 42. b. tuetur, inquiens ראוי שימצאו כל מיני השלמיות בו ויסולקו ממנו כל מיני החסרונות Id eſt: *Æquum eſt in Deo reperiri omnes ſpecies perfectionum, & ab eo alienas eſſe omnes defectuum ſpecies.* Iterum audiendus Maimonides in More Nevuch. part. 1. c. 69. במציאות הבורא הכל נמצא והוא מתמיד עמידתו בעניין אשר יכונה בשפע כמו שנבאר בקצת פרקי זה המאמר ואילו היה איפשר העדר הבורא היה נעדר המציאות כולו ותבטל מהות הסבות הרחוקות ממנו והמסובבות האחרונות

** MS. Codex noſter inſerit* שיש לו צורה

ומה שביניהם אב״ הוא לא כדמות הצורה לדבר * אשר בה הוא מה שהוא ובצורי׳ תתקיים אמתתו ומהותו כן יחס הבורא לעולם ובזה הצד נאמר בו שהוא הצורה האחרונה ושהוא צורת הצורות כלומר שהוא אשר מציאו׳ כל צורה בעולם וקיומה נסמך באחרונה אליו * ובו קיומה כמו שהדברים בעלי הצורות מתקיימים * בצורתם ומפני זה העניין נקרא בלשוננו חי העולמים ענינו שהוא חיי העולם׃ Laudatus Interpres ſcite vertit: *Per Creatoris exiſtentiam omnia exiſtunt, & ipſe quoq; continuat ac conſervat ſtatum ipſorum,*

* MS. עליו

* MS. מקויימים

rum, per rem quandam, quæ vocatur Influentia, *ſicut in aliquot hujus libri capitibus explicabimus. Et ſi fieri poſſet, ut Creator non exiſteret, vel in nihilum redigeretur, perirent quoq; omnia Entia, & aboleretur vel interiret quidditas cauſarum ab ipſo remotarum, & cauſatorum ſive effectorum ultimorum, ac quicquid inter hæc intermedium exiſtit. Quod cum ita ſit, rectè proinde dicimus, ſicuti per formam ſuam res eſt id, quod eſt, & per eandem veritas & quidditas illius conſervatur ac confirmatur: ita quoq; Deum ſe habere, ad hunc Mundum, & eatenus illum eſſe* Formam ultimam, & Formam Formarum, *quatenus in Ipſo, & per Ipſum, omnis forma in hoc Mundo ultimo exiſtit & confirmatur, quemadmodum res formam habentes per formas ſuas confirmantur & conſervantur. Et hac de cauſa vocatur in Lingua noſtra* Vita Seculorum, *h. e. Vita Mundi.*

Infinitas durationis, alioqui Æternitas appellatur, eſtque ſine principio & fine duratio permanens, per quam Deus interminabilem vitam, totam ſimul & perfectè poſſidet, nec eſt apud illum præteritum quaſi jam non ſit, nec futurum quaſi nondum ſit. Atque ſic duplex, quæ tempori vel ævo adhæret imperfectio, a Deo ſegreganda venit. Vna limitum, altera partium aliis partibus ſuccedentium. Illa, quæ impedit, ne tempus vel ævum ſit ab æterno, aut actu infinitum; hæc, quæ efficit, ut ſit diviſibile, & ut ejus partes ſimul conſiſtere nequeant, ſed altera alterius negationem ſeu non-exiſtentiam inferat. Hinc adeo Deus, ut Proſperi Aquitani ex Epigram. 41. verbis utar: Deus eſt. Æternus.

—— *Rerum metas ſecum habet, & numeros.*
Nec ſerum aut properum ſibi ſentit in ordine rerum;
Cui cuncta aſſiſtunt acta & agenda ſimul.

Nempe, niſi Deus ab æterno, vel potius, uti elegantiſſime Apoſtolus expreſſit, πρὸ χρόνων αἰωνίων extitit, & ipſam æternitatem anteceſſit, fuit omnino, antequam exiſteret, tempus aliquod, quo ejus exiſtentia poſſibilis erat & contingens. Quoniam vero id, cujus exiſtentia ſuapte natura contingens eſt, non poteſt naturam ſuam immutare, & contingentiam illam convertere in actualem exiſtentiam; ſi Deus non fuit ab æterno, aliquid fuit extra Deum, quod illum ex ea poſſibilitate in actum educeret, quo nihil abſurdius dici poteſt. Etenim quid illud eſt, aut fuit, quod Deo dedit ut eſſet? Quomodo ipſum Deus non eſt? Aut, quomodo Deus eſt, quod ab alio effectum, & ex poſſibilitate ad exiſtentiam perductum? Jam vero nulla quoque tanta eſt potentia, per cujus virtutem, Dei exiſtentia, ab ejus eſſentia poſſit ſeparari, manifeſtamque implicat contradictionem, ſi Deo illam tribuamus, quæ poteſt extingui & aboleri. Bene rurſus Joſeph Albo in libro Ikkarim fol. 66. a. מה שזולתו מן הנמצאים יפלו תחת הזמן ולכן ישנה אותם הזמן וזה כי אפילו השכלים הנבדלים אף אם אינם מורכבים

מורכבים מהפכים כדי שישתנו לפי שההפכים סבת השנוי עם כל
זה כבר יצוייר בהם שנוי מצד הזמן כי העלול הא' דרך משל אחר
שהוא מחודש הנה בימי אברהם היה לא אלפים שנה שנוצר
והיום יש לו חמשת אלפים שנה ויותר וכן כל מה שהוא נברא
בהכרח יש לו היום יותר זמן ממה שהיה לו בימי דוד ולזה יפול תחת
הזמן אבל השי' אי אפשר שיאמר עליו שיש לו יותר זמן היום ממה שהיה
לו בימי דוד וממה שהיה לו כשברא העולם לפי שהוא קיים תמיד
על ענין אחד קודם שנברא העולם ואחר שיכלה העולם ולא
ישנוהו הזמנים: Id est: *Omnia quæ præter Deum sunt, tempori subjiciuntur, & ideo tempus illa immutat. Hinc ipsæ etiam Intelligentiæ separatæ, etsi ex contrariis minime compositæ sunt, ut mutationi obnoxiæ esse queant, cum omnis mutationis causa sit contrarietas, nihilo minus mutationem a tempore patiuntur. Exempli gratia, ætate Abrahami, inde a creatione primæ creaturæ, anni erant bis mille, & hodie effluxere anni quinquies mille, & amplius, atq; sic omnes res creatæ necessario nunc plus ætatis agunt, quam quæ præditæ erant temporibus Davidicis, & ideo tempori subjiciuntur. At, de Deo Benedicto dici nequit, eum plus ætatis habere hodie, quam habuit ævo Davidis, aut cum crearet hoc universum. Est enim semper idem, tam ante creationem mundi, quam post illius interitum, neq; ullis mutatur temporibus.*

Immensus. *Infinitas magnitudinis*, quam propria voce Immensitatem vocant, est immunis ab omni imperfectione magnitudinis perfectio, nullos terminos, nullas partes extra partes, ac ideo nec divisionē, nec corruptionem, nec, ut loquitur Jacobus, τροπῆς ἀποσκίασμα admittens. Hoc est, tanta ei inest omnium perfectionū plenitudo, ut nec animi cogitatione quidē quicquā ad eam adjici possit. Atq; id significat Scriptura Sacra, dum comparationem inter Deum, & cœlum, cujus tamen formam, aliqui ex philosophis unam semper & eandem, atque παραλλαγῆς expertem faciunt, instituit. Sic loquitur Psal. 102, 26. seqq. & Heb. 1, 10. seqq. Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται. Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς ἦ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι· Istis, ecquid dici poterat significantius? Non male igitur Josephus Albo in libro memorato f. 68.b. ראוי שיובן בכל תאר מן התארים שהוא נמצא בו ית' שהוא
בלתי ב"ת בחשיבו' ואין בו צד מן החסרון כלל כמו שהמציאות
שיתואר בו ית' ראוי שיובן שהמציאות ההוא לו מעצמו ואינו קנוי
לו מזולתו כשיאמר המציאות על זולתו אא"ו שיהיה בב"ת בחשיבות
אחר שמציאותו קנוי לו מזולתו ואין שום נמצא שיהיה כל
תנאי'

תואי נאמר עליו בחשיבות בר״ת אלא הוא ית׳ : Id, ſic interpretamur: *Æquum eſt, omnia attributa, quæ Deo Benedicto tribuuntur, infinitæ concipere dignitatis, neq; enim ulla ratione in eo quis reperitur defectus. Atq; ſic exiſtentia Dei intelligẽda eſt eſſe a Deo ipſo, quæ ab extrinſeco ei non competat. Alia vero quæ præter Deum eſſe dicũtur, non poſſunt habere eſſe infinitæ dignitatis, quia eſſe habent ab extrinſeco, itaq; nihil quoq; attributa infinitæ dignitatis habere poteſt, præter Deum Benedictum ſolum.*

Infinitas ſcientiæ, quæ Omniſcientia appellatur, eſt nullis terminis circumſcripta cognitio, per quam Deus ſeipſum, & alia omnia, præſentia, præterita, futura, univerſalia, ſingularia, immaterialia, materialia, libera, neceſſaria, contingentia, poſſibilia, impoſſibilia, tam diſtincte ac perfecte intelligit, quam ſunt intelligibilia: & ſe quidem cognoſcit actu & modo ſibi æquali, alia vero entia cognoſcit actu & modo longe quam ipſa ſunt, perfectiori, atque ab eis non pendente. Hinc, non quicquam addiſcit, non obliviſcitur, non conjecturat, non colligit ignotum ex notiore, non abſtrahit phantaſmata, non ceſſat unquam ab intelligendo, non interquieſcit, non poteſt falli, non cadunt in illum ignoratio, mutatio cognitionis, cogitatio unius poſt alterum, ſed ſimul omnia actu infinito complectitur. Joſeph Albo loco paulo ante citato ſcribit: בשיתואר הש״י כשהוא חכם ראוי שיובן מזה שחכמתו בב״ת בשלמות כי אחר שעצמותו בב״ת בשלמות ראוי שיהיה יודע את׳ עצמו ואי אפשר שיודע הבב״ת בשלמות אם לא בידיעה בב״ת בשלמות כי הב״ת לא יוכל להקיף את הבב״ת : i. e. *Quando Deus Benedictus deſcribitur Sapiens, intelligere oportet Sapientiam illius eſſe infinitæ perfectionis, debet enim cognoſcere eſſentiam ſuã, quæ eſt infinite perfecta, fieri autem non poteſt, ut illud quod infinite perfectum eſt, alia quam infinite perfecta cognitione apprehẽdatur, quippe quod finitum eſt, infinitum complecti nequit.* Maimonidis in Hilch. Jeſode Tora. c. 2. § 9. 10. verba ſunt: כל הנמצאים חוץ מן הבורא מצורה הראשונה עד יתוש קטן שיהיה בטבור הארץ הכל מכח אמתתו נמצאו ולפי שהוא יודע עצמו ומכיר גדולתו ותפארתו ואמתו הוא יודע הכל ואין דבר נעלם ממנו : הקב״ה מכיר אמתו ויודע אותה כמו שהיא ואינו יודע בדיעה שהיא חוץ ממנו כמו שאנו יודעי׳ שאין אנו ודעתנו אחד אבל הבורא ית׳ הוא ודעתו וחייו אחד מכל צד ומכל פינ׳ ובכל דרך יחוד : Id eſt: *Quicquid præter Creatorem, a prima forma uſq; ad minimum reptile quod eſt in centro terræ, in hoc univerſo exiſtit, omne illud vi veritatis ejus exiſtit: Atq; quia ipſe ſeipſum cognoſcit, cognoſcitq; magnitudinem, gloriam & veritatem* (ſive eſſentiam)

Omniſcius.

ſuam, eo ipſo omnia cognoſcit, neq; quicquam ei eſt abſconditum. Cognoſcit autem Deus Benedictus veritatem(ſive eſſentiã)*ſuam, illamq; novit ſicuti eſt, neq; eam cognoſcit cognitione quæ extra ipſum, quemadmodũ nos ſcimus, non nos & noſtram cognitionẽ unum eſſe. Sed Creator Benedictus, ipſe, & cognitio ejus, & vita ejus, omni modo, ratione & conceptu unitatis unũ ſunt.*

Omnipotens. *Infinitas potentiæ*, quæ & Omnipotentia dicitur, eſt Dei vis eſſentialis, qua omne quicquid vult, ſine labore ullo, ſine motu, moleſtia, reſiſtentia, quando, ubi, & quomodo ipſe vult, perficit. Hæcque illius potentia, neque ad certum agendi modum, neque ad certum ſubjectum, aut ſubjecti diſpoſitionem, neque ad certum locum, vel tempus, vel inſtrumentum, neque ad certam effectuum magnitudinem aut multitudinem eſt alligata, omniaque poteſt, quæ fieri contradictionem non implicant. Quod enim fieri vel eſſe contradictionem implicat, id potentiæ objectum eſſe nequit, quia pugnat cum ipſa potentiæ veritate & efficacia. Joſeph Albo in libro Ikkarim fol. 68. b. כשנאמר עליו ית׳ שהוא יכול ראוי שיובן גם כן שיכלתו בבלת שאם היה בת כבר אפשר שידומה יכולת גדול יותר ממנו ויהיה אם כן לואה אחר שאין בו היכולת היותר גדול המדומה ההוא׃ Id eſt: *Cum Deus Benedictus dicitur Potens, oportet ſimul intelligere potentiam illius infinitam eſſe, nam ſi illa finita foret, aliam hac majorem potentiam concipere liceret, atq; ſic in Deum caderet privatio, quatenus non eſt in illo major illa potentia, quæ concipi poteſt.*

Omnipræſens. Deniq; *Infinitas loci*, dicitur Vbiquitas, ſive citra omnem imperfectionem, in omni loco præſentia. Eſt autem imperfectio præſentiæ in loco, vel corporibus & ſpiritibus communis, vel propria corporum. Illa, in eo conſiſtit, quod certis loci limitibus definiuntur, extra quos ſine motu locali eſſe non poſſunt, & quod dependent aliquo modo a loco & a rebus quæ ſunt in eodem vel proximo loco, ita, ut nonnihil ab eo patiantur, aut afficiantur, & melius vel deterius hic quam iſthic ſe habeant. Hæc vero, ad illud attinet, quod partes corporis locati reſpondent partibus loci, easque occupant, unde nec plura corpora in uno loco, nec unum idemque corpus ſecundum diverſas partes ſuas in una eademque parte loci, contineri poſſunt. Iſtas omnes, & ſi quæ ſunt aliæ ejus generis imperfectiones, a Dei præſentia ſegregare oportet. Pendet enim locus a Deo, non Deus a loco: Itaque non poteſt locus Deum continere, aut ei ullo modo æqualis eſſe; non poteſt locus, aut quod in loco eſt, ullo modo in Deum agere; eſt locus diviſibilis, ſed Deus diviſionem reſpuit; replet Deus magis locum quam creatura, nec tamen ab eo ullam creaturam excludit. Hoc ſenſu a priſcis Hebræorum Sapientibus Deus ipſe eleganter מקום *Locus* dictus eſt, quod is omnem locum impleat, nec ullus locus concipi poſſit, cui non ſit intime præſens.

ſens. Unde Abeneſra in præfatione Commentarii ſuper Eſtheris librum ſcribit : לא נקרא השם מקום בכל ספרי הקדש רק נקרא
מעון שהוא לעולם גבורה וקדמונינו ז״ל קראוהו מקום בעבור שכל
מקום מלא כבודו: Id eſt : *Non quidem in ullo Sacræ Scripturæ libro Deus* מקום Locus *vocatur*, מעון *ſive* Habitaculum *tamen dicitur, quæ vox perpetuo ſedes ſupernas denotat. At, Majores noſtri f. m. eum* מקום *vocarunt, quia omnis locus plenus eſt gloria ejus.* Non differunt autem gloria Dei & eſſentia ejus, prout paulo ante Maimonides faſſus eſt, quem etiam de voce מקום parte 1. libri More Nevuch. c. 8. conſuluiſſe juvabit. Ex re quoque & vero Kimchius illud Pſal. 139,7.
אנה אלך מרוחך ואנה מפניך אברח: *Quo irem a Spiritu tuo? aut quo a facie tua fugerem?* ſic explicat: אם אומר לעשות זה לא אוכל כי אתה
נמצא בכל מקום ומקום לא יכילך: *Si dicerem illud me facturum, non poſſum, tute enim in omni loco deprehenderis, locus vero te minime capit.* Neque obſtat, quod Scriptura ſæpe de Deo ita loquitur, quaſi in Cœlo, aut terris peculiariter degat. Etenim, ſecundum tritum illud tum aliorum, tum Maimonidis in Hilch. Jeſode Tora c. 1. §. 9. הכל לפי דעתן של
בני אדם הוא שאינן מכירין אלא הגופות ודברה תורה כלשון בני אדם:
Id eſt : *Omnes prædicationes ejusmodi, ſequuntur captum mortalium, qui fere nihil præter corporeas res intelligunt. Loquitur proinde Scriptura hominum ſermone uſitato.* Commentator adjecit : כל ענין מאמר
הכתוב שהוא בשמים ובארץ רוצה לומר ממשלתו כלומר שהוא
מושל בשמים ובארץ שאילו היה בשמים ובארץ כפשוטו היה גוף
וכח לגוף ונאמר כי לא ראיתם כל תמונה וזה דבר אמתי שכל
גוף יש לו תמונה והשם אמר שבשעה שנגלה להם ושמעו
דברו לא ראו לו תמונה: Id eſt : *Quotiescunque Scriptura dicit, Deum eſſe in cœlo & terris, indicare vult illius dominium, quod nimirum ipſe ſit dominator cœli & terræ. Nam ſi ipſe proprie loquendo in cœlo & terra eſſet, corpus foret, & potentia corporea. Atqui S. E.* (Deut. 4,15.) Nam, non vidiſtis ullam imaginem. *Eſt vero veriſſimum, omne corpus habere imaginem, ſed Deus ait tum cum ſe Judæis manifeſtaret, & verbum ejus illi perciperent, non vidiſſe ipſos ſui imaginem.* Nimirum, duo ſunt genera locorum : In aliis Deus ita exiſtit, ut in iis præſentiæ documenta illuſtria & admirabilia præbeat, vel ordinaria, ut olim in Arca fœderis, & in cœlo ſemper; vel extraordinaria, ut tempore Moſis in rubo, & in cacumine montis Sinai, & ſi qua ſunt alia iſtiusmodi. In aliis exiſtit quidem, ſed ita, ut ejus præſentia nulla recognoſcatur, quæ homines in ſe admirabilitate ſua convertat, uti ſunt pleraque omnia, quæ in terra & in aqua, & in omni regione elementari oculis noſtrs obverſan-

Quomodo Scriptura Deum in cœlo eſſe dicat.

versantur. Quamobrem, non tum primum, cum ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, Deus in terra agere, & mortalium cœtibus interesse cœpit, sed jam pridem ibi fuerat, nec orbis primis incunabilis magis præsens ubique fuit, quam post imprecationem adversus terram prolatam. Semper enim & assidue de eo dici poterat, dicique potest in temporum perennitatem illud Apostoli: οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχει, ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμεν Sane ἐνσάρκωσις præsentiam Dei per aliquod tempus visibilem reddidit, quatenus humanum illud corpus quod assumserat, oculis cerni, & manibus palpari poterat. Sed hæc modi tantum erat diversitas, est enim persona unica, quæ in principio, imo ob æterno erat Deus, in consummatione autem seculorum facta est caro, homo nobis per omnia similis, excepto peccato; non mutatione τοῦ λόγου, sed producta illi ex sanctissimo virgineo semine & aptata natura humana, ut esset divinæ illius personæ naturale & conjunctum organum. Etsi enim nulla est inter divinam personam & humanam naturam secundum perfectionis magnitudinem proportio; est tamen aliqua proportio, qua fit, ut hæc illius sit effectum, ab illa dependeat, ejus habeat omnia, ei arctissime uniatur, ab eaque ut conjunctum organum moveatur perpetuo, & regatur intime, sitque omnino immediata & indissolubilis sine proprietatum cujusque naturæ confusione, perfecta divinæ personæ & humanæ naturæ conjunctio. Orta hinc est, utriusque naturæ vera & realis Communicatio Idiomatum, sive intima illa, perfectissima, & ineffabilis quasi περιχώρησις, secundum quam, proprie, sine tropo aut figura, proprietates & actiones, quarum principium vel subjectum quo, ut loquuntur, est una natura, tribuuntur personæ, ut principio vel subjecto quod, denominatæ ab altera natura, ut ita dici potuerit Deus ambulare, pati, crucifigi; & Homo scrutari corda, vivificare mortuos &c. Voces enim concretæ, Deus, & Homo, personam significant utraque præditam natura, cui proinde conveniunt quæcunque utrique illi suæ conveniunt naturæ. Amplius, humanæ insuper Naturæ Divina Idiomata per & propter unionem communicata sunt, ita ut πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς ei inhabitet. Interim abstractis nominibus non possunt humana & divina natura de se invicem prædicari. Sunt enim perpetuo distinctæ, nec altera est, aut esse potest altera. Scilicet, Humanitas nec est, nec esse potest Deitas, & contra Deitas, nec est, nec esse potest Humanitas, est enim hæc ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως facta unio. Dices Lipmanne: Illud tibi perabsurdum videri, quod Christiani Servatorem nostrum in mundum venisse dicimus,

De incarnationis mysterio.

cum

cum tamen ibi jam olim fuerit, quodque cum in terris moraretur nihilo minus in cœlis eum mansisse asserimus. Respondebo ad hanc objectionem appositis S. Augustini verbis, ex aurea tertia ad Volusianum epistola: *Primum te scire volo, non hoc habere Christianam doctrinam, quod ita sit Deus infusus carni, qua ex Virgine nasceretur, ut curam gubernandæ Vniversitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum, quasi contractam materiam collectamq; transtulerit. Hominum iste sensus est, nihil nisi corporea valentium cogitare; sive ista crassiora; sicut sunt humor atq; fumus, sive subtiliora; sicut aëris & lucis; sed tamen corpora, quorum nullum potest esse ubiq; totum: quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat, necesse est, & quantumcunq; sit corpus, seu quantulumcunq; corpusculum, loci occupet spatium, eundemq; locum sic impleat, ut in nulla ejus parte sit totum: ac per hoc densari ac rarescere, contrahi & dilatari, in minutias deteri, & grandescere in molem, non nisi corporum est. Longe aliud est Animæ natura, quam corporis: quanto magis Dei, qui creator est & animæ & corporis? Non sic Deus dicitur implere mundum, velut aqua, velut aër, velut ipsa lux, ut minore sui parte minorem mundi impleat partem, & majore majorem. Novit ubiq; totus esse, & nullo contineri loco. Novit venire, non recedendo ubi erat. Novit abire, non deserendo, quo venerat. —— Putamus nobis de omnipotentia Dei incredibile dici aliquid, cum dicitur Verbum Dei,* per quod omnia facta sunt, *sic assumsisse corpus ex Virgine, & sensibus apparuisse mortalibus, ut immortalitatem suam non corruperit, ut æternitatem suam non mutaverit, ut potestatem suam non minuerit, ut administrationem mundi non deseruerit, ut a sinu Patris, id est a secreto, quo cum illo, & in illo est, non recesserit? Verbum Dei sic intellige,* per quod facta sunt omnia: *non, ut ejus transire aliquid cogites, & ex futuro præteritum fieri. Manet sicuti est, & ubiq; totum est. Venit autem cum manifestatur, &, cum occultatur, abscedit. Adest tamen sive occultum, sive manifestum: sicut lux adest oculis & videntis & cæci: sed videnti adest præsens, cæco vero absens. Adest & vox audientibus auribus, adest etiam surdis: sed illis patet, istis latet.*

Nasceretur ex muliere] Scio: Vos Judæi mares magni estis osores mulierum, gratiasque Deo quotidie publice in Synagogis agitis, quod tales vos non vero fœminas creaverit; prorsus quasi hæ essent naturæ abortus, monstra horrenda, informia, & quibus divinæ imaginis lumen penitus ademtum. Nos contra Christiani, etsi fœmineum sequiorem sexum esse minime diffitemur, non tamen virilem ita efferimus, ut huic soli imaginis divinæ dignitatem tribuamus, huncque solum dignum reputemus, qui ad Numinis peculiarem indulgentiam pertineat. Nimirum falsi sunt Judæi, quando Gen. 1, 27. verba ויברא אלהים את האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אתו ita accipiunt:

Fœminæ creatæ sunt ad imaginē Dei.

cipiunt, quaſi ad ſolum Adamum attineant, & hanc interpretationem faciunt: *Et creavit Deus Adamum ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum:* eadem opera imaginem Dei ab Eva ſegregantes. Etenim in his nomen האדם non unum ſingulare individuum, quod marem vocamus, ſed humanam ſpeciem, in duobus individuis conſiſtentem ſignificare, clariſſime arguit id quod continuo ſequitur: זכר ונקבה ברא אתם *Marem & fœminam creavit eos.* Vbi אתם *eos* relativa vocula, plura unius ſpeciei ſuppoſita connotat, eſtque indicio, illud quoque quod de האדם ſecundum imaginem divinam creando præceſſerat, ad utrumque ſexum referendum eſſe: ut omnino is ſenſus emergat: Maſculum & fœminam creavit homines, quos in imagine ſua creavit. Proinde mox etiam commate 28. tam fœminæ quam viro dominium in res creatas conceditur, quod dominium non minus decreti divini circa hominē creandum pars extitit, ac ipſa imago Dei in qua homo erat creandus. Amplius, in ipſo com. 26. & de creando אדם decreto, plurativo loquendi modo ſignanter וירדו *& dominentur* expreſſum eſt, haud aliā ob cauſam, quam ne quis אדם de uno ſuppoſito, ſed potius de natura humana, quatenus diverſos ſuos ſexus agnoſcit, ibi accipiat. Vnde Lutherus noſter pulchre & probe ad cōma 27. annotavit: *Ideo conjungit hic Moſes utrumq; ſexum, & dicit Deum creaſſe maſculum & fœminam, ut ſignificet, Hevam, quoq; a Deo factam, fuiſſe conſortem imaginis & ſimilitudinis divinæ. Item, Imperii ſuper omnia. Sic adhuc hodie eſt mulier conſors futuræ vitæ, ſicut Petrus dicit, quod ſint cohæredes ejusdem gratiæ. Et in Oeconomia eſt uxor dominii conſors, & habet communem poſſeſſionem prolis, ſubſtantiæ, & tamen magna eſt differentia ſexus. Mas eſt ceu ſol in cœlo, fœmina ſicut Luna, animalia ſunt ceu ſtellæ, quibus Sol & Luna dominantur. Ergo primum hoc ex ſententia hac obſervemus, quod ſcripta ſit, ne ille ſexus excludatur ab omni gloria humanæ naturæ, quamvis inferior ſit maſculino ſexu.* Iſtam fœminarum imaginis divinæ cum viris participationem, adſtruunt alia inſuper argumenta. Vti quod Gen. 2, 18. dicitur: ויֹּאמר ייי אלהים לא טוב היות האדם לבדו אעשה לו עזר כנגדו: Id eſt: *Et dixit Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciam ipſi auxilium reſpectu ipſius.* Vult igitur Deus, Adamum *non eſſe ſolum*, quia illud noxium & detrimentoſum ei futurum erat, isq; ſermo, vel ad ſolitudinem ipſius in mundo, vel ad ſolitudinē ejus in natura ſua pertinet. At de mundo verba accipere non licet, quippe in quo præter Adamum tot erant omniū generum creaturæ aliæ. Proinde naturā hujus illa reſpiciunt, ut in hac homo ſocius, adjungendus dicatur, ejusdem utiq; cum ipſo divinæ imaginis, ne duplex hominum genus, non ſexu tantum, ſed animi corporisque præterea affectionibus multum a ſe invicem diſcretum, exiſteret. Secus ſi foret, atque ſi homo creatus, diſſimilis Adamo fuiſſet

ratione

ratione imaginis divinæ, ipſe tamen ſolus manſiſſet, qualis prius erat conditus. Porro, & illud כנגדו quod, *coram ipſo*, vertere ſolent, melius vero, *reſpectu ipſius, conveniens ei*, vel ut Vulgatus tranſtulit, *ſimile ſibi*, exponitur, eſt ἐμφατικώτερον. Nam hæc vocula, non præſentiam loci tantum, ita ut uxor præſens eſſe debeat viro, illique cohabitare, nec qualemcunque communionem, ſed omnino ſimilitudinem ipſius naturæ ſignificat. Nempe reliquis quibuscunque animantibus inventum eſt auxilium כנגדם *reſpectu ipſorum*, hoc eſt, in natura iis ſimile; quia vero ſolus homo carebat auxilio ejusmodi, tale illi erat parandum, ut non minus ac cætera animantia, tale haberet, quod omnem naturam ac eſſentiam ejus exacte referret. Eandem hanc, virilis & fœminei ſexus ad imaginem divinam conformationem, illa adverſus humanas cædes Gen. 9,6. promulgata ſanctio, שפך דם האדם באדם דמו ישפך *Qui effundit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis illius effunditor*: confirmat, quæ, cum cauſam habeat additam כי בצלם אלהים עשה את האדם *Quia ad imaginem ſuam hominem fecit Deus*, neceſſe eſt poſterius æque ad utriusque ſexus homines pertineat, pariter uti prius ad omnes æquo jure attinet, & non viros tantum, ſed & fœminas occidere, nefas habemus. Noviſſime, ipſa imaginis divinæ per lapſum amiſſio, cujus damna Eva ac Adamus juxta experti ſunt, in ambobus ante lapſum imaginem divinam præſentem fuiſſe liquido comprobat: unde Gen. 3,7. legimus: ותפקחנה עיני - שניהם וידעו כי ערמים הם: *Et aperti ſunt oculi utriusque, & cognoverunt quod nudi eſſent.* Ergo, cum manifeſtum ſit, viros divinæ imaginis reſpectu, nihil prærogativæ præ fœminis habere, ſed utrosque pariſſimos eſſe, nulla apparet ratio, quare Lipmanno indecens videatur, ſi ſupremum Numen ſingulari aliquo affectu erga fœminam quandam propendeat, & cur hanc felicitatem, ceu facere videtur, ſolis viris aſſerere auſit: nam, de maledictione iis adhærente quod adjecit, hoc puerile ineptumque eſt. Quaſi vero ſolius Evæ peccatum Deus maledictione proſecutus fuiſſet, & non ſimul eadem opera graviter animadvertiſſet in Adamum, in ſimili prævaricationis reatu cum ipſa deprehenſum. Quanquam, quid verbis opus eſt? Quia prophetiæ donum, quo nihil Deus æternus hominum generi concedere poteſt auguſtius, fœminis ab eo tributum fuit, ſatis ipſe oſtendit, non averſari ſe muliebrem ſexum, ſed, ex eo cretas, ſummo amore proſequi, & in id quoque faſtigii collocare, ultra quod nulli virorum aſcendere fuit conceſſum. Siquidem, uti ait Maimonides in More Nevuch. part. 2. c. 36

דע כי אמתת הנבואה ומהותה הוא שפע שופע מאת שם יתעלה באמצעות השכל הפועל על הכח הדברי תחלה ואחר כן ישפע על כח

המרמה

המדמה וזארת היות היותר עליונה שבמדרגות האדם ותכלית
השלמות אשר אפשר שימצא למינו והענין ההוא הוא תכלית שלמות
הכח המדמה : Vbi prius monuero, pro eo quod in excuſis eſt היא
היותר עליונה שבמדרגות האדם in meo MS. levi, vel potius nullo
diſcrimine, legi: היא המדרגה העליונה של אדם nunc Cl. Buxtorfii
verſionem ſubjiciam: *Veritas & quidditas Prophetiæ nihil aliud eſt quam Influentia, a Deo Opt. Max. mediante Intellectu agente, ſuper facultatem rationalem primo, deinde ſuper facultatem imaginatricem influens. Atque hic eſt ſupremus gradus Hominis, & ſumma perfectio, quæ ſpeciei illius poteſt competere, extrema item perfectio facultatis imaginatricis.* Extitiſſe vero quondam fœminas, divina vaticinandi facultate præditas, (De fœminis Prophetiſſis.) & ipſum in confeſſo eſt, atque in Megilla fol. 14. b. prædicant Magi-
ſtri: מ״ח נביאים ושבעה נביאות נתנבאו להם לישראל Id eſt: *Octo ſupra quadraginta Prophetæ, & ſeptem Prophetiſſæ vaticinia ediderunt inter Judæos.* Aliis interjectis, ediſſerunt deinde nomina illarum Prophetiſſarum, quæ ſunt: *Sara, Mirjam, Debora, Channa, Abigail, Chulda, Eſther*; & mox allatis Scripturæ teſtimoniis, de quaque harum oſtenditur, quod vere Prophetis fuerit. Imo, alibi Saram, ſupra Abrahamum, magnum illum Prophetam, ita extollunt Magiſtri, ut eam ampliori etiam prophetandi facultate polluiſſe perhibeant, atque huic primas, illi ſecundas in hac dignitate partes tribuant.
Vnde ad ea, quibus Gen. 21, 12. Deus Abrahamo imperat: כל אשר
תאמר אליך שרה שמע בקלה: *Omnia quæ dixerit tibi Sara audi vo-*
cem ejus: annotat Raſchi: למדנו שהיה אברהם טפל לשרה בנביאות
i. e. *Diſcimus exinde, Abrahamum a Saræ vaticiniis prophetam ſecundarium pependiſſe.* De Mirjame quoque, Moſis ſorore, eximia ſunt quæ Magiſtri prædicant. Verbi cauſa, quod tanta apud Deum fuerit gratia, ut ejus mors peccata Judæorum expiaverit. Sic enim in Jalkut tom 1.
fol. 238. col. 4. legitur: למה נסמכה מיתת מרים לפרה אדומה
מה פרה אדומה מכפרי׳ אף מיתתן של צדיקים מכפרין Verum
in his, aut מיתותן pro מיתתן aut ſaltem מכפרת pro מכפרין reſcribendum eſſe exiſtimaverim. Senſus eſt: *Quare poſt præcepta de crematione juncis rufæ, proxime ſubjicitur mentio de morte Mirjamis? Scilicet, uti junix rufa expiatio fuit, ita eſt quoque expiatio mors juſtorum.* In
libello פטירת אהרן quem MS. tenemus, & qui fortaſſe nondum pub-
lice extat, haud longe ab initio traditur: בזכות מרים ניתן להם
הבאר ובזכות אהרן ניתנו להם ענני כבוד ובזכות משה ניתן להם
המן מת המרים נסתלקה הבאר כדי שיכירו ישראל שבזכותה ניתנה
והי׳

והיו משה ואהרן בוכים מבפנים וישראל בוכים מבחוץ ועד שש שעות לא ידע משה עד שנכנסו ישראל ואמרו לו עד מתי אתה יושב ובוכה אמר להם ואל אבכה על אחותי שמתה אמרו לו בעוד שאתה בוכה על נפש אחרת בכה על כלנו אמר להם למה אמרו לו אין לנו מים לשתות עמד מהארץ ויצא וראה הבאר בלא טיפת מים : Id est: *Ob pietatem Mirjamis concessus est Judæis* (in deserto agentibus) *fons* (perennifluus, & sequax.) *Ob pietatem Aaronis iisdem concessæ sunt nubes gloriæ. Ob pietatem Mosis, Manna Judæis fuit concessum. Cum fato functa esset Mirjam, defecit fons, ut omnibus Israëlitis constaret, illius merito eum obtigisse. Cæterum, id temporis Moses & Aaron intra tentorium, Israëlitæ extrinsecus flere cœperunt, eratq; sexta jam hora diei, nec dum constabat Mosi* (fontem exaruisse,) *quoad ingressi Israëlitæ ei dicerent: Quousq; sedes & fletui indulges? Respondente illo: Ecquare sororem meam defunctam non deflerem? Subjiciebant: Incassum est tantopere deflere animam unicam, quin tu nos omnes defle. Tum causam quærere Moses, & respondere Judæi: Non sunt nobis aquæ ad bibendum. Surrexit igitur Moses, & prodiit foras, deprehenditq; fonti ne guttam quidem unicam inesse.* Equidem nolim ista de Sara & Mirjam dicta, alio fine quam ad refellendum Lipmannum adduxisse. Absq; quibus foret, illud tamen indubitatum est, floruisse inter Judæos fœminas Prophetissas, atq; extant sane etiamnum Mirjamis & Deboræ divina cantica. Cum vero certum pariter sit, quod, *ὐ θελήματι ἀνθρώπυ ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίυ φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεῦ ἄνθρωποι*: quid tantopere mirum, si idem sanctissimus Dei Spiritus, qui mentem Prophetissarum antiquarum inhabitaverat, respexit humilitatem ancillæ suæ Mariæ, & supervenit in eam, quodque virtus Altissimi eam inumbravit, ita ut conciperet in utero & pareret novam progeniem, humani generis Redemtorem?

Vt periret suspensionis supplicio] Non minus vetus quam pervulgata est hæc Judæorum objectio, ad eamque si mentem recte assequor, Tertullianus in libro adversus Judæos ita respondet, ut Christum ab illa Deut. 21, 23. contra suspensos proclamata maledictione, eximere velle videatur, eo quod Christus non ob facinus aliquod, de quo in loco Deuteronomii sermo præcedit, sed ut implerentur ea quæ a Prophetis fuerant prædicta, in cruce suspensionem sit perpessus. Sic enim Judæos alloquens, causam Tertullianus perorat: *De exitu plane passionis ejus ambigitis, negantes passionem crucis in Christum prædicatam: & argumentantes insuper non esse credendum, ut ad id genus mortis exposuerit Deus Filium suum, quod ipse dixit: Maledictus omnis homo qui pependit in ligno. Sed hujus maledictionis sensum antecedit,*

dit rerum probatio. Dicit enim in Deuteronomio: Si autem fuerit in aliquo delictum, ita ut judicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno. Sed & sepultura sepelietis ipsa die: quoniam maledictus a Deo est omnis qui suspensus fuerit in ligno, & non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dabit in sortem. Igitur non in hanc passionem Christum maledixit, sed distinctionem fecit, ut in aliquo delicto judicium mortis habuisset, & moreretur suspensus in ligno, hic maledictus a Deo esset qui propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. Alioquin Christus qui dolum de ore suo locutus non est, quique omnem justitiam & humilitatem exhibuit, & ut supra de eo prædictum memoravimus, non pro meritis suis in id genus mortis expositus est: sed ut ea quæ prædicata sunt a Prophetis, per vos ei obventura implerentur, sicut in Psalmis ipse Spiritus Christi jam canebat dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis: &: Quæ non rapueram tunc exsolvebam. Exterminaverunt manus meas & pedes: &: miserunt in potum meum fel, & in siti mea potaverunt me aceto: & Super vestem meam miserunt sortem: Sicuti cætera quæ in illum commissuri essetis prædicta sunt. Quæ quidem omnia ista perpessus, non pro actu suo aliquo malo passus est, sed ut scripturæ implerentur de ore Prophetarum Conferri cum his possunt, quæ Rabanus Maurus in libro suo contra Judæos cap. 33. disserit. Enimvero nos profiteri non veremur, Christum hanc quoque, cui suspensi devoventur, sicuti cæteras Legis Divinæ maledictiones, quamvis ob culpam alienam, vere pertulisse: unde & S. Paulus quando in epistola ad Galatas 3, 13. per Christum nos a maledictione legis redemtos docet, eum pro nobis maledictionem factum esse, illo, de quo disquirimus Deuteronomii loco comprobat, inquiens: Χριςὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τȣ̃ νόμȣ, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γὰρ· Επικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλȣ. Quamobrem, placent nobis, quæ circa hunc Deuteronomii locum meditatus est insigniter, suisque Notis ad Sanhedrin p. 252 seqq. inseruit, accurati judicii Vir, Johannes Coccejus, a quo quædam mutuari fas sit. Sic vero ille locum difficilem, & qui multos, uti vel apud eum videre est, torsit, explicat: Deus, omnia in universum peccata exsecratur (Deut. 21, 28. c. 27, 26.) eaq; non vult remittere sine aliqua odii sui adversus illa demonstratione. Ex. 34, 7. Ideoque ante omnia ad ejus maledicti deletionem ex ineffabili misericordia constituit unum illud sufficiens & solum conscientias purificans piamentum, mortem Filii sui dilecti, Rom. 3, 25. Hebr. 9, 14. c. 10, 1. 2. 14. atq; illud pro ratione Veteris Ecclesiæ externis & sacramentalibus quibusdam expiationibus voluit significari. Itaque & involuntariis & per ignorantiam atque imprudentiam admissis, atque etiam omnibus pœnitentium peccatis ἀπολυτρώσεως sacramentum constitutum erat, vi-

ctimarum

ctimarum cæsio. Vide Leviticum, nominatim cap. 16, 16.21. 22. Nam ad peccatorum expiationem Israëlitis pecudum sanguis erat datus. Lev. 17, 11. Hebr. 9, 13. 22. ita ut tamen a criminum macula vere conscientiam purgare non possent: quod testatur epistola ad Hebræos c. 10, 1. 2. 3. & maxime v. 4. Quamvis autem pro gravioribus facinoribus, per contumaciam perpetratis, uti sunt cædes, adulterium, &c. peculiariter institutum sacrificium non legamus: tamen neque horum desperata salus erat, quia maledictionem Dei ipsos ferre in corpore suo oporteret: sed illa pœnæ perlatione ulteriori supplicio animæ corporisque eximebantur. Itaque nisi sanguine homicidæ fuso, terram voluntario homicidio inquinatam, non piari docet liber Num. c. 35, 33. Hoc in gravissimorum criminum supplicio lapidatione apertius ob sacramentalem respectum testatus est Deus. Nam, cum lapidatorum cadavera ob exsecrationem exuperantiorem, integrum diem jusserit ἐξηλιασθῆναι, ostendit suspensum exsecrationem suam revera ferre usque ad vesperam. Quia vero ejus memoriam & opinionem sustinere necesse est, quamdiu in ligno relinquitut, quandoquidem legi unius solis ignominia satis esse factum voluisset Deus, corpora quoque in sepulcrum ex eo inferri mandavit. Politicum hic fuit puniri scelera gravissima violentæ mortis genere gravissimo & ignominia post mortem; aliosque a facinoribus pœna reorum absterreri: Ceremoniale & typicum, ac propheticum, quod in similitudine supplicii Christi, insignis cujusdam execrationis latione & deletione externa, ejus maledicti, quod morti æternæ addicit peccatores, abolitio, per Christum facienda, umbrabatur, & præmonstrabatur. Nam ni tale sacrificium restaret, actum erat de salute plerorumque. Siquidem morte corporis non potest Dei indignatio vere & in solidum tolli. Ergo cum Christus nostram vicem, ob nostra peccata, voluntate sua & Patris, mortem & ignominiam in cruce subierit, esse dubium non potest, quin exsecrationem, cujus illa effectum & nota erat, simul in se receptam aboleverit: ita ut nullius hominis conscientia unquam aliter a maledictione, quam vi crucis Christi liberetur. Atq; ita typus externus tollendæ maledictionis, ad mortem & ignominiam temporalem obligantis, in veritate piamenti, τȣ̃ μόνȣ τελειωτικȣ̃, fuit adimpletus. *Et, sicut quamdiu pependit Servator noster in cruce, fuit κατάρα ac execratio, ita cum juxta legem, detractus de cruce & sepultus est, cessavit esse execratio & ipse, & omnes qui sunt ipsius*: ut elegantissime scribit idem Coccejus in libello de Sabbato num 21.

Vt fieret cadaver.] Enim vero aliis sic præmissis, jam nunc tempus est Lipmanne, ut paulo majora canant Musæ nostræ, & retro nonnihil legendo vestigia, veram denique, quod tantopere velle videris

deris, te causam doceam, quare Deus æternus sustinuerit, imo necesse habuerit, visibili forma agere inter mortales, nasci ex muliere, perire suspensionis supplicio, & fieri cadaver. Neque vero tibi, stupido & insensato homini, vitio verto, si mira hæc & incredibilia opinaris, cum mortalium nemo exstiterit, neque adeo existere potuerit, qui rationis suæ alis subnixus, ad sublimitatem tanti arcani assurgeret, nisi illud ipse Deus in verbo suo patefecisset; sed, in cujus genuinum sensum vobis Judæis παρακύψαι, vestra non patitur πώρωσις. Persequar igitur breviter, prout id instituti nostri ratio, vel feret, vel postulabit, totam humanæ salutis oeconomiam, & illa sacra cœlestis Providentiæ circa mortale genus consulta, cum eorundem executione, secundum ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων eloquar, multa, ex egregio libello, in quem sui principio & fine truncum, nec autoris nomen monstrantem, sed qui Compendii Theologiæ formam habet, in Lutetiæ Sigillariis incidi, αὐτολεξεὶ depromens, iisque utens pro meis. Præstabo igitur me, quod bene vortat! Judæorum Catecheten, atque ardua & sublimia Christianæ Religionis mysteria, sensim ac leniter iis instillare conabor, vel potius aliis, quos hoc agere officii ratio & conscientia jubent, ad id faciendum ministrabo guttulum. Cæterum, sermonem ceu fieri par est, ab origine, hoc est ab ipsis mundi incunabilis, repetam.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Deus igitur Optimus Maximusque, postquam initio rerum, cœlum, terram, aquas ex nihilo creasset, atque cœlum lucidis sideribus, terram plantis, arboribus, animalibus, aquas piscibus, aërem volucribus replevisset, tandem hominem efformavit, inque præparatum & tot bonis instructum hunc mundum introduxit, terram, & quæcunq; ab aquis & terris producuntur, illi dono dans, & subjiciens, inque paradisum sive hortum amœnissimum eum collocans, ut vitam illic felicem ageret. Erat autem homo conditus ad imaginem Dei ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, fuitq; in statu perfecte beato, sive animæ, sive corporis dotes quis respiciat; easque bona externa comitabantur. Anima enim ejus, justitia, sanctitate, puritate, intelligentia, omni ex parte collucebat. Aberant peccatum, & illa voluntatis depravatio, qua sibi non convenientia appetit, & videns meliora, deteriora quæ sunt sequitur: aderant actualis cognitio & appetitus veri finis ultimi, sine propensione in membris ad alium. Corpus Adami erat sanum, robustum, agile, pulchrum; adhæc, nullis injuriis cœli, tempestatum, morborum, mortisque obnoxium. Istas proprias, & quasi domesticas dotes, bona externa tam multa, tam varia comitabantur, ut ad felicissimam vitam agendam nihil ullo modo deesset. In quibus omnibus vestigium quoddam habetur & umbra illius perfectionis quæ eminenter in Deo est, & omnes perfectiones alias virtualiter

aliter in ſe continet, earumque & cauſa eſt & directrix. Dehinc conveniens erat, ut Deus poſt creatum Mundum leges conderet, quas in mundo hoc vellet obſervari. Earum autem rerum quæ ſunt in mundo, aliæ cognitionis ſunt compotes, aliæ illa deſtituuntur. Poſtremis, legis loco, propenſiones naturales, & determinationes neceſſariæ ſunt inditæ, quibus ordo in natura conſtitutus conſervatur, & confuſio ſpecierumque commixtio & perturbatio vitatur, ſuumque res quæque locum, ordinem, uſum ac finem obtinet. Earum autem quæ cognitionis ſunt compotes, aliæ ſolo ſenſu, aliæ ratione etiam præditæ ſunt. Illæ priores, neque legum proprie ſunt capaces, & in eas dominatus homini eſt attributus, qui illas, quæ indigeant aliqua cura & gubernatione, pro ſua prudentia regat & moderetur. Atque hujus rei exemplum & documentum in eo videre eſt, quod omnes agri beſtias, omnesque volucres cœli, Deus ipſe ad Adamum adduxit, tanquam ad gubernatorem & cuſtodem iis appoſitum, ut ab eodem illis nomina imponerentur. Hæ poſteriores, quas homines vocamus, cum legum eſſent capaces, unique Domino Deo ſubjicerentur, æquum erat, ut Deus illarum curam gereret, latisque legibus eas gubernaret. Eſt enim Deus ordinis, nec quicquam ei ad legem dandam, aut hominibus ad accipiendam deerat, & decebat illum curare, ut ſuum cuique jus tribueretur. Debebant enim Deo homines multa, imo omnia: laudem, gratiarum actionem, amorem, obſequium, cultum, inter ſeſe vero, mutua benevolentia & officiis erant colligandi. Sed vero duobus modis, primi homines conſiderandi veniunt, uno ut mundi, altero, ut Paradiſi terreſtris incolæ. Illud, ab ipſa ſua creatione & natura, hoc, a mera & ſpeciali Dei liberalitate fuerunt conſecuti. Quamobrē iis, quatenus mundi incolæ ſunt creati, lex quædam animis eorundem indita fuit & implantata; quatenus vero paradiſum inhabitandum acceperunt, alia quædam lex, extrinſecus verbo lata eſt. Illa Lex Naturæ fuit; hæc, erat ejus veluti appendix. Illa, multa & diverſa, hæc unicum continebat præceptum: illa circa res neceſſarias, hoc eſt, natura ſua bonas vel malas, hæc, circa rem natura ſua indifferentem, verſabatur: illa moralis, hæc poſitiva; illa ubique & ſemper, hæc non niſi in paradiſo terreſtri locum habens: illa ad perfectionem humanam attinebat; hæc, eam explorabat, & ab una arbore abſtinentiam, in ſignum ſubjectionis exigebat: hæc, humani arbitrii libertatem limitabat, illa non item. Vtraque Summi Legiſlatoris bonitatem, ſapientiam, referebat, habebatque præter mandata, adjunctas promiſſiones & comminationes, illas, ex bonitate & liberalitate Dei, has ex juſtitia: illas probabiliter colligendas, has neceſſario. Siquidem Creatura cum ſuum officium, & quod debet, facit, nihil promeretur, neque Deus ei propterea quicquam præmii debet:

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

debet: unde si aliquod promittit, aut rependit, facit id ultro, ex sola gratia & liberalitate. Quæ causa est, quod Deus legi, quam Adamo verbo præcepit, disertam quidem pœnæ comminationem annexuit, nullam vero præmii pollicitationem. Ergo selecta est a Deo unica tantum arbor, in uno loco, medio nempe horti consita, cujus abstinentia ab homine, quasi quoddam homagium, ceu vocant, requireretur, testatumque fieret, Deum esse horti illius proprietarium, cujus indultu & beneficio, Adamus reliquarum arborum fructibus, tanquam Dei colonus & minister una cum familia uteretur, frueretur. Proinde violare divinum illud interdictum Adamus non potuit, citra quam ut fieret a Deo apostata, summoque se scelere corrumperet: ut mirum videri non debeat, si interdictioni apposita fuit mortis comminatio. Etenim, fas & æquum postulabant, rebelli & ingratissimo subdito, Domini jus sibi arroganti, & homagium præstare recusanti, extrema interminari, illumque iis bonis spoliare, quibus ab amantissimo & benignissimo Domino, liberaliter & abunde, ea sola lege, ut ab una illa arbore vescenda abstineret, ornatus & ditatus fuerat. Nullum autem officium illa abstinentia vel exigi æquius, vel præstari facilius potuit. Quippe erant actiones externæ in potestate voluntatis Adami, voluntas vero a nullo cogi poterat. Poterat igitur Deo obsequi Adamus si voluisset, & perseverare in sanctimonia. Neque opus erat dono supernaturali ut id posset, quia voluntate, uti debebat, in officio permanente, impossibile erat Adamum peccare. Nam, nec erat, qui cogeret, nec potest esse peccatum prorsus involuntarium. Tot autem a Dei liberalitate, & tanta, tum recens acceperat beneficia, ut de ipsius erga se amore nullus relinqueretur dubitandi locus, suppeterent contra argumenta plurima, & certissima, quibus de eo posset esse persuasissimus. Voluit vero Deus, unico illo, & facillimæ rei præcepto, hominis obedientiam experiri, quippe uno actu, integrum obsequium, vel probaturo, vel destructuro, & plura peccata tracturo. Eam ob causam, *Arbor cognitionis boni & mali* appellata est, quod per illam manifestum futurum esset, utrum homo *bonus* h.e. obediens, & justus; an *malus*, h.e. inobediens, injustus, esset: item quod occasione illius arboris, ut justitiæ, ad quam vocabantur, & injustitiæ, sic quoque felicitatis amissæ, & miseriæ accersitæ, differentia erat apparitura.

Quoniam marcet sine adversario virtus, longoque quasi situ vitium & æruginem contrahit, æquum erat eam exerceri, & moveri, & qualis quantaque sit, aliquo certamine edi in lucem. Multum etiam intererat hominis, ut sui erga Deum amoris testificatione, calumnias & accusationes Satanæ dilueret. Quare non debuit impediri ne tentaretur Adamus, & tentatus, sibi relinquendus erat; quorsum enim lex legisque comminatio, si illi quibus fertur, eam violare non possunt? aut

aut cui bono instituitur examen ac probatio, si impeditur eventus? Tentati sunt igitur primi homines, magnam & gloriam, & in virtute ac felicitate confirmationem reportaturi, si perdurassent, ac vicissent. Tentator fuit נחש הקדמון antiquus ille Serpens, Diabolus, serpente quoque pro instrumento usus. Deus enim non condidit animal rationale nisi hominem, & serpens loqui nisi obsessus non potuit. Oppugnavit autem Evam, non vi, sed fraude; quam simulata benevolentia, veluti saccharo venenum, incrustavit. Exorsus videtur ab accusando apud eam Deo, amamus enim Deum, pro modo ac nobis persuasum est nos a Deo amari. Inter reliqua usus est argumento ducto ab interdictione divina, quam ut absurdam esse ostenderet, generalem commentus est. Absurditate agnita, mulier distinctione arborum horti, repulit quidem mendacium Serpentis, sed non satis fortiter: atque dum cavere vult, ne ea interdicto arboris scientiæ boni & mali applicari posset, lapsa est in falsum comminationis sensum, de morte, non a Deo Judice infligenda, sed ab arboris noxia vi aliqua inferenda; quem sensum confutans Serpens, aliam interdicti illius causam, a nomine arboris captatam, Evæ persuasit. Ita sensim fides, hoc est persuasio de Dei erga se amore, & verbi eius veritate, cessit incredulitati, non jam simplici, quæ nihil aliud quam privatio est fidei, sed compositæ & pravæ dispositioni, quæ est contrarius fidei error: hoc est, non modo non credidit, se amari a Deo, & Dei comminationem esse veram; sed contra credidit, Deum sibi & marito invidere maximam perfectionem, quam facile possent sine Deo consequi; Deum ipsis esse mentitum, ac eos odisse. Atque sic paulatim a Dei verbo, ad verbum Serpentis, a vero Summo Bono ad falsum, a luce ad tenebras, a veritate ad mendacium conversa est, corrupto mentis practicæ judicio, extinctoque in voluntate & appetitu amore Dei, exortaque varia concupiscentia. Vidit ergo mulier quod non erat, judicavit bonum, quod erat malum, ejusque finis ultimus fuit non gloria Dei, non Deo obsequi, sed concupiscentiam oculorum, & concupiscentiam carnis, & immanem ex fastu & curiositate perfectionis divinæ æqualis cupiditatem explere. Pellexit vero in eandem secum ruinam Virum, comeditque uterque vetitum fructum, atque tum subito in locum εὐταξίας quæ in homine fuerat, horrenda omnes ejus facultates invasit ἀταξία, ita ut ipsemet statim motus concupiscentiæ turpes agnosceret, ac suopte judicio damnaret; consecuta etiam est mala conscientia, metusque & fuga a Deo tanquam inimico & summo malo. Nam, ut oculus, si avertatur a luce, necessario totus fit tenebricosus; ita anima a Dei veritate & bonitate abducta, necessario tota cæca & mala effecta est. Contraxit proinde homo reatum mortis & maledictionis æternæ. Contra, Dei amicitia, spe vitæ æter-

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

næ, gratia spirituali in creatione sibi data, jure dominii in creaturas, vitaque & statu suo felici excidit. Cæterum, privatio justitiæ originalis, corruptio illi contraria, & concupiscentia primum peccatum habituale, qualitas fuerunt, ex primo peccato actuali, naturaliter & necessario profluens, non autem pœna fuerunt proprie dicta seu judicaria, a judice Deo inflicta, ut justitiæ satisfieret. Talem enim pœnam, quæ proprie peccatum, legis violatio, & justitiæ habitualis læsio esset, nec lex comminabatur, nec justitia exigebat, sed vetabat potius, nec judex eam poterat producere aut homini infligere.

Propagata est hæc corruptio & pravitas, per carnalem generationem a protoplastis in omnes posteros. Quippe, ii non suam tantum gerebant personam, sed, quia generis humani satores & seminatores futuri erant, omnium quoque deinde nascentium. Vnde, sicut imaginē divinam, & felicissimum quo fruebantur statum, posteris communicassēt, si in eo perstitissēt, ita, postquam eo dejecti sunt, peccatum, & vitiosum habitum per ordinem successionis transplantarunt. Cujus rei manifestum indicium vel castigationes esse possunt, protoplastis ob peccatum inflictæ. Cum enim peccati conscientia, & horrenda in animo αὐτοκατάκρισις, nuditatis probrum, puerperii acerrimus dolor, victum parandi difficultas ac tædium, mors denique peccati stipendium, cum morborum & ægritudinum stipatione, non solos primos parentes manserint, sed ad omnes omnino pertineant homines; ad hos quoque reatum & culpam attinere, dubitari nequit. Itaque nascimur corrupti, eaque corruptio illico se prodit, simul ac mens & voluntas agere occipiunt. Ejus enim, ut ita dicam, colore tinctæ, apparent etiam infantum actiones primæ, antequam vel quid peccatum sit sciunt, vel peccare ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ possunt, omneque cordis humani figmentum, malum est ab ipsa infantia, quandoquidem ex immundo nihil nisi immundum, & ex carne nihil nisi caro potest pronasci. Hæc corruptio peccatum est, non quidem actuale, sed habituale, & voluntaria est, non ut actio, sed ut qualitas, hoc est, non quia est a voluntate, sed quia est in voluntate, & quia secundum eam agens voluntas, ei consentit, eam approbat, & confirmat. Non igitur dicitur voluntaria & peccatum, per ordinem ad voluntatem & peccatum actuale Adami, sed, quia voluntatis nostræ obliquitas, pravitas, malitia, legi Dei repugnat.

Idcirco neque lapsus Adami, neque propagationis peccati ullo modo Deus autor fuit, sed ex nobis unice nostra est perditio. Interim, non lapsus est Adamus Deo ignaro, aut invito, ea scilicet voluntate cujus executrix est potentia divina, sed ipso, modo tamen θεοπρεπεῖ id per-

id permittente. Idem prorsus, de peccati propagatione dicere oportet. Potuisset enim utrumque impedire, si voluisset; sed noluit; quia nulla fuit satis idonea causa, cur vellet; fuit potius cur nollet. Melius enim fuisse non impediri, quam prohiberi generis humani lapsum, quæ sunt ex Dei Misericordia consecuta maxima bona perspicue demonstrant. Ita innotuit quantum malum sit peccatum, quam contagiosum, quantas pœnas mereatur, quam sit immedicabile, quam ut vitetur opus nobis sit efficaci Spiritus S. auxilio, quam Deus sit Sapiens, Verax, Potens, Misericors, Clemens, hominum amans, osor peccati & scelerum. Quæ aliaq; ejus generis, si impeditus fuisset generis humani lapsus, nunquam patuissent, quorum tamen cognitio perquam erat necessaria. Non igitur nuda fuit non impeditio, sed impeditio sapienter decreta, & cum circumstantiarum ordinatione convenienti conjuncta. Catechesis pro convertendis Iudæis.

Ex dictis elucescit, in quantam abyssum miseriarum & calamitatum homo peccator prolapsus fuerit. Præter ea enim mala quæ jamdum innuimus, primum effugere non poterat, quin sisteretur tribunali severissimi judicis Dei, neque habebat, quo sua posset peccata vel excusare, vel expiare, vel delere, vel obtegere, aut redimere, vel pro iis Deo satisfacere. Deinde non poterat sese peccati tyrannidi subtrahere, imo ne velle quidem serio, occupante etiam ipsius voluntatis arcem peccati satellitio. Denique deerat quo se solaretur adversus vitæ hujus miserias, & mortem, tum temporalem, tum alteram, quam certo certius sibi impendere sciebat, æternam. Certe nullo ingenio assequi poterat peccator, quod, & quomodo Deus misereri vellet, nec de immota veritate verborum Dei ejusque rigida justitia ullus dubitandi locus relinquebatur. Quemadmodum enim Deus mandata dans homini, eum debitorem facit obedientiæ, sic mandatis promissiones vel comminationes, addendo, Deum judicem, & promissionum ac comminationum executorē constitui, ratio dictat. Atq; ut justitia hominum in mandatorum observatione consistit, sic justitiam judicis in promissionum & comminationum executione sitam esse, intellectus judicium colligit. Aderat præterea in promtu exemplum severitatis adversus apostatas Angelos exercitæ, quibus peccantibus Deus non pepercerat, sed in tartarum detrusos catenis caliginis tradidit, damnationi servatos.

Hominis igitur respectu res erat plane desperata. Cujus præter spem nihilominus misertus est Deus, & modum reconciliationis, atq; restitutionis, & temperationem justitiæ cum misericordia, humanæ menti alioquin impervestigabilem inivit. Nempe, quia res aliter perfici non poterat, Filium unigenitum in mundum Deus mittere decrevit, qui carnem nostram assumeret, & justitiam divinam morte sua placaret, ac pro peccatis, tum primorum parentum, tum universi generis humani

Catechesis pro convertendis Iudæis.

satisfaceret. Scilicet, Mediator non poterat esse unus ex numero redimendorum, aut eidem reatui subjectus, sic enim non sibi, nedum aliis mereri potuisset justitiam, ideoque nec eadem generationis lege, qua cæteri homines, qui sub peccato sunt, debebat esse cretus. Sed, nec poterat esse exsors naturæ redimendorum, secus enim non potuisset fieri גואל h. e. Redemtor, cognationis & sanguinis jure asserens suos, nec pro iis se sistere sponsorem suscepto reatu & debito, itaque ex eodem semine quod redimere & sanctificare nitebatur, originem trahere debebat. Non igitur vel tantum Deus, vel Angelus, mediator Dei & hominum esse poterat, omnium vero minime ψιλὸς ἄνθρωπος. Nam, qua ratione potuisset peccator alios a peccato liberare, cum ipse Mediatore, & Propitiatore, & Servatore indigeret? qua ratione potuisset Deum iratum placare, qui ipse iræ divinæ erat obnoxius? quomodo potuisset diabolum prosternere, & ab illo in captivitatem redactos libertati asserere, qui ipse mancipio tenebatur? quomodo potuisset de morte & inferno triumphare, qui ipse mortem oppetere, & ob commissa peccata, infernales pœnas perferre debebat? Accedit, quod mero homini homines dari non poterant, nec is redimendo fecisset nos plene liberos; (libertas enim est restitutio in unionem & comunionem Dei) quippe sibi, non Deo nos emisset: quodq; cum gloria Dei & æterna justitia pugnat nos fieri peculium hominis, non Dei; aut novæ creationis laudem deberi alii, quam Deo; aut nos credere in aliū quam Deum. Pariter, nec merus homo poterat constitui caput redemtorum, quippe, quod fieri non potest sine concessione Spiritus Dei, per quem in Dei filios regeneramur: nec hereditatem Dei, nobis tanquam testator merus homo decernere potuisset. Proinde, oportuit Servatorem nostrum Mediatorem esse Dei & Hominum, ut homines Deo reconciliaret, & adduceret, ac æternæ pacis & fœderis vinculo prorsus indissolubili religaret. Hanc ob causam pro hominibus agere apud Deum tanquam Sacerdotem decuit, & pro Deo apud homines tanquam Prophetam & Regem. Eas ad res eum & Deum & hominem simul esse necesse fuit. Vtraque enim natura, tanquam principium quo, ut vulgo Philosophi loquuntur, ad munerum illorum functiones obeundas necessaria fuit: quo fit, ut Dominus noster, dicatur Mediator secundum utramque naturam. Nam, ubi pro hominibus apud Deum agendum fuit, opus fuit victima dignitatis infinitæ, pretio redemtionis infiniti valoris, satisfactione seu morte, quæ æternæ innumerabilium hominum morti, æstimatione forensi par esset. Nimirum alia est ratio solutionis crediti, alia vero ratio perpessionis pœnæ propter crimen. In crediti solutione Acceptilatio locum habere potest. Etenim, si quis mihi debeat centum aureos, pro quibus solvat viginti quinque duntaxat, si mihi libeat de jure meo cedere, licebit solis esse

aure-

aureis vigintiquinque contento, cum tamen centum acceptos feram, quod acceptilatio eſt. At in ſuppliciis, pœna debet eſſe ad modũ & menſuram atrocitatis criminis exacta; quia irrogatio pœnæ eſt actio juſtitiæ, de qua judex nihil quicquam cedere debet. Et quanto judex juſtior eſt, tanto minus ille de majeſtate legum, deque pœnarum, quas denunciant, rigore, remittit. Cum igitur Deus ſit non modo maxime juſtus, ſed juſtitia ipſa, non potuit non peccato tantam pœnam infligere, quantam ex ſeveritate legum, & ex inſita atrocitate merebatur. Nempe, cum quicquid habet rationem peccati, adverſus legem divinam commiſſi, Dei majeſtatem offendat, majeſtas autem illa infinita ſit, conſequens eſt, ut hæc ἀνομία atrocitatem habeat infinitam. Creſcunt ſiquidem peccata pro ratione dignitatis illius adverſus quem committuntur. Quod ſi vero reatus omnis peccati eo modo infinitus eſt, debet a juſtitia divina, quæ eſt illius ſeveritas atque ſanctitas, infinite puniri. Quapropter omnino neceſſe fuit, ut Chriſti perſona haberet ex ſemetipſa virtutem infinitam expiationis faciendæ. Eam autem certe talem habere non poterat, niſi infinita eſſet ipſa, & infinita dignitate prædita, hoc eſt Deus exiſteret, cum nihil præter Deum infinita dignitate polleat; & infinita poteſtas non cadat niſi in naturam pariter infinitam, quia facultas ſubjectum, & naturam, cui ineſt, infinite ſuperare atque excedere nequit. Scilicet, eſt potentia infinita proprietas Numinis, proprietates autem Numinis ſunt ipſiſſima illius eſſentia, ex qua cum admirabilitate naſcuntur & effloreſcunt. Quandoquidem vero, nec victima alia vere expians morte ſua peccata hominum, præter hominem eſſe poterat, neceſſe erat, ut in Chriſti perſonam humanitas adſciſceretur. Atque ſic ab humana imbecillitate fuit mors, a divina dignitate mortis pretium. Ab illa voluntaria Sacerdotis oblatio, ab hac omnium circumſtantiarum gubernatio: ab illa vitæ poſitio; ab hac reſumtio, & vi propria in ſanctuarium cœleſte ingreſſio: ab illa, congreſſio cum morte & aliis hoſtibus noſtris; ab hac, vis qua ſunt victi & proſtrati. Porro, ubi pro Deo apud homines agendum fuit, hos docendo, & in ſalutis viam deducendo, opus fuit Mediatori noſtro humana natura, qua homines per ſeipſum extrinſecus familiariter doceret, doctrinamque ſuo ſanguine confirmaret: opus quoq; eidem fuit divina natura, cujus vi, Paternæ voluntatis arcana decreta noſſet, ac non modo ut Propheta, vel doctor, aut nuncius, revelaret, ſed etiam ut teſtis αὐτόπτης ſuo firmaret teſtimonio, miracula quoque patraret, quibus ſummam ſibi doctrinæque ſuæ conciliaret autoritatem. Amplius opus fuit divina natura, ut cogitationes hominum videret, aperiret ſuorum mentes eosque doceret intrinſecus, ſubjiceret ſibi omnia, etiam diabolum, etiam mortem: denique ut audiret e cœlo invocantes in terris, omnique in loco & tempore illis adeſſet, eosque non externa

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

terna tantum,ſed interna etiam & inviſibili, & vere ſpirituali,ac divina ratione regeret, tueretur, liberaret, ac tandem in ſuam ſanctiſſimam & glorioſiſſimam imaginem transformaret, mundi judex ſupremus. Hinc muneris ejus quanta ſit excellentia,obſcurum eſſe poteſt nemini.

Muneris hujus functiones nonnullæ incarnationem anteceſſerunt, plurimæ ſecutæ ſunt. Fuit enim ab æterno ejus ut perſona, ita & munus; ac proinde Rex & Sacerdos dicitur ſecundum ordinem Melchiſedeci,ſine initio dierum, & fine vitæ, nec venire quiſquam ad Patrem unquam potuit, niſi per Mediatorem, non minus ante,quam poſt Chriſti in carnem adventum prorſus neceſſarium. Revelabat igitur & ante incarnationem voluntatem cœleſtis Patris, adhibitis ad eam rem Angelis & Prophetis; applicabat virtutem futuri ſacrificii ad juſtificationem & ſanctificationem eorum qui ſunt ſervati; gubernabat Eccleſiam, qualis tum erat, eique ſacrorum Antiſtites, a quibus doceretur & regeretur,miſſione tum ordinaria, tum etiam extraordinaria aſſidue concedebat. Apparuit etiam quandoque Patribus aſſumta humana forma, ut hoc pacto futuræ incarnationi veluti præluderet.

Incarnationem , conceptione inchoatam , nativitateque tempore , quod multoties Prophetæ prædixerant , prolatam in lucem mundi, ſequutæ ſunt functiones primum muneris Prophetici, deinde Sacerdotalis, tandem Regii, non tamen ita ſeparatæ, quin aliquo modo conjunctæ & commixtæ appareant. Eas autem vita privata ad annum usque ætatis trigeſimum anteceſſit, quo temporis decurſu, omnes obſequentis filiifamilias , & boni viri partes adimplevit, ſuſcepto etiam denique a Præcurſore ſuo Johanne, Baptiſmo. Iſtis omnibus cum probe defunctus eſſet, viſibili Spiritus S. in ſese deſcenſu, inauguratus eſt muneri ſuo, quod tamen non prius adminiſtrare cœpit, quam omni ex parte ſatisfeciſſet graviſſimæ tentationis difficillimo examini, victoriamque inſignem de diabolo reportaſſet.

Sicut autem Johannes Baptiſta in Spiritu & in virtute Eliæ venit, utDomino pararet viam, œconomia quodammodo inter Legem & Evangelium media;ſic Dominus prædicationem ſuam cum prædicatione Johannis Baptiſtæ ita conjunxit initio, ut eadem prope videri poſſet: communis enim fuit Johannis, Chriſti, & Apoſtolorum prædicatio; *Reſipiſcite, quia appropinquavit regnum cælorum:* commune item his fuit Baptisma. Prædicavit autem Dominus Evangelium primo obſcurius, deinde paulo clarius, minus tamen quam ejus Apoſtoli perſpicue, parabolis & ſimilitudinibus utens, a quibus Apoſtoli abſtinuerunt; ſic enim & tractari Judæi meruerant,& implendæ erant prophetiæ,ſervandumque decorum.

Docere Eccleſiam olim & Prophetæ erat & Sacerdotis, nihilque fere

fere differebant, nisi quod illius munus erat extraordinarium, hujus, ordinarium; ille futura, ac nondum revelata, hic tantum jam revelata docebat: nam revelatio per Vrim & Tummim, neque perpetua fuisse videtur, neque per os Sacerdotis facta. Vtrumque munus docendi, extraordinarium & ordinarium, est in Christo. Extraordinarium quidem: nam & immediate missus est a Patre, nec proprie decessorem aut successorem ullum habuit, & suam doctrinam e cœlo attulit, revelavitque futura. Ordinarium vero, quatenus Pastoris & Doctoris partibus ita in terris functus est, ut ei Apostoli aliique veri pastores & doctores eatenus aliquo modo successisse videri possint. Adest etiam verbo & Spiritu suo omnibus pastoribus & fidelibus, unicus & perpetuus doctor, quoties opus est, precibus consulendus. Porro, Christus non fuit tantum, ut alii Prophetæ, servus, sed Filius, & Dominus, ejusq; instructio & missio facta non est per verbum; ipse enim est verbum: nec per Angelos; ipse enim est Filius in sinu Patris: nec in terra; descendit enim e cœlo: nec per Spiritum certa mensura communicatum; non enim ei Deus admetitur Spiritum. Itaque, quæcunque loquutus est, Dei verba fuerunt. Loquutus autem est non solum in terra, sed etiam e cœlo, nec foris tantum, sed intus etiam in corde, nec solum vivus antequam moreretur, sed etiam postquam descendit in abyssum mortis redivivus, nec per se duntaxat, verum etiam per Spiritum Sanctum e cœlis missum, ac per Apostolos suos, in quibus ipsis loquebatur, doctrinamque revelavit tam perfectam, ut dum exspectatur ejus alter adventus, detrahere ei quicquam, vel addere nefas sit.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Munus Sacerdotale potissimum in agendo pro hominibus apud Deum situm est: ac propterea ejus præcipuæ functiones duæ fuerunt, *Oblatio sacrificii, & Intercessio.* Sacrificii tres sunt fines, placatio Dei, seu expiatio peccati; pro acceptis beneficiis gratiarum actio, & bonorum nondum acceptorum impetratio. Primus finis est præcipuus, sacrificiique Christi maxime proprius. Distincte autem spectari debent actio Sacerdotis, & passio victimæ. Et quidem Sacerdos est verus Redemtor noster, non typicus, secundum ordinem Melchisedeci, non Aaronis, Rex justitiæ & pacis, æternus, sine principio dierum, & fine vitæ, jurejurando a Patre constitutus, ac propterea Deus; quin & homo factus, ex hominibus sumtus, ut quantum satis esset, posset misereri ignorantium & errantium, tentatus in omnibus similiter, sine peccato, ex tribu Juda, & Davidis familia oriundus, sanctus, innocens, immaculatus, separatus a peccatoribus, sublimior cœlis factus, solus sui ordinis, sine decessore, sine successore, sanctuarii minister, & veri tabernaculi, quod fixit Dominus & non homo, omnis veræ benedictionis & salutis fons inexhaustus, & veritas cujus Aaron nihil nisi typus fuit & umbra. Cæterum,

Catechesis pro convertendis Judæis.

rum, omnis Sacerdos ad offerenda dona & victimas constituitur: unde necesse fuit hunc nostrum quoque habere victimam, quam offerret. Virtus autem expiationis faciendæ, quæ in omni victima est, vel ab ipsa victima provenit, vel a Dei instituto. Atque ab instituto quidem Dei fuerunt hostiæ illæ piaculares, quibus summus Sacerdos utebatur in Veteri Testamento ad faciendam propitiationem. Non enim mors bestiarum tanti fuit apud Deum, ut homines peccati reatu solveret, nisi Deus hanc illi potestatem attribuisset. At potestas illa, neque infinita fuit, neque adeo esse potuit. Non fuit infinita, quia nec reatus, cui abolendo principaliter destinata erat, infinitam expiationem postulabat. Scilicet, oriebatur is ex rebus, quæ cum natura sua neque bonæ essent, neque malæ, sed mediæ atque indifferentes, reatum per se creare non potuerunt. Atque tales erant immunditiæ ex fluoribus quibusdam naturalibus, aut contactu cadaveris, vel alterius rei impuræ, contractæ, & alia similia propemodum innumera. Quamobrem reatus ille, quisquis fuit, universus ex voluntate Dei pependit, qui quemadmodum ex jure positivo ac mere arbitrario reatum illum esse voluit, sic eum etiam extendit atque contraxit, gravem & levem instituit, pro liberrimo arbitratu. Illi igitur eodem instituto divino vis expiatoria proportione respondens, in victimis legalibus fuit opposita. Sed nec potuit infinita expiatoria potestas tribui illis victimis, quod enim per se tale non est, infinitum evadere ulla ratione nequit. Quod si ad vera peccata expianda aliquid victimas profecisse dicendum est, illud non ex se, sed aliunde habuerunt, atque Deus pro benigna voluntate sua, futuram agni immaculati & incontaminati satisfactionem, cujus typum & umbram gerebant, huc applicuit. At noster Sacerdos cum Deus esset, aptatum ei corpus fuit, cujus oblatione sanctificaremur in æternum. Sic igitur suscepit languores nostros, & dolores nostros portavit, obtulitque semetipsum, eademque fuit res, Sacerdos, & Victima. Actio offerendi fuit Sacerdotis, ac potissimum divinæ virtutis; passio vero fuit victimæ, ac tantummodo humanæ infirmitatis. Actio illa, fuit obedientia perfectissima, ac humiliatio summa, & quantum possibile fuit, infinita, in qua summus erga Deum amor, & secundum illum, summa erga homines injustos & hostes charitas, summusque justitiæ zelus, mirabiliter splenduit. Passio illa, fuit omnium hujus vitæ bonorum, ipsiusque adeo vitæ privatio, & mors, conjuncta cum horribili sensu iræ & maledictionis divinæ, ob peccata hominum, atque adeo summis in anima & corpore cruciatibus. Itaque cum illa Actione, & Passione, conjunctæ fuerunt preces, supplicationes, atque ἐντεύξεις, quas cum clamore valido, & lachrymis Deo Patri obtulit.

Spectari itaque potest Domini nostri mors, ut Obedientia, per quam constituimur justi; ut Sacrificium, quo expiata sunt peccata nostra; ut Supplicium seu Satisfactio, qua pro peccatis nostris justitiæ Dei plene satisfactum est; ut Certamen, quo diabolus, peccatum, mors, & sepulchrum, hostes nostri victi sunt; ut Martyrium, quo suam ipse doctrinam confirmavit, sanguineque suo obsignavit; ut deniq; Exemplum, quod nobis reliquit, quo insequeremur ejus vestigia. *Obedientia* fuit, non legi communi, sed mandato singulari præstita, omnem obedientiæ perfectionem, ad quam homines mandatis legis obligati erant, superans. *Sacrificium* fuit verum, non typicum, Testamenti Novi, quod æternum est, proprium, omnium sacrificiorum legalium, quibus peccata expiabantur, corpus & veritas, infiniti valoris, propter infinitam Sacerdotis & victimæ dignitatem, & oblationis excellentiam; solum abunde sufficiens, ac propterea semel peractum, nec unquam iterandum; semper recens & efficax in Dei conspectu, omne aliud sacrificium propitiatorium, proprie ita dictum, a Christiana religione excludens, spiritualiaque Fidelium sacrificia precum, laudis, & gratiarum actionis, quibus se, suaq; omnia Deo Patri per Christum offerunt, sanctificans. Cumq; nullum sacrificium propitiatorium offerri Deo queat sine destructione victimæ, ejusque, si animal fuit, morte cruenta: nulla enim sine sanguinis effusione remissio peccati, sive typica, sive realis; Sanguini igitur Christi effuso redemtio nostra, & peccatorum remissio, tanquam redemtionis pretio, merito tribuitur.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Supplicium esse debuit Domini nostri mors, ut esset maxime proprie dicta satisfactio. Comminabatur enim lex pœnam proprie dictam; eaque comminatio erat vera & absoluta, sine alia tacita pœnitentiæ conditione, Judicemque ad sui executionem haud minus obligans, quam mandatum obligat ad obedientiam eos, qui subsunt legi. Satisfieri igitur Judicis officio & Legis comminationi aliter non potuit, quam pœnam luendo, comminatione denunciatam. Necesse ergo fuit, ut vel ipse peccator, vel ejus vas pro eo pœnam illam lueret. Vadem forum humanum in pœna capitali admittere non solet, quoniam id vix sine aliqua injuria fieri posset, quod hic locum non habet. Nihil enim potest desiderari in morte Christi ad justam, & plenam, & perfectam pro peccatis credentium satisfactionem. Nam, & sui juris erat Christus, & sciens, prudens, non coactus, sed volens, etiam Patre supremo Magistratu jubente, cum pars esset generis humani, & credentium caput, unus cum illis, sese eorum vadem constituit, judicisque tribunali, eorum bono & loco, supplicio afficiendum stitit. Affectus autem eo revera est, horrendo, diro, a Deo maledicto, præeunte iudicio & condemnatione, ut nihil prorsus ad supplicii vel rationem, vel a-

Catechesis pro convertendis Iudæis.

trocitatem, seu corpus, seu animam, seu Hominum seu Dei forum spectes, deesse possit. Nam, ad loci & temporis circumstantias quod attinet, eæ non sunt de essentia pœnæ, sed in arbitrio & prudentia Judicis sitæ. Desperatio autem ab imbecillitate est ejus qui punitur, pœnæ succumbentis. Morsus conscientiæ a mala conscientia est, quæ esse non potuit in innocentissimo nocentium vade. Duratio pœnæ in æternum de substantia pœnæ non est, sed de quantitate tantum; & quia non potest pœnæ magnitudinem eluctari peccator, sed ea miser æternum jacet obrutus: Quantitatem autem pœnæ, seu numerum, seu durationem spectes, infinita personæ patientis dignitas abunde compensavit, vis etiam tanta fuit, ut sese ex morte natura sua æternum duratura educere potuerit.

Certamen etiam fuit Christi mors: Impetum enim in eum acerrimum fecerunt omnes nostri capitales hostes, diabolus, peccatum, mundus, Judæi, gentiles, ipsa etiam mors & maledictio, cum tamen in eum nihil prorsus juris nacti sint, itaque reportata de iis victoria, jus sibi paravit eos funditus perdendi, nosque ab iis liberandi.

Martyrium insuper fuit mors Domini. Namque ob fidem, ob doctrinam, tam dira a Judæis passus est, haud ferentibus eum se profiteri filium Dei, Messiam, Regem Judæorum; a qua professione, quod vera esset, & quod, ut eam faceret, missus fuisset a Patre, nullis minis, nulla condemnatione, nullo supplicio, dimoveri potuit. Vt merito Christi Evangelium testimonium dicatur, nomine duplici: tum, quia viderat in cœlo, quæ affirmabat in terra, testis oculatus omni exceptione major; tum, quia suum illud testimonium morte sua fecit testatum & ratum.

Cæterum, in his nobis *Exemplo* præivit; non quidem, ut satisfaciamus Deo pro nobis vel aliis, id enim esset cum actum agere, (satisfecit enim qui solus potuit, plenissime) tū nec possibile est, ut homo tantum homo, præsertim peccator, pro ullo peccato satisfaciat pro seipso, nedū pro aliis: neque etiam ut nos offeramus in sacrificium expiatorium: id enim nec Deus præcepit, & Christo foret injuriosum, sed, ut obediamus Deo ad mortem usque, ut corpora nostra offeramus Deo hostiam vivam, sanctam, acceptam Deo, rationalem illum cultum nostrum, offeramus, inquam, in sacrificium laudis, seu gratiarum actionis, violentam etiam, cum id a nobis Deus exigit, mortem obeundo; ut certemus ejus exemplo præclarum certamen, & veritatem, cum opus est, nostro confirmemus sanguine, ejus fidem, charitatem, zelum, patientiam, mansuetudinem, aliasque virtutes, quantum humana patitur conditio, imitari satagentes.

Oblationem victimæ antecessit & comitata est oblatio precum & suppli-

ſupplicationum,pro iis,pro quibus offerebatur ſacrificium;ſubſequi autē debuit Sacerdotis *Reſurrectio*. Nam ſeu obedientiam ſpectes,in ſumā humiliatione poſitam, illa,ſumma exaltatione, quæ ſine reſurrectione fieri non potuit, remuneranda fuit; ſeu ſacrificium,eo in atrio oblato, cœleſte ſanctuarium ingredi ſummum noſtrum Sacerdotem oportuit; ſeu ſatisfactionem reſpicias, ea pleniſſime præſtita,conſentaneum fuit, ut debitorum noſtrorum ea ratione perſolutorum apocham, vas noſter reſurgendo acciperet, ut quemadmodum traditus fuerat propter peccata noſtra, ſic ſuſcitaretur propter juſtificationem noſtram; alioqui cum mors pro ſolutione eſſet, ſi Chriſtus manſiſſet in morte,perpetuo ſolviſſet; qui autem perpetuo ſolvit, nunquam in eo eſt,ut vel debitorem liberet,pro quo fidejuſſerat, vel ut ipſe liberetur. Debuit igitur Chriſtus reſurgere, ut oſtenderet ſatisfactionem illam atq; ſolutionem in morte factam,ita perfectam eſſe, & omnibus numeris abſolutam, ut juſtitia divina plane contenta ſit eo placamento,& nihil amplius ei debeatur. Fuit amplius neceſſe,ut Chriſtus reſurgeret,ſi certamen conſideres,nam,ſi non ſurrexiſſet,ſuccubuiſſet morti,hoſtibusq; cæteris;item,ſi martyrium cogites, niſi enim reſurrexiſſet,uti prædixerat, tertio die, doctrinam infirmaſſet, non confirmaſſet, nec gaudii & lætitiæ,ſed tantum ingentem acerbiſſimi doloris nobis reliquiſſet materiam. Denique,ſi exemplum intuearis, quia ſine ſpe conformitatis cum ejus reſurrectione, fruſtra eſſet conformitas, cum ejus morte: nititur enim Chriſti reſurrectione non ſolum corporum noſtrorum (quam differri in diem ultimum decuit,) ſed animorum etiam,quæ per lavacrum regenerationis fit in hoc ſeculo,reſurrectio. Quam ad rem cum neceſſarium eſſet ſententiam Synedrii reſcindi,qua,quod ſe Filium Dei profeſſus eſſet, tanquam blaſphemus, damnatus fuerat, eumque revera Dei filium eſſe palam declarari, id glorioſa ejus reſurrectione ita factum eſt, ut melius certiusque non potuerit.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Reſurgere autem Dei Filium oportuit Patris mandato, & vi ſua. Non enim decebat eum,qui eſt ipſa reſurrectio & vita,& qui quoscunq; vult mortuos vivificat,reſurgere vi non ſua. Reſurrexit autem,non, ut degeret in terra, in qua neque ejus eſt tabernaculum, neque metropolis regni,neque glorioſa Dei habitatio, ſeu paterna domus, ſed, ut *aſcenderet in cœlum*,& quidem penetratis inferioribus ſupremum. Qui enim,ut obediret Patri, ſeſe e cœlo demiſit in terram, is e terra debuit peracta obedientia evehi in cœlum; qui pro peccatis totius mundi obtulit ſacrificium in atrio cœleſti, is ſanguinem victimæ, in ſancta ſanctorum cœleſtia inferre debuit; qui exivit a Patre, & venit in mundum, ut Patri ſatisfaceret, hunc præſtita ſatisfactione perfectiſſima, relinquere mundum,& reverti ad Patrem decuit; qui deſcendit e cœlo in

Catechesis pro convertendis Iudæis.

lo in partes inferiores terræ, ut cum hostibus nostris præliaretur, is parta amplissima victoria, captivam ducens captivitatem, & spoliis amplis onustus, eo triumphans ascendere debuit, ubi prius fuerat; ideo quoque in cœlum redire eum oportuit, ut nobis locum in domo, paterna pararet, & exinde Spiritum Sanctum copiose ad suos Apostolos & fideles mitteret.

Ascensionem in cœlum sequitur *Intercessio*, cujus effectus potissimũ in duabus rebus consistit. Primum, quia peccatis nostris quotidie meremur, ut justificationis gratia excidamus, & ut Deus nobiscum agat, non ex misericordia, sed ex justitia; Christus in conspectu Patris placaminis a se facti memoriam perpetuo renovat, & nos conservat in ea Dei gratia, quam ipse nobis conciliavit. Deinde, fidei perseverantiam nobis impetrat, ne per nativam animorum nostrorum instabilitatẽ corruat, aut per reliquias nostræ corruptionis obliteretur, & evanescat: unde, & a peccatis nostris nos purificat, aspersione Sanguinis sui, quæ fit per verbi sui prædicationem, & Sacramentorum administrationem, & effusionẽ Spiritus S. in corda nostra. Per eundẽ illum Spiritum nobis omnem benedictionem impertit, animumq; ad pugnandum adversus diabolum, peccatum, & mundum accendit: nihilque a fidelibus geritur, dicitur, aut cogitatur, si modo rationem boni habeat, quod ab ejus instinctu non proficiscatur. Intercedit autem, non ut in statu humiliationis, in terra, flexis genibus, aut stans, sed sublimior cœlis factus, sedens in solio, & quidem ad dextram Patris; imo, in eodem cum Patre throno, nomen supra omne nomen nactus, & Rex omnium Angelorum & hominum, cui se omne genu flectere debet, cœlestium, terrestrium, ac subterraneorum, totiusque mundi hæres ac dominus a Patre constitutus. Atq; hoc præmium, non tantum est ex pacto, sed etiam ex condigno: quia tanta humiliatio tantæ personæ, exaltationi & gloriæ tantæ est omnino proportionata; & obedientia ejus cum divinæ justitiæ ex asse satisfecisset, non decuit Deum vel ipsum non exaltare, vel non dare caput Ecclesiæ ad eam sanctificandam, vel ei non dare populum & hæreditatem, imprimis promissam, vel non subjicere ei omnes hostes. Parent autem Christo omnes Angeli boni, & justorum hominum spiritus corporum compage soluti, perfecte, fideles, dum in terris peregrinantur, imperfecte, tendunt tamen ad perfectionem. Hostes vero ejus, diaboli & homines rebelles, de jure quidem illi subsunt, & posset eos omnes vel unico momento perdere, novit eorum omnia consilia, molimina & versutias, nec potest eorum quisquam aliquid moliri, suscipere, cogitare, contra ejus nutum, fert tamen eos ad diem usq; ultimum, frænaque illis vel laxat, vel adducit, & molimina ipsorum arcanis rationibus flectit ac dirigit, prout videt gloriæ Dei, & saluti suorum, ipsique hominum societati, id esse utile: itaque de facto nondum ei

subjecti

subjecti sunt, adversus ipsum & membra ejus, pios fideles, quibuscunq. possunt modis, depugnantes, in magno tamen & decretorio die, ubi cum summa celebritate vivorum & mortuorum *judicium* Dominus noster celebrabit, subjicientur pedibus ejus, ac in stagnum ignis æternum flagrantis, quæ mors est secunda, una cum pravis hominibus incorruptibilia corpora nactis, dæmones conjicientur, beatæ vero animæ glorificatis, & glorioso corpori Christi similibus corporibus indutæ, perpetua nec ullis seculis terminanda fruentur beatitudine. Catechesis pro convertendis Iudæis.

Tantum est, o Judæa Natio: habetis omnem rem, & dilucide vobis declaravi, quare credamus JESUM CHRISTUM Deum qui erat, in terra visibili specie degisse, natum ex muliere, & crucis supplicio peremtum fuisse. Scilicet, totum id factum est, ad hominum genus servandum, Servator autem nullus est præter Deum, neque pati potuit Dei jusjurandum, ut gloriam suam alteri traderet, & implendum fuit vaticinium Es. 35,4. אלהים הוא יבוא וישעכם *Deus ipse veniet, & servabit vos.* Quamobrem non obtulit animalia, nec sanguinem taurorum aut hircorum, sed seipsum, ut quod sacrificia omnia præstare nequibant, animas expiaret ac redimeret, ad quod peragendum vis requirebatur, & dignitas immensa. Hæc dum Messiæ tribuimus, longe melius utique magisque præclare de eo sentimus, quam vos Judæi, Regulum eum mundanum facientes, qui classicum canendo, homines ad bella & cædes sit convocaturus, & non sine gravi molestia debellatis atque excisis plurimis gentibus, regnum denique dominatumque obtenturus, nec magnum adeo, nec diuturnum. At obsecro, quam nihil ista faciunt ad spem & exspectationem, quam de eo omnibus retro seculis, inde a prima usque mundi origine mortale genus habuit, & habere jussum est? Imo, quid ea res attinet, ad plurimos potissimosq; ante hunc Messiæ adventum mortuos, aut alibi terrarum satis bene beateque vitam agentes? Itane ob rem tantillam Deus Messiam summis præconiis extulit? Dum vero contra nos credimus, uti credere par est, venisse Messiam non sibi, sed nobis, non propter terrena, sed cœlestia, non ut animas perderet, sed ut servaret, nosque Deo reconciliaret, & pacem ac gaudium conscientiis, æternam denique salutem promereretur, sic demum de adventu ejus, tantis promissionibus dignas cogitationes fidemque concipimus. Neque vero aliter de Messia sentire nos patitur, ipsa prima, qua generi humano promissus fuit, pollicitatio. Dum enim Gen. 3, 15. Deus Serpentem antiquum, sive Cacodæmonem affatus, ait: ואיבת אשית בינך ובין האשה ובין זרעך ובין זרעה הוא ישופך ראש ואתה תשופנו עקב: i.e. *Et inimicitiam ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen ejus, hoc conteret tibi caput, tu autem conteres ei calcaneum:* exinde manifeste colligimus, Messiam, (de quo ibi sermonem esse ne vos quidem

Catechesis pro convertendis Iudæis.

dem Judæi negatis, præeuntibus Jonathanis & Hierosolymitana Chaldaicis paraphrasibus) victorem futurum Diaboli, quo ipsum magnum quid indicatur, atq; adeo immensum. Nam Victor Satanæ, & qui opera ejus destruere debet, non potest esse sub maledictione: quippe quomodo posset diaboli caput conterere, & inimicitiam statuere qui sit servus Satanæ? Ergo alio, quam quo mortales comuniter nascuntur, nasci debuit modo: quicquid enim ordinarie, secundum carnē, ex congressu viri, & mulieris nascitur, id sub maledictione est, & eget liberatione. Amplius notat contritio capitis serpentis victoriam integram & plenariā. Ergo includit sublationem maledictionis & legis, peccati & reatus, dominii peccati, & efficaciæ seductionis, & mortis, ipsamque includit resurrectionem mortuorum. Si enim ii qui ad semen pertinent, vel a Deo deficerent seducti, vel in peccatis manerent, vel in pulvere corpora ipsorum detinerentur; jam non omnis potestas Satanæ esset destructa, non omne opus abolitum. Sane, significatur illo ipso loco, Victorem Satanæ aliquid doloris passurum, id enim notat *contritio calcanei*; sed quæ simul arguit passiones hasce breves fore, & nihil damni allaturas, neque Regi, neque ejus populo. Ergo, summa rerum huc denique redit, quod, sicut ait Apostolus Heb. 7, 26. 27. *Talis nos decebat Pontifex* (non quod nos digni essemus tali Pontifice, sed quod indignum Deo esset, sine tali Pontifice nos respicere) *qui esset* ὅσιος *sanctus* (omnibus mandatis Dei plenum præstans obsequium) ἄκακος *sine vitio* (quale est originalis κακία in nobis) ἀμίαντος *impollutus* (omnes homines טמאים polluti, inquinati peccato Adami, Job. 14, 4.) κεχωρισμένος τῶν ἁμαρτωλῶν *separatus a peccatoribus*, non communicans cum aliorum peccatis; & quoad dignitatem *altior cœlis factus*, h. e. comprobatus venisse ex altissimis & esse ὁ ὕψιστος altissimus. Qui non habet quotidie necesse, quemadmodum alii sacerdotes, ut prius pro propriis peccatis sacrificia offerat, deinde pro populi; hoc enim fecit semel se offerens.

Cogitanda hic, nostra in Jesu nostro felicitas: quorum peccatis expiatio, conscientiis tranquillitas, & vivis morituris que magna validaque solatia sunt paratissima. Nam si quid delinquimus, Advocatum habemus apud Deum, qui pro nobis intercedit, & suo a peccatis no mundat sanguine. Cum expavescimus, immittit Spiritum suum in corda nostra, qui nos bono animo esse, & cum plena fiducia ad Deum accedere jubet. Cum adversi quid ingruit, ipse spem, consilium, auxilium suppeditat, nostrasque animas corporis compage solutas, in suas manus suscipit, unde nemo eas illi extorquet. At Judæorum contra, quanta hic miseria, quam desperatæ res, & perditæ? Etenim scelera ipsorum

—— *Piacula nulla resolvunt.*

& quo-

Catechesis pro convertendis Iudæis.

& quocunque ſe vertant, nihil ſe offert, quod de gratia Dei, de remiſſione peccatorum, & de morte beata fidem iis facere queat. Cum urgentur, ut ſuæ apud Deum juſtificationis a peccatis media ediſſerant, illam operibus bonis, & nominatim pœnitentia, afflictionibus & calamitatibus quas patiuntur, denique morte quæ malorum ultimum eſt, promereri ſe reſpondent: unde lethaliter decumbentes, & in agone conſtituti, aut ſi quibus inter eos violenta a carnifice mors imminet, recitare ſolent precationem quæ incipit מודה אני לפניך extatq; in omnibus vulgatis precum libellis; ea habet ſequentia: אם קרבה עת פקודתי למות תהי מיתתי כפרה על כל חטאים ועונות ופשעים שחטאתי ושעויתי ושפשעתי לפניך מיום היותי ותן חלקי בגן עדן וכו׳: id eſt: *Quodſi adeſt tempus viſitationis meæ ad moriendum, ſit quæſo mors mea expiatio omnium peccatorum, ſcelerum, & delictorum, quæ peccavi, commiſi, perpetravi coram te, inde ab illo die quo primum natus ſum, & concede mihi partem in horto Edenis, &c.* Quærunt etiam præſidium aliquod Judæi, in conſtrictione Iſaaci ſuper aram a patre conſtructam, dum Dei juſſibus morem is gerere & holocauſtum fieri paratus erat, atque hoc obſequium, ſuorum delictorum faciunt piamentum. Nam, præter ea, quæ in hanc rem habentur, in Schabbat fol. 89. b. & Targum in Cantic. 2, 17. & 3, 6. ſic perſpicue dicitur in Schir Haſchir. Rabba fol. 12. col. 2. אשכול הכופר אשכול זה יצחק שנכפת על המזבח כאשכול הכופר שמכפר עונותיהם של ישראל: i.e. (Cant. 1, 14. legimus) Botrus Copher. (In his, voce) Botrus, *Iſaacus ſignificatur, qui botri inſtar altari illigatus fuit. Verbum* Copher, *innuit expiare illum peccata Iſraëlitarum.* Hinc adeo injiciunt hujus conſtrictionis Judæi in precibus ſuis mentionem, tum ubivis gentium, quando ad ſolemne jejunium ſeſe præparant, tum imprimis Hieroſolymis, & in eo ipſo loco ubi quondam contigerat, hoc eſt in monte cui templum ſacrum fuerat inædificatum. Quippe, ſecunda & quinta cujusque hebdomadis feriis, ſabbatis item feſtisque diebus eo ſe conferentes & ibi ad ſeptentrionalem, ubi adyta penetralia quondam erant, plagam converſi, ſub dio, magnis elatisque clamoribus, hæc, uti eſt in Itinerario Darke Zion porta 2. vota concipiunt: זכור את המעמד הגדול שהיה במקום הקדוש הזה אברהם אבינו שהיה בשר ודם כמונו וכבש את יצרו ומדת חסדו ופשט ידו לשחוט את בני יחידו לקיים כאשר צוית לו ואתה יי׳ אל רחום וחנון ארך אפים ורב חסד יהי רצון מלפניך שיכבשו רחמיך את כעסך מעל בניך ויגולו רחמיך על מדותיך ותתנהג עם בניך במדת החסד והרחמים לפנים משורת הדין תציל עמך ישראל מכל פגע וחלקה וטיבות רעים שהם בעולם

כי די

Catechesis pro convertendis Iudæis.

כי די לנו בשפלתינו ובגלותנו שאנחנו בעוונותינו מפוזרים בארבע פינות העולם והבית הגדול והקדוש חרב בעווניננו ועיר קדשך חרבה עבור חטאותינו יהי רצון מלפניך ייי אלהינו שתמחול ותסלח על כל רוע מעשינו ותבנה ירושלים עיר הקדש ונדחי ישראל יכנס והבית הגדול והקדוש תבנה במהרה בימינו ותתגדל כבודו ושם נעשה לפניך את קרבנות חובותינו תמידים כסדרים ומוספים כהלכתם וכו׳ :

Id est: *Memento rei illius magnæ, quæ quondam contigit in loco hoc sanctissimo. Abraham enim pater noster, qui carne & sanguine nostri instar cum præditus esset, subegit naturam suam, affectusq; paternos, & extendit manum suam ad mactandum filium suum unicum, ad implendum ea, quæ illi præceperas. Atq; nunc Domine, Deus misericors, benigne, longanime, & gratia abundantissime, concede libens, volens, ut vincant miserationes tuæ iram tuam adversus liberos tuos, & ut attributa tua alia, miserationibus præponderentur, & ut cum liberis tuis benigne, misericorditer, & citra* ἀκριβοδίκαιον *agas, & ut eripias populum tuum Israëliticum, ab omni occursu, sorte, & eventu malo, qui sunt in hoc mundo. Sufficit nobis noster contemtus, & captivitas, in qua ob peccata nostra per quatuor mundi plagas sumus dispersi, & quod domus magna & sancta ob peccata nostra est destructa, quodq; civitas sanctitatis tuæ devastata jacet propter peccata nostra. Ita visum tibi sit Domine Deus noster, ut condones atq; remittas nobis omnem pravitatem operum nostrorum, & ut Hierosolymas sanctam civitatem reædifices, & ut dispersos Judæos congreges, & ut domum magnam sanctamq; iterum exstruas, atq; id cito, & in diebus nostris, & ut magnifica fiat gloria ejus. Tum offeremus tibi sacrificia quæ debemus, perennia secundum ritus suos, & additamenta secundum cæremonias suas. &c.* Novissime, hoc quoque nunc cœptant facinus Judæi, ut in sese mutuo fiduciam collocent, atque ad merita, piorum sua opinione hominum, recens mortuorum confugiant, quo sic Deo magis utantur propitio. Subjunxi Correctionibus meis Lipmannianis, quas Sotæ libro Mantissam feci, Lessum Judaicum, in obitum Lipmanni cujusdam qui ab impuro hoste meo, quo cum colluctor, genus ducens, nostra ætate Pragæ floruit, & præcentoris munere functus fuerat, compositum. Ei insunt multa perquam superstitiosa, & manifestam prodentia impietatem, neque majores Judæorum itamih i insanivisse videntur. Legas ibi:

Meirt seyn מעשים טובים hab ich thun sagen
Damit הקב״ה uns משיח send in unsern Tagen.
Recitavi tantum Lipmanni hujus bona opera,
Vt Deus Benedictus nobis Messiam mittat in diebus nostris.

item:

item: Drey stund in der Nacht
Ist geschehn das grose Hertzbrechen
מהורר ליפמן כהן Papper
Is geworn genehen für ein Opffer.
Hora noctis tertia
Miserrimus casus contigit,
Excellentissimusq; Rabbinus & Sacerdos Lipmannus, pappus optimus,
(Morte sua) *cessit in sacrificium.*

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Aliarum stropharum terminales versus sunt:
Sein זכות sol uns beystehn alzeit.
Sein זכות soln wier geniesen.
Sein זכות sol uns beystehn überal.
Durch sein זכות soln wir nit weren verstört.
Durch sein זכות soln wier unser Jahr ausleben.
Durch Sein זכות sol kommen kein Noth.
Durch Sein זכות soln wir behüt weren für Nöthen.
GOtt soll weiter sein Zorn abthan/
In זכות diesen frommer Man.
Ejus pietas nobis semper subveniat.
Ita fiat ut pietatis ejus fructus semper percipiamus.
Pietas ejus ubiq; nobis sit auxilio.
Ob pietatem ejus procul a nobis sit desolatio.
Ob pietatem illius nemo ante diem suum moriatur.
Pietas ejus averruncet omne periculum.
Pietas ejus in omnibus adversitatibus nos tueatur.
Deus porro iram suam avertat,
Ob pietatem viri hujus probissimi.

Delinit tandem impium & inficetissimum carmen, in hæc verba:

Unser מליץ יושר is er gewesen auf dieser Welt/
Für den כסא הכבוד is er worn gestellt/
Dorten soll er auch unser Fürsprecher sein/
Und beten für uns allgemein:
Daß uns GOtt behüt vor Bösen/
Und aus dem גלות sol derlösen.
Bald in unsern Tagen
Drauf woln wir אמן sagen.
Optimus noster Interpres apud Deum fuit in hoc mundo;
Sed nunc ante thronum gloriæ est constitutus,
Ibi Advocatum nostrum agere debet,
Et pro omnibus nobis preces fundere:

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Vt Deus nos a malo custodiat,
Et ex captivitate liberet,
Idq; propere & in diebus nostris,
Itaq; omnes succinamus Amen.

Enim vero, ex dictis jam abunde patescit, toto cœlo errare Judæos, nec alio, quam in malam rem abire posse, cum perversa isthac mente, & vanis ac frivolis a sese excogitatis salutis suæ mediis, quæ ad nihil aliud apta sunt, quam ut damnationem illorum adaugeant. Nam certe tanti momenti sacra, qualia sunt injusti hominis coram Deo justificatio, & a reatu mortis æternæ & maledictionis absolutio, alio longe pretio constant, quam perpessione calamitatum, vitæ integritate, morte naturali vel violenta, & mero homine quisquis ille fuerit, deprecatore. Quicquid enim passi unquam sunt Judæi, quicquid boni ab iis omnibus qui hoc nomine censentur, peractum est, tenue & exiguum fuisse negari nequit, si venire debeat in æstimationem infiniti valoris, qualem satisfactio pro peccato sibi deposcit. Namque iræ Dei gravitatem, & vera pœnas peccato debitas, nemo in hac vita toleravit, nec tolerare potest, includunt enim omnimodam peccatoris a Dei commercio exclusionem, & sensum omnium corporalium, spiritualium, temporalium item, ac æternorum malorum. Esto vero, sint aliqui integri vitæ scelerumque puri apud Judæos, gerantque morem iis, quæ a Deo sunt præcepta. Sed, quid, annon in illa perfectione quam jactant, sentiunt se procul abesse a meta, & quotidie in multis cespitare? Affirmabunt id sine dubio, & Scripturæ, & conscientiæ suæ testimoniis convicti: non possunt igitur vitam & gloriam æternam pro sanctitatis suæ remuneratione referre, hactenus maledictioni divinæ obnoxii. Exigit enim Lex perfectam obedientiam, & ut quis ex omnibus animi viribus & facultatibus, cum ferventissimo zelo, semper & sine ulla intercapedine non solum malum, & quæ prohibentur, omittat, sed & bonum efficiat. Deus autem quando secundum Legem de homine judicium instituit, non potest alios justificare, quam perfectos & plenos ejus observatores, nam alioqui judicium suum non foret secundum Legem, aut secundum veritatem. Quod si vero, quæ est hominum audacia & impudentia, Judæi contendant, esse multos ex sese, qui officium suum ad amussim faciant, & Legi divinæ illud exacte præstent obsequium quod illa requirit, saltem fatebuntur, sanctulos istos, antequam ad tantum pietatis gradum pervenissent, atq; omnes animi perturbationes rectæ rationis fræno compescere, suiq; muneris partes explere didicissent, a pueris multa peccasse, istaq; transgressione sæpe eorundem incurrisse maledictionē. Ecquid igitur ista delicta expiabit, & hanc maledictionem auferet? Certe non ea quæ postea ab illis eduntur bona opera. Quod enim homo præstare tenetur

tur, si perfectum est & absolutum, potest quidem in solutum pro se venire, non autem habet locum compensationis pro eo quod vel omisit, vel secus quam par erat, ab eo fuit perpetratum. Sed, non necesse est, huc delabamur. In sexcentis enim locis Scriptura clamitat, omnes ex mulieribus natos peccatores esse, nec esse justum in terra qui faciat bonum, & non subinde peccet: unde & Menasse in libello de fragilitate humana, operose hanc sententiam confirmat, & principio *demonstrat autoritate sacrarum literarum, quod proprium sit homini peccare, quod sit nemo qui non peccet* : & postea prolixe *ostendit*, *eandem esse opinionem antiquorum & hodiernorum Sapientum*. Quamobrem non potest quisquam sibi, nedum aliis, gratiam apud Deum promereri pietate sua, quippe, quæ imperfecta, & tœdissimo panno mulieris menstruatæ simillima est, atque sic iram & indignationem Numinis potius provocat. Ea causa est, cur spei in hominem ponendæ, nullum in Scriptura extet mandatum, nullum exemplum, imo cur aperte satis prohibeatur. Neque vero ad iram Dei tollendam Pœnitentia quicquam proficit, aut in locum defectuum humanorum succenturiata adventat. Nam, quod toties dictum, & iterum dicendum est, omne peccatum, Dei contemtum infert, eum abnegat, illius dominium excutit, atque sic infinitam majestatem offendit, & proinde infinitam indignationem incurrit. Non cadit autem in finitam naturam, offensæ divinæ æquales dolores pavoresque, hoc est infinitos in animo elicere; neque, si simul conglobentur omnium hominum, ob admissa peccata tremores, tristitiæ, jejunia, & corporis (nam & hæc in censum vocabimus) voluntariæ afflictiones, vel unius peccati magnitudini, & iræ divinæ hinc exortæ gravitati, respondent. Facessant igitur Judæi, cum suis inanibus Deum placandi mediis, jam conclamatum est. Verum enim & unicum, quod Scriptura ad id obtinendum suggerit medium, est Hominis peccatoris conversio, quæ etsi sine serio mœrore ob admissa scelera non peragitur, & sanctimoniæ studium includit, tamen pars ejus nobilior sanctiorque, & hominis peccatoris murus quasi aheneus, est ut in eum qui pro peccatis suis Deo vadem se stitit, & sua in se suscepit debita, cum animi πεθυμίᾳ fiduciam quis collocet. Is vero Messias fuit, nam, *iste morbos nostros pertulit, & dolores ipsos nostros bajulavit: quamvis nos æstimemus eum plaga affectum, percussum a Deo & afflictum. Nam ipse dolore afficitur a defectionibus nostris, atteritur ab iniquitatibus nostris, castigatio pacis nostræ imponitur ei, & tumice ejus fit curatio nobis. Omnes nos ut ovis erravimus, quisq; in viam suam nos convertimus, & Dominus facit ut incurrat in eum pœna omnium nostrum. Exigitur pœna, & ipse affligitur, neq; aperit os suum: ut parva pecus ad mactationem ducitur, & velut ovis coram tonsoribus suis obmutescens: neq; aperit os suum. A coarctatione & a judicio tollitur; at generationem ejus quis enarraturus est?*

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

est? nam exscinditur quidem e terra viventium, ex defectione populi mei plaga est ipsi: Populus enim exposuit improbis sepulchrum ipsius, & diviti in mortem suam: eo quod non fecit violentiam; neq; est dolus in ore ipsius: At Dominus delectatus conterere ipsum, morbo affecit, quandoquidem exponebat seipse sacrificium pro reatu: dicens videbit semen, prolongabit dies: & delectatio Domini per eum prosperabitur. Exemtum molestia seipsum videns satiabitur, cognitione sui justificabit justus servus meus multos, quorum iniquitates ipse bajulaverit. Idcirco partem ei dabo pro multis, ut cum robustis partiatur prædam, pro eo quod profundit in mortem seipsum, & cum defectoribus annumeratus est: nam ipse peccatum multorum perferens pro defectoribus intercessit. Atque his Esaiæ verbis, annon Messiæ passiones & satisfactio pro peccatis nostris tam significanter & energetice descriptæ sunt, ut illustriora magisque perspicua & sonantiora, ne fingi quidem aut excogitari possint? Profecto Solis ipsius radiis omnia expressa videntur, & necesse est sciens volensque oculos claudat & obstruat, qui hanc non pervidet claritatem. Neque vero aliter quam de Messia verba acceperunt prisci Doctores Judæorum, nisi quod aliqui in eo peccarunt, dum Messiam duplicem, unum eximium & Regem, alterum pauperem humilisque conditionis commenti sunt, de postremo Esaiæ vaticinium interpretantes. Sed, si serio fateri volunt quod sentiunt, utique unius tantum Messiæ iis a Deo facta est promissio: utique unius tantum desiderium omnes eos tenet & cupido: utique unum tantum sibi mitti a Deo assiduis precibus contendunt. Interim non plane de nihilo est, quod in trepidatione sua & consilii inopia ad Isaacum & ejus super aram constrictionem confugiunt. Etenim & nos Christiani laudamus illam Isaaci pietatem magnifice, & Abrahami parentis fidem ac obsequium erga Deum summis præconiis efferimus. Sed istam pietatem, hoc obsequium, intra suos terminos consistere, nec ultra porrigi necesse est, atque utut typum & umbram aliquam continent humanæ redemtionis, res ipsa tamen & veritas procul absunt, solique Messiæ convenit ut pro peccatis totius mundi piacularis fiat hostia & succedanea. Satisfecit igitur Servator noster, ut novissime hoc quoque addamus, etiam pro Judæorum peccatis, & illa sanguine suo luit, haberentque illum apud Patrem intercessorem, nisi miserrimi mortalium tanto tamque parato fructu, se privare, & æternum perire mallent. Nam, ut mors Christi hominibus actu imputetur ad justificationem, necesse est ut ille sit caput, hi illius membra. Nisi enim ea inter ipsum & hos intercedat necessitudo, non potest ejus mors apud Deum eodem loco haberi, ac si isti eam pertulissent, quod nihil aliud est quam imputari; nec potest sanctificatio a Spiritu adoptionis, aliis quam filiis, hoc est iis qui Christum per fidem receperunt, communicari. Ad hanc autem communionem inter homines & Chri-

Christum conciliandam, Deus adhibet duo remedia externa, & velut ὀχήματα, *Verbum* nimirum & *Sacramenta*. Verbum eo comparatum est, ut aurium interventu nobis ante animi oculos mortem & resurrectionem Christi veluti sistat, utque nos edoceat & certiores faciat, eas esse destinatas destructioni peccati omniumque hostium nostrorum. Sacramenta duo sunt: Vnum Lavacrum regenerationis, alterum Communio corporis ac Sanguinis Domini nostri dicitur. Est vero utrumq; medium impetrandæ remissionis peccatorum, adoptionis nostræ signaculum, communionis nostræ cum Christo pignus, & arrhabo resurrectionis corporis & fruitionis vitæ cœlestis. Sunt item respectu nostri testificatio quædam externa & publica fidei nostræ, qua nos ad fœdus Dei sancitum in Christo perpetuo servandum, tanquam adhibito jurejurando obligamus. Sed hæc externa quidem instrumenta & media conservandæ communionis nostræ cum Christo, inutilia prorsus essent, nisi internum succurreret. Illud vero situm est in *Spiritus S.* efficacia, quæ sese tam in Verbo quam in sacramentis exserit. Nam in prædicatione verbi, Spiritus mentes nostras illuminat, ut illius veritatem perspicere valeamus, & animos nostros corroborat, ut de certitudine promissionum divinarum non dubitent. Per Sacramenta impertit nobis remissionem peccatorum, conscientias nostras solatur sensu reconciliationis nostræ cum Deo, & liberationis a reatu, & indivulse cum Christo velut conglutinat: sanctificat affectus nostros, erigit nos in spem beatæ immortalitatis, excitat erga Deum pietatem, reverentiam, obsequium, perseverantiam in fœdere salutifero; erga proximum excitat sincerum & minime fucatum amorem. Catechesis pro convertendis Iudæis.

Remotus est prior scopulus immensus ὅτος κεῖται εἰς πτῶσιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, de Messiæ nostri Persona & Officio. Nunc offert se posterior æque gravis mole, & cum alterius radicibus velut cohærens, *de Librorum Novi Testamenti veritate ac autoritate*, quæ, pariter Judæis demonstranda est, si nostri fieri debent. Nam, sic ipsi sæpe mihi fassi sunt, in his se unice laborare, quare nos Messiam Deum faciamus, & cur Novi Testamenti libros, Canonicæ antiqui fœderis Scripturæ comparemus. Ista duo ergo sunt, quæ male habent viros, has difficultates eluctari non queunt, nisi manum una cum Dei ope iis porrigamus, quod nunc porro præstare conabimur. Hic vero illud, quod jam supra alicubi verbo innuimus, nullum scilicet Judæos argumentum adversus gentiles ad asserendam autoritatem Veteris Testamenti afferre posse, quod non de Novo Testamento pari aut potiori jure valeat, nunc reipsa comprobandum venit; ac eapropter Grotii in libello de Ver. Rel. Christ. p. 93. exemplo

Catechesis pro convertendis Iudæis.

emplo, rogandi ſunt Judæi, ne iniquum exiſtiment in cauſa aliena, quod in ſua æquum judicant. Proinde adſtruenda hic obiter (& poteſt ea res adverſus infelicem hujus ſeculi proventum, Atheismi cultores, utilitatem habere) autoritas quoque Veteris Teſtamenti, ut tanto melius de Novo inſtituere queamus comparationem. Enim vero, comprobat ante omnia ἀυθεντίαν Librorum Veteris Teſtamenti, quod doctrina quæ iis continetur, miraculoſe eſt revelata, & poſtquam revelata fuit, multis & variis miraculis confirmationem accepit, ut proinde eam divinitus revelatam, vel quod idem ſonat, verbum Dei dicere neceſſe ſit. Deus enim miracula nec facit, nec fieri ſinit abſque cauſa, & decuit ſapientem legis conditorem, a legibus ſuis non niſi ob cauſam, & quidem gravem, recedere. Cauſa autem hic nulla alia reddi poteſt, cur miracula facta ſint, quam ut doctrinæ per eadem redderetur teſtimonium. Fatendum autem, doctrinam Veteris Teſtamenti, per ſomnia, per viſiones, per afflatus propheticos, per angelos, per editas e cœlo, e vertice montis, e medio ignis, e nube voces, tot ſeculis, tot hominibus paulatim revelatam & confirmatam fuiſſe, ut miraculoſe id factum eſſe negare nemo poſſit. Atqui doctrina Novi Teſtamenti, per ipſummet Dei Filium, Deum patefactum in carne, e cœlo, e Patris ſinu delata in terras ac proponi cœpta, poſtea per Spiritum S. e cœlo miſſum promulgata fuit mundo, qua revelatione nullam magis miraculoſam licet effingere. Ad ejus vero confirmationem tot & tanta, & tam varia, in cœlo, in terra, in aëre in hominibus vivis & mortuis, aliiſque rebus edita ſunt miracula, nihil ut ad cumulatiſſimam confirmationem ullo modo deſit. Porro, æque Novi ac Veteris Teſtamenti miraculoſarum revelationum, & miraculorum quibus ſunt confirmatæ, teſtes extitere innumeri, omnis ſexus, omnium ætatum, ordinum, ac conditionum; imo gentes integræ, Judaica, & finitimæ. Habemus non minus nos quam Judæi, publicos veluti tabelliones & notarios, qui omnia in literas retulerunt, & quibus etiam profani Scriptores adſtipulantur. Produnt utriq; illorum ea quæ ipſi viderunt, audiverunt, manibus palparunt, ſic, ut falli nullo modo potuerint. Vtroſque adeo humanis perturbationibus vacuos, & veritatis incorruptos ſectatores fuiſſe apparet, ut ejus cauſa neque majoribus ſuis, neque fratribus, neque regibus, neque concivibus, neque ſibimetipſis parcant, palamque ſit, eos noluiſſe fallere. Sunt adhæc ea quæ utrique narrant, nonnunquam ita comparata, ut ne fallere quidem potuerint, etiamſi voluiſſent; quippe qui ab omnibus ad quos ſcribebant, & quos redarguebant, potuiſſent mendaciorum & impoſturarum maximarum nullo negotio convinci. Longum eſſet ire per ſingulos, Moſē tantum ex Veteri Teſtamento reſpiciamus. Narrat is edita in Ægypto, in mari Erythræo, in deſerto, ſpatio duorum & quadraginta circiter anno-

annorum multa & magna miracula, quæ nemo Iſraëlitarum verane eſ- ſent nec ne, ignorare poterat. Scripſit autem & mortuus eſt in eodem illo deſerto, ejusque libri non tantum pro veris, ſed & pro diviniſſimis a toto Judæorum populo conſtanter habiti ſunt, & etiamnum habentur. Non potuiſſet id a ſe univerſus ille populus impetrare, ſi quot in illis recenſentur miracula, tot mendacia contineri certiſſime ſciviſſent omnes. Neque enim eſt, ut quis dicat, conſenſiſſe illos forte in illa mendacia, gloriæ gentis cauſa. Nam, ſi hoc ita ſe habet, cur non ex illis libris ſuſtulerunt ea, quibus ſuæ genti viderunt infamiæ notas inuri? Servitutem innuo Jacobi apud Labanem, Iſraëlitarum apud Ægyptios, inceſtum Thamaris qui toti Tribui originem dedit, dolum malum & violentiam Simeonis & Levi adverſus Sichemitas, inceſtum Rubenis, conjurationem Patriarcharum adverſus innocentem fratrem Joſephum, gravia populi illius in deſerto peccata, & miraculoſe ob ea ſcelera inflictas plagas, necnon crebras populi illius objurgationes, & peccatorum quibus ſe polluerat repetitiones atque exprobrationes. Fueruntne iſta, & ſimilia, quæ paſſim occurrunt in libris Moſis, omnibus populi illius Tribubus grata, & accepta, & honorifica? Deinde, apud quos gloriam illam captaſſent? Alii apud alios? At neminem latebat veritas. Apud gentes finitimas? Sed ne has quidem latere poterant, vel plagæ miraculoſæ Ægyptiorum, vel tranſitus per mare rubrum, vel illius populi in deſerto, ubi nullus erat cibus, nullus potus, tam longa & miranda peregrinatio, interdiu nube, noctu columna ignis præeunte. Præterea, cum nihil eſſet facilius, quam ejusmodi miracula, ſi conficta fuiſſent, falſi convincere, ecquomodo ſperaſſent futurum, ut nunquam convincerentur, & non tandē in majorem gentis Iſraëliticæ converterentur ignominiam? Nihil enim eſt mendacio inconſtantius, nihil veritate fortius, præſertim multis cognita. Adde, quod Lex Moſaica erat obſervatu difficillima, & jugum grave propenſis ad vitia & idololatriam Iſraëlitis, in quos etiam aliarum gentium, quarum religiones damnabat, per accidens quidem, ſed tamen grave concitabat odium. Itaque illi haudquaquam ſe ſubjeciſſent, niſi coacti miraculis, pœnisque miraculoſis: id quod eorum hiſtoriæ ſatis declarant. Huc accedit, quod omnes, quotquot poſt Moſen Iſraëlitæ ſcripſerunt, ejus libros, ut ſanctiſſimos, ſummo conſenſu, ſine ulla dubitatione, confirmant, nihil ut unquam vel certius, vel conſtantius creditum fuerit, quam narrata ab eo miracula. Nec id modo, ſed narrant etiam hi alia miracula, Moſaicis nec minora, nec minus publica, omnibusque ſui ſeculi Iſraëlitis cognita, ut oportuerit non eos ſolum qui tempore Moſis vixerunt, ſed illorum etiam ad multa ſecula poſteros, inaudito & plane miraculoſo conſenſu, conſpiraſſe vel ad fingenda, vel ad recipienda ab aliis conficta miracula, ſcientes, prudentes,

Catecheſis pro convertendis Iudæis.

Catechesis pro convertendis Iudæis,

contra omnem conſcientiam, & citra omnem pudorem, id quod penitus ſuperat fidem. His etiam addi poteſt, quod nullus videtur hiſtoricus a mendacio & fraude alienior Moſe. Et, cui bono, tam enormiter mentitus fuiſſet? Nempe,ut ſibi apud populum ſuum conciliaret autoritatem. At,nec ſuæ gloriæ,nec ſuorum commodis eum ſtuduiſſe ſatis apparet, cum & peccata ſua, quæ diſſimulare poterat, ipſe revelarit, & regni ſacerdotiique dignitatem aliis aſſignaverit, ſua poſteritate in Levitarum plebem redacta: quæ omnia ſatis oſtendunt, nihil ei cauſæ fuiſſe cur mentiretur, & comminiſceretur miracula. Tum vero, ſi illud intendebat quod objicitur, fingenda fuiſſent miracula clam, remotis arbitris,aut certe pauciſſimis conſciis edita. Miracula enim impudenter conficta, apud gnaros veritatis, odium & execrationem potius, quam autoritatem conciliant; &, qui talia fingit, quorum falſitas non poteſt non eſſe omnibus nota, ſi ſe fidem ſperat impetraturum,mente ſana non eſt præditus. Ecce vero,potuitne Moſes fingere Mannam, quæ in urna aurea aſſervabatur, & virgam Aaronis quæ effloruerat, & tabulas lapideas quibus inſcriptus erat decalogus e medio ignis divinitus promulgatus, & arcam fœderis, & tabernaculum,& veſtesSacerdotales,& in memoriam innocui ſupra domos Iſraëlitarum tranſitus Angeli primogenitos Ægyptiorum occidentis, inſtitutam paſchatis ceremoniam & feſtum, & primogenitorum ſanctificationem & redemtionem,necnon in memoriam tam diuturnæ in deſerto commorationis inſtitutum feſtum tabernaculorum, aliaque miraculorum monumenta? Imo Manna aliquandiu poſt Moſis obitum Iſraëlitas aluit,& Serpentem æneum Rex Ezechias confregit, arcam cum tabulis fœderis & tabernaculo, Salomon in templum quod ædificavit,intulit,manſeruntque in Moſaicorum miraculorum memoriam,per ipſum Moſen inſtituti ritus plurimi. Ac ne quis eo impudentiæ deveniat,ut contra tam antiquam & conſtantem,& a nemine unquam vocatam in dubium famam, contra tot ſcriptores ſacros, profanos item, inter quos nullus in univerſum extat Moſe antiquior,contra totam adeo gentem Judaicam, quam in hujus rei teſtimonium videmus conſervatam,& per omnes gentes disſeminatam, contra denique prope totum genus humanum, neget legem Moſaicam a Moſe ſcriptam, ſed contendat diu poſt humanis rebus exemtum Moſem ab aliquo excogitatam,præter jam dicta, obſtat illa ipſa Lex Moſis, quæ, ſi chronologia accurate ad ejus usque mortem obſervetur, ſcriptam ſe teſtatur a Moſe, ab eoque traditam Sacerdotibus & Levitis & cunctis Senioribus Iſraël aſſervandam & obſervandam, ac toti populo, etiam mulieribus & pueris legendam ſeptimo quoque anno in feſto tabernaculorum,& ubi tranſiviſſent Jordanem,lapidibus magnis calce illitis, ceu factum eſt poſtea, inſcribendam. Obſtat etiam hiſtoriæ gentis

ejus

ejus ab ipsa Mosis morte continuatio; obstant genealogiæ filiorum Mosis & Aaronis, & aliorum patrum a Mose nominatorum, diligentissime conservatæ, ac prorsus necessariæ, filiis Aaronis ut Sacerdotes, filiis Mosis ut Sacerdotum ministri, cæteris, ut quinquagesimo quoq; anno ad suas a Mose & Josua distributas possessiones, unusquisque redire possent.

Catechesis pro convertendis Iudæis.

Jam ad Miracula Novi Testamenti quod attinet, si Dominus noster Jesus Christus revera non fecisset illa plurima & maxima miracula, quæ quatuor Evangelistæ, & alii Apostoli commemorant, si tertio die, uti promiserat, non resurrexisset, qui fieri poterat, ut ejus undecim Apostoli, & septuaginta Discipuli, aliique viri & mulieres, eum non modo non haberent pro impostore, sed haberent pro Messia promisso, pro Servatore, pro Deo suo, nec haberent modo, sed colerent, patique pro ejus a magno Synedrio damnati, a Romanis crucifixi, nomine, ignominiam & supplicia gauderent, nec ab eo publice prædicando ullis prohibitionibus, comminationibus, pœnis absterrerentur? Qui etiam fieri potuisset, ut tantos animos sumerent homines plebeji, pauperes, illiterati, piscatores, pauci, imbecilles, inermes, subtilitate philosophorum, eloquentia oratorum, principum benevolentia, multitudinis gratia, militum favore, verbo, quibuscunq; humanis præsidiis destituti, ut bellum omnium gentium religionibus inferre, omnium mortalium in se odia & impetus concitare impavidi auderent? Qui sperare potuerunt, se persuasuros Judæis, Græcis, Romanis &c. ut abjectis suis, quibus innutriti fuerant, religionibus, & Diis, & Sacerdotibus, hominem Judæum, pauperem, ignominiose crucifixum, ut Deum, ut salutis autorem amplecterentur, ac palam confiterentur, nullaque pro ejus nomine supplicia perpeti, nullas ignominias & calamitates subire recusarent? Qui hoc, inquam, sine miraculis vel aggredi tam fortiter & constanter, vel dare effectum tam efficaciter potuissent? Spem, inquiet aliquis Judæus, posuerunt in fraudibus & mendaciis. Sed, quomodo hoc cadat in homines animo & religione a mendacio tantopere abhorrentes, ut ne ad dissimulandam quidem ad breve tempus professionem fidei suæ ullis tormentis se adigi paterentur? Deinde, quomodo homines idiotæ talia arte fingere, & ementiri miracula valebant, ut fraus non posset deprehendi? Tum, quomodo tot homines, etiam aliquot consciis mulierculis, conspirare potuissent in tam varias fraudes, adeo conformiter & constanter, quamvis inter se locis multum disjuncti ac dissiti? Quid etiam ex ejusmodi fraudibus potuissent sive in hoc sive in futuro seculo præter supplicia sperare? Amplius, impium facinus de illis credi vetant, & dogmata pietatis ubique plenissima, & vita ipsorum nunquam ullius mali facinoris accusata, ne ab inimicissimis quidem, qui solam illis imperitiam objiciunt, quæ non

Catechesis pro convertendis Iudæis.

est nata falsimoniam parere. Quod si vel minimum quid in ipsis fuisset malæ fidei, non ipsi suas culpas æternæ memoriæ prodidissent, ut de omnium fuga in Christi periculo, de Petro ter negatore, & ejus generis complura. Præterea, non erat possibile ea miracula fingere, quæ fecisse Apostoli perhibentur; quem enim poterant latere? Die post Christi mortem circiter quinquagesimo, in festo Pentecostes, repente maximo & visibili miraculo descendit in omnes Christi Apostolos eodem loci congregatos Spiritus S. Mox omnes, (erant autem Galilæi & illiterati) incipiunt loqui variis linguis: confluit ad eos audiendos Judæorum, qui ex omnibus nationibus venerant ad festum celebrandum, ingens multitudo: omnes ad tantum miraculum obstupescunt. Concionatur Petrus, & Jesu, quem in crucem Romanorum opera egerant, resurrectionem annunciat: convertuntur eo die tria millia, constituiturque Hierosolymis fide & charitate mirabilis Ecclesia. Potuitne tam publicum miraculum esse obscurum? Ascendunt Petrus & Johannes in templum hora precationis nona, offendunt ad portam templi quæ Speciosa aut Amœna dicebatur, virum annorum plus quam quadraginta, ab utero materno claudum, petentem, ceu quotidie solebat, eleemosynas, eum prehensa manu in nomine Jesu Christi momento ita sanum reddunt, ut qui antea portabatur, non incederet modo, sed præ gaudio saltaret: fit ad eos magnus populi concursus: habet concionem Petrus: aliquot millia rursus ad Jesum convertuntur: dux templi, Sacerdotes & Sadducæi advolant, Petrum & Johannem conjiciunt in carcerem, convocatoque Synedrio interrogant: factum est omnibus Hierosolymorum incolis notum illud miraculum. Quid facilius fuit, quam prodigii istius veritatem explorare? De aliis miraculis similiter se res habet. Cæterum, Paulus, ex acerrimo hoste & persecutore Christianorum subito factus Apostolus Jesu Christi miraculo insigni, ac Evangelium miraculosa revelatione, nullius hominis interventu, edoctus, quot miracula edidit, quot hominibus Spiritum S. hoc est dona extraordinaria & miraculosa in nomine Jesu Christi contulit? quot Ecclesias fundavit? Quid in ea re ficti esse potuit? Is ad Corinthios scribens, varia Spiritus S. dona enumerat, quæ tunc fidelibus divinitus indulgebantur, ac quomodo in cœtibus ecclesiasticis cum Prophetæ, tum illi qui linguis peregrinis loquebantur, se gerere debeant, præscribit. Si nulli apud eos fuissent Prophetæ, nulli linguis variis miraculose loquentes, nulla ejusmodi miraculosa dona, quomodo ea talia & tanta apud eos absens fingere potuisset? Credidissentne uni Paulo magis, quam sibi ipsis omnibus? agebatur enim de re non olim præterita, sed etiam tunc præsenti: quare nullus fictioni locus esse poterat. Idem Paulus, ad eosdem Corinthios scribens, dicit, *signa Apostolatus sui fuisse inter eos peracta omni tolerantia*

lerantia, in miraculis, & prodigiis, & virtutibus. Hoc, si verum non fuisset, qua fronte ad eos scribere ausus fuisset? Et quomodo illi tam impudenter mentientem ferre potuissent? quomodo tam apertis mendaciis scatentes ejus Epistolas, pro divinis sine ulla dubitatione habuissent? Catechesis pro convertendis Iudæis.

Argumentum a revelatione & confirmatione doctrinæ utriusque Testamenti per miracula, excipit aliud, ab ejusdem doctrinæ conservatione & propagatione divina. Colligimus enim liquido, quod, cum doctrina utriusque Testamenti nec diabolica sit, nec humana, omnino necesse evadat, ut divina existat. Diabolicam non esse inde demonstratur, quia Diabolum ut Dei, & Christi, & hominum hostem capitalem, ut omnis mendacii, & fraudis, & erroris, & peccati, & miseriæ autorem describit, ejusque regnum quam maxime oppugnat & destruit, nulla ut concipi possit doctrina Diabolo magis contraria. Humanam non esse utriusque Testamenti doctrinam, sic probatur, quod Doctrina Humana vi humana conservatur & propagatur, non autem ita propagata & conservata fuit doctrina Veteris & Novi Testamenti, sed potius omni vi humana, qua doctrina conservari potest, destituta, & omni vi humana, qua doctrina destrui potest, oppugnata, non conservata tantum fuit, sed & latissime per omnem seculorum seriem propagata. Quomodo ergo id factum est? Si vera est, divina est. Si falsa, quare stetit tam diu invicta? Nam, ut a Veteri Testamento rursus ordiamur, unde evenit, ut sola illa exigua Judæorum gens, habuerit penes se historiam 1. Creationis mundi, atque ab ea deductam accuratam Chronologiam. 2. Generis humani, qui fuerint primi homines, quæ eorum nomina, qui status, qui filii, qui posteri, quo quisque nomine appellatus fuerit, quando, quamdiu vixerit, a quo genitus, quos liberos susceperit &c. 3. Originis omnium malorum quibus obnoxium est genus humanum. 4. Diluvii accuratissime descripti. 5. Generis humani post diluvium. 6. Originis finitimarum gentium, ac nominatim suæ, cujus enarratio ita accurata est, ut nulla unquam accuratius scripta videri possit. Cur tales originis mundi & suæ historias alia nulla gens unquam habuit, aut conservavit? Erant enim aliæ & numerosiores & vetustiores, & potentiores, & disciplinis humanis excultiores. Cur apud eas repertus est nemo, qui similem historiam scriberet, aut si scripsit aliquis, cur ejusmodi historia omnis prorsus periit, & sola hujus gentis, tot peregrinationibus, tot cladibus, tot calamitatibus, tot mutationibus concussæ historia, inde a mundi exordio, ad reditum usq; a captivitate Babylonica, integra & incolumis permansit? Dicat quis diligentius istos libros a Judæis conservatos fuisse, quam ab aliis gentibus sui. At, unde istud discrimen, nisi hinc, quia persuasissimum fuit Judæis, hos suos libros divinos esse? quam, de suis, si qui fuerunt, persuasi-

Catechesis pro convertendis Iudæis.

suasionem, aliæ gentes non habuerunt. Vnde autem tam alte infixa, tamque constans opinio, nisi ab evidentia veritatis, & divina virtute? Cur aliarum omnium gentium historiæ vetustissimæ, historia Mosis & Josue aliquot seculis sunt recentiores? Quomodo potuit religio omnibus aliis dissimillima, imo plane contraria, conservari in tam parva gente, in medio aliarum gentium sita, ab iisque sæpenumero oppressa? Cur simul ac Prophetæ in ea gente esse desierunt, desierunt etiam qui sui quisque temporis historiam scriberent? Cur cum essent inter Judæos & Prophetæ qui eos redarguebant, quosque propterea occidebant, & Pseudoprophetæ ad Regum & Sacerdotum & Populi palatum loquentes, quos propterea magno in honore habebant, illi post mortem pro veris Prophetis, hi pro falsis habiti sunt, illorum libri sunt conservati, horum libri, si qui extabant, prorsus aboliti fuere?

Ad doctrinam Novi Testamenti ut veniamus; Docet Christus circiter tres annos cum dimidio promiscuas turbas, pauper & abjectus, Judæis, & Sacerdotibus, & Scribis, & Doctoribus Legis, quorum vitia protrahebat in lucem, exosus; postea damnatur ut seductor & blasphemus a Synedrio, crucifigitur inter duos latrones a Præside Judææ Pontio Pilato in festo azymorum, ut ita toti populo Judaico, execrabilis esset, dispersi sunt ejus Discipuli omnes. Quis non putasset extinctum illum fuisse cum sua doctrina? Resurgit tamen ejus corpus tertio, & doctrina quinquagesimo post die in illa ipsa urbe, in qua damnatus & crucifixus fuerat, in altero festo non minus celebri. Quorum opera? ejus Discipulorum: atque per eos postea intra annos triginta, aut circiter, dogma istud non tantum per omnes Imperii Romani partes, sed ad Parthos quoq; & Indos pervenit. Sed quinam illi Discipuli? Præcipui eorum pauperes erant piscatores, qui ne literas quidem didicerant, nedum philosophiā aut rhetoricen: omnino iis omnibus rebus destituebantur, quibus doctrina potest persuaderi, & erat illis Judæorum, Græcorum, Romanorum, omnium gentium sustinendus impetus. Quicquid fuit in Philosophis sapientiæ, in Oratoribus eloquentiæ, in Sacerdotibus dignitatis, in Magistratibus autoritatis, in multitudine potentiæ, id universum veritatis vi, patientia invicta superandum fuit. Religiones omnium populorum, insitæ illorum medullis opiniones, quæcunque hactenus admirati fuerunt, ea universa ex ipsorum pectoribus evellenda erant, in eorumque locum doctrina introducenda, prudentiæ carnis & mundi contraria, quæque Judæis scandalum, & Græcis stultitia videbatur. Fundata est hæc doctrina in medio suorum hostium, toto mundo nequicquam resistente; & quamvis simul externis bellis a Judæis & Ethnicis, intestinis ab Hæreticis, omni ratione oppugnaretur, per medios equuleos, ignes, gladios, cruces, & exquisitissima supplicia transiit, non conservata modo, sed propagata & aucta, tandemque & Philoso-

phorum, & Oratorum, & ipsorum Imperatorum Romanorum victrix evasit. Homo Judæus, adeo pauper, ut ne quidem ubi reclinaret caput haberet, tanta cum ignominia damnatus & cruci affixus, post mortem suam, tantam gloriam & dignitatem consecutus est, ut totam mundi faciem immutaverit, & Reges, imo Imperatores Romani, post ejus nomen diu frustra oppugnatum, tandem ei dederint manus, flexisque genibus supplicaverint, gratiam & pacem ab eo submisse petentes. Neque tantum ipso initio, sed per tria ferme secula integra privatorum opera promota est hæc religio, ita ut antequam Constantinus Christianismum profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major esset. Hinc Tertullianus adversus Judæos 1. ostendit, quanto latius Christi regnum suis temporibus, id est fine Seculi Secundi, patuerit quam olim Nabuchodonosoris, & Alexandri, aut Romanorum; ac, *Christi*, inquit, *regnum ubiq; porrigitur, ubiq; creditur ab omnibus gentibus supra enumeratis*, (numeraverat autem Babylonios, Parthos, Indiam, Æthiopiam, Asiam, Germaniam, Britanniam, Mauros, Gætulos, Romanos) *colitur, ubiq; regnat, ubiq; adoratur, omnibus ubiq; tribuitur æqualiter*. Athanasius in epistola Synodica quæ apud Theodoretum est lib. 4, c. 3. Ecclesias Christianas commemorat Hispaniæ, Britanniæ, Galliæ, Italiæ, Dalmatiæ, Mysiæ, Macedoniæ, Græciæ, Africæ, Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Isauriæ, Ægypti, Libyæ, Ponti, Cappadociæ. Theodoretus l. 9. conversis gentibus annumerat Persas, Massagetas, Tibarenos, Hyrcanos, Caspios, Scythas. Hieronymus epitaphio Nepotiani Christianis annumerat Indos, Persas, Gothos, Ægyptios, Bessos, & pellitos populos: in epistola ad Lætam, Indos, Persas, Æthiopas, Armenios, Hunnos, Scythas, Getas: in Orthodoxi & Luciferani Dialogo Britannos, Gallos, Orientem, Indorum populos, Iberos, Celtiberos, Æthiopas.

Catechesis pro convertendis Judæis.

Ad has Christi victorias, non sunt æquiparandæ Muhammedanæ, quas Judæi identidem nobis objiciunt, ut exceptionem faciant. Nam, 1. Muhammedes non colitur ut Messias, ut Filius Dei, ut Judex mundi, ut Deus supra omnia benedictus: ad tantum gloriæ fastigium pervenire non potuit. 2. Humanis viribus, & armis carnalibus, & victoriis, ad doctrinam suam conservandam & propagandum usus est, hodieque ejus successores utuntur, exacto etiam a Christianis puerorum tributo: cum contra Christus, ejusque Discipuli, armis duntaxat spiritualibus usi sint ad Diabolum ipsum, & spirituales ejus exercitus debellandos, & hominum corda sibi subjicienda. 3. Muhammedes doctrinam suam ad ingenia hominum carnalium, ac potissimum militum, qui scortatione, & paradiso carnali, & bellis delectantur, accommodavit. Christi contra doctrina exigit a suis sectatoribus, ut semetipsos abnegent, ut mundo renuncient, ut spirituales & cœlestes regeneratione fiant, ut ab

injuriis

Catechesis pro convertendis Iudæis.

injuriis inferendis abstineant, ut sibi illatas & patienter ferant, & libenter condonent. 4. Fugit doctrina Muhammedana lucem, amat tenebras, non vult ad examen vocari, cæcam fidem exigit, disputationes & collationes inquirendæ veritatis causa prohibet, typographiam vetat, ignorantiam fovet, cum doctrina Christi contra, jubeat omnia examinare, quod bonum est retinere. Lux enim cum sit, odit tenebras, nec examen, cum sit aurum purissimum, refugit. Itaque in mediis etiam persecutionibus triumphat, cum Muhammedana conservari non possit, nisi ubi armis & vi humana protegitur. Nimirum Christi doctrina veritas est divina, incorruptibilis, æterna, cœlestis, satis in seipsa & Deo veritatis præsidii habens. Muhammedana est humana, carnalis, corruptibilis. Itaque humanis, & carnalibus, & corruptibilibus mediis conservatur, & defenditur.

Porro, autoritati Scripturæ utriusque fœderis testimonium quoq; præbet Sapientia, quæ in illorum doctrina se prodit plane divina. Atque hic primo urgenda sunt Vaticinia. Nam, quæ Scriptura, multa prædixit futura, uti loquuntur, contingentia, variis annotatis circumstantiis, quæ revera evenerunt, & quidem non pauca, multis, postquam prædicta fuerant seculis, eam divinam esse fateamur oportet. Quis enim possit divinare tanto ante, quæ contingenter eventura sunt, eorumque prædicere circumstantias, quæ obstent, quo minus ambiguæ, aut dubiæ videri possint prædictiones? Casu certe evenire non potuit, ut tam multa, tam distincte prædicerentur, responderentque accurate prædictionibus eventus. Conjiciunt interdum Politici conferentes tempora præterita cum præsentibus, quando similes vident causas, similia productum iri effecta; nec semper falluntur eorum conjecturæ. At Sacri Scriptores, prædicunt eventus novos, quales antea nulli fuerunt observati, nec non minutas quasdam circumstantias, quæ nulla humana aut diabolica arte tanto ante præviderí poterant. Imo, quod amplius est, prædictiones ejusmodi antequam implerentur, Sapientes hujus mundi intelligere non potuerunt. Et, cum aliis gentibus tales Politici & Sapientes non defuerint, eccur factum, ut istius farinæ libros & vaticinia, eorum nulli scripserint?

Inesse autem omnino & libris Veteris, & libris Novi Testamenti futurorum prædictiones, res ipsa declarat. Atque Vetus quidem Testamentum, quoniam multis seculis, paulatim, ut res gestæ fuerunt, a variis Prophetis conscriptum est, ideo antecedentibus libris plurimæ insunt prædictiones, quarum eventus narrantur in sequentibus. Illustres sunt inter cæteras, de terra Canaan danda Israëlitis, de cujusque Tribus portione hæreditaria, de Captivitate Babylonica & reditu ex ea, de Josia, de Cyro &c. Insunt iis præterea aliæ, quæ an evenerint, aliunde sciri non potest, quam ex historiis profanis, qualia sunt quæ haben-

habentur capitibus 7. 8. 11. Danielis, de quatuor Monarchiis, de Persarum & Medorum Regibus, de victoriis Alexandri M. de regni ejus divisione in quatuor partes, deque ejus successoribus præcipuis, Ægypti, & Syriæ Regibus, itemq; de malis quæ Populus Hebræus ab his omnibus maxime vero ab Antiocho Epiphane sit accepturus. Atque ista adeo perspicue ibi referuntur, ut Prophyrius qui historias Græcas suo adhuc tempore extantes, cum vaticiniis his contulit, aliter se expedire non potuerit, quam ut diceret, ea quæ Danieli tribuebantur, post eventum fuisse scripta: quod perinde est, quasi quis neget, quæ sub Virgilii & Horatii nomine extant, & pro Virgilianis & Horatianis habita sunt semper, ab ipsis scripta esse Augusti ævo. Non enim de isto magis unquam dubitatum inter Judæos fuit, quam de hoc apud Romanos. Insunt denique libris Veteris Testamenti prædictiones aliæ, de Christo, & Ecclesia Christiana, de vocatione gentium, de excæcatione & rejectione Judæorum &c. quæ vera fuisse Novum Testamentum, ipsaque experientia edocent. Catechesis pro convertendis Judæis.

Similiter in Novo Testamento, quamvis id eodem seculo inchoatum & absolutum fuit, tamen multa a Christo prædicta legimus, de sua morte, resurrectione, ascensione in cœlum, effusione Spiritus S. edendis ab ejus Discipulis miraculis, &c. quæ, ut ab eo prædicta fuerunt, impleta esse testantur Evangelistæ & Apostoli. Continentur eodem libro plurima alia vaticinia, quorum eventus ab historiis profanis, aut etiam ab ipsa hodierna experientia, peti debent. Cujus generis sunt prædictiones de excisione urbis Jerusalem, prædicando Evangelio in toto mundo, persecutione fidelium ab omnibus gentibus, variis doctrinis falsis, ipsoque mysterio iniquitatis Antichristo, aliisque id genus rebus plurimis: totaque Apocalypsis nihil est, nisi divina rerum futurarum adumbratio & pictura.

Sapientia librorum utriusque fœderis, hinc amplius elucet, quod cum adeo mirabilis sit eorum doctrina, tam multiplex, tam varia, tot ex partibus composita, a tot autoribus, tot seculis, & locis, secundum diversas partes, tam diverso modo conscripta, nunquam tamen vel ipsa sibi, vel ulli alii veritati, sive sensu, sive ratione compertæ, repugnare uspiam deprehenditur. Congruunt inter se omnia, & cohærent, nihil discordat, id quod veritatis argumentum solet esse certissimum. Pugnat enim falsum cum vero, nec raro etiam secum; uno admisso absurdo, consequuntur alia innumera: sed verum, nunquam vero repugnat. Adde, quod nunquam dubitant aut hæsitant sacri Autores, nunquam investigant veritatem, nunquam conjecturis utuntur, imo, ne ratiociniis quidem, nisi aliorum causa; nunquam se excusant, nunquam se in scribendo laborasse significant, nunquam curiositati hominum indulgent, nunquam ne sibi fides non habeatur metu-

Catechesis pro convertendis Iudæis.

unt, suos defectus, ubi opus est, simpliciter revelant, præter Dei gloriæ & salutis hominum studium, nullus in eis humanus deprehenditur affectus. Vbique servant decorum, seu Deum, seu homines introducant loquentes, estque conjuncta cum summa ingenuitate summa gravitas, cum simplicitate majestas, cum quadam specie negligentiæ ἀκρίβεια, cum stylo ad populi captum accommodato mira sublimitas. Insuper, tam insigniter doctrina utriusque fœderis virtutes Dei describit, hominum erga Deum & alios homines officia dictat, rationes illorum officiorum aperit, consolationes adversus omnia mala & afflictiones suggerit, ut nihil possit esse excellentius, omnisque alia doctrina infra hanc perfectionem longe subsidat. Hinc quicquid est boni in omni alia quarumcunque gentium doctrina ad religionem & mores pertinente, id in Scriptura est purum tanquam in fonte; contra, quæ in Scriptura sunt excellentissima, nullo modo alibi est reperire. Addendum his, ea concinnitate contextam esse utriusq; Testamenti Scripturam, ut Lectorem neque nimia mole obruat, neque parvitate nimia minus expleat, sed varietate maxima delectet, & quo sæpius legitur, eo vehementius placeat, quo magis intelligitur, eo magis in sui amorem & admirationem legentis animum rapiat. Nihil in ea est otiosum, nihil inutile, nullum verbum temere positum: ipsum etiam silentium, cum omittuntur, quæ non videbantur omittenda, deprehenditur sapientiam humana multo majorem redolere. Non est tamen quicquam omissum eorum, quæ omnino scire nostra interest. Tanta enim perfectio horum librorum, ut omnia dogmata & præcepta contineant, quæcunque sunt ad salutem vel necessaria, vel utilia. Atque hoc ex eo colligitur, quod nihil iis addi vel detrahi potest. Nam, si quod dogma aut præceptum addatur, id neque cohærebit cum doctrina utroque fœdere comprehensa, sed pugnabit potius, & suam peregrinitatem facile prodet, atque sic ex principiis illius doctrinæ poterit refelli. Si quod detrahatur, rursus resistet eadem hæc doctrina, nec vim hanc sibi fieri ulla ratione patietur. Non modo autem dogmata & præcepta quæ ad fidem & mores vivendi pertinent, utraque Scriptura perfecte suppeditat, sed eorum etiam & causas, & argumenta, & exempla, & usus, ita abunde, ut nil prorsus ad plenissimam perfectissimámq; doctrinam possit desiderari. Nec id modo, sed tanquam armamētarium instructissimum, exhibet copiose omnes adversus ingruentia mala consolationes, omnia arma spiritualia adversus omnis generis tentationes, & quicquid necessarium est ad omnem cavendam & refellendam hæresin, quocunque tempore esset exoritura. Vera nos proloqui ipsa docet experientia, nec potest non qui ista in animum revocat agnoscere, fuisse in Autore utriusq; Scripturæ plane divinam sapientiam.

Est

Eſt & hoc magnum argumentum doctrinam utriusq; Teſtamenti Deum autorem habere, quia tota quanta quanta eſt ad ſolius Dei gloriam tendit. Siquidem doctrina quæ hunc finem propoſitum habet, diabolica eſſe non poteſt, Diabolus enim non procurat gloriam Dei, ſed eam vel aperte, vel latenter oppugnat. Rebus quoque ipſis apparuit, ubicunque ea doctrina recepta eſt, collapſum fuiſſe dæmonum cultum, ita, ut horum vim quoque & poteſtatem Chriſti adventu infractam eſſe Porphyrius ipſe agnoverit. Credendum autem non eſt, quenquam malum ſpiritum adeo eſſe imprudentem, ut ea doceat, & quidem conſtantiſſime, ex quibus nihil honoris ſibi aut commodi, contra vero maximum detrimentum ac dedecus accedat. Sed nec humana eſſe poteſt hæc doctrina, quia homo Dei ſpiritu deſtitutus, nihil niſi humana ſectatur & curat, omniaque ſui aut ſuorum cauſa facit. Cæterum, eum eſſe utriusque Teſtamenti ſcopum quem dixi, nemo rerum peritus vocabit in dubium. Nempe huc omnia ibi tēdunt, ut depoſita omni idololatria, ſuperſtitione, falſa opinione, omni avaritia, libidine, iracundia, ambitione, tota in viribus, in operibus noſtris, in aliis quibuslibet rebus fiducia, admiremur unum Deum, in eum credamus, eum omnibus viribus amemus, ei obſequamur, eum cum ſum̄a reverentia & demiſſione animi colamus & adoremus, nos noſtraq; omnia ad ejus gloriam referamus, in eo acquieſcamus, ab eo toti pendeamus, nihil niſi ejus laudes ſpiremus, in eo omnem noſtram ſpem, omnem fiduciam collocemus; ut is ſit noſtrum perfugium in periculis, ſolamen in adverſis, gaudium in proſperis, deſiderium omni tempore. Hunc in finem hominem convincit peccatorem, ejusque ſummam & miſeriam, & turpitudinem, & infirmitatem retegit, ut contractus corde, & pudore obrutus, confugiat ad oblatam in Chriſto Jeſu miſericordiam, & Spiritus S. quo renovetur efficaciam. Ita homini & diabolo omnis humani mali, Deo ſoli omnis boni cauſa adſcribitur, & homo ſibi ita turpis & abominandus videtur, ut ſibi & cupiditatibus ſuis renunciet, & Deus contra ipſi tam bonus, & miſericors, & amabilis, imo ipſe amor ſeu charitas, & ſummum unicumque bonum appareat, ut deinceps ſibi & mundo crucifixus, uni Deo vivat, nec ab eo ulla tentatione, ulla ſpe, ullo metu, ullo dolore ſe patiatur avelli. Catecheſis pro convertendis Iudæis.

Noviſſime, Scripturæ utriusque fœderis autoritati ſuffragantur illud hominum piorum in ea aſſerenda ſtudium & contentio. Conſtat enim innumeros homines, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis conditionis, diſſitiſſimas orbis regiones incolentes, ita de veritate doctrinæ ibi comprehenſæ fuiſſe perſuaſos, ut ejus profeſſionem, parentibus, liberis, uxoribus, patriæ, domibus, ac poſſeſſionibus ſuis, imo libertati, ac vitæ ſuæ anteponere non dubitarint, invictaque patientia ipſorum carnificum ac tortorum rabiem delaſſarint & expugnaverint. Poteſt

 quidem

Catechesis pro convertendis Iudæis.

quidem forte cerebrosus cervicosusque aliquis & enormiter pertinax; tormentis non cedere; cujus tamen rei exempla rara sunt: sed, multa millia martyrum fuerunt animo humili, & miti, & mansueto, tamque φιλοστόργῳ & misericordi, ut suorum etiam tortorum miserti, pro iis Deo supplicaverint. Atque hic Christiana religio non tantum præ Pagana, sed & ipsa Judaica magnifice se effert. Græci enim Paganiq; cæteri, soliti sua in majus attollere, paucos ex omni memoria numerant, qui dogmatis causa mortem toleraverint; Gymnosophistas aliquos, Socratem, haud multo plures: sed his viris notissimis, quin aliqua inesse potuerit famæ ad posteritatem transmittendæ cupiditas, vix est ut negetur. Judæi quoque qui quondam pro veritate suæ religionis mortem oppetierunt, si cum Christianis comparentur, pauci sunt, atque horum plures in una aliqua provincia pro Christi doctrina supplicium tolerarunt, quam ulli unquam Judæi, quorum omnis patientia ejus generis, fere tantum ad Manassis & Antiochi Epiphanis tempora restringitur. At, inter Christianos, mortem ob suum dogma perpessi fuere homines de plebe plurimi, vix vicinis suis cogniti, mulieres, virgines, adolescentes, quibus nec desiderium inerat, nec spes probabilis duraturi nominis; sicut & pauci sunt, quorum nomina in Martyrologiis extant, præ numero eorum, qui eam ob causam mortem tolerarunt, & tantum in cumulum recensentur. Testantur enim illius ævi Scriptores, tam frequentia fuisse Christianorum supplicia, ut nulla fame, nulla pestilentia, nullo bello, plus hominum uno tempore fuerit absumtum. Accedit, quod levi aliqua simulatione, puta thuris granorum jactu in aram, plerique se liberare a tali pœna potuerunt. Nec vulgaria erant mortium genera, sed vivicomburia, cruces, atque id genus pœnæ, quæ sine maximo horrore legi aut cogitari non possunt: atque hæc sævitia, quæ non longis interpositis spiramentis, & his ipsis non ubique, ad Constantini ferme tempora in orbe Romano, alibi longius, duravit, adeo eos non imminuit, ut contra sanguis eorum esse semen diceretur: ita recisorum in locum plures succrescebant.

Ex dictis hactenus illud resultat, Vetus & Novum Testamentum sibi mutuam fidem facere, atque illud, hujus promissionem, prædictionem, & præfigurationem, hoc, illius complementum, & declarationem existere; quæ causa est, quod post Christum, Judæorum religio, etsi per totum orbem sparsa, nulla accepit notabilia incrementa: imo lex ipsorum magis per Christianos quam ipsos innotuit. Sic ergo evictum dedimus, quod, si Vetus Judæorum Testamentum divinum est, etiam necesse sit divinum esse Novum Testamentum Christianorum. Atque hic terminatur Catechesis nostra Judaica. Nam, si duos istos religionis Christianæ latices Judæus imbiberit, & de Messiæ

per-

persona ac officio sana persuasus sit, tum vero Librorum Novi Testamenti autoritatem agnoscat necesse est, Christo nomen det, & ex Synagoga excedat. Reliqua de quibus Christiani & Judæi inter nos controversamur, in superioribus persequuti sumus, quædam discutienda restant, ad quæ nunc porro animum accingimus.

De Rege Hiskia enunciavit verba, is qui vere &c.] Dubitet quis, an sensum verborum Lipmanni satis recte expresserim, cum potius id significari ab eo videatur, quasi ad Hiskiam attineant ipsa nomina פלא יועץ אל גבור *Admirandus, Consiliarius, Deus fortis*: atque ab hac sententia quosdam Judæorum minime alienos fuisse, in progressu constabit. Cæterum in horum censum Lipmannum quoque revocandum esse, non a me impetro ut credam, & obstat illud ונורא *& formidabilis* quod adjecit; id enim facit, ut præcedens אל גבור jam de alio quam vero Deo accipi nequeat, earumque vocum de homine usurpationem prorsus excludit. Satis enim negotii Judæis facessit ut אל גבור *Deus fortis*, ad Hiskiam accommodent, nec opus, ut qui sic animati sunt, difficultatem qua urgentur, adaugeant appositione gravioris epitheti, & talis, quod, ceu innui, omnem alium quam veri Dei conceptum segregat, usu Scripturæ Deut. 7, 21, יי אלהיך בקרבך אל גדול ונורא *Dominus Deus tuus est in medio tui, Deus magnus & formidabilis*, Item cap. 10, 17. יי אלהיכם הוא אלהי האלהים ואדני האדנים האל הגדול הגבור והנורא: *Dominus Deus vester, is est Deus deorum, & Dominus dominorum, Deus magnus, fortis & formidabilis.* Sic Nehem. 1, 5. ואמר אנא יי אלהי השמים האל הגדול והנורא: *Et dixi: Obsecro Deus cæli, Deus magne & formidabilis*, adde cap. 9, 32. &, si quæ sunt alia loca similia, quorum recordatio sine dubio Lipmannum subibat, cum vocem ונורא ad rhythmum faciendum suppleret. Adhæc in libro Nizachon Poëtaster noster aperte contendit, non aliud nomen ex pluribus quæ conjunxit Esaias, Hiskiam respicere, quam ut שר שלום *Princeps Pacis* vocetur. Ergo cum verisimile non esset, aliud soluta, ligata aliud oratione Lipmannum effutire, sic locum obscurum & concise expressum transtuli, quasi qui ex libro Nizachon lucem & supplementum accipere debeat. Cæterum, quantum ad ipsum Esaiæ dictum pertinet, ejus verum & Christianum sensum, insignemque vim quam habet ad Messiæ Divinitatem comprobandam, solide adversus Lipmanni corruptelas peculiari Dissertatione vindicavit Clarissimus Vir, & Salanæ Academiæ decus, Johannes Frischmuthus, uti extant aliæ quoque ejus in hoc genere disputationes, scriptæ eruditissime. Etsi igitur Vir Doctus cura,

De Loco Es. 9, 6. 7.

De Loco Es. 9, 6. 7. quæ Lipmanno confutando hactenus debebatur, me propemodum exsolvit, volo tamen ipse quoque aliquod operæ pretium circa hunc etiam Scripturæ classicum locum facere, & in eum intendere ingenii nervos.

Sed vero, duo nobis hic demonstranda veniunt: Vnum, nomina illa quæ in Sacro textu exprimuntur, non esse dividenda inter Deum & alium aliquem, sed ad unum eundemque pertinere. Alterum, non quadrare nomina ista in Hiskiam, aut hominem alium, neque quenquam præter Messiam iisdem signari. Nam, ad primum quod attinet, sic veteratori nostro Lipmanno, R. Salomoni, Kimchio, R. Isaaco in Chissuk Emuna, & plerisque Judæorum Interpretibus visum est, separanda esse illa Nomina, &, quæ antecedunt, de Deo, ultimum de Hiskia accipi oportere, ut sensus sit: Numen æternum, quod vere est Admirabile, Consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis, inditurum Achasi filio nomen insigne, vocaturumq; eum Principem Pacis. Hanc explicationem ut violentam ac contortam esse ostendat Frischmuthus, merito urget, *aperte repugnare usui Scripturæ ut vox* שמו nomen ejus *nuncupantis nomini præmittatur, cum semper alioqui inter nomen nuncupantis & nuncupati τὸ* שמו *medium locum occupet, & ita illud nomen, quod vocem* שמו *subsequitur, ubiq; nuncupato tribuatur, nuncupanti non item: jubetq; conferre loca* Gen. 16, 15. 21, 3. 22, 14. Ex. 2, 22. Ruth. 4, 17. 1. Sam. 1, 20. 2. Sam. 12, 25. Possunt his addi alia insuper, uti Gen. 4, 25. 5, 3. c. 29. 29, 32. 33. 34. 35. c. 30, 6. 8. 11. 13. 18. 20. 24. c. 31, 48. c. 35, 18. suntq; plura ejusmodi. Amplius objectat Vir laudatus, *cum omnium illorum attributorum par majestas sit, & illa se invicem sequantur, ut inter ultimum & penultimum nomen non major accentus quam Tiphcha reperiatur, nihil causæ esse, quamobrem ultimum nomen a prioribus Judæi ita divellant. Id enim ut faciant accentus illius officium minime postulare, quippe quod sæpenumero tam ignobile sit, ut ille otiosus nihil distinguat, sed instar reliquorum servorum saltim moneat, sententiam ad proximum incisum usq; esse continuandam.* Denique illud jure inculcat, non tantum Abenesram, sed & ipsos pridem Talmudistas in Sanhedrin c. 11, quodque exinde in Beth Israel fol. 121. col. 3. ac Jalkut part. 2. n. 237. fol. 37. col. 2. translatum sit, agnovisse, *omnia nomina pueri promissi & appellandi esse epitheta.* Etsi vero isti, puerum illum, qui tot tantisque nominibus censetur, Hiskiam interpretantur, tamen id hactenus nihil refert, & sufficit saltem de eo constare, hoc novum esse corruptelæ genus, quo inter Nomina appellationum separatio instituitur, idque priscis temporibus fuisse ignoratum, nam aperte & sine circuitione, Talmudistæ dicunt, שיש לו לחזקיה שמונה שמות *habuisse Hiskiam nomina octo*, idque assertum prolato mox præsenti, de quo disquirimus, Scripturæ loco tuentur. Et vero separa-

ſeparationem illam præpoſteram nominum, quam nunc Judæi inceptant, pudendæ abſurditatis convincunt alia quoque. Etenim cum genio linguæ, qui rerum naturalem ordinem plerunque ſervat, nec ὕστερον πρότερον ſolet committere, pugnat iſta, quam Judæi nobis obtrudunt σύνταξις, nec poteſt verbum, & poſt illud expreſſum accuſandi caſum, excipere nominativus multiplex rei diverſæ, idque cum de nomine indendo ſermo inſtituitur: ſive, quod idem eſt, non poſſunt in illa diſpoſitione præcedentis verbi cum accuſativo, varium nomen vocantis & aliud vocati juxta conſiſtere, citra ullam προσθήκην. Obſecro enim, quis Judæorum, qui ſal dicendi habet, me ferat ita loquentem: נולד בן וקרא שמו אברהם אבינו איש צדיק וישר יצחק *Natus eſt filius, & vocavit nomen ejus Abrahamus pater noſter, vir juſtus & probus, Iſaac.* Aut: נולדה בת וקראה שמו לאה בת לבן אשת יעקב אשה טובה וחסידה רכת עינים דינה *Nata eſt filia, & vocavit nomen illius Lea filia Labani, uxor Jacobi, mulier bona & pia, viſus hebetioris, Dina.* Vtique aures animumque auſcultantium offenderet, qui ſic Hebraice loqueretur, cum ne Latine quidem, in qua lingua tamen ſolutior & liberior eſt conſtruendi ratio, ſatis bene hæc ſonent. Atque tantum abeſt, iſtæ locutionis formulæ in quibus nominativus poſt verbum & accuſandi caſum cum diverſa χρέσει ſæpe iteratur, ſic tolerari queant, ut ne quidem cum nominativis duobus, hac forma & ſententia dicere liceat וקרא שמו מלך שר *& vocavit nomen ejus Rex, Princeps.* וקראה שמה המלכה שפחה *Et vocavit nomen ejus Regina, Ancilla.* Quamobrem ipſi adeo Judæi, aliis verbis id dicere volentes, quod a Propheta ſignificari perperam contendunt, non ea quæ huic ab illis tribuitur, ſed multum abſimili utuntur conſtructione, & uſum ac normam loquendi obſervant. Nam Abarbenel Prophetæ mentem his exprimit: הוא יתברך יקרא שמו של חזקיהו שר שלום *Deus benedictus vocabit nomen Hiskia Princeps Pacis.* Kimchi iſtis: הקבה שהוא פלא יועץ ואל גבור אבי עד קרא שם הילד הזה שר שלום: *Deus Benedictus, qui eſt Admirabilis, Conſiliarius, & Deus fortis, Pater æternitatis vocavit nomen pueri iſtius, Princeps Pacis.* In noſtro antiquo MS. Commentario ſuper Prophetas eſt: הבורא שהוא פלא יועץ שעצתו מופלאה מבני אדם הוא אל גבור ואבי עד קרא שמו של חזקיהו: שר שלום: *Creator, qui eſt admirabilis conſiliarius, mira enim videntur ejus conſilia hominibus, ipſe Deus fortis inſuper & pater æternitatis vocavit Hiskia nomen, Princeps Pacis.* Ecce omnes iſti, præmittunt nomen vocantis, ſubjiciunt nuncupandi verbum, cum accuſativo, & tum demum

De Loco Eſ. 9. 6. 7.

De Loco Es. 9, 6. 7.

demum ipsum nomen vocati designant: qualem constructionem si Propheta quoque adhibuisset, jam non laboraremus de illius sententia, nec unum cum Judæis commutaremus verbum. Sed, esto, nihil plane solœcum insit illi constructioni, quam Judæi adornant, nulla stribligo; docebo tamen alia quoque ratione, esse id, quod Prophetam loqui dicunt, λόγον ἀκαταλλήλως συντεταγμένον. Etenim, eccui nisi qui præjudiciis effascinatam mentem habet, verisimile apparet, Esaiam Prophetam, tam excelso sermonis apparatu de Deo sermonem exorsum esse, appellando eum *Admirabilem, Consiliarium, Deum fortem, Patrem æternitatis*, neque aliud deinde ullum ejus dictum aut factum subjecisse, quam ut puerum aliquem vocaret *Principem Pacis?* Certe, qui vel semel Sacras Literas oculis usurpavit, oportet fateatur, immane quantum hoc ab illarum loquendi consuetudine abludere; nec enim unquam Divino Nomini epitheton addi, aut pluribus Deum nominibus vocari videas, nisi apposite admodum, & cum sermonis argumentum, intensionem, exaggerationem, atque emphasin efflagitat, quod hoc loco accidere, nemo ostendet. Atqui legimus alibi quoque in Scripturis diserte, Deum aliquibus nomina vel nova imposuisse, aut vetera immutasse, & quidem inter hos talibus, qui magis apud eum erant gratiosi quam Rex Hiskias, sed ea res nude semper refertur, & sine omni grandiloqua dictione. Quare igitur ad Hiskiæ cognomen aliquod indendum Deus tanquam Admirabilis, Consiliarius, fortis, & Pater æternitatis nobis sistitur? cui bono tanta in legentium animis excitatur attentio, tantique commoventur affectus? Iterum hoc dico: Nunquam Scriptura, Divinis nominibus, si ita loqui mihi licet, prodige utitur, nec uspiam aliquod temere positum reperitur. Deprehendimus autem plura conjungi Divina nomina, vel cum Deus ipse loquens introducitur, vel cum alii de Deo. Deus ipse de sese Ex. 20, 5. 6. summa & omnem nostrum captum longissime excedente, cum magnificentia verborum ait: אנכי ייי אלהיך אל קנא פקד עון אבות על בנים על שלשים ועל רבעים לשנאי ועשה חסד לאלפים לאהבי ולשמרי מצותי: *Ego Dominus Deus tuus, fortis zelotes sum, visitans iniquitatem patrum in filios, in nepotes, & in abnepotes, in eos qui odio prosequuntur me: Exercens vero benignitatem in millesimos, qui diligunt me, & qui observant mandata mea.* Sed, ibi leges generi humano dictat, & flagitabat ratio, ut tam iram quam benignitatem & misericordiam suam, verbis efficacissimis sisteret ob oculos. Cum extra casum de se loquentis Dei, complura in Scripturis ejus congeruntur nomina, id fere tantum in precibus & eucharisticis fieri deprehendas. Vti cum Moses Ex. 34, 6. seqq. clamitat: ייי ייי אל רחום וחנון ארך אפים ורב חסד ואמת נצר חסד לאלפים נשא עון ופשע וחטאה ונקה לא ינקה פקד עון

עון אבות על בנים ועל בני בנים על שלשים ועל רבעים׃ De Loco Es. 9, 6. 7.
Domine Domine Deus, misericors & clemens, longanimis & multus benignitate ac fide: custodiens benignitatem millibus, condonans iniquitatem & defectionem & peccatum: & qui ullo pacto non absolvis sontem, visitans iniquitatem patrum in filios, & in filios filiorum, in nepotes & in abnepotes. David vero Ps. 18, 2. 3. in Dei laudes se resolvens, quam altis incedit cothurnis, quam præclara coacervat epitheta, inquiens: ארחמך ייי חזקי ייי סלעי ומצודתי ומפלטי אלי צורי אחסה בו מגני וקרן ישעי משגבי׃ *Diligam te Domine, firmitas mea. Dominus petra mea, & propugnaculum meum, & liberator meus; Deus meus, rupes mea, ad quem me recipiam; clypeus meus, & cornu salutis meæ, editus locus meus.* At talia, fervor precantium, exauditionis cupiditas, vis pietatis, summa devotio, suggerebant. Cæterum ut tale quid fieret, cũ Hiskiæ puero a Deo nomẽ impositum memoratur, & ut in hac narratione tam multa Dei afferrentur nomina, id nec rei ipsi, nec stylo Spiritus S. quatenus in Scripturis cognoscitur, erat conveniens. Nam, quod Autor libri Chissuk Emuna, post Kimchium & Abarbenelẽ censuit, ista nomina de Deo ob respectum aliquem ad Hiskiam enunciata fuisse, valde jejunum est, & confutatione propemodum indignum. Neque enim Scriptura hoc in more positum habet, ut aliquid simpliciter tanquam a Deo factum narrare instituens, multa illius nomina, & talia quæ nihil ad præsens institutum, sed ad eventus longe alios, & diu post futuros faciunt, coacervet. Incidit vero mihi obiter in mentem aliquis in Talmude locus, quem, non quasi vere ad dicta mea quid conferat, haud enim mihi probatur, sed quia aliquid conferre videri potest, adducam: atque, ut Judæi vulgo dicere solent: אם אין ראיה בדבר רמז בדבר *si non inest ratio illi dicto, inest quoddam præbens allusionem.* Sic legitur in Berachot fol. 33. b. ההוא דנחית קמיה דרי חנינא אמר האל הגדול הגבור והנורא והאדיר והעזוז והיראוי החזק והאמיץ והודאי והנכבד המתין לו עד דסיים כי סיים אמר לו סיימתינהו לכולהו שבחי דמרך למה לי כולי האי אנן הני תלת דאמרינן אי לאו נאמרינהו משה רבינו באוריתא ואתו אנשי כנסת הגדולה ותקנינהו בתפלה לא הוינן יכולין למימר להו ואת אמרת כולי האי ואולת׃ Id est: *Quidam præsente R. Chanina descendens* (ad precandum) *inquiebat: Deus magne, robuste, tremende, magnifice, fortissime, timende, valide, potentissime, manifeste, honoratissime. Hunc præstolabatur* (R. Chanina) *quoad preces peregisset, simul ac vero finem precandi fecit, ait illi: Nunquid absolvisti omnes laudes Domini tui? Quorsum mihi tot nomina? Ipsa illa tria nomina* (האל הגדול הגבור והנורא Deus magne, robuste, & tremende) *quibus utimur, nisi ea Moses Magister noster in Pentateucho ad-*

 hibuis-

De Loco Es. 9, 6. 7. *bibuisset, atq; nisi hunc sequuti Viri Synagogæ magnæ eadem precibus inseruissent, nefas nobis fuisset iisdem uti, atq; tu eo usq; proveheris.*

Accedat tertia ratio, Judæos sequioris ævi veri depravatores & Scripturæ contortores hic agere, tam manifeste evincens, ut nullus ea de re possit superesse dubitandi locus. Etenim, ita saltem fluere sensum in istis ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי עד שר שלום ut omnia nomina de uno & eodem subjecto commodissime accipi queant, necesse est quisque fateatur, neque verborum contextus, & phrasis nude ac in se, hoc est grammatice considerata, inter duos aliquos appellationes istas dividere compellit. Et vero ipsi adeo Judæi, ceu ostensum est, quondam de uno Hiskia locum interpretati sunt, illamque expositionem quidam nunc quoque admittunt. Jam, cum post illa nomina illico de aliquo sequatur, *Amplitudini illius principatus, & paci nullum futurum finem, in solio Davidis, & in regno ejus, stabiliendo illud & fulciendo illud jure & justitia, ab isto tempore in seculum usq;*: obtestor ego fidem omnium mortalium, annon si huic qui istis postremis verbis describitur, & quem talem futurum supponendum est, unum ex iis quæ præcedunt nominibus, & quidem non tam simplicis appellationis quam officii ejus demonstrandi causa tribuatur, eidem summo jure tribui debeant quoque omnia & singula? Non opinor quem repertum iri qui hoc in dubium vocet. Quamobrem cum utrumque hoc nobis fateantur Judæi, & vocatum iri, hoc est evasurum (nam de propriis & δεικτικῶς acceptis nominibus, non agi, inter utrosque nos convenit) Hiskiam *Principem Pacis*, & fateantur hoc quoque, de Hiskia accipiendum esse illud, *Amplitudini illius principatus & paci nullus erit finis, in solio Davidis, & in regno ejus stabiliendo illud & fulciendo illud jure & justitia, ab isto tempore in seculum usq;*. Ergo consequens & necesse est, ut tantisper nobis largiantur, pertinere ad Hiskiam cætera pariter nomina. Nam, quid esse obsecro quam hoc ipsum potest manifestius? Quippe si Dominator aliquis, *cujus humero adest principatus*, sive qui summo jure imperandi utitur, & αὐτοκρατορικὴν potestatem habet, amplissimo quod nactus est regno, pacem perpetuam & tranquillitatem parare, soliumque suum & in præsentia, & in omnia duratura innumerabilia secula jure ac justitia stabilire & fulcire nitatur, non sufficit eum *Principem Pacis* esse, & dare

Orbi quietem seculo pacem suo:

luxuriant enim homines in rebus secundis, & otium ac quies immoderate & intemperate vivere sæpe impellunt, multaque enormia scelera designant. *Ecce hæc*, inquit Ezechiel 16, 49. *fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, excellentia, saturitas cibi, & tranquillitas quieta fuit ipsi, & filiabus ejus.* Hoc sensu apud Juvenalem Sat. 6, legitur:

Nun

Nunc patimur longæ pacis mala : sævior armis
Luxuria incubuit, victumq; ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.

Quamobrem, qui prohibere volet, ne civium animi longa pace diffluant, felicitateque sua excidant, atque reliqua quoque quæ enumerata fuerunt magna ac immensa bona vere procurare intendit, eum necesse est, ut præter Pacis Principem, se quoque Admirabilem, Consiliarium, Deum fortem, & Patrem æternitatis palam præstet : habentque hæc nomina, & illi effectus prosperi, affinitatem & connexionem, seseque mutuo respiciunt, ut hæc sejungere velle, non veritatem amantium inceptum sit, sed amentium.

Sed enim, objiciunt tamen Rabbini & præcipue R. Isaacus in Chissuk Emuna Prophetam activum verbum וַיִּקְרָא *& vocavit*, adhibuisse, quod cum nominativum aliquem vocantis sibi deposcat, hunc merito in istis פלא יועץ אל גבור אבי עד statui. Addit Isaacus, cum hac difficultate se constrictum videret Hieronymus, cum, ceu alibi, ita hic quoque, ut erroribus Christianorum patrocinaretur, dolo malo depravasse translationem suam, & pro activo verbo passivum, *& vocabitur* substituisse, quo sic omnia nomina ad puerum posset pertrahere. Iuvat ipsa hominis verba adducere : ואם יאמר הטוען הנה אנחנו לא מצאנו בספרינו ויקרא שמו בשוא הקו״ף ובקמ״ץ הרי״ש שהוא מבנין הקל כמו שכתוב בספריהם שמורה על הפועל ויקרא בקמ״ץ הקו״ף ובצר״י הרי״ש שהוא מבנין נפעל שהוא כמו ונקרא שמו שמורה הפעול ר״ל שקי׳ שם הילד בכל אותן השמות נשיב ונאמר ידענו שכן העתיק להן המעתיק הנוצרי ירונימוס כפי מנהגו ברוב דברי הכתוב להטיב דברי הנבואה לכוונתו כדי להביא סיוע לאמונתו שהמשיח יהיה אלהי לפי שנקי׳ באלו השמות : Id est : *Quodsi dicat Adversarius : Ecce non invenimus in libris nostris verbum* ויקרא *cum Kuph Schevato, & Resch Kamezato, forma Kal, prout in vestris libris est, agendi sensu : Sed vero nos* ויקרא *legimus cum Kuph Kamezato, & Resch punctato per Zeri, ut sit forma Niphal, ac perinde se habeat, quasi scriptum fuisset* ונקרא *& ut passio significetur, hocq; velit Scriptura, Deum B. indidisse puero omnia ista nomina. Hic respondebimus, & dicemus : Scimus sic transtulisse vobis Interpretem vestrum Hieronymum, more suo, quo in multis Scripturæ locis usus est, verba Prophetarum suæ opinioni adaptando, ut sic præsidium aliquod afferret religioni suæ de Messiæ divinitate, quasi qui vocetur illis nominibus.* Equidem, quia verum

De Loco Es. 9, 6. 7. profiteri oportet, concedo hoc Judæis, dormitasse aliquando Hieronymum, sive potius quem in mente habent, veterem Latinum Interpretem, & multa aliter transtulisse, quam est in Hebraica veritate. Nempe homo erat, & ideo humani nihil ab eo alienum fuit, sed contigit ei cespitare & impingere. At, recte dicta fraude & pravo consilio in malum sensum detorquere, & ex industria Scripturæ dicta corrumpere eum voluisse, quod non imbecillitatis, sed extremi ingenii peccatum fuerit, hoc enim vero pernego, neq; contrarium unquam Judæi probaverint. Habet Vetus Latinus Interpres, vitium suum commune cum reliquis omnibus, quotquot in Orbe extant, Sacrarum Literarum translatoribus, neque ullam usquam gentium reperire est versionem, in qua non habeas quod contemnas. Cogitavi egomet mecum tacitus sæpe de hac re, & miratus sum, cum multorum librorum in alias linguas versiones extent adamussim factæ, & primigenium textum tanta similitudine referentes, ut nullum inter hunc & illas discrimē aliud intercedat, quam diversitatis linguarum, ecquare fieri non potuerit, ut a tot seculis Sacræ Scripturæ aliqua concinnaretur versio, quæ suos non proderet nævos, & ingenuitatem assidue servaret? Atque cœpi tandem totum hoc cœlesti tribuere Providentiæ, quæ non patiatur a quoquam omnibus numeris absolutam edi versionem, ut nimirum apud omnes omnino nationes, toto orbe dispersas, semper fontibus illis qui immediate ex æternæ Sapientiæ sacratissima abysso scatuerunt, præ canalibus per quos beatissimi humores aliorsum ducuntur, sua majestas & autoritas illibata conservaretur, atque ut subinde rivulos hos comites sumerent, & ad fontis latices irent, si qui verum saporem divinissimæ aquæ sincerius pergustare discuperent. Ex re Cassiodorus l. 1. Divinar. Lectio. c. 15. *Quodsi alia verba reperiuntur absurde posita, aut ex aliis Codicibus, quos B. Hieronymus in Editione Septuaginta Interpretum emendavit, vel quos ipse ex Hebræo transtulit, intrepide corrigenda sunt; aut, sicut B. Augustinus ait, recurratur ad Græcum Pandecten, qui omnem Legem divinam dignoscitur continere collectam; vel quibus possibile fuerit, Hebræam Scripturam, vel ejus Doctores requirere non detrectent. Decet enim ut unde ad nos venit salutaris Translatio, inde iterum redeat decora correctio.*

Est quidem Judæis vulgo persuasum, quod Christiani Sacrosanctos Hebraicos fontes contemnant, & infra Latinam Versionem deprimant, idque graviter vitio nobis dare solent. Nimirum in Romanæ Ecclesiæ addictis regionibus ea gens plurimum per Europam vitam agit, itaque dogmata quæ ibi vigent, inter Christianos universos recepta arbitrantur. Atque negari sane nequit, vulgo haud maximi fieri a Romanis Catholicis Hebræos fontes, imprimis postquam in Tridentino Concilio Sess. 4. fuit definitum: *Insuper eadem Sacro Sancta Synodus*

confide;

considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis Editionibus, quæ circumferuntur, Sacrorum Librorum, quænam pro authentica habenda sit innotescat; statuit & declarat, ut hæc ipsa Vetus & Vulgata Editio, quæ longo tot seculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illam rejicere, quovis prætextu audeat, vel præsumat. Sed vero, qui secessum a Pontifice fecimus Catholici Protestantes, benignius de Hebræo Codice sentimus, & ea qua par est reverentia illum prosequimur. Quin & in ipsa Romana Ecclesia, multi æquum faciunt, nec aliter sunt animati. Nam, non tantum in ipso Tridentino Concilio, prout in ejus Historia, quæ sub Petri Suavis Polani ficto nomine edita habetur, & quam a Paulo Eremita Theologo Veneto conscriptam fuisse, omnes sciunt, l. 2. legitur: *F. Aloisius Cataneus recitavit & dilaudavit Cardinalis Cajetani dictum, quo professus fuerat: Intelligere textum Latinum, non esse intelligere Verbum Dei, quod errare non potest; sed vocem Interpretis erroribus obnoxiam. Addens, ab Hieronymo verissime dictum, donum prophetandi, & libros sacrosanctos conscribendi, proficisci a Spiritu Sancto: sed eosdem libros in aliam linguam transferendi, esse humanæ peritiæ opus.* Quin & illud ipsum, quod modo adduximus, in Synodo, post longam disceptationem conceptum decretum, cordatiores Romanensium ita accipiunt, quasi fontium autoritatem nihil elevet, atque per illud, Hebraicam & Græcam veritatem, Latinæ Vulgatæ editioni etiamnum præferre liceat. Cum antehac Lutetiæ morarer, intercessit mihi notitia cum Clarissimo Doctissimoque Viro, Valeriano de Flauigny, Doctore ac Socio Sorbonico, & Sacrarum Hebraicarumque literarum Professore ibi Regio, motaque aliquando a me quæstione, quo in loco Hebræos fontes ad veterem Vulgatam versionem comparatos, ipse haberet? respondit ingenue, se & privatim & publice hoc semper vehementer testari, longe textum primigenium Scripturæ, Veteri Vulgatæ editioni esse anteferendum. Cum vero porro percontatus essem, quomodo salva reverentia Tridentinis Patribus debita, qui Veterem Vulgatam lege publica pro authentica declarassent, sic sentire posset? ajebat ipse, minime eam legem obstare, aut prohibere, quo minus ita animatus esse queat: nam, authentici vocabulum non alio sensu istic positum esse, quam quo a Jurisperitis accipi solet, quibus authentica scripta ea appellentur, quæ fidem faciunt in judiciis, & certam habent ac publicam autoritatem. Itaque monstrabat mihi Orationem quam *pro Sacro Sanctæ Editionis Hebraicæ authentica veritate Apologeticam* ediderat, in ea statim se mihi offerebant verba: *Vulgatam Editionem a Concilio Tridentino declaratam authenticam, ea, qua par est homini Catholico pietate & reverentia amplector, colo, veneror, suspicio; primariam autorita-*

De Vulgatæ Bibliorum versionis in Rom. Ecclesia autoritate.

De Vulgatæ Bibliorum versionis in Rom Ecclesia autoritate.

toritatem Sacro-Sanctis Voluminibus Hebraicis deferens. Mox fidem faciebat, idem fecisse alios quoque, Julii Rugerii Lamularum Abbatis & Secretarii Apostolici *Opusculum de libris Canonicis*, Romæ cum Superiorum permissu editum, producens, ubi scriptum: *Dicimus Tridentini Concilii Canonem cæteris quidem omnibus Latinis Vulgatam veterem Editionem anteponere, & canonicam autoritatem eidem tribuere; Græcarum autem ac Hebraicarum nullam, vel expressam, vel tacitam, mentionem facere. Ejus enim verba erant:* Sacro-Sancta Synodus considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si *ex omnibus Latinis Editionibus*, quæ circumferuntur, quænam pro authentica habenda sit, innotescat. *Non damnavit igitur, nec explosit Hebraicas & Græcas Editiones, quas omnia superiora Secula amplexa fuisse, atq; usu & testimonio commendasse certum est; sed nec eisdem Vulgatam Latinam Editionem prætulit, quam Solis Latinis omnibus anteponendam statuit; nec ipsius autoritas Ecclesiæ scripto judicio adhuc esset confirmata.* Afferebat porro Alphonsi Salmeronis, unius e decem primis Sodalibus Jesu, & qui Concilio Tridentino interfuit, *Prolegomena in Sacrosancta Evangelia*, ibi Proleg. 3. decreti Tridentini hanc legebam expositionem: *Jam secundo loco ostendamus, non ita fuisse vulgatam Hieronymi editionem approbatam, ut propterea rejecta sint intelligenda, vel Græca, vel Hebraica Volumina, quod non est difficile; Nihil enim ibi de exemplaribus, aut Græcis, aut Hebraicis agebatur; tantum inter tot Editiones Latinas, quot nostra secula parturierant, quænam ex illis præstaret, sermo erat; & rejectis reliquis Latinis, unam hanc Vulgatam reliquis tanquam veriorem, puriorem, dilucidiorem, ac suis fontibus unde est orta, magis consentientem pronunciavit.* Aliis quibusdam interjectis legebam porro: *Licebit nobis, salva Concilii Tridentini generalis autoritate, sive Græci, sive Hebraici Exemplaris lectionem variam producere, eamq; uti verum Bibliorum textum expendere & enarrare; nec tantum bonos mores per eam ædificare, verum etiam fidei dogmata comprobare & stabilire, atq; adeo ab illa sumere efficax argumentum, tanquam ex Textu Spiritus Sancti.* In Philippi Gammachæi Doctoris ac Socii Sorbonici, & in Sorbonæ Domo Theologiæ Professoris Regii, Commentar. ad 1. Part. Thomæ quæst. 1. de Sacra Doctrina, c. 12. ostendebat locum: *Notandum circa decretum Tridentinum, intelligi id debere hoc sensu, ut Vulgata Editio Latina præferatur cæteris omnibus Latinis, ut patet ex ipso decreti contextu, sic enim diserte ait:* Non parum utilitatis accessurum Ecclesiæ, si *ex omnibus Latinis editionibus*, quæ circumferuntur, quænam pro authentica habenda sit, innotescat. *Loquitur ergo tantum de Latinis, moxq; statuit authenticam*

cam esse Veterem & Vulgatam illam, quam modo diximus. Præterea Concilium nullam ibi prorsus facit mentionem Editionum Græcarum, aut Hebraicarum; ergo nec Latinam iis anteponit, quicquid dicat Gregorius de Valentia. Sic a Johanne Mariana Hispano, Societatis Jesu Presbytero, in Opusculo pro Vulgata Editione c. 21. indicabat scriptum fuisse: *Promulgata Tridentini Concilii Lege, probataq; Latina conversione, Græca & Hebraica nullo modo corruisse, cum repudiari non possint, de quibus nulla mentio facta est, sed suam illis relictam esse autoritatem, quasi autographis & divino Spiritu absq; controversia dictatis.* Et iterum: *Latina quidem probari; neq; ita tamen ut loca quædam apertius, aut etiam magis proprie verti posse negandum non sit, atq; in hoc consentire etiam eos Theologos, qui Editionis Vulgatæ defensionem suscipiunt, majori fortasse conatu, quam opus sit.*

De Vulgatæ Bibliorum versionis in Rom. Ecclesia autoritate.

Sed, ad propositum, quod deseruimus, redeuntes, vapulare jubemus R. Isaacum, quod Veterem Vulgatum Interpretem, quasi improbum Scripturæ adulteratorem traducere est ausus, quia verbum ויקרא passivo sensu is reddidit. Nam, eum a culpa absolvit, quod idem ante illum fecere LXX Interpretes, quos ipse autores sequutus est. Hi enim pro eo quod in fonte legitur ויקרא שמו reponunt: καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Accedit, quod verba passivo sensu ante Vulgatum expressit Aquila, homo Judæus, ac uti Hieron. Comment. in Es. 49, 5. eum laudat, *eruditissimus lingua Ebraicæ, & verbum e verbo exprimens.* Nam, in ejus translatione, cujus fragmenta Drusius collegit, legebatur, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Insuper Symmachus, qui e Christiano Judæus factus est, uti ex eodem Drusio discimus, interpretatus quoq; fuerat, καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Quin, apud ipsum adeo Chaldæum Paraphrasten ואתקרי שמיה habemus, passivaque significatio obtinet, ut gravissimæ calumniæ reus sit R. Jsaacus, qui id in Vulgato damnat, quod apud Chaldæum (scripsit enim secundum Judæos non sine singulari ope Divini Numinis) pro oraculo veneratur. Nimirum omnes isti Interpretes illud expresserunt, quod in textu significari arbitrabantur, neque insolens est in Hebraica lingua, ut verba tertiæ personæ activa, indefinite, & impersonaliter seu passive usurpentur, viderique possunt exempla, quæ non parca manu suppeditant, Viri optime de literis Hebraicis meriti, Glassius in Gramm. Sac. l. 3. tract. 3. can. 23. & Buxtorfius in Thes. Gramm. l. 2. c. 10. p. 430. quos non exscribimus. Quamobrem, nec argumentis, nec autoritate destituuntur ii Christianorum, qui Vulgato Interpreti hoc in casu adhærent, nec ab ejus versione dimoveri se patiuntur, atque immerito Judæi probra in eos jaciunt ac convicia. Quanquam, si ad alios, & me quoque eatur, a lubentibus nobis obtinebunt Judæi quod postulant, atque dabimus

De Loco Es. 9, 6, 7.

bimus hoc illis, fere satius esse, ut activa vis & notio, quæ in primigenio textu est, etiam in versione servetur. Hic vero, quia sermo ἐλλειπτικὸς evadere videtur, vel *Deum Patrem*, ceu aliquibus placet, vel *fidelium quemq;*, quo Buxtorfius inclinat, nomenclationis autorem facere oportebit. Cæterum, nisi generis diversitas scrupulum injiceret, dicerem ego, nihil hic supplendum esse, & omnia in textu sibi constare, eo quod denique subjicitur קנאת יי׳ צבאות תעשה זאת *Zelus Domini Exercituum facturus est istud*: Vt nimirum ipse Propheta, & ominosa nomina, & prosperos illorum eventus de quibus proxime sermo præcessit, zelo Domini Exercituum autori tribuat. Omnis igitur difficultas sublata foret e medio, & sensus aptissime commodissimeque flueret, si generis Enallage hoc loco concedatur, quo sic verbum masculinum ויקרא ad nomen sequioris sexus קנאת יי׳ quadret. Atq; reperire est hanc figuratam construendi rationem, alibi quoque in Scripturis, cjusque complura exempla collegit Cl. Buxtorfius in Thes. Gramm. l. 2. c. 10. quibus addi potest, maxime ad præsens institutum faciens locus Jerem. 4, 30. ואתי שדוד מה תעשי ubi prius verbum similiter masculini, posterius fœminini est generis, plane uti se habent ויקרא & תעשה apud Esaiam: Kimchius ad Jeremiæ locum adscripsit: י״א שהוא חסר כ״ף הדמיון ענינו ואת כשדוד ואין צורך לכל זה כי לכנסת ישראל ידבר פעם לשון נקבה פעם לשון זכר וכל אחד מהן נכון: Id est: *Sunt qui dicant, deesse hic Caph similitudinis, ut* (eo suppleto) *sensus sit*: Tu (*o congregatio Israelis*) es sicut vastatus. *Verum his minime opus est: nam cum de congregatione Israelis sermo est, nunc fœmininum, nunc masculinū genus adhibetur, atq; utrumq; bene se habet.* Nempe, quia prior constructio verba sequitur, posterior rem, & homines respicit, e quibus congregatio Israëlis constat. Eodem modo dicat quis, ויקרא ad sensum, hoc est Deum ipsum referendum esse, a quo קנאת יי׳ sive zelus ejus, nihil differt, sed תעשה generis servare analogiam. Fortasse nullum in hac conjectura periculum, quam tamen doctioribus arbitrandam relinquo. Interea loci demonstratum hactenus est a nobis firmiter, quod demonstrandum susceperamus, videlicet non admittere separationem nomina apud Esaiam expressa, sed ad unum solum attinere, fœdamque prorsus esse verborum Scripturæ cavillationem, dum recentiores Judæi separationem introducere satagunt, contra quam omnis fecit Antiquitas. Nam, illo quo nos Esaiæ dictum accipimus conjuncto sensu, accepere quoque Talmudistæ, accepere LXX Interpretes, accepit Jonathan Paraphrastes, accepit Aquila, accepit Symmachus, accepit Theodotio, accepit Vetus Vulgatus, quiescant igitur porro pessimi homunciones, & desinant maledicere, ac maledicta agnoscant sua. Confe-

Confecimus primum caput Disputationis nostræ, & devenien- De Loco
dum nunc ad alterum, quo ostenditur, non posse Hiskiæ tribui nomi- Es. 9. 6. 7.
na apud Prophetam expressa, sed ad unum attinere Messiam. Hoc vero tam solide, tamque laute jamdum præstitum est, ab Eximio Viro Mose Amyraldo, in fragmento, quod supra libro huic inseruimus, ut nihil dici possit melius, nihil eruditius. Non tamen prohibemur purpuræ illi nostram assuere laciniam. Scilicet, notandum est sedulo, id suis interpretamentis prodere Judæos recentiores, se ingratiis agnoscere, magnum quid, & humana natura sublimius spirare nomina illa, itaque omnia & singula ad Hiskiam aut alium hominem applicare verentur, sed ad Deum pleraque referunt, nunquam hoc facturi, nisi reapse deprehenderent, non posse purum putumque hominem tantis elogiis decorari. Proinde satius esse credunt, vim facere textui, & unum nomen Hiskiæ tribuendum ab hac pulcherrima catena avellere, quam eo impudentiæ progredi, ut Regem illum monili integro divinorum nominum, quod collo ejus longe est augustius, exornent. Sane non temere hoc fit, quod a Talmudistis, quorum autoritatem alioqui magnopere verentur, novi Doctores hactenus recedunt, nec aliud inde abigere eos potuit, quam vis veritatis. Cæterum, etsi Talmudistarum factum, quo omnia apud Prophetam nomina, Hiskiæ indunt, tam stultum & ineptum est, ut ejus vel ipsos Judæos nostros pudeat, possumus tamen illud quodammodo in nostram convertere utilitatem. Quippe, haud ab aliis quam iis hoc factitatum esse videtur, qui Hiskiam Messiæ officio fungi debuisse, imo vero eodem perfunctum esse, erant persuasi. Nam, hanc hercle opinionem multi animo imbiberant, atque in ipso illo Talmudis loco, ubi dicitur, ista de quibus agimus nomina ad Hiskiam pertinere, præcedit prius: ביקש הקבה לעשות חזקיה משיח וסנחריב גוג מגוג: *Voluit Deus benedictus ex Hiskia facere Messiam, & ex Sennacheribo Gog-Magogum.* Succedit post multa interjecta:
ר׳ הילל אומר אין להם משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיה:
R. Hillel dixit: Nullus obtinget amplius Judæis Messias, nam eo temporibus Hiskia pridem fruiti sunt. Hinc Josephus Albo in libro Ikkarim f. 138. a. scribit. הרי יש מחכמי הגמרי מי שהבין שכל הנבואות הבאו׳ בדברי הנביאיי על המשיח כלם נתקיימו בשעבר עד שאמרו קצתם שכבר נתקיימו כלם בימי חזקיה ומלך * יהודה אמר ר׳ הילל אין להן משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיה מלך יהודה — וכן רבותינו ז״ל מסכימים שהנבואות נאמרו על חזקיה אלא שלא נתקיימו בו אמרו בקש הקבה לעשות חזקיה משיח; Id est: *Ecce, reperias inter Talmudistas, qui*

* Fortasse leg. מלך

De Loco Es. 9, 6. 7. *qui opinantur vaticinia de Meßia a Prophetis prædicta, præterito tempore jam impleta esse omnia, ita, ut aliqui eorum dicant, pridem impleta fuisse ætate Hiskiæ Regis Judæ. Fertur enim R. Hillelis dictum: Nullus obtinget amplius Judæis Meßias, nam, eo temporibus Hiskiæ fruiti sunt. — Atq; sic Magistri nostri f. m. consentiunt, vaticinia de Hiskia prædicta, at non in illo adimpleta fuisse, unde tradunt: Volebat Deus Benedictus ex Hiskia facere Meßiam.* Ergo, secundum hanc hypothesin, tantum abest odio digni sint Talmudistæ, ut potius laudandi veniant, quod ad Hiskiam omnia nomina retulerunt. Etenim, tralatitium est illud eorundem Talmudistarum, Messiam vocatum iri Dei ipsius proprio nomine, quod recentiores quoque Rabbini haud gravatim concedunt, quam in rem locus insignis est apud jam citatum Josephum Albo in libro Ikkarim orat. 2. cap. 28. Cl. Buxtorfio in Lexico Hebraico & Chaldaico pag. 166. quoque laudatus, sed in quo vertendo lapsus est graviter, itaque, quia commodum est, hoc offendiculum, ne aliis, ceu hactenus factum, porro fraudi sit, tollamus e medio. Judæus scripsit: ויקרא הכתוב שם המשיח ײ צדקנו להיותו אמצעי אל שנשיג הצדק מהשם על ידו ועל כן יקראהו בשם השם׃ Id transtulit Buxtorfius: *Vocat Scriptura nomen Meßiæ* ײ צדקנו *Dominus Justitia nostra* (Jerem. 23,6.) *quia erit mediator Deus per cujus manum consecuturi sumus justitiam a Deo ipso, & idcirco vocat eum nomine* יהוה *τῦ* Mirum vero, verisimile evadere potuisse Viro Doctissimo, Josephum Albo, professum cæteroquin Christianæ religionis hostem, & divinitatis Messiæ in illo ipso libro Ikkarim aggressorem nefariũ, adeo incogitantem fuisse, ut ei, Messiam *mediatorem Deum* extiturum, inter scribendum excideret. Perspexit hoc Josephus Voisinius, unde in Theolog. Jud. l. 5. c. 1. eadem verba adducens, sequentem adjecit versionem: *Sic Scriptura vocat Meßiam* Deum justitiam nostram Jerem. 23,6. *quia est mediator Dei, per quem justitiam a Deo consequimur. Ideoq; vocatur nomine Dei.* Atque hæc quidem interpretatio, Judæis præ altera tolerabilior evadit, potius enim, Messiam *Dei Mediatorem*, quam *Mediatorẽ Deum* futurũ concederent; sed est tamen nec ipsa genuina, nam, si dicendum quod res est, vocabulum אל apud Josephum Albo non sane Deum significat, verum mera est particula, sive præpositio, & ea quidẽ pleonastica, nihil admodum ad sensum conferens. Isthæc phrasis, & loquendi modus, etsi apud alios Scriptores haud ita crebro invenitur, habuit tamen illum Josephus Albo quasi in deliciis, & frequentissime adhibuit, quod assertum aliquibus exemplis comprobabimus. Nempe, fol. 77. b. legas: הטבע שם תשוקתנו לאלו יותר חזקה להיותם מתיחסים יותר אל שנקנה בהם הדברים העיוניים שבהם נתלה השלמות

השלמות האנושי *Natura appetitum nostrum ad ista fortius impellit, quia hæc magis ordinata sunt, ut per ea intellectuales res parentur, ex quibus hominis perfectio dependet.* fol. 79. b. ait: הסבה הראשונה להיותה מספקת בעצמה אל שימצא בה תמיד וכו' *Cum causa prima sibi ipsi sufficiat, ut in ea jugiter reperiatur &c.* fol. 83. b. habetur: יש מי שתעלה מדרגתו אל שתהיה נבואתו בזולת אמצעי: *Reperias aliquem in eo gradu collocatum, ut prophetia ei sine mediatore obveniat.* fol. 88. a והוא קרוב אל שיוכר על ידו: *Vicinum est, ut per illud cognoscatur.* f. 99. b הכונות הראויות אל שיהיה מושגח בעולם הזה: *Cogitationes dignæ ob quas hic mundus Deo curæ sit.* Sic fol. 117. b. שכל אדם זולתם מוכן שלא יועיל כשרון המעשה אל שיכשל בזה: item fol. 119. b. שיהיו ראויים אל שתדבק אל שיגיע לאדם nec non fol. 140. b. בהם ההשגחה: Licebat plura congerere, sed ex istis satis superque de stylo Scriptoris judicare licet, nec dubium relinquitur, id voluisse proloqui illum verbis paulo ante adductis: *Vocat Scriptura nomen Messiæ* יי' צדקנו *quia futurus est Mediator, ut per ejus interventum consequamur a Deo justitiam, & ideo Dei ipsius proprio appellatur nomine.* Excusavimus Talmudistas, quod Hiskiæ Divina imposuerunt nomina, at R. Isaacus in Chissuk Emuna minime ferendus est, cum affirmare audet, nihil esse in ea re periculi, si nude & simpliciter Hiskiæ omnia imponantur nomina, cum alibi quoque in Scripturis res creatæ divinis appellationibus censeantur. Verba hominis sunt: אפילו היה כתוב בספרינו כמו שהעתיק ירונימוס היינו יכולים לומר שחזקיה נקרא באלו השמות לסבת שכתבנו או לזולתן כמו שהוכחנו למעלה הוכחה ברורה ואמיתית שכן מנהג לשוננו להזכיר שם השם בשמות בני אדם וכן בשמות דברים אחרים: Id est: *Quamvis scriptum esset in libris nostris, prout vertit Hieronymus, possemus dicere, omnibus illis nominibus vocari Hiskiam, tam ob causas dictas, quam alias. Nam, id supra manifestis verisq; rationibus evicimus, sic ferre genium linguæ nostræ, ut nominis Divini in hominibus appellandis mentio injiciatur, idemq; fieri in aliarum rerum nomenclationibus.* Et vero largimur hoc pessimo sycophantæ, prædicari quandoq; de creaturis divina nomina: verum, nunquam absolute & ἄνευ συμπλοκῆς istud fit, sed vel in compositione cum alio nomine, vel additis verbis divinam naturam detrahentibus, vel ob σχέσιν & respectum, quem res creatæ ad æternum Numen sustinent. Cæterum, longe aliter hic se res habet, & non tantum nude ac simpliciter ponuntur divina nomina, sed & cum ea emphasi, energia, ac ordine, ut intellectum humanum in admirationem rapiant. Atque hæc Amyraldus optime ostendit, nec habeo quod

De Loco Es. 9, 6, 7.

De Loco Ef. 9, 6. 7. iis adjiciam, nisi quod de nomine אל omnino urgendum videtur, vel id solum indicio esse, non de homine, sed Deo agi, quippe, ejus vocis *singularis numerus, cum absolute, sine conditione diminuente, vel alienante, & quidem substantive ac concretive usurpatur, perpetuo & ubiq; de vero & omnipotenti Deo adhibetur*, demonstrante hoc magni nominis Theologo, Abrahamo Calovio in Theol. Nat. & Revel. pag. 399. seq. Finge autem, sic ferre Scripturæ consuetudinem, ut in ea homines vere divinis elogiis absolute, & ἄνευ προσθήκης honorentur, non est tamen opinor, quisquam, qui arbitrari queat, frustra & temere hoc fieri, nec aliquid magnum habere istas appellationes in recessu. Omnes quibus sanum inest judicium, existimabunt requiri, ut sit inter Summum Numen, & hominem qui Dei nominibus gaudet, saltem aliqua, & qualem natura rerum tam diversarum admittit, comparatio ac similitudo, propter quam ista instituatur denominatio. Profecto, si quis persuasus sit, ipsummet Deum de quopiam prædicare, *adfuturum illius humero principatum, eum vocatum iri admirabilem, consiliarium, Deum fortem, patrem æternitatis, Principem pacis, non futurum amplitudini illius principatus & paci finem, stabiliturum eum in seculum usq; pace & justitia avitum solium*, nihil aliud reputabit, quam illum, de quo ista enunciantur, autoritate, potētia, sapientia, fortitudine, longævitate, imperii tranquillitate, & Reipublicæ administrandæ prudentia, tam eximium divinumq; heroa futurum, ut saltem inter mortales, neminem parem, nedum superiorem, aut habuerit unquam, aut sit habiturus. Nempe, quia nec ostendi potest, ullum alium post homines natos præter unum istum, tot tantisque præconiis fuisse decoratum. Nunc vero Hiskiam si contemplemur, nihil in eo se nobis offert hisce dignum nominibus, & nostra exspectatione. Videmus enim Regem quidem, sed, Regem exigui terrarum tractus, & maxima parte avitæ hæreditatis carentem: adhæc imbellem, pavidum, consilii sæpe inopem, ab hostibus male vexatum, morientem ante senectutis annos, & habentem calamitosissimam posteritatem. Scilicet, uti disertis Sacrarum literarum verbis, 2. Reg. 18. seqq. proditum est, imperabat Hiskias tantum Judæ & Benjaminis inter Hebræos tribubus. Anno decimo quarto regni ejus, ascendit Sennacherib Rex Assyriorum, ad universas civitates Judæ munitas, & cepit eas. Tunc misit Hiskias nuncios ad Regem Assyriorum in Lachis dicens: Peccavi, recede a me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque Rex Assyriorum Hiskiæ Regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, deditque Hiskias omne argentum, quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris Regis, quin & confregit Hiskias valvas templi Domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas Regi Assyriorum. Haud multo post, cum Sennacherib gravissima obsidione urbem Hierosolymitanam cingeret,

geret, & misso Rabsace cives ad defectionem solicitaret, scindere cœpit Hiskias vestimenta sua, & opertus sacco amare queri : Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerunt filii usque ad partum, & vires non habet parturiens. Vix liberatus erat hac calamitate, non suarum copiarum, sed Dei solius præsidio, & mox in morbum incidit lethalem, cumque vitæ finem instare animadverteret, in lamenta & preces solutus, vitæ quidem prorogationem ad annos quindecim a Deo impetravit, sed, ne vel sic ætatem ultra annos tres & quinquaginta extendit, iis enim expletis mortuus est, imperavit vero annos viginti novem. Idem, cum Regis Babyloniæ Legatis thesauros suos jactantius monstrasset, de prosapia sua hoc divinitus editum accepit vaticinium: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus : sed & filii tui, qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis. Adde, quod in Hiskiæ tempora, fatalis & decretorius Regni Israëlitici decem tribuum incidit terminus, ubi Salmanassar Assyriorum Rex, ab Hosea Israëlis Rege, qui tributum negare, & in clientelam Ægyptiacam sese transdare cœperat, irritatus, terram Israëlitidem magna vi invasit, & capta tandem post biennalem obsidionem cum Rege suo Samaria, totoque regno in potestatem redacto, omnem gentem Israëliticam in regiones Medorum, sedesque longinquas, ad asperam servitutem serviendam transtulit. Quæ infelicitas non potuit non Hiskiæ Regi, & ejus subditis, eodem cum Israëlitis sanguine cretis, & unam cum illis gentem facientibus, magnum mœrorem afferre & tristitiam. Vix aliud, præter Divini cultus restitutionem, Hiskiæ legimus illustre factum, & quod Philistæos percussit usque ad Gazam, & omnes terminos eorum, a Turre custodum usque ad civitatem munitam, quam expeditionem uti laudabilem insignemque fuisse, non diffitebimur, ita efficit tamen ea una cum reliquis quæ præmisimus, quo minus, ne de cæteris quid dicam, vel illud Principis Pacis nomen, quod solum major nunc Judæorum pars Hiskiæ vindicare nititur, ei possit competere. Quod enim autor veteris nostri Commentarii MS. in Esaiam, hinc quoque appellationis istius causam petendam judicavit שכל המלכים יביאו לו מנחה וישאלו בשלומו *Quia omnes Reges Hiskiæ munera afferebant, & de salute ejus percontabantur* : jejunum, ineptum, falsumque est, & ab unius Beroch-Baladanis exemplo, universalem infert conclusionem, puerili stultissimoq; errore, cui castigando ῥάβδῳ opus non λόγῳ. Quare, ut paucis nos absolvamus, cum divina ejusmodi, qualia apud Esaiam leguntur nomina, non Mosi, non Simsoni, non Davidi, non Salomoni, qui tamen παραδόξων ἔργων ποιηταὶ fuerant, & Rempublicam Hebræorum for-

De Loco Es. 9. 6. 7.

 titer

De Loco titer, ſapienter, & tranquilliſſime gubernarunt, uſpiam tribuantur, Eſ. 9, 6. 7. non eſt ut Hiskiæ hoc applicemus, qui, ſi comparetur ad illuſtria illa inter ſapientes, fortes, claroſque viros, portenta, hominis exilis, & non beatiſſimi præbet ſpeciem.

Atque ſic hoc quoque, quod probandum incumbebat, evicimus, ad Hiskiam nihil certe quicquam attinere illa, de quibus disquirimus, nomina. Idem hoc quia pari ratione, de omnibus ſecundum communem naturæ ordinem in hanc lucem editis hominibus pronunciare neceſſe eſt, ſua ſponte conſequitur, talem aliquem appellationes iſtas reſpicere, qui non quidem humanitate prorſus careat, ſecus enim munera illa, quæ nominibus his ſignantur, inter mortales obire, & regnum ſuum apud eos inſtituere non poſſet, ſed, qui tamen humana natura auguſtius quid poſſideat, & cum divinitate intimam habeat communionem. Is vero nemo alius, quam Meſſias eſt, & hunc palam verba reſpiciunt, idq; pridem Talmudiſtæ, & Chaldæus Jonathan, qui ipſum Meſſiæ nomen in verborum Eſaiæ paraphraſi expreſſit, agnoverunt. Pertinent huc jam quæ prolixius ſupra de natura & Officiis Meſſiæ, humanæque ſalutis œconomia, diſſertavimus, quibus oſtenditur, omnia illa, aut in Chriſti perſona reperiri, aut ab eo abunde eſſe præſtita, quæ nominibus iſtis ſignificantur. Breviter: פלא hoc eſt *Mirificus* dicitur: tum ratione perſonæ, & ob illud ὁμολογουμένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, quo divina & humana natura in una ὑποστάσει uniuntur, reſultante inde idiomatum communicatione: tum ratione officii, ſive, ob mirabilem humani generis redemtionis modum, quem naſcendo, patiendo, moriẽdo, ac reſurgendo peregit. יועץ ſive *Conſiliator* vocatur, eſt enim μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, reperitque ſalutis, quam homines amiſerant, recuperandæ & divinæ juſtitiæ ſatisfaciendi medium; quin & factus nobis eſt a Patre ſapientia, omneque conſilium & voluntatem ejus nobis revelavit. אל גבור ſive *Deus fortis* eſt Chriſtus Redemtor noſter, quippe vi ſumma & divina virtute diabolum, mortem, & peccatum hoſtes infenſiſſimos, proſtravit, atque etiamnum Eccleſiam ſuam adverſus illos validiſſime tuetur. אבי עד id eſt *Pater æternitatis* appellatur, quia abolevit mortem, & cum morte diabolum, & in lucem produxit vitam ac immortalitatem, eſtque πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ſive æternæ vitæ autor & conditor. Tandem שר שלום hoc eſt *Princeps Pacis* merito audit, quia pacis inter Deum & homines ſequeſter factus eſt, veram & ſpiritualem pacem fidelibus largitur, eoſque ad æternæ pacis habitacula perducit. Aufer igitur te hinc ſceleſte nugator, R. Iſaace, cum tuis offuciis & calumniis, dum ſic argutaris: שיקרא ישו באלו השמות בדבריהם אינו מן האפשר כי אין יקרא שמו פלא

יועץ

יועץ ויודע תלמידו סכל עצתו כאשר מסרו לאויביו ואיך יקרא אל De Loco
גבור והוא נהרג וכן איך יקרא אבי עד והוא מת קודם חצי ימיו Es. 9. 6. 7.
וכן איך יקרא שר שלום ולא היה שלום בימיו כאשר הוא עצמו
מעיד באמרו לא באתי לשום שלום בארץ כי אם חרב :

Id est: *Ut Jesus, his nominibus, quemadmodum illorum fert opinio, vocetur, prorsus est impossibile. Ecquomodo enim is* Admirabilis & Consiliarius *vocaretur, cujus consilia stultus discipulus pernoscebat, cum eum inimicis illius traderet? Quomodo* Deus fortis *vocabitur, qui fuit occisus? Quomodo dicendus* Pater æternitatis, *qui in ipso flore ætatis diem obiit suum? Sic, quomodo* Princeps Pacis *appellaretur, cujus temporibus nulla fuit pax, prout de se ipso testatur, dicens: Non veni ad concedendum orbi pacem, sed gladium?* Nempe, Jesus noster sciebat omnia, quæ essent in homine, contra, altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ ejus, nemo pernovit, atque uti in cæteris, sic in negotio passionis pro genere humano, erant plane ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· Discipulus nequam & fœdifragus, qui insidias illi machinabatur, nihil istorum perspectum habebat, locum in quo Christus, cum Hierosolymis degeret, plurimum precari consueverat, tenuit, eo se contulit, ut destinata perficeret. Huic Servator ultro obviam processit, & sciens volens capi ac ligari se passus est, interim manipulo furum & latronum, qui ad illum prehendendum advenerant, satis superque ostendens, quam parum profuturi essent, si adversus eos suis ipse viribus uti vellet, &, nisi ea fieri æquum esset, quæ divina decreta postulabant, & quæ eventura ipse diu ante & multoties prædixerat. Sacrilegum proditorem Judam mali consilii, quod longe alios, quam ipse sibi imaginatus fuerat, habuit exitus, valde pœnituit, & cum perfidiæ meritas pœnas nemo homo ab illo sumeret, ipse suis manibus supplicium illud in se statuit, quod mille testes, sexcenti judices, conscientia exigebat. Captivitatem sequuta est passio & mors Dei nostri, sed non Divinitatis, prout fieri erat necesse, ceu alibi est explicatum, voluitque vitam hanc inter mortales finire, postquam omnia quæ in orbe agenda erant, præstiterat, & suam promulgaverat doctrinam. Resurrexit autem a mortuis tertia die, & vivit in æternum, nec mors ei amplius nocebit. Consequuti sane sunt adventum ejus, ingentes animorum motus, & inimicitiæ etiam conjunctissimorum. Verum id κατὰ συμβεβηκὸς factum est: non enim poterant non diabolus, & qui huic mancipio dati sunt, Christo, illorum regnum destruere volenti, adversari, ipsiusque sequaces persequi, unde professa odia inter utrosque nata sunt. Suis interim fidelibus Christus, non eam quam mundus dare solet, fallacem, fragilem, captiosam, sed veram, solidam, æternamque pacem promeruit, dedit, reliquit.

De Iudæorum Vsuris.

Reprehendendo eos ob illam rem quæ mordet] Verum hoc vitium Judæorum est, Christianos immodicis usuris expilant, & ob eam rem pessime apud omnes audiunt, ac sæpe ultima fuerunt perpessi. Notiora hæc sunt, quam ut dici oporteat, ideoque nolo in manifestis operam inutiliter perdere, & verbosius hoc argumentum persequi. Circumfertur passim schema aliquod, a Limnæo quoque commentariis Juris Publici l. 3. c. 2. n. 41. insertum, e quo discas, ex floreno unico, si, prout Judæi Christianis fœnerari solent, quavis hebdomade oboli duo pendantur, intra annorum viginti duorum decursum provenire florenos 5671 Schillingos 16. & Hallenses tres cum dimidio: Viginti vero florenos, per totidem annorum spatium, conficere florenos 51854 Schillingos 13. & insuper Hallenses sex cum dimidio. Sed ista fortasse intra solam contemplationem consistunt, nec tam facile deducuntur in effectum. Interim eo usq; tamen Judæorum in Germania (ne de aliis regionibus nunc dicam, aut multum antiqua allegem) processit in usuris extorquendis injustitia, ut necesse fuerit publicis Imperii sanctionibus fibulam ei imponere, & iniquitatem nimiam coërcere, quales multæ extant. Pertinent huc in Reformatione Politiæ Augustana A. 1530 caput 27. in Recessu Imperii Augustano Anni 1532 caput 7. in Reformat. Politiæ Augustana Anni 1548 caput 20. in Rec. Imp. August. Anni 1551. §. 78. in Ordinat. Politiæ Francofurt. Anni 1577 c. 20. Non sunt vero eæ leges omnes ejusdem generis. Etenim Reformatio Politiæ Augustana A. 1530 penitus Judæos pecuniam fœnori collocare prohibet, atque graviter sapienterque edicit: Nachdem in etlichen Orthen im Reich Teutscher Nation/Juden/die wuchern / und nit allein auf hohe Verschreibung / Bürgen und eigne Unterpfand / sondern auch auf raubliche und diebliche Güter leyhen/ durch solchen Wucher sie das gemein / arm / nothdürftig/ unvorsichtig Volck mehr dan jemands gnug rechen kan / beschweren/jämmerlich und hoch verderben: Setzen/ordnen/ und wollen wier/daß die Juden so wuchern / von niemandt im Heiligen Reich gehauset / gehalten/oder gehandhabt werden/daß auch dieselben im Reich weder Fried noch Geleyd haben/ und ihnen an keinen Gerichten / um solche Schulden mit was Schein der Wucher bedeckt / geholffen. Damit sie aber dannoch ihre Leibesnahrung haben mögen / wer dan Juden bey ihm leyden will / der sol sie doch dermassen bey ihm behalten/ daß sie sich des Wuchers und verbottener wucherlicher Kauf enthalten/ und mit zimlicher Handthierung und Handarbeit ernehren / wie ein Obrigkeit dasselbig seinen Unterthanen und dem gemeinem Nutz zum nützlichsten und träglichsten zu sein / ansehen und ermessen würde. Hiemit alle Freyheiten / so gemeine Judenschafft dargegen hette/ oder künftiglich erlangen würde / aufhebend/ und vernichtend. *Quandoquidem in aliquibus locis Imperii Germanici, Judæi*

dæi fœneratores, non solum syngraphis, fidejussoribus & pignoribus, sed etiam rapto ac furto ablatis bonis acceptis, pecuniam mutuo dant, atq; his usuris, simplicem, miserum, egenum & imprudentem populum magis quam ut id æstimari queat, onerant, & crudeliter extremeq; perdunt: ideo sancimus, ordinamus, atq; præcipimus, ne Judæi fœneratores a quopiam in Sacro Imperio in ædes recipiantur, alantur, aut admittantur, & ne in ullis judiciis, horum debitorum causa, quoquo colore usura tegatur, juventur. Vt vero nihilo minus vitæ sustentationem habeant, ideo qui Judæis secum morandi potestatem concedere vult, is ea ratione eos tolerare debet, ut usuris & usurariis emtionibus abstineant, atq; honestis negotiis & manuum labore se sustentent, prout Magistratus subditis suis reiq; publicæ maxime utile ac profuturum censebit judicabitq;. Husce omnia privilegia Judæorum communitati in contrarium concessa, aut quæ imposterum concedi possent, irrita reddentes, & redigentes in nihilum At, ex Ordinatione Politiæ Francofurtensi, A. 1577. habent potestatem Judæi, pecunias ad fœnus dandi, modo a dolo malo & fraudibus temperent, nec usuras ultra vicesimas extendant. Hinc inter cætera cautum: Damit aller Betrug oder Vervortheilung bey ihrem (der Juden) Anleyhen vermitten bleibe/ sollen sie die Zettel ihres Anleyhens/ nicht in Jüdischer / sondern in Teutscher Sprach verfassen / mit Anmeldung / was / und wan sie den Christen fürgestreckt / oder Anleyhens gethan haben / darneben auch was ihnen zu Pfand eingesetzt / wie dasselbig allenthalben beschaffen / in ihren Zetteln eigentlich und deutlich vermelden. Es soll auch kein Christ hinfürters einem Juden seine action und Forderung gegen einen andern Christen abkauffen / noch auch der Jud seine Schuld und Anforderung/ in einigen Wegen einen Christen übergeben/ oder durch andern contract zustellen/ alles bey Verlust derselbigen.—Damit aber die Juden ihre Leibsnahrung haben mögen / so soll ihnen nicht mehr dan fünf von hundert zum Wucher zu nehmen erlaubt sein. *Vt omnis fraus atq; deceptio in Judæorum mutui datione evitetur, syngraphæ mutuationis, non Judæa sed Germanica lingua concipiendæ, cum expressa mentione, quid, & quando Christianis pecuniam crediderint, præterea schedis suis accurate distincteq; inserere debent, quid pignoris loco acceperint, quæq; ejus exactissima sit qualitas. Porro non debet quisquam Christianorum imposterum a Judæo actionem & causam quam adversus alium Christianum habet emere, nec Judæus credita & causas suas ullo modo Christiano alicui concedere, aut per alios contractus in eum transferre, sub pœna jacturæ earundem. Vt vero Judæi habeant, unde se sustentent, non conceditur iis amplius quam quinq; pro centum usuræ nomine accipere.* Miretur homo peregrinus hanc morum & institutorum apud nos in paucorum annorum intervallo immutationem. Sed illud prorsus miseratione dignum, his in frequentibus Comitiis promulgatis Imperii legibus, plane

De Judæorum Vsuris.

 contra-

De Judæorum Vsuris. contraria privilegia Judæis privatim ab Imperatoribus concedi, atque id indulgeri, ut tantum non ex sententia usuras exaggerare & fœnerari iis liceat, quæ res male affectæ Reipublicæ quodammodo est indicium. Scilicet, ab eodem Carolo V. Cæsare, autore Reformationis Politiæ Augustanæ, atque sic illius quoque constitutionis quam paulo ante exinde allegavimus, editum aliud est diploma faventissimum Judæis, in quo præter alia habetur: Und nachdem auch die Juden und Jüdin des mehrerntheils in allen Reichs anlagen / und hülffen / mit Leib / Haab und Gütern / um ein viel höhers dan die Christen belegt und angeschlagen werden / und aber darneben weder liegende Güter / noch andre statliche Handthierung / Ampter oder Handwerck / bey den Christen haben und treiben / davon sie solche Anlagen erstatten / und ihre Nahrung bekommen / ausserhalb daß sie von ihren baarschafften zu wegen bringen. So lassen wir zu und gönnen denselben Juden und Jüdin / daß sie hinwiderum in gleichnus und nach masse und Gestalt ihrer Anlagen / damit sie als wie obstehet / angehalten und belegt werden / ihre Baarschafften und Zins / un sonst zu ihrem Nutz und Nothdurfft um so viel desto höher / und etwan weiters un mehrers dan den Christen zugelassen ist anlegen und wenden / und ihnen solches gedultet werden möge. Produxit eadem hæc verba, Joh. Jac. Speidelius in Speculo var. Jur. Polit. & Hist. Obs. p. 662, aliquibus tamen immutatis, sed, qui nimis perperam diploma istud Pragæ, ante diem XXIX. Jan. A. MDLXII. editum fuisse, scripsit, nam illo tempore Carolus pridẽ in mundo superstes esse desierat, quippe quem A. MDLVIII. die XXI. Septemb. vitam cum morte commutasse constat. Nobis authenticum diplomatis exemplar Judæi Furtenses inspiciendum dederunt, e quo patuit, Spiræ, A. MDXLIV. die III. Aprilis promulgatum fuisse, exhibentes simul ejusdem confirmationem a Ferdinando III. Cæsare Anno MDCXXXVIII. in urbe Pragensi impetratam. Fideliter igitur verba hic expressimus uti ibi leguntur, pro quibus si quis forte Latina malit, addimus versionem: *Et quia Judæi ac Judææ, plurimum in Collectis Imperii & subsidiis, corporum, rerum atq; bonorum respectu, longe magis onerantur & æstimantur quam Christiani, sed vero nec bona immobilia, nec splendidas negotiationes, aut opificia inter Christianos habent, aut exercent, ex quibus Collectas solvant aut se sustentent, præter fructum quem ex pecunia colligunt. Ideo permittimus & concedimus Judæis his utriusq; sexus, ut vicissim secundum proportionem & mensuram Collectarum suarum, quibus ceu ante dictum, afficiuntur & onerantur, pecunias suas & usuras, in utilitates & necessitates suas, tanto uberius, prolixius, & amplius præ Christianis fænori collocare queant, & ut hoc iis indulgeatur.* Vix tamen est ut credam istud privilegium multum habere roboris, & Judæis, saltem cum in judicium res deducitur, omnimodam præstare securitatem. Certe Speidelio teste, in Camera Spirensi usu-

ræ Judæorum ad quincunces rediguntur, & in caussa Wolfgangi Weichardi, adversus Samuelem Judæum Steinheimensem, A. MDCXIV. die XII. Aprilis ibidem judicatum, nimias usuras, dum triginta pro centum Judæus requirebat, tanquam cum jure communi, & Imperii constitutionibus pugnantes, ad quinque pro centum minuendas esse. Nempe, negant cordatiores Jureconsulti, fas esse Principi, ut Judæis potestatem faciat, adversus subditos usuris pro libitu grassandi, hincque Andreas Gailius, cujus tanta in foro apud nos autoritas l. 2. Obs. 5. scripsit: *An autem Principes Judæos recipere, & usurarum exactionem ipsis permittere possint, vide in utramq; partem apud Jason. in l. 1. n. 54. cum sequent. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol. ubi per multas rationes, in partem negativam magis inclinat. In quam opinionem & ego descendo, cum sit pietati, & utilitati subditorum magis consentanea.* Et vero, utilitati subditorum pessime consultum esse, si Judæis fœnerari liceat, res ipsa loquitur; de pietate quod dicit, fusius ostendunt Theologi, quos inter Cl. Hornbekii ex Confutationis Judaicæ libro 7. c. 7. verba recitasse sufficiat. *Dum Judæis concedunt Christiani ipsi, durissimas illas in se exercere usuras, semet intempestive Judæis subjiciunt, & eos arrogantiores & pertinaciores faciunt in infidelitate sua, lubenter opinantes sibi dominium in Christianos ceu gentiles & extraneos competere, eosq; servorum & mancipiorum instar cogi debere, ipsis ut inserviant. Vti hoc a plurimis observatum, magnum Judæis a sua contumacia abducendis, grave semper hinc extitisse impedimentum. Tum non hoc solum, sed & Christianis ex illa non consuetudine modo cum Judæis, sed subjectione & exactione, multiplex datur occasio deficiendi. Quod etiam nimis quam multis exemplis experientia comprobavit.* Ergo bonum est Lutheri consilium, quod in libro de Judæis & eorundem mendaciis, quem in octavo tomo Jenensi reperire est, suppeditat: Daß man den jungen starcken Juden und Jüdinnen in die Hand gebe / Flegel / Axt / Karst / Spaten / Rocken / Spindel / und lasse sie ihr Brod verdienen / im Schweis der Nasen wie Adams-Kindern aufgelegt ist / Gene. 3. Dann es taug nicht daß sie uns verfluchten Gojim wolten lassen im Schweiß unsers Angesichtes arbeiten / und Sie / die heiligen Leute / woltens hinter dem Ofen / mit faulen Tagen / feisten und pampen verzähren / und drauf rühmen lästerlich / daß sie der Christen Herren weren / von unsern Schweis / sondern man müsse ihnen das faule Schelmenbein / aus dem Rucken vertreiben. *Tradantur ætate juvenioribus robustisq; Judæis, maribus & fœminis in manus, tribula, secures, rastri, palæ, coli, fusi, atq; jubeantur mereri panem in sudore nasi, quod Adami filiis irrogatum est Gen. 3. Nec enim æquum fuerit, ut nos maledictos Gojim sinant in sudore vultus nostri laborare, & ut sancti illi homines, id pone fornacem, otiosi, commessationibus & ingluvie consumant, & blaspheme jactitent, se Christianorum esse dominos, ex nostro*

De Judæorum Vsuris.

ſtro ſudore, ſed ignavum nebulonisq; os e dorſo extundi oportet. Cæterum, contra omnes lucripetas fœneratores, quales inter Chriſtianos quoque multi deprehenduntur, R. Joſe autoris ſcitum, prudens, & perelegans extat dictum in Bava Mezia fol. 71. a. nec nulla in univerſum ex veterum Hebræorum ſententiis magis mihi placet. בא וראה סמיות עיניהם של מלוי בריבית אדם קורא לחבירו רשע יורד עמו לחייו והם מביאין עדים ולבלר וקולמוס ודיו וכותבין וחותמין פלוני זה כפר באלהי ישראל : id eſt: *Adesdum, & vide ſummam cæcitatem, qua laborant oculi fœneratorum. Quod ſi quis ſocium Nebulonem vocet*, (tum injuria affectus, tantillam hanc contumeliam) *etiam cum morte conviciatoris ulciſcitur. Sed iſti* (contra, manibus pedibusque id enixiſſime, ſummaque contentione agunt, ut ſeipſos infament, nam) *afferunt teſtes, Notarium, calamos, atramentumq;, ſcribuntq; & obſignant: ὁ δεῖνα abnegat Deum Iſraëlis.*

Vſuræ cur Hebræis נשך dicantur. Vſuræ נשך dictæ a נשך] Nota hæc res eſt, atque in eo fere omnes conveniunt, quod, ut verbis Codicis noſtri MS. Ez Hechajim in Hilchot Ribbit c. 1. hoc exprimam: נקרא נשך מפני שהוא כנושך שמצער חבירו ואוכל בשרו : (*Vſura*) נשך (*a* mordendo) ita *dicatur, quia inſtar mordentis eſt, qui affligit ſocium, roditq; carnem ejus*: Eum nimirum qui pecuniam accipit. Paulo tamen aliam, imo vero contrariam etymologicam rationem, affert Bechai Com. in Pentat. f. 113. col. 4. נקרא הרבית נשך מלשון אם ישוך הנחש להורות כי כשם שארס הנחש נכנס מן הנושך אל הנשוך באבריו וגידיו כן עונש האסור נכנס בממונו של מלוה ברבית : Id eſt: *Cur Vſura* נשך *vocetur, cauſa reddi poteſt ex illo* (Eccleſ. 10, 11.) Si momorderit Serpens. *Vt ſignificetur, quemadmodum virus ſerpentis a mordente diffunditur in morſum, ejusq; membra & nervos occupat: ſic pœna violati interdicti in fœneratoris opes ſeſe ingerit.*

Veritatis encomium. Nulla eſt mendaciis firmitas.] Reſpicit hoc dictum ad illud, quod eſt in Schabbat fol. 104. a. שין שקר תיו אמת מט שקר מקרבא מיליה אמרת מרחקא מיליה שיקרא שכיח קושטא לא שכיח ומט שיקרא אחדא כרעיה קאי ואמת מלבן לבוניה קושטא קאי שיקרא לא קאי : Id eſt: *Litera Schin, vocis* שקר quæ Mendacium, *& litera Tau, vocis* אמת *quæ* veritatem *ſignificat*, nota eſt. Sed vero, *quare elementa vocis* שקר *vicina admodum ſunt*, (Schin enim, Kuph, & Reſch e quibus conſtat, contiguæ ſunt literæ:) *& quare elementa vocis* אמת *valde remota ſunt a ſe invicem? Nimirum, Mendacium ubiq; reperire eſt, Veritatem vix invenias*, (& procul abeſt a mortalium cœtibus.) *Porro, quare*

re (elementa vocis) שקר *cruri seu basi unica tantum innituntur*, (quippe literæ Schin, Kuph, Resch, simplices sunt, nec habent ductus geminatos, elementa autem vocis) אמת (geminis cruribus insistunt, eamq; formam habent & firmitudinem) *quæ laterculorum esse solet* (dum alii aliis superponuntur?) *Videlicet, Veritas consistit, Mendacium non consistit.* Pertinet ad Veritatis laudem quod R. Saadias ad Danielis c. 10, 1. annotavit: מכאן שאין הקב״ה עושה דבר עד שנמלך בפמליא של מעלה ואז חותם בחותמו שהוא אמת אל״ף ראש אל״ף בי״ת מ״ם מחציתה ת״ו סופה הרי אמת; idest: *Discas hinc Deum Benedictum nihil facere, nisi quod prius cum familia cœlesti deliberavit, atq; tum postea obsignat illud Sigillo suo, cui vox* אמת *insculpta. Aleph principium occupat Alphabeti, Mem medium illius, Tau autem finem, & hinc vox* אמת *componitur.*

Mementote Legis Mosis servi mei] Vtinam morem gererent huic præcepto Judæi, & Mosis dicta vere ad animum revocarent, nam, sic bene cum iis ageretur, & agnoscerent utique magnum illum Prophetam, qui secundum Mosis prædictionem in hunc Orbem adventavit, ejusque fidei & misericordiæ se committerent. Sed, uti alia Scripturæ loca, ita hunc Malachiæ quoque, corruptelis suis depravant, & eum adversus nos torquent. Vnde Kimchi ad illum commentatur: זכרו תורת משה עבדי אמר עד שלא יבא יום המשפט זכרו בכל דור ודור תורת משה עבדי לעשות ככל הכתוב בה: אשר צויתי אותו בחורב כמו שצויתיו בחורב לא כדברי האומרים כי לזמן נתנה כמשמעה ובא המפרש ופירשה רוחנית וזה הפסוק תשובה להם: Id est: (Verba Prophetæ sunt:) Mementote legis Mosis servi mei: (quibus id dicit:) *Quoad nondum venerit dies judicii* (extremi,) *omnibus seculis mementote legis Mosis servi mei, ut observetis omnia quæ in ea descripta.* (Pergit Propheta:) Quam ei præcepi in Horeb. (Quod idem est, ac si diceret:) *Quemadmodum ei præceperam in Horeb. Non prout aliqui* (Christianos puta,) *dicunt, ad certum tempus tantum in literali sensu fuisse præceptam, & venisse postea interpretem, qui eam spiritualiter explicaverit. Atq; hic locus præbet adversus illos responsionem.* Concinit huic Menasse Conciliat. Levit. ad c. 23, 31. inquiens: *Prophetarum ultimus Malachias 3, 22. his verbis vaticinia sua clausit: Recordamini Legis Mosis servi mei, cui præcepi in Chorebo, ad totum Israëlem statuta & jura. Quo loco de judicio extremo agens, suadet Israëlitis, ut Legem Mosis observent, donec ille dies veniat; sed prius venturum Eliam, qui corda patrum in filios, filiorum in Patres convertat, ut omnes perfecto corde ad Dominum revertantur. Atq; hinc probatur Legem æternam esse.* Enim vero, si uspiam, hic

De Loco Malach. 4. 4.

De Loco Malach. 4, 4. am, hic certe iſtorum hominum malitiam & cauſam deſperatam, manifeſto compertam atque deprehenſam tenemus. Scilicet, cum facile animadvertant, nimium officere ſibi dictum Malachiæ, ſi concedatur, prædici eodem, Eliam ante Meſſiæ adventum præcurſorem & emiſſarium futurum, cum ſic veriſimile evadat, ceſſaturam Meſſiæ temporibus legem ceremonialem Moſaicam: itaque ſummis conſtricti difficultatibus, huc denique confugiunt, ut divinis monumentis contraria, novaque prorſus, & prioribus ſeculis inaudita ſententia contendant, Eliam minime Meſſiæ anteambulonem eſſe, ſed non niſi cum huic orbi fatalis & decretorius ſupremi judicii dies imminet, rurſus mortalibus affulſurum. Atqui, ego credebam, nihil in univerſum apud Judæos eſſe certius, quam, cum in Sanhedrin fol. 97. a. quaſi ab ipſomet Elia proditum explicate legatur: ששת אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח : Id eſt: *Sex millenariorum ætate definitur orbis: Bis mille annos eum occupabit inanitas: bis mille annos durabit lex: ad bis mille annos extendent ſe dies Meſſiæ*: Ante illos Meſſiæ dies adventurum prius Eliam, ut res in orbe præparet, homines ad excipiendum Meſſiam diſponat, & mille dubia, quæ nulli Sapientes ſolvere potuerunt, explicet. Nam, ſic vulgo exponitur illud תיקו quod in Talmude crebro ſe offert, literæque in hæc reſolvuntur verba integra: תשבי יתרץ קשיות ובעיות *Thesbites ſolvet objectiones & quæſtiones*. Et vero, cum circa ſupremam mundi horam, parum prodeſſe queat, ſi tum primum intricatiſſimæ quæſtiones quæ ad vitam inter mortales agendam attinent, expediantur, quippe quæ nulla amplius futura; proinde neceſſe eſt, ſi quid boni afferre debet illius inſtitutio, ut longis ante ſeculi finem præmittatur temporibus, & ut cum Meſſiæ adventu conjungatur, plane uti eventurum credidit antiquitas. Nam, quomodo ea animata fuerit, patet principio ex novi fœderis libris, atque autor libri Chiſſuk Emuna cum ex Joh. 1, 21. retuliſſet, quæſitum fuiſſe Johannem a Sacerdotibus ac Levitis, nunquid eſſet ipſe Elias? bona fide profitetur: היה דבר ידוע באומות ישראל שלא יגלה המשיח אלא אחר בא אליהו הנביא כמבואר מהפסוק הזה *Fuit res nota in gente Judaica, non affuturum Meſſiam niſi poſt adventum Eliæ Prophetæ, prout ex hoc loco pateſcit*: quod idem mox prolato inſuper Loco Matthæi 17, 10. confirmat. Tryphon Juſtino ait: Πάντες ἡμεῖς τὸν χριστὸν ἄνθρωπον προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, καὶ τὸν Ἠλίαν χρίσαι αὐτὸν ἐλθόντα· i. e. *Omnes nos Meſſiam hominem ex hominibus naſciturum, & qui illum inungat, Eliam venturum præſtolamur*. Ne autẽ Judæus aliquis nos cavilletur, atq; effugium in eo quærat, duplicem fore Eliæ adventum, unum ante Meſſiæ tempora, alterum ante judicii diem,

perti-

pertinere vero Malachiæ locum, cum legis positivæ Mosaicæ duratione, ad posteriorē, eo quod & in fine Mischnæ Sota dicatur: יראת חטא מביאה לידי חסידות וחסידות מביאה לידי רוח הקדש ורוח הקדש מביאה לידי תחיית המתים ותחיית המתים בא על ידי אליהו זכור לטוב: *Timor sceleris deducit ad Pietatem, Pietas, causa est* (gratiæ) *Spiritus Sancti; Spiritus Sanctus impertitur resurrectionem mortuorum; Resurrectio mortuorum obtinget interventu Eliæ, cujus memoria sacra esto & sancta.* Ideo jam amplius ex Talmude ostendemus, a veteribus locum Malachiæ de Eliæ ante Messiam adventu fuisse acceptum. In Schab. fol. 118. a. legitur: De Loco Malach. 4, 4,

אמר רש״ בן פזי אמר ר״ל בר קבראא כל המקיים שלש סעודות בשבת ניצול משלש פורעניות מחבלי של משיח ומדינה של גיהנם וממלחמת גוג ומגוג מבחלו של משיח הכא יום וכתיב התם הנה אנכי שולח להם את אליהו הנביא לפני בוא יום וגו׳:

i. e. *Dixit R. Simeon Passiades nomine R. Levi filii Kaphræ: Quisquis tria convivia sabbato quoquo instituenda, sedulo celebrat, eripietur a tribus calamitatibus: Scilicet, ab angustiis Messiæ, a judicio inferni, & a bello Gogitico & Magogitico. Primum probatur, quia Ex. 16, 25. ubi de Sabbatico convivio sermo est, vox* יום dies *adhibetur: & Malachiæ 4, 6, dicitur quoq;*: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat היום dies. Est alius locus in Erubin fol. 43. a. paulo difficilior, quem per occasionem explicabo integrum. תא שמע הני שב שמעתא

דאיתמרן בצפרא בשבתא קמיי דרב חסדא בסורא בהדי פניא בשבתא קמירת דרבא בפומבדיתה מאן אמרינהו לאו אליהו אמרינהו אלמא אין תחומין למעלה מעשרה לא דלמא יוסף שידא אמרינהו תא שמע הריני נוזר ביום שבן דוד בא מותר לשתות יין בשבתות ובימים טובים ואסור לשתות יין כל ימות החול אי אמרת בשלמא יש תחומין היינו דשבתורת וימים טובים מותר אלא אי אמרת אין תחומין בשבתורת ובימים טובים אמאי מותר שאני התם דאמר קרא הנה אנכי שולח לכם את אליהו, הנביא וגו׳ והא לא אתא אליהו מאיתמ׳ אי הכי בחול כל יומא ויומא נמי לישתרי דהא לא אתיא אליהו מאתמול אלא אמרינן לבית דין הגדו׳ אתא הכי נמי לימא לבית דין הגדול אתא כבר מובטח להן לישראל שאין אליהו בא לא בערבי שבתות ולא בערבי ימים טובים מפני הטורח קא סלקא דעתך מדאליהו לא אתא משיח נמי לא אתי במעלי שבתי לשתרי אליהו לא אתי משיח אתי דכיון דאתי משיחא הכל עברין

De Loco Malach. 4. 4. : עבדין הן לישראל Id est: *Veni, audi: Septem illa problemata, quæ explicata fuere matutinis Sabbati horis R. Chasdæ in urbe Sura, & vespertinis ejusdem diei horis Rabæ in urbe Pumbedita*, (locis admodum distantibus,) *ecquis ea edocuit? annon Elias illa edocuit? Nunquid igitur dicendum ultra decem a terra ulnas nullam haberi rationem termini sabbatici* (& licuisse sic Eliæ in supernis plagis ' to die ab una urbe proficisci ad alteram?) *Aut, an Josephus genioru. præfectus*, (cui nulla Sabbati cura,) *illa edocuit? Veni, audi*: (ex sequentibus constabit, quid de ea re judicandum sit. Sic a majoribus traditum habemus; quod si quis dicat:) *Ecce me Naziraatui devoveo in illo die quo filius Davidis* (Messias noster) *adventat*, (atque illa luce a vino prorsus abstinebo,) *huic licet Sabbati festisq; diebus vino frui, sed, in profestis quibusq; diebus illud bibere prohibetur. Quod si hic dicas: Bene ista se habent, si quidem servetur* (in æthereis plagis) *ratio termini Sabbatici*, (tunc enim cum Messiæ egredi, & e cœlo in imas terras tanto intervallo sejunctas, descendere non liceat, certum igitur, non venturum eum die Sabbati,) *atq; ideo* (isti qui votum fecit) *fas est Sabbato & festis diebus* (vinum potare.) *Quod si vero percontêris*: (Quid, si altera sententia verior est,) *& nulla habetur supra nos ratio termini Sabbatici, quare tum huic sabbato & festis diebus vinum bibere conceditur? Nimirum hic diversum quid obtinet: Ait enim Scriptura*: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam &c. (unde colligitur pridie adventus Messiæ adfuturum Eliam;) *cum vero is heri* (feria sexta) *non adventarit*, (licet hodie feria septima ei qui votum fecit, vinum potare. At excipies, dicesq;:) *Si hæc ita sunt fas ei esto quocunq; profesto die* (vinũ similiter bibere,) *eo quod pridie Elias nondum adventavit.* (Enim vero, male sic colligis.) *Nam nos pro certo habemus*, (Eliam) *cum affuturus est, Synedrium magnum Hierosolymitanum aditurum*, (potuit igitur pridie venisse Elias, & adiisse Synedrium, ita, ut de illius adventu aliis nondum constet, unde nefas est ei qui votum fecit, profestis diebus vinum bibere. Sed instabis porro: Si ista sic se habent, etiam sabbato festisque diebus a vino abstineto,) *nam dicere licebit: fortasse* (heri feria sexta) *adiit Synedrium* (Elias, proinde venturus est hodie feria septima Messias, ut sic vinum ei qui votum fecit, bibere nefas sit. Neutiquam vero & ista valet collectio:) *Nam certum Judæis, non adventurum Eliam in sabbati aut festorũ dierum parascevis, ob occupationes* (Judæorum, quibus ad celebrandum festum diem sese præparant, proinde relinquitur, licere ei qui Naziræatus votum fecit, festo die vinum haurire.) *Quod si vero opineris: Quia Elias* (feria sexta & in parasceve festi diei ob causam indicatam) *non adventat, nec Messias* (die aliquo ejusmodi) *adventabit, atq; sic nihil obstare quo minus is qui votum fecit, feriis sextis* (& in parascevis dierum festorum) *vino frui queat*: (cave sis hoc ita credas:) *Quippe Elias quidem illis, quibus dictum, diebus non adven-*

adventat, ſed Meſſias iisdem venire non prohibetur, (nec enim hic objicere licet, Judæos in adornandis rebus ad celebrationem fe- De Loco Ma-
ſti diei pertinentibus eſſe occupatiſſimos, ut parcendum illis ſit,) lach. 4. 4
nam, ſimul ac Meſſias adventat, omnes (reliquæ gentes actutum) *Judæis ſervient*, (& negotia illorum curabunt, licebit igitur Judæis otioſis eſſe, & Meſſiam adventantem etiam in feſtorum paraſcevis obviis manibus excipere.) Talmudiſtarum teſtimoniis addendum, quod legitur in Pirke R. Elieſeris cap. 43. רבי יהודה
אומר אם אין ישראל עושין תשובה אינן נגאלין ואין ישראל עושין
תשובה אלא מתוך הצער ומתוך הדחק ומתוך הטלטול ומתוך שאין
להם מחיה ואין ישראל עושין תשובה גדולה עד שיבא אליהו
זכור לטוב שנ' הנה אנכי שולח לכם את אליה הנביא לפני בא
יום יי' הגדול והנורא והשיב לב אבות על בנים ולב בנים על
אבותם בא"י הרוצה בתשובה: Guilielmus Henricus Vorſtius vertit: *R. Juda inquit: Si Iſraëlitæ non egiſſent reſipiſcentiam, non fuiſſent liberati* (*ex Ægypto.*) *Non egerunt Iſraëlitæ converſionem niſi in afflictione, expulſione atq; exilio, & cum non haberent, qui illos vivificaret. Non facturi ſunt Iſraëlitæ magnam reſipiſcentiam donec venerit Elias.* Memento in bonum, ſicuti dicitur: Ecce mitto vobis Eliam Prophetam, antequam venerit dies Domini magnus & tremendus. Vt convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. *In terra Iſraëlis delectatur reſipiſcentia.* Sed, hæc verſio, etſi in re perſpicua, multimodis laborat, nec poteſt tolerari, quare aliam ſubſtituimus: *R. Judas ait: Quod ſi Judæi pœnitentiam non agant, non liberabuntur* (ex ſua captivitate.) *Non faciunt vero Judæi pœnitentiam aliter, quam calamitatibus, anguſtiis, deportationibus, & penuria victus compulſi. Neq; facturi ſunt Judæi inſignem* (ſolidamque) *pœnitentiam, prius Elias quam adventat, cujus memoria ſacra eſto & benedicta. Nam, ſic ſcriptum eſt:* Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & tremendus; ut convertat cor patrum ad filios; & cor filiorum ad patres. *Benedictum ſit ſupremum Numen, quod pœnitentiam expetit.* Inſuper nec recentiores Judæi omnes ita inſaniunt, ut Malachiæ verba, de Eliæ ante reſurrectionem mortuorum adventu accipiant. Nam Abarbenel in Commentario ad ea, quamvis & ipſe eundem erret errorem, ſcribit tamen: כבר חשב הראב"ע שאליהו
יבא בקבוץ הגליות כשר צבא יי' וכדרך שבא משה בגאולת מצרים
לא לענין התחייה וגם זה מדברי חכמים ז"ל הוא: Id eſt: *Jampridem opinatus eſt R. Abeneſra, Eliam adfuturum circa tempus colle-*

ctionis dispersorum Judaeorum tanquam Ducem exercitus Dei, qualis Moses advenerat, in liberatione ex servitute Ægyptiaca, minime vero venturum ob resurrectionem mortuorum; quod idem ex dictis Sapientum nostrorum s. m. elucescit. Elias in Thisbi verbis postremis ait: אם כן היה אליהו בזמן ההוא יהי רצון שכן יהיה עמנו בזמן הזה ויקוים בנו הפסוק הנני אנכי שולח לכם את אליה כה תפלת המחבר אליה: Id est: *Quæ si ita sunt, consequitur Eliam jamdum vixisse tempore illo* (quo Judices Israelitis imperitabant.) *Ita fiat, ut sic pariter nobiscum sit hoc tempore, & ut in nobis stabiliatur dictum*: Ecce ego mitto vobis Eliam. *Sic precatur autor Elias.*

Legum Mosaicarum discrimen.

Sic igitur nemini dubium esse potest, meram stultitiam illos Judæorum prodere, qui Malachiæ dictum ad tempora resurrectionis mortuorum extendunt. Juvabit tamen adhuc amplius quædã de ipsa re, in qua controversiæ cardo vertitur, addere, & Legis Mosaicæ perseverantiam, in examen vocare. Non sunt vero leges quas Dei jussu Moses promulgavit, omnes ejusdem generis, sed inter Morales, Ceremoniales, & Forenses, discrimen facere oportet. Lex Moralis, sive עשרת הדברים *Decem illa verba*, quæ Deus omnium hominum mentibus in prima creatione inscripsit, & postea solemniter in monte Sinai repetiit, ac duabus tabulis insculptas, in sacro scrinio asservari jussit, citra ullum dubium pertinent ad naturam humanam universam, continentque vitæ, officiis tum erga Deum, tum proximum bene instituendæ, regulam perfectissimam. Atque hæ leges, quia cum humano genere cœperunt, itaque eo superstite, salvæ quoque sunt, nec abrogationem patiuntur; & tantum abest ut Christus istis detrimentum aliquod attulerit, ut potius eas perpetuo inculcarit, illarum puritatem & genuinam vim a corruptelis hominum maleferiatorum liberaverit, ipsisque plenum præstiterit obsequium. Quamobrem & nos Christiani, quanta possumus religione, moralia præcepta observamus, certe observare tenemur, nec solis septem Noachidarum præceptis, ceu Judæi perperam existimant, contenti vivimus, si modo illa, quæ de origine, ordine, & numero illorum præceptorum ipsi perhibent, cum veritate consentiunt. Cæterum, præter Morales Leges, alias quoque ad solum externum sacrorum cultum, & civilem Rempublicam attinentes, Deus Legislator promulgavit, quæ Ceremoniales & Forenses vulgo vocantur: has, solos Judæos obligasse, & obligasse tum primum, cum Mosis ministerio sancitæ fuissent, uti inter omnes constat, ita, eas ex temporis intervallo, iterum tolli potuisse, imo Templo ac Republica Judæorum deletis, & Messia, cujus imaginem gerebant, in lucem edito, reapse e medio sublatas esse, nec in usum revocari debere, Christiani contendimus.

Nempe,

Nempe, ut paulo verbosius hæc persequamur, & legales Ceremonias accuratius consideremus, certum est, non niti has naturali æquitate, sed tanquam positivi juris, ex mero pependisse Institutoris arbitrio. Hinc &, inde a mundi origine, per duo fere millia annorum, Deus sine illis ceremoniis fuit cultus, atque Abel, Enoch, Noah, Melchisedek, Abraham, Isaac, Jacob, Jobus, omnes viri pii & Deo insigniter cari, hanc legis partem, aut totam, aut fere totam ignorarunt, neque eo minus ediderunt, acceperuntque testimonium, & suæ in Deum fiduciæ, & amoris erga se divini. Quin, etiamnum Judæi Deum se colere profitentur, utut maxima illius cultus parte destituti. Fuerunt autem ceremoniæ illæ typi & umbræ, quibus Ecclesiæ priorum tēporū rudis & imbecillis infantia tanquam per ὑποδείγματα ad sensum & cognitionem rerum spiritualium ac cœlestium perducebatur. Eapropter Mosi Ex. 25, 40. notanter Deus dixit: וראה ועשה בתבניתם אשר אתה מראה בהר *Vide igitur, & fac in structura eorum, quæ tibi exhibita est videnda in monte*: quo aperte significavit, aliarum longe, & supernarum rerum, ista, quæ in ima terra fabricanda erant, figuram habere; estque proinde ירושלים של מעלה *superna Hierosolyma* & ירושלים של מטה *inferna Hierosolymæ*, etiam apud Talmudistas in Taanit. fol. 5. a. & alibi mentio. Porro, illud quoque satis perspicue Scriptura indicat, ipsas has ceremonias cum a Deo præciperentur, non ad omnes populos, quaquaversum dispersos, sed ad solam Judaicam gentem attinuisse, & quidem quatenus intra regionem divinitus ad habitandum concessam, commorabatur. Vnde passim legibus istis annexa clausula לדורותם *de Judæorum generationibus*, qua de re videri possunt Genes. 17, 7. Levit. 7, 36. & 24, 3. Quin & additur iis præceptis amplius conditio possessionis Palæstinæ, uti Deut. 4, 5. ראה למדתי אתכם חקים ומשפטים כאשר צוני יי' אלהי לעשות כן בקרב הארץ אשר אתם באים שמה לרשתה: *Ecce, docui vos statuta & judicia, quemadmodum præcepit mihi Dominus Deus meus: ut sic faciatis in medio illius terræ, quo mox ingressuri estis, ad possidendum eam jure hæreditario.* Quibus similia dicuntur pluries. Huic veritati ipsa Judæorū praxis suffragatur, qui in captivitate nunc constituti, magnam partem legum suarum, tanquam præsenti rerum statui minime convenientem, negligere & insuper habere non verentur. Sed vero, nec fieri ulla ratione potuit, ut sub adventum Messiæ, circa quem Ecclesiæ pomœria latissime extendenda, & τοὺς ἔξω undecunque in communionem vocandos esse, Judæi secundum divinas prædictiones ultro concedunt, leges ceremoniales vim & usum retineant, ceu jam ab Eusebio l. 1. demonstr. Evangel. c. 3. abundanter est ostensum. Nimirum, impossibile

De Ceremonialium Legum abrogatione.

De Ceremonialium Legum abrogatione.

utique est, ut Afri, Indi, Sauromatæ, qui sub gelida Arcto sunt populi, quique toto penitus orbe a nobis sejuncti habitant Americani, singulis annis, ceu legibus ceremonialibus præceptum est, cum feriæ celebrandæ solemniores, imo toties quoties aliquo peccato, aut immunditie illos contaminari contingit, Hierosolymas petant, ibique Domino se sistant, & sacrificia offerant, aut faciant expiationes. Etenim, quod templum, aut urbs non dicam, sed quæ regio sufficeret tot hominibus capiendis? Quæ tellus satis victimarum, thuris, olei, salis, lignorumq; subministrare posset, tot vel spontaneis cultoribus, vel obnoxiis ex aliquo reatu? Vnde tot Sacerdotes hostiis mactandis? aræ, iis excipiendis? canales, sanguini derivando? Quid fieret si lepræ casus incidat, & domus aliqua fœdetur contage illa de qua Levit. 13. An scilicet necesse erit, ut ad Garamantas, ultimam Thulen, & fines hominum Gades, longinquam profectioně instituat Sacerdos, & psoram oculis contueatur? Hujus generis multa urgeri possent, e quibus aperte evincitur, leges illas ceremoniales haudquaquam nec latas fuisse, nec adeo ferri potuisse a Deo Legislatore, populis a Judææ regione procul remotis; nec impleri ab his, nisi vel Prophetarum vaticinia de Ecclesiæ dilatatione concidant, vel non Ilium tantum in Italiam, & pelagus in Tiberim, sed totus terrarum orbis cum interfuso æquore in Judæam Jordanemque inferatur, & effundatur, vel templum Hierosolymitanum exporrigatur ad quatuor mundi cardines. Quanquam, non opus est, ut de longule a Judæa dissitis populis, & Messiæ temporibus loquamur: Certe enim, ne olim quidem, Ninivitas, Chaldæos, Ægyptios, Sidonios, Tyrios, Idumæos, Moabitas, aliasque multum vicinas gentes, ad quas tamen scribunt Prophetæ, & illarum peccata enarrantes autores iis sunt, ut ad bonam frugem se convertant, vel omissionem illorum rituum in vitio ponunt, vel ad eos suscipiendos hortantur. Superioribus accensendum est, quod de temporibus Messiæ prædicitur, ex quibusq; gentibus & populis lecturum sibi Deum Sacerdotes. Nam, sic est apud Es. 66, 20. 21. והביאו את כל אחיכם מכל הגוים מנחה ליי בסוסים וברכב ובצבים ובפרדים ובכרכרות על הר קדשי ירושלם אמר יי כאשר יביאו בני ישראל את המנחה בכלי טהור בית יי : וגם מהם אקח לכהנים ללוים אמר יי : Id est: *Et adducent omnes fratres vestros ex omnibus gentibus muneri Domino, equis, & curribus, pilentis, mulisq;, ac veredariis, ad montem sanctitatis meæ Jeruschalaima, ait Dominus: quemadmodum offerunt Israëlitæ munus instrumento mundo in domum Domini. Atq; etiam ex istis assumam in Sacerdotes & Levitas, ait Dominus.* Confer Zach. 14, 20. 21. Atqui pugnat hæc Sacerdotum creatio, cum lege Mosaica adversis frontibus, itaque rursus consequitur, aut, (quod cogitare nefas est) falso hæc fuisse prænun-

nunciata, aut in Meſſiæ regno ceremoniales Moſaicas leges, multum de autoritate ſua amiſſuras.

His accedit, quod ipſe Deus, Veteris Teſtamenti, & legum annexarũ *παλαίωσιν*, & *κατάργησιν* ſive *ἀφανισμὸν* prædixit, novique fœderis fecit promiſſionem. Nam Ezechielis 16, 60. ſeqq. legitur : וזכרתי אני את בריתי אותך בימי נעוריך והקימותי לך ברית עולם : וזכרת את דרכיך ונכלמת בקחתך את אחותיך הגדלות ממך אל הקטנות ממך ונתתי אתהן לך לבנות ולא מבריתך : והקימותי אני את בריתי אתך וידעת כי אני יי׳ : *Et recordabor ego fœderis mei, tecum initi temporibus pueritiæ tuæ, & erigam tibi fœdus æternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis cum accipies ſorores tuas majores te, ad minores te : & dabo eas tibi in filias, & non ex fœdere tuo. Sed præſtabo ego fœdus meum erga te, & agnoſces me eſſe Dominum.* Quibus verbis nihil aliud indicatur, quam Samaritanos & Gentiles, cum Judæis unum cœtum facturos, non tamen ita ut adigantur in verba & facta fœderis prioris, ſed in novi alicujus, quale dari non poterat, niſi prius obliteraretur. De eadem re agit Daniel 9, 25. ſeqq. clariſſime, docetq; non ſolum quid ſit abolendum, nimirum זבח ומנחה והעיר והקדש *ſacrificium & munus, itemq; urbs & ſanctuarium* : ſed & quis inducturus ſit finem illis rebus & vaſtitatem, puta עם נגיד הבא *populus principis adventitii*, ſive כנף שקוצים משמם *Ala abominationis deſolatrix* : hoc eſt, exercitus Cæſaris Romani. Quamobrem pronunciat Propheta, omne Sacerdotium ſublatum iri interventu principis impii, & Deo abominabilis, qualis erat Cæſar Romanus, cui ſe ut ſoli Regi, rejecto Deo & Chriſto ejus, Judæi ſubjecerant, dicentes : *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα·* *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Cæterum, quod ad novi fœderis percuſſionem attinet, eam non Ezechiel tantum in verbis modo allegatis innuit, ſed & Jeremias 31, 31. ſeqq. clarius ac verboſius ſignificat, dum ita loquitur : הנה ימים באים נאם יי׳ וכרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה : לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום החזיקי בידם להוציאם מארץ מצרים אשר המה הפרו את בריתי ואנכי בעלתי בם נאם יי׳ : כי זאת הברית אשר אכרת את בית ישראל אחרי הימים ההם נאם יי׳ נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם אכתבנה והיתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם : Id eſt : *Ecce dies venturi ſunt, dictum Domini, quibus pangam cum domo Iſraëlis, & cum domo Jehudæ fœdus novum : Non ſecundum illud fœdus quod pepigeram cum majoribus eorum, quo die prehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Ægypti ;* nam

De Ceremonialium Legum abrogatione.

De Ceremonia'ium Legum abrogatione.

nam ipsi irritum fecerunt fœdus meum, & ego conjugio junctus mansissem eis, dictum Domini. Nam hoc illud est fœdus, quod pangam cum domo Israëlis post hos dies, dictum Domini, indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam eam; & ero eis Deus, & ipsi erant mihi populus. Colligimus hinc, prius fœdus non usquequaque perfectum fuisse, quippe, si nihil in eo desiderari potuisset, nullus secundo erat futurus locus. Jam, quia fœdus novum promittitur, ut vetus simul aboleatur necesse est: quod & in rebus humanis sic usuvenire videmus, ut recentia fœdera antiquent veterum memoriam, novasque leges & pactiones inducant. Atque ne idem non hic eventurum, ulla relinqueretur dubitatio, ultra progreditur Propheta, & explicat fœderis novi conditionem, secundum quam antiquum antecellere debeat, quod nimirum hoc cordi inscribendum sit, non tabulis lapideis; quodque spiritualem præceptorum observantiam exigendo, occupationes circa res humiles & terrestres abs se sit segregaturum. Denique urgemus adversus Judæos locum Deut. 18, 18. 19. נביא אקים להם מקרב אחיהם כמוך ונתתי דברי בפיו ודבר אליהם את כל אשר אצונו : והיה האיש אשר לא ישמע אל דברי אשר ידבר בשמי אנכי אדרש מעמו : Id est: *Prophetam suscitabo eis e medio fratrum ipsorum, sicut tu es: & indam verba mea ori ejus: ut eloquatur eis quicquid præcepero ipsi. Erit autem, ut quisquis non auscultaverit verbis meis quæ loquuturus est in nomine meo, ego reposcam ab illo.* Agi hic de Messia, Judæi concedunt communiter, nec diffitentur, id, quod iis indicatur; videlicet Messiam Mose nulla ratione futurum inferiorem; quin & prærogativam ei concedunt, agnoscentes, Mosen a Deo haud alio quam *Servi*, (vide Num. 12, 7,) sed Messiam Ps. 2, 7. ipsius *Filii* nomine insigniri. Quæ cum ita se habeant, quid ni licuerit Messiæ, Mosis exemplo, novas leges promulgare, & olim de rebus indifferentibus latas, commutare cum melioribus? Atque hoc tanto minus absurdum Judæis videri debet, quoniam cuique Prophetæ illud potestatis tribuunt, ut necessitate ita flagitante, pro tempore, legibus Mosaicis adversum quid facere, aliisque faciendum præcipere possit. Maimonides Hilchot Jesode Tora cap. 9. § 3. אם יאמר לנו הנביא שנודע לנו שהוא נביא לעבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה או על מצות הרבה בין קלות בין המורות לפי שעה מצוה לשמוע לו : וכן למדנו מחכמים ראשונים מפי השמועה בכל אם יאמר לך הנביא עבור על דברי תורה כאליהו בהר הכרמל שמע לו חוץ מעוכום : Id est: *Si dicat nobis Propheta, de quo constat eum vere esse Prophetam, violandum esse aliquod ex quibuscunque præceptis quæ in lege dicuntur, aut violanda esse complura, sive levia, sive gravia illa fuerint, ad tempus aliquod, tum jubemur ei obtemperare. Atque sic auditione a*

ne a priscis Sapientibus didicimus, quocunq; casu tibi dicat Propheta, viola verba legis ceu Elias fecerat in monte Carmel, morem ei gerito, una excepta idololatria Quod si igitur quibuscunque Prophetis promiscue fas est, ad tempus aliquod Mosaicis legibus contraria agere, & agenda imperare, cujus rei veniam, præter antiquam traditionem, Judæi amplius, etiamsi gratis fortasse, ex illo Ps. 119, 126. probare satagunt עֵת לַעֲשׂוֹת לַיְיָ הֵפֵרוּ תּוֹרָתֶךָ: hoc est, ut ipsi explicant: *Nunc tempus est, Deo operari* (ejusque honori velificari,) *itaq; violarunt legem tuam:* Vide librum Halich. Olam c. 1. debet proinde amplior facultas Messiæ competere, quatenus ipsum Mosen, qui אדון הנביאים *Dominus Prophetarum*, Judæis vulgo audit, dignitate longe est superaturus. Et vero, nec dissimulat ipse Deus, in verbis modo allatis, diversa ab iis quæ suo nomine Moses promulgasset, allaturum Messiam, iisque obsequium præstare jubet, sub comminatione gravissima.

Jam, ut speciatim aliqua ex ipsis illis ceremoniis, quas abrogatas esse Christiani contēdimus, contemplemur, primo loco se nobis offerunt SACRIFICIA. Equidem, vix a me impetro, ut eo usq; progrediar, quo tamen multi haud inglorii Viri evadunt, dum autumāt Sacrificia prius ab hominibus ultro excogitata, quam a Deo jussa esse: pro qua sententia confirmanda Hugo Grotius in Notis ad libellum de Ver. Religionis Christianæ ipsius S. Chrysostomi testimonium, & aliud ex Responsis ad Orthodoxos, quæ inter opera S. Justini extant, allegavit. Prioris, de Abele loquentis, verba sunt: Οὐ γὰρ παρά τινος μαθὼν, οὐδὲ νόμου περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομένου ταῦτα ἀκούσας, ἀλλ᾽ οἴκοθεν καὶ παρὰ τοῦ συνειδότος διδαχθεὶς, τὴν θυσίαν ἐκείνην ἀνήνεγκε· *Non enim ab ullo edoctus, non lege accepta quæ de primitiis aliquid constitueret, sed apud se suapte motus conscientia sacrificium illud obtulit.* Posterior locus habet: Οὐδεὶς τῶν θυσάντων τὰ ἄλογα θυσίαν τῷ θεῷ πρὸ τοῦ νόμου μετὰ τὴν θείαν διάταξιν ἔθυσε, κἂν φαίνεται ὁ θεὸς ταύτην προσδεξάμενος, τῇ ταύτης ἀποδοχῇ δεικνύων τὸν θύσαντα εὐάρεσον αὐτῷ. *Nemo eorum qui ante legem pecudes Deo obtulit, divino id jussu fecit, quanquam patet talia acceptasse Deum, & acceptando ostendisse carum sibi esse eum qui offerebat.* Verum enimvero, ut nunc magnum nefas habetur Deum ἐθελοθρησκείᾳ & ceremoniis ex humano ingenio adinventis colere, cum nemo Divinam voluntatem perspicere, & qua re honorari velit indagare queat, unde nemo vere pius, *sibi honorem Sacerdotii sumit, sicut Aaron*, Heb. 5, 4. Ita idem credibile est, ob causæ æqualitatem, ab origine mundi obtinuisse, nec sustinuit Abel, eo audaciæ progredi, ut Numinis gratiam, & peccatorum veniam, per medium ab illo non indicatum, impetrare præsumeret. Proinde & Epistola ad Hebræos 11, 4. de Abele prædicat, ipsum

De abrogatione Sacrificiorum.

De abrogatione Sacrificiorum.

ſum *per fidem ſacrificium Deo obtuliſſe, & per hanc teſtimonio fuiſſe ornatum, quod eſſet juſtus, teſtimonium perhibente Deo de donis ejus.* At, in fide offerre non poteſt, qui non ſecundum Dei verbum offert, & ignorat, Deum cultus ſui fore remuneratorem. Conſtat quoque ante diluvium purorum & impurorum animalium diſcrimen fuiſſe, quod aliam ob cauſam quam ob ſacrificia, & quidem a Deo inductum eſſe, haud quisquam temere affirmaverit. Sed iſta in medio relinquentes, dum interim Sacrificia penitius conſideramus, ſaltem illud manifeſtum evadit, ea per ſe, & ſuapte natura, citra pietatem offerentium, bona minime fuiſſe. Nam contrarium facile arguit Dei toties illa averſantis deteſtatio, & huc pertinent loca Gen. 4, 5.7. 1. Sam. 15, 22. 23. 2. Paralip. 30, 18. 19. Pſ. 40, 7. & 54, 18. & 69, 31. 32. Eſa. 1, 13. Jerem. 6, 20. & 7, 4. 21. 22. Ezech. 20, 25. Hoſ. 6, 6. Digniſſima lectu ſunt, quæ in hanc rem egregie diſſerit Maimonides in More Nevuch. part. 3. c. 32. & ideo a nobis afferentur: כאשר היה זה המין מן העבודה רוצה לומר הקרבנות על צד הכונה השנית והצעקה והתפלה וכיוצא בהן ממעשה העבודות יותר קרובות אל הכונה הראשונה והכרחיות בהגיע אליו שם בין שני המינים הפרש גדול והוא שזה המין מן העבודה רוצה לומר הקרבת הקרבנות אף על פי שהם לשמו יתעלה לא חוייב עלינו כמו שהיה בתחלה רוצה לומר שנקריב בכל מקום ובכל זמן ולא שנעשה היכל כאשר יזדמן ושיקריב מי שיזדמן החפץ ימלא את ידו אבל נאסר כל זה עלינו והושם בית אחת אל המקום אשר יבחר ייי ואין מקריבין בזולתו אמר השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה ולא יהיה כהן אלא זרע המיוחד כל זה העניין למעט זה המין מן העבודות שלא יהיה ממנו אלא מה שלא גזרה חכמתו להניחו לגמרי אבל התפלה והתחנה היא מותרת בכל מקום וכל מי שיזדמן וכן הציצית והמזוזות והתפילין וזולתן מן העבודות הדומות להן: ובעבור זה העניין אשר גליתי לך נמצא הרבה בספרי הנביאים שמוכיחים בני אדם על רוב השתדלותם והתחזקם להביא הקרבנות ובארו להן שאינן מכוונין לעצמן כוונת צריכה מאד ושהשם אינו צריך אליהם אמר שמואל החפץ לשם בעולות וזבחים כשמע בקול ייי ואמר ישעיה למה לי רוב זבחכם יאמר ייי ואמר ירמיה כי לא דברתי את אבותיכם ולא צויתים ביום הוציאי אותם מארץ מצרים על דברי עולה וזבח כי אם את הדבר הזה צויתי אותם לאמר שמעו בקולי והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם וכבר הקשה זה המאמר בעיני כל מי שראיתי דבריו

או

De abrogatione Sacrificiorum.

או שמעתים ואמר איך יאמר ירמיה על השם שלא צונו בדברי
עולה וזבח ורוב־המצות אמנם באו בזה כונת זה המאמר הוא מה
שבארתי לך וזה שהוא אמר שהכונה הראשונה אמנם היא שתשיגוני
ולא תעבדו זולתי והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם וזאת
המצוה בהקרבה וכוין אל הבית אמנם היתה בעבור שתעלה בידנו
וזאת הפנה ובעבורה העתקתי אלו העבודות לשמי עד שימחה שם
עבודה זרה ותתקיים פנת יחודי ובאתם אתם ובטלתם התכלית
ההיא והחזקתם במה שנעשה בעבודה והוא שאתם ספקתם במציאותי
כחשו ביי׳ ויאמרו לא הוא ועבדתם עבודה זרה וקטרתם לבעל
והלוך אחרי אלהי׳ אחרים ובאתם אל הבית וגו׳ ונשארתם מכונים
אל היכל יי׳ ומקריבים הקרבנות אשר לא היו מכונים כונה ראשונה :

Clarissimi Buxtorfii versio, hæc ita transtulit : *Cum ista species cultus Divini, Oblationes nempe, sint secundum intentionem secundam ; Invocatio vero, Precatio, & similia cultus Divini genera, magis sint propinqua Intentioni primæ, & necessaria ad illam assequendam : idcirco Deus magnam inter duas istas species constituit differentiam. Istæ enim Oblationes & Sacrificia, licet fiant in honorem Dei Opt. Max. tamen non ita nobis sunt facienda, sicut a principio fiebant, ut videlicet in quovis loco & quovis tempore offerre, Templum pro lubitu nostro ædificare, quicquid placuerit, offerre, cuilibet, cui libuerit, hoc munus sibi vendicare, sit permissum ; sed prohibita sunt nobis ista omnia, & certa domus huic rei fuit assignata, sicut dicitur* (Deut. 12, 26.) In loco quem elegerit Dominus : *extra quam Sacrificia offerre non licebat ;* (Deut. 12, 13.) Cave tibi, ne offeras holocausta tua, in quovis loco, quem videbis : *nec nisi certa familia Sacerdotio fungi poterat ; & hæc omnia ad cultus istius genera diminuenda, ut nihil nempe fieret, nisi quod Deus non jussit intermittere. Verum, Precatio & Deprecatio permissa est in omni loco, & cuivis, ut &* Zizit *Peniculamenta in oris vestimentorum*, Mesusah *Schedula, quæ in postibus januarum absconditur*: Thephillin *Oratoria, sive Lora illa, quorum in precibus usus est, & alia similia. Hac de causa, quam nunc tibi aperui, invenimus sæpissime Prophetas reprehendere Homines ob nimium studium & nimiam diligentiam in adducendis oblationibus, & illis inculcare, quod non principaliter & per se intendantur, neq; Deus illis opus habeat. Sic ait Samuel* (1. Sam. 15, 22.) Nunquid voluntas Domino est in holocaustis & victimis, ut in obtemperando voci Domini? *Item Jesaias* (1, 11.) Ad quid mihi multitudo Sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? *Et Jeremias* (7, 22.) Non sum loquutus cum Patribus vestris, nec præcepi eis die, quo eduxi eos e terra Ægypti, de holocaustis & victimis. Sed verbum hoc præcepi eis, dicendo ; Obtemperate

De abrogatione Sacrificiorum.

voci meæ, & ero vobis in Deum, & eritis mihi in populum: *quæ Prophetæ verba, scrupulum moverunt omnibus, quos mihi videre & audire contigit. Dicunt enim; Quomodo dicit Jeremias de Deo, quod non præceperit nobis Sacrificia, & Holocausta, cum maxima pars Præceptorum circa hoc tantum sit occupata? Sed scopus verborum ipsius is est, quem indicavi tibi. Dicit; Prima Intentio utiq; est, ut apprehendatis me, neq; alii serviatis, ut ego sim vobis in Deum, & vos mihi in Populum. Hoc autem Præceptum de Oblationibus & de Domo mea datum est in hunc finem, ut exinde ad utilitatem vestram hoc disceretis: & ea de causa quoq; transtuli illos cultus ad Nomen meum, ut omnis Idololatriæ memoria deleatur,* & Vnitas mea *confirmaretur. Vos vero venistis, & finem illum irritum reddidistis, cultuiq; externo adhæsistis. Nam dubitastis de existentia mea, sicut dicitur* (Jerem. 5, 12.) Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: *& Idolis serviistis, Baali adolevistis, & post Deos alienos ivistis, & ad Domum meam venistis, &c. adhæsistis & respexistis solum ad Templum Domini, & ad oblationes, quæ non erant prima & principalis intentio.* Sed, nec rite, & cum pietate oblata sacrificia, vere delicta expiare, & conscientiam a peccatis liberare valebant. Qui enim taurorum & hircorum sanguini tanta vis inesset, & quomodo cadaver pecudis ab homine mactatæ, iram infiniti Numinis placaret? Totum igitur Sacrificiorum pondus in eo consistebat, quod sanctius sacrificium, nempe Messiæ θεανθρώπου sanguinis fusionem, ejusque dirum mortis supplicium, pro humano genere luendum, signabant, præfigurabantque. Quo divino sacrificio semel oblato, mox reliqua deinde, quæ hujus typi & umbræ fuerunt, non apud Judæos tantum, ceu erat prædictum, sed & quod merito mirandum notandumq; in toto propemodum orbe, & adeo apud Gentiles quoq; conciderunt & disparuerunt. Vnde erudite non minus, quam eleganter, Vir Consultissimus, idemq; Amicus noster, *Johannes Schilterus*, in perpulchro libello quo Manuductionem Moralis Philosophiæ ad Jurisprudentiam ostendere laborat, c. 2. §. 10. scripsisse deprehenditur: *Manuductionis medium ad Veritatem divini cultus, & perfectionem Christianam est, quod paulatim post Christum natum Sacrificia apud pleras q; omnes gentes desierint. Etsi enim apud multas etiamnum idololatria viget, apud plures tamen fere sine sacrificiorum usu. Igitur causa ob quam Deus non permisit aboleri usum sacrificiorum inter gentiles, ante Messiam natum, postea Ecclesia Christiana fundata atq; aucta, eadem aboleri fecerit, una cum Oraculis Gentilium, ista nimirum fuit, ut Gentiles inde ad veram Sacrificiorum rationem & significationem exquirendam manuducerentur.* Speciatim, Judæorum sacrificia Deum extincta voluisse, illud argumento est, quod templum, in quo solo ea offerre licuit, & omnia sacrificiorum instrumenta, sustulit e medio, atque sic illud induxit tempus, de quo vaticinatus fuerat Esaias 66, 3

שוחט

שוחט השור מכה איש זובח השה ערף כלב מעלה מנחה דם חזיר מזכיר לבנה מברך און : *Qui mactat taurum*, (ſacrificii ſcilicet cauſa,) *par erit homicidæ; ſacrificans agnum, decollanti canem; offerens munus, libanti ſanguinem porci; thus adolens, benedicenti idolum.*

Quod ad CIRCVMCISIONEM attinet, ejus ſi inſtitutionem de qua eſt Gen. 17, 4. & ſeqq. probe conſideres, manifeſte apparet, datam hanc eſſe Abrahamo & ſemini ejus, per generationes ipſorum, quamdiu terram Canaan eſſent poſſeſſuri. Nam, ſic Deum Abrahamo loquutum eſſe deprehendimus: אב המון גוים נתתיך והפריתי אתך במאד מאד ונתתיך לגוים ומלכים ממך יצאו : והקמתי את בריתי ביני ובינך ובין זרעך אחריך לדרתם לברית עולם להיות לך לאלהים ולזרעך אחריך : ונתתי לך ולזרעך אחריך את ארץ מגריך את כל ארץ כנען לאחזת עולם והייתי להם אלהים : ויאמר אלהים אל אברהם ואתה את בריתי תשמר אתה וזרעך אחריך לדרתם : זאת בריתי אשר תשמרו ביני וביניכם ובין זרעך אחריך המול לכם כל בשר : *Patrem multitudinis gentium conſtitui te, fructificabo te valde admodum, & dabo te in gentes, & Reges ex te exibunt. Et conſtituam fœdus meum inter me, & te, & inter ſemen tuum in ætates ipſorum, in fœdus ſeculi, ut fiam tibi in Deum, & ſemini tuo poſt te. Et dabo tibi & ſemini tuo poſt te, terram peregrinationis tuæ, nempe totam terram Canaan in poſſeſſionem ſeculi, & fiam ipſis in Deum. Et dixit Deus ad Abrahamum: Tu autem fœdus meum obſervabis, & ſemen tuum poſt te in ætates ſuas: Hoc eſt fœdus meum quod ſervabitis inter me, & inter vos, & inter ſemen tuum poſt te, ut circumcidatur vobis omnis mas.* Quamobrem cohæret fœdus circumciſionis, cum promiſſione de multiplicandis Abrahami poſteris, & de ampla regione, honoribusque maximis iis concedendis, perquam intime, fuitque nota quædam diſcriminis, qua Abrahami poſteri a reliquis gentibus dignoſcerentur; ut proinde Tacit. 5. Hiſt. non male de iis ſcripſerit: *Circumcidere genitalia inſtituere; ut diverſitate noſcantur.* Vnde conſequens eſt, deleta Judæorum Repub. & amiſſa terra Cananæa. fœdus hoc ſimul exſpiraſſe, imo Meſſiæ temporibus nullatenus convenire, quo ſecundum Prophetarum prædictiones, ſublato, inter Judæos Abrahami ſanguine cretos, & gentes alienigenas diſcrimine, utrique factis agminibus Meſſiæ adhærere, & omnia deinceps communia habere debebant. Hoc, ne ullo modo dubium relinquatur, fœdus inſuper Novum facit, quod veteri ſpeciali antiquato, Deus Meſſiæ interventu, cum mortalibus quibuscunque conſtituturum ſeſe nominatim eſt pollicitus. Tum vero, ſimplex & nuda membri genitalis

De Circumciſionis abrogatione.

De Circumcisionis abrogatione.

nitalis circumcisio, sive, ut Paulus Rom. 2, 28. vocat, ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ περιτομὴ, minime Deo grata fuit, sed illa quam toties Prophetæ urgent, circumcisio spiritualis. Vide imprimis Deut. 30, 16. 30. 36. Jerem. 4, 4. Proinde non vetustiores tantum Patriarchæ, verum & ipse Abrahamus adhuc incircumcisus Deo placuit. Atqui excellentiorem illam, & ut rursus cum Paulo loquamur, τὴν περιτομὴν καρδίας ἐν πνεύματι, tantum abest sustulerit Messias noster, ut potius ad hanc omnia illius præcepta tendant, eamque Christiani servare teneamur. Nempe revera circumcisi sumus περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ· *Circumcisione quæ fit sine manibus, corpore peccatorum carnis exuto per circumcisionem Christi.* Coloss. 2, 11. Neque adversatur hactenus dictis, quod Carnis Circumcisionem ברית עולם sive *æternum fœdus*, Deus appellavit; etenim vocem עולם non semper æternitatem absolutam, nullo tempore terminandam, sed longam durationem significare, Judæi haud gravatim concedunt, probantque ex locis Ex. 21, 6. Ps. 61, 5. Eccles. 1, 10. Es. 32, 14. & aliis pluribus. Atque ista posterior significatio, tanto magis hoc loco militat, quia προσθήκη לדורותם sive *de generationibus Judæorum*, signanter adjicitur: quippe quæ definitum tempus arguit, quousque scilicet salva futura est Judæorum politia, quamdiu distinctæ notæque erunt illorum generationes, & donec Dei populus censebuntur: quorum nihil, jam inde a mille & sexcentis annis, Judæis amplius competit. Obiter, & velut in transcursu notandum, universos quadraginta annos, per quos populus Judaicus in deserto egit, penitus omissam fuisse circumcisionem, ceu constat ex Jos. 5, 2. seqq. Cæterum, cum parentibus circumcisis omnibus e medio sublatis, ii qui in deserto nati erant Israëlitæ, in eo essent, ut hæreditatem divinitus promissam herciscere vellent, tum demum repeti cœpit circumcisio, nec enim incircumcisis licuisset aliquid ejus regionis ex divini pacti tenore possidere. Quod, pertinet ad superius dicta confirmanda, cum asseruimus, carnalem circumcisionem ad terram Judæis promissam summopere involvisse respectum. Iste, quoniam apud Christianos cessat, merito circumcisio carnalis quoque ab iis non attenditur, & uni spirituali pretium fit, spiritualis hæreditatis, & supernæ Hierosolymæ, cujus solius desideria nos tenent, habentis promissionem.

De abrogato discrimine ciborum

Sed, nec CIBORUM LICITORUM ET PROHIBITORUM DIFFERENTIA ad Messiæ tempora quadrat, & rediit postliminio prisca, quam ipse Deus post diluvium Gen. 9, 3. Noacho concesserat, quolibet victu utendi libertas; quæque ab isto, non ad Japetum solummodo & Chamum, sed & ad Semum, hujusque posteros, Abrahamum

hamum, Jsaacum & Jacobum pertransiit. Est enim commune privilegium : כל רמש אשר הוא חי לכם יהיה לאכלה כירק עשב נתתי לכם את כל; Vetus Interpres reddidit: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* Nec obstat, quod mundorum & im̃undorum animantiũ, etiam ante cataclysmum mentio habetur. Nam, id, secundum aliquos πρόληψις est, cujus exempla alibi in sacris quoq; reperiũtur, &, sic R. Salomo ad Gen. 7, 2. הבהמה הטהורה *bestiam mundam* העתידה להיות טהורה לישראל eam, *quæ olim Judæis munda futura erat* exposuit: Secundum alios ibi loci im̃unda censeri debent animalia, quæ ut Taciti IV. Hist. c. 60. verbis utamur, *profana fædaq;* sola *in usum necessitas vertit*, & a quibus cæteroquin naturaliter abhorremus; at nostra, quam supra quoq; expressimus, opinione, immunda sunt, ex quibus nulla sacrificia & hostiæ tum temporis fiebant. Fuit igitur antiquitus viris piissimis integrum, quibuscunq; animantibus vesci citra delectum. Illud tamen Deus postea nefas esse jussit, constituto inter pura & impura animalia discrimine. Ejus rei causam explicaturus Vir Eximius Hugo Grotius, l. 5, de Ver. Rel. Christ. ait : *Cum postea populus in Ægypto pravis superstitionibus ejus gentis imbutus esset, tum primum Deus quædam animantium genera edi vetuit, seu quod illa potissimum Ægyptii Diis suis offerrent, & ex illis aruspicium facerent; seu quod in lege illa umbratica certis animantium generibus certa hominum vitia notarentur.* Ostendit postea idem Vir Summus in Annotatis, prius ex his, Origeni l. 4. contra Celsum visum esse, posterius S. Barnabam sic existimasse, fidem facientibus verbis Epistolæ illius, quæ Clemens 5. Stromatum nobis servavit. Utrumque locum paulo prolixiorem apud Grotium legas licet, atque prodiit quoq; interea temporis in lucem, ipsa S. Barnabæ Epistola, ab Hugone Menardo, Monacho Congregationis S. Mauri, e tenebris protracta. Commendent se opiniones istæ Christianis sua probabilitate; at Judæis pertinacibus vereor ut satisfaciant. Dicent, consuluisse gentiles exta illorum quoque animantium, quorum usus Judæis minime interdictus erat, quam maxime, nec alia Diis suis frequentius immolasse. Quod si vero pecudum proprietates scrutari libuerit, vix ullum reperiri, quod, si rhetoricari libeat, laudis aut reprehensionis non præbeat materiem. Proinde nostram in locum substituemus sententiam, quam Judæi saltem, non tam facile animo aspernabuntur. Nimirum, dicimus, Deum, cum quatenus gens Judaica capax erat, specimen perfectæ Reipublicæ inter eos pro tempore constituere vellet, non contentum fuisse, ut in dilecto populo, sacras & forenses leges ordinaret, sed & ad minutias usque quas alioqui nec Romanus Prætor, nec alii Legumlatores attendere solebant, de-

De abrogato discrimine ciborum.

ſcendiſſe, ut tanto rectius civium ſalutem procuraret, penitusque prohiberet, ne quid detrimenti Respublica ſua pateretur. Hinc illæ, de quiete arborum & ſoli, de forma ædium, de jumentis aratro jungendis, de ſementorum generibus, de materia veſtium aliæque ſimiles ſapientiſſimæ ſanctiones. Atque has inter non poterant non aliquæ de cibis locum reperire, quippe quibus magna pars vitæ & ſanitatis mortalium, occupationis item & decoris continetur. Quod igitur, ſi ita loqui fas eſt, Deum facere æquum erat, id fecit, & ſtatuta de cibis condidit, tum, ut hac quoque in re, ſicuti in reliquis propemodum omnibus, Judæos a cæteris gentibus diſcriminaret, & externæ munditiei redderet obſervantes: tum, ut valetudini ipſorum prout genio regionis, & naturæ ſoli, quod incolebant, conveniebat, conſuleret, & ſanos illos ac incolumes præſtaret. Priorem finem, legibus de diſcrimine ciborum ſe intendiſſe, ipſe Deus autor eſt, dum iis Lev. 20, 25. 26. ſubjecit: והבדלתם בין הבהמה הטהרה לטמאה ובין העוף הטמא לטהור ולא תשקצו את נפשתיכם בבהמה ובעוף ובכל אשר תרמש הארמה אשר הבדלתי לכם לטמא: והייתם לי קדשים כי קדש אני ייי ואבדל אתכם מן העמים להיות לי: *Vos igitur diſcernetis inter beſtiam mundam & immundam, inter avem immundam & mundam: neq; abominandas efficietis animas veſtras ulla beſtia, aut ulla ave, aut ullo quod premit terram, quæ diſcrevi vobis ut immunda habeatis: Sed eritis mihi ſancti, quia ſanctus ego ſum Jehova; qui diſcrevi vos a populis ut ſitis mei.* Pertinet igitur omnino diſcrimen ciborum prohibitorum & licitorum, quod Judæis Deus præſcripſerat, ad ſegregandos illos ab aliis nationibus, & ut gens hæc, unde Meſſias, amor & deliciæ humani generis edi, & apud quam quæri debebat, pura & ſincera præſtaretur, nec pateretur undecunq; ex peregrinis populis colluviem. Quippe, cum ne cibo quidem alienigenarum Judæis temere veſci fas eſſet, inde amicitiæ, affinitatis, & communionis mutuo faciendæ tanto magis tollebatur occaſio, quandoquidem ſimul epulantes, apud menſam, de divinis & humanis rebus inter ſe cernere conſueverunt. Idcirco, fuit iſtud ciborum diſcrimen, ſi quod aliud, adjumentum efficax, ad ſervandam perpetuo inter Judæos & gentiles diſtinctionem, quo olim nato Redemtore, hoc inter alia argumento agnoſceretur, quod ex illa gente, & proſapia prodiiſſet, cui hæc illum progenerandi felicitas erat promiſſa. Et vero, niſi populus Meſſiæ futurus procreator, ſeparatus ſemper manſiſſet ab aliis nationibus, aut ſpes omnis Meſſiæ periiſſet, aut multi paſſim & ubique gentium perſonam ejus magno mortalium detrimento & clade, falſo ſubinde induiſſent, vel aliorum aſſentatione, vel ſua ad id inducti protervitate. In hanc calamitatem, & damnoſos errores, ne humanum genus incideret, & quo aliquando deprehen-

prehenderetur constare veritatem illi, quod toto orbe sparsum circumferebatur, ex Judæa Dominum & Salvatorem hujus universi proditurum, ea res unice fuit remedio, ut Judæi sibi solis viverent, sibi sererent, sibi meterent, sibi coquerent cibos, & ut *profana illis omnia essent, quæ apud alios sacra*, ceu apud ipsos rem sese habuisse Tacitus prodidit. Hoc igitur Deus, discrimine illo ciborum præcipue egit, ut Judæos ab aliis nationibus sejungeret, & sibi soli Messiæque suo vindicaret proprios. Ne autem gens illa nimis hoc privilegio sese efferret, ac corporali a cæteris populis distinctione unice niteretur, morale illud supremus Legislator simul annexuit, quo a cibis impuris abstinentes, mentes quoque pias, castas, & puras præstare, & moribus incontaminatis vivere jubebantur, atq; sic demum a profanis populis veram facere separationem. Jam porro, quod illæ species animalium, quæ in Lege nominatim tanquam immundæ expressæ sunt, præ aliis aliorum generum prohiberi meruerunt, ejus rei causâ Maimonides Medicorum sui ævi præstantissimus, non male existimavit præcipue in eo sitam esse, quod horum vetitorum animantium comestio, sanitati Judæorum minime fuisset proficua. Sed ipsum audiamus: sic in More Nev. part. 3. cap. 48. disserit: De abrogato discrimine ciborum.

ואומר כי כל מה שאסרתו התורה
עלינו מן המאכלים מזונם מגונה ואין בכל מה שנאסר עלינו מה
שיספק שאין הזק בו רק החזיר והחלב ואין העניין כן כי החזיר יותר
לח ממה שצריך ורב הפסולת והמותרות ורוב מה שמאסתו * התורה * In MS. nostro est שאסרתו
לרוב לכלוכו ומזונו בדברים הנמאסים וכבר ידעת הקפדת התורה על
ראיית הלכלוכים ואפילו בשדות במחנה כל שכן בתוך המדינה ואלו
היתה מותרת אכילת החזיר היו השווקים עם * הבתים יותר מלוכלכים * MS. וגם
מבית הכסא כמו שתראה ארצות הצרפתים היום כבר ידעת אמרם
פי חזיר כצואה עוברת דמי וכן חלב הקרב משביע ומפסיד העכול
ומוליד דם קר מדובק ושרפתו היתה יותר ראויה מאכילתו וכן הדם
והנבילה קשים להתעכל ומזונם רע וידוע שהטרפה תחלת נבלה היא;
ודע שאלו הסימנים רוצה לומר העלאת גרה ושסיעת פרסה בבהמות
וסנפיר וקשקשת בדגים אין מציאותם סבת ההתר ולא העדרם סבת
האסור ואמנם הם סימן יודע בו המין המשובח * מן המין המגונה: * MS. הטוב

Cl. Buxtorfius vertit: *Dico ego, quod omnes illi cibi, qui in Lege nostra nobis sunt prohibiti, alimentum habeant vitiosum, nec quicquam inter omnia illa vetita esse, de quo dubitari possit, an noxium sit nec ne, nisi Porcus, & Adeps. Verum nullus hic dubitationi locus est. Nam Porcus nimis humidæ est naturæ. Potissima autem causa, propter quam Lex nobis prohibuit carnibus suillis vesci, est fœda porcorum sordities, & quod*

multas

De abrogato discrimine ciborum.

multas sordidasq; res comedant. Nosti enim quam anxie Lex omnes sordes, omnemq; immunditiem prohibuerit, in agris quoq; & castris, ut nil dicam de ipsis urbibus. Quod si autem permissum esset porcos comedere, plateæ & domus omnes longe sordidiores essent, quam sterquilinia & latrinæ, sicut in Galliis hodie videre licet. Scis etiam, quid vulgo Rabbini dicant : פי חזיר כצואה עוברת דמי *Adeps Intestinorum nimis saturat, concoctionem impedit, sanguinemq; frigidum & crassum generat; unde longe satius est, ut comburatur, quam ut comedatur. Sanguis & Morticinum difficilis sunt digestionis, & pessimi nutrimenti. Trepha sive Discerptum quod attinet, est nil aliud, quam initium morticini. Signa illa Revocationis vel Ruminationis cibi & fissionis ungularum in Bestiis, pinnarumq; & squamarum in Piscibus, noveris illa non esse causas, propter quas sint licitæ & permissæ; sicuti nec defectus illorum, causas, cur prohibeantur: sed signa tantum, unde nobilis & insignis aliqua species ab alia minus præstantiore & noxia potest discerni.* Non de nihilo esse istam Maimonidis conjecturam, plane persuasus sum, eandemque, si non de omnibus, saltem de plerisque animantibus, quorum comestionem Deus vetuit, obtinere, omnino arbitror. Postulabat sane populi illius salus, ut tum ob suam, qua nati erant naturam & indolem, tum ob regionis Palæstinæ vim illam quam qualitatem dicimus, noxiorum ciborum notitiam haberent, & ab iis sedulo sibi caverent. Etenim, fuit Judæorum sanguis calidissimus, atque corruptioni obnoxius ultra modum, idque ex fœda lepra qua gens illa præ aliis populis infestabatur, manifestum evadit. Et vero, erat hæc alterius longe generis quam reliquorum hominum elephantiasis aut vitiligo, unde ea laborantes, reliquorum consortio penitus exesse, & caput velare cogebantur, ne quid vitii vel sociis, vel nudo aëri inferrent, a nostris autem leprosis nullum tale periculum. Quin & non homines tantum infestavit, sed ad ædes & vestimenta quoque se porrigebat pestis illa, ita ut atrocitatem & indolem pessimam mali hujus ægre intelligamus. Eapropter Deo pro benigna sua erga Judæos solicitudine, non sufficiebat, ad conservandam sanitatem, & depellendum dirissimum hoc morbi genus, in quod corporum eorundem conditio tam prolivis erat, vestes & ædes, e quibus tanquam causis extrinsecis, contrahi poterat, legibus expressis prohibere: Sed &, ceu fieri ratio postulabat, internis causis, ex comestione ciborum noxiorum maxime provenientibus, occurrendum censuit, idque tanto magis, quanto hæ, præ externis, nocentiores sunt, & ad lepram progenerandam aptiores. Certe, suillam carnem iis qui psoræ & lichenum faciles sunt, non comedendam esse, etiam apud nos nemo vel ex ima plebe, tam imperitus rerum invenitur, qui nesciat, ut sic a Judæis citra præsentissimum corrumpendi sanguinis

peri-

periculum familiari cibo comedi non potuerit. Atque hinc in Schabbat fol. 129. b. legitur: מי שפגע בדבר אחר קשה בדבר אחר *Incidenti in rem aliam, periculum est a re alia.* Quod, secundum R. Salomonis explicationem, sensum habet: *Comedenti porcum a lepra periculum est.* Tantopere enim aversantur Judæi porcum, ut etiam a nomine ejus tanquam infausto, & male ominato, quantum fieri potest, abstineant. Hunc Talmudis locum cum Cl. Bochartus in Hierozoico l. 2. c. 57. quoque adduxisset, observat præterea, more suo, eruditissime, R. Bechai in Legem scripsisse, in quibusdá libris Medicinalibus se reperisse, *Infantem si lac suillum sugat, fieri leprosum.* Et hoc esse in Plutarchi Iside: Τῶν τὸ (ὑὸς) γάλα πινόντων ἐξανθεῖ τὰ σώματα λέπραν, καὶ ψωρικὰς τραχύτητας. *In eorum, qui lac suillum bibunt, corporibus, lepra pullulat, & scabiei asperdines.* Plutarchum vero id habere ex Manethone, cum Ælianus scripserit l. 10. de Animalibus c. 16. Ἀκούω δὲ καὶ Μανέθωνα τὸν Ἀιγύπτιον, σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακότα ἄνδρα, εἰπεῖν, ὅτι γάλακτος ὑείου γευσάμενος, ἀλφῶν ὑποπιμπλᾶται, καὶ λέπρας. *Manethonem porro Ægyptium, virum, qui sapientiæ summum attigit fastigium, audio dicere, eum, qui suillo lacte vescatur, vitiliginibus & lepra oppletum iri.* Proinde, haud aliunde (nisi multum fallor) ratio petenda est, quare cum plurima animantia, æquo cum porco jure, Judæi comedere prohiberentur, tamen hunc præcipue aversati fuerint, & in tantum, ut solum illud animal Judæis abominationi esse, gentiles opinarentur. Nimirum, suillas carnes comestas, non tantum ut lepræ procreatrices, sed & sues ipsos tanquam extreme leprosos odio habebant, & unico digitulo attingere verebantur, jactantes, ceu est in Kiddusckin fol. 49. b. proverbio: עשרה קבין ירדו לעולם: ט׳ נטלו חזירים ואחרת כל העולם כולו: *Decem Kabi lepræ descendere in hunc mundum: novem ex illis porci sibi sumserunt, unum, reliquus orbis universus.* Inest itaque, ceu mea fert opinio, mica veri, istis Taciti verbis, ubi 5. Histor. de Judæis: *Sue abstinent, memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium.*

De abrogato discrimine ciborum.

Postquam viam sic præmunivimus, ultro & facili negotio eo deferimur, quo gradum affectamus. Nempe, manifestum est, discrimen illud ciborum, quod servandum veteri Ecclesiæ Judaicæ Deus commendaverat, ad Messiæ tempora nihil quicquam facere, atque illos dies aliam vitam postulare, aliosque mores. Quod enim sæpe hactenus dictum est, & denuo inculcandum venit, debebat sub Messiæ adventum, ipsum illud quod inter Judæos & gentiles olim fuerat discrimen, cessare, &, ceu Jacobi morituri Gen. 49, 10. habet oraculum, לו יקהת עמים *ad eum omnium populorum collectio fieri*, sicque

Judæi

De abrogato discrimine ciborum.

Judæi & οἱ ἔξω in unam gentem bona fide coalescere. Erat igitur necesse, ut quæ hactenus separationem induxerant, tollerentur e medio, & ut τὸ μεσότοιχον, quo ciborum discrimen referre oportet, everteretur funditus. Proinde, ademta gentibus peregrinitate atque impuritate, & in Dei populum adscitis, non debebat vitii quicquam in cibis, quibus homines vesci consueverunt, superesse, sed mundis omnia munda reddi, nec quod Deus in prima rerum creatione bonum & purum effecerat, malum ac impurum amplius judicari, sed juxta cum hominibus, primævæ restitui munditiei. Atque hujus veritatis vis tanta est, ut in ipsorummet Judæorum animos pridem se insinuarit, & minime dubium illis sit, suillæ carnis esum, circa Messiæ adventum ipsis concessum iri. At, suilla carne permissa, haud alius superesse potest cibus, qui Judæis faciat nauseam, quando hunc unum ex omnibus maxime aversantur. Ergo nos Christiani, qui Messiam advenisse & credimus, & scimus, suilla carne cibisque cæteris, ex sententia fruimur, nec habent Judæi cur nobis id vertant vitio. Imo rem recta via si secum reputarent, deprehenderent, licere & ipsis idem hoc facere, etiam volentibus persistere in sua infidelitate. Etenim, extorres a patrio solo, in iis plerique vivunt regionibus, quæ diversi ab isto sunt generis, nec illum teterrimum morbum, quo cum Judæa conflictabatur, admittunt. Fatendum tamen, vel sic in fœdam scabiem illam gentem, utut inter nos agit, admodum proclivem esse, & multos reperiri, quorum manus, barbas & mentum, misere occupat.

De Sabbato Iudaico disquisitio.

Superest de SABBATO disquisitio, de quo & ipso videamus. Duo hic communiter nobis objectant Judæi, & probro ac crimini dant, nempe, quod nec septimam illam lucem, quæ ipsis sacra est, quamque eam esse volunt, qua Deus a creatione hujus universi destitit, sanctam habemus, &, quod nec ipsa hac die, quam nos colimus, ab omni opere & labore cessare solemus. Cæterum, si verum est, quod magno consensu Rabbinorum tam veterum quam recentiorum primarii tradiderunt, nempe Sabbati cultum non nisi die quinto post egressum gentis ex Ægypto, cum in Mara castra metati essent, paulo ante decalogi promulgationem, & quidem solis Judæis præceptum fuisse, atque per meram prolepsin benedictionis & sanctificationis Sabbati in de mundi creatione historia, mentionem fieri, exigua urgemur difficultate. Etenim illa, quibus hactenus immunitatem nostram ab aliis Judæorum ceremoniis & positivis legibus, vere vindicavimus, etiam a Sabbati observantia nos liberant, neque habent Judæi quod merito culpent. Ne vero quis dubitet, id asserere Magistros plerosque, quod de iis prædicavimus, Eruditissimus Seldenus, si in luculento Commentario de Jure Naturæ & Gentium juxta disciplinam Hebræorum

orum libro 3. c. 9. 10. & 11. consulatur, faciet, ubi ipsa Rabbinorum testimonia, largiter in medium producit. Sed, nolim in his ita crude dictis acquiescere, idem enim mihi videtur, quod visum est non tantum Rabbinorum quoque aliquibus, sed & ipsis adeo Muhamedanis, quæque communis Christianorum sententia est, nimirum septimi diei religionem, rerum initiis esse coævam, & mandatum de eo colendo ad omnes attinere homines. Paulo aliter tamen, ac vulgo fieri solet, rem totam explicandam arbitror, atque, (salvis interim semper judiciis meliorum) sic censeo. Deus æternus, postquam intra sex dierum spatium, totum hoc universum affabre condidisset, & septimo finem fecisset tanti laboris, enixe voluit, ut perpetuo inter mortales conservaretur memoria, non tantum se autore omnem hanc molem suscitatam fuisse, sed & suscitatam eam esse intra hexaëmeron. Siquidem, intererat humanæ gentis scire, Deo architecto mundum fabricatum esse, atque hoc eum non diutina, & longorum annorum indefessa occupatione, multaque industria, sed intra paucos dies reddidisse effectum. Quamobrem rei utriusque symbolum, septimam diem, primos homines Deus in pretio habere, atque illo cessando paulisper ab aliis negotiis, mundi creationem animo recolere, quin & ad idem faciendum, ex sese nascendos & minores exhortari præcepit. Sic nos credere jubent ea, quæ post finitam in Sacris Literis de Creatione historiam, de benedictione & sanctificatione Sabbati statim subjiciuntur, quando illa nec ita accipere possumus, quasi Deus sibiipsi Sabbati colendi legem, minime vero humano generi indixerit, nec eadem possumus citra manifestam verborum vim, interpretari per prolepsin. Cum igitur hæc ita se habeant, quanto quisque probior & Numinis reverentior fuit, tanto magis præceptum hoc eum observasse ratio credere suadet, donec tandem, imprimis post cataclysmum, longa ætas, & gentium migrationes, ut aliarum bonarum rerum notitiam, ita hujus quoque in multorum hominum animis deleverunt. Nihilo minus, in Abrahami prosapia, (nec enim de aliis gentibus nunc disputo, quod facit prolixe Seldenus l. 3. de Jure Nat. & Gent. c. 15. seqq.) præcipue perennavit Sabbati cultus, etsi non tam circumspectus, scrupulosusque, ac postea a Deo fuit imperatus. Sufficiebat tum, qualitercunque a laboribus requiem sibi indicere, & sacra meditari; quod si vero necessitas cogeret, aut rerum conditio id postularet, labore aliquo, pro tempore fas erat defungi. Hinc, etsi Abrahami, Isaaci & Jacobi, multæ & diuturnæ in sacris literis describuntur peregrinationes, nullum unquam tamen indicium est itineris ob Sabbatum intermissi, ceu post exitum ex Ægypto factum esse, ibidem proditur. Enim vero, cum aucta in Ægypto Jacobi soboles, dura premeretur servitute, & magna laboris pensa, citra ullam quiescendi veniam, quotidie cogeretur absolvere, De Sabbato Iudaico disquisitio.

 tum

De Sabbato Judaico disquisitio.

tum quidem omnem Sabbati cultum penitus intercidisse, eamque unam Judæorum curam fuisse, ut die & noctu opus continuando, sæva Ægyptiorum quæ intentabant, verbera effugerent, scapulisque & lateribus suis consulerent, dubitari nequit. Quamobrem cum Deus libertatis populi vindex, ex hoc ergastulo ipsos eduxisset, suique juris postliminio redderet, mox simul plane obsoletam & antiquatam inter Judæos de Sabbato colendo legem revocare, ac in usum reducere constituit. Hac occasione simul ei visum fuit, augere nonnihil veterem legem, eamque nunc præter creationis hujus universi, jam amplius ipsius ex Ægypto eductionis, symbolum insuper facere; ut posthac celebrando Sabbati diem, Judæi in mentem assidue sibi revocarent, tum illam Dei post finitum creationis opus quietem, tum suam quoque a servilibus in Ægypto laboribus quondam liberationem. Ista igitur destinata, Deus vel in Mara, ceu Rabbinis plerisque placet, vel saltem cum Mannæ cœlesti cibo populum pascere inciperet, exequutus est, jussitq; septimam lucem deinceps sacram haberi, tanquam olim creationis, & jam præterea portentosæ ex Ægypto liberationis signaculum. Initia redintegrati sabbatici cultus, in illud tempus quo Manna primum depluit incidere, ex Exod. 16, satis constat, neque vocari id potest in controversiam. Nec minus & illud certum est, quod de duplici hujus religiositatis fine diximus, est enim hæc Dei vox Ex. 31, 16. 17.
ושמרו בני ישראל את השבת לעשות את השבת לדרתם ברית
עולם : ביני ובין בני ישראל אות היא לעלם כי ששת ימים
עשה יי׳ את השמים ואת הארץ וביום השביעי שבת וינפש :
Observabunt itaq; filii Israëlis Sabbatum ipsum; celeberando Sabbatum per generationes suas fœdere perpetuo. Inter me, & filios Israëlis signum est in perpetuum: quia sex diebus fecit Dominus cælum & terram, die autem septimo quievit, & recreavit se. Sunt quoque Dei ore prolata sequentia, Deut. 5, 19. 20. 21. ששת ימים תעבד ועשית כל מלאכתך
ויום השביעי שבת ליי׳ אלהיך לא תעשה כל מלאכה אתה ובנך
ובתך ועבדך ואמתך ושורך וחמרך וכל בהמתך וגרך אשר בשעריך
למען ינוח עבדך ואמתך כמוך : וזכרת כי עבד היית בארץ מצרים
ויצאך יי׳ אלהיך משם ביד חזקה ובזרע נטויה על כן צוך יי׳ אלהיך
לעשות את יום השבת : *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: Dies vero septimus Sabbatum est Domino Deo tuo; ne facias ullum opus, tu, aut filius tuus, aut filia tua, aut servus tuus, aut ancilla tua, aut bos tuus, aut asinus tuus, aut ullum jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui est intra portas tuas, ut quiescat servus tuus, & ancilla tua sicut tu. Et memineris te servum fuisse in terra Ægypti, Dominum vero Deum tuum eduxisse*

te

te inde manu forti & brachio extento: idcirco præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut observes diē ipsum Sabbati. Non aliter, ac nos fecimus, in istis explicandis versatur ipse Sapiens Maimonides l. 2. Doctoris perplex. c. 31. & operæ pretium est, illum loquentem admittere. כבר באו בזאת

De Sabbato Iudaico disquisitio.

המצוה שתי עלות מתחלפות מפני שהם לשני עלולים מתחלפים
וזה שהוא אמר בעלת הגדיל השבת בעשרת הדברות הראשונות
אמר כי ששת ימים עשה וגו' ואמר במשנה תורה הכרת * כי עבד
היית במצרים וגו' על כן צוך יי' אלהיך וגו' וזה אמת כי העלול
במאמר הראשון הוא כבוד היום והגדילו כמו שאמר על כן ברך
יי' את יום השבת ויקדשהו זהו העלול הנמשך לעלת כי ששת ימים
וגו' אמנם תתו לנו תורת השבת וצוותו * אותנו לשומרו הוא
עלול נמשך לעלת היותנו עבדים במצרים אשר לא היינו עובדים
ברצוננו ובעת שחפצנו ולא היינו יכולים לשבות וצונו בתורת* השביתה
והמנוחה לקבץ שני הענינים האמנת דעת אמתי והוא חדוש העולם
המורה על מציאות השם בתחלת המחשבה ובעיון הקל וזכור חסדי השם
עלינו בהניחנו מתחת סבלות מצרים וכאלו הוא חסד כולל בדעת
האמיתי העיוני ותקון העניין הגשמי ;

* In MS. nostro melius וזכרת

* MS. וצונו

* בתורה השביתו

Hoc est, Interprete Cl. Buxtorfio: *Duæ occurrunt causæ diversæ in hoc præcepto, propter duo videlicet causata, h. e. propter duos diversos effectus. Nam cum primo nobis Moses causam celebrationis hujus explicat in decem Præceptorum promulgatione, sic ait* (Ex. 20, 10.) Quia sex diebus fecit Deus &c. *In repetitione vero illorum in Deuteromio* (c. 5, 15.) *ita ait:* Ut recorderis, quod servus fuisti in Ægypto; *&c.* idcirco præcepit tibi Dominus Deus tuus *&c. Causatum, cujus in primo loco fit mentio, est Gloria & Magnificentia Diei illius, sicut dicitur:* Idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificavit illum. *Hoc causatum sequitur causam illam,* Quia sex diebus &c. *Verum, quod nobis* (Israëlitis) *præceptum de Sabbato dedit, & observationem ejus præcepit, causatum alterum est, quod sequitur causam illam,* Quod servi fuerimus in Ægypto, *quo tempore non secundum voluntatem nostram, neq; quando nobis placebat, serviebamus, neq; quiescere vel Sabbatum agere poteramus:* (h. e. quo nec servire, nec quiescere secundum voluntatem nostram poteramus.) *Ideoq; speciatim quoq; nobis præcepit in Lege Cessationem & Requiem, ad duas istas rationes conjungendas: Fidem nempe de Novitate Mundi, quæ in principio statim cogitationis & levi faciliq; consideratione nos erudit de Existentia Dei; deinde Memoriam beneficiorum Dei in nos collatorum, dum nobis requiem largitus est a molestia intolerabilium illorum Ægypti onerum, etsi hoc beneficium comprehenderet tum Sententiam illam veram speculativam, tum Ordinationem*

De Sabbato Iudaico disquisitio.

rei corporalis, vel ad corpus pertinentis. Caeterum, hanc solemnem legis de colendo Sabbato, paulo post egressum ex Ægypto, factam repetitionem, minus recte accipientes Judæorum Magistri, perperam sua opinione in hunc errorem prolapsi sunt, quasi ante hoc tempus, Sabbati nulla nunquam (nisi quod unum Abrahamum excipere solent) in orbe fuerit veneratio, atq; Magistrorum in hanc rem dicta, ceu supra indicavimus, Seldenus collegit, possuntque ab eo observatis addi insuper alia. In Ialkut fol. 73. col. 2. legitur: שם שם לו חק ומשפט שם ניתן
לישראל אחד עשר מצות שבע שנצטוו בני נח ואברהם על המילה
ויעקב על גיד הנשה הוסיפו לישראל שבת וכיבוד אב ואם : תניא
עשר מצות נצטוו ישראל במרה שבע שקבלו עליהן בני נח והוסיפו
עליהן דינין דכתיב שם שם לו חק ומשפט שבת וכיבוד אב ואם
דכתיב אשר צוך יי' אלהיך אמר רב יהודה אמר רב כאשר צוך
במרה; Id est: (Illud quod Ex. 15, 25. scriptum est:) Ibi imposuit ei statutum & judicium, (significat,) *eo in loco tradita fuisse Israëlitis præcepta undecim. Nimirum illa septem quæ imperata fuerant Noachidis, & præceptum de circumcisione imperatum Abrahamo, itemq; præceptum Jacobi de nervo luxato, quibus in Israelitarum gratiam nunc superaddita fuere præcepta de colendo Sabbato, & de honorandis parentibus. Vetus traditio habet: Præcepta decem acceperunt Israëlitæ in Mara. Nempe septem illa quæ servanda receperant Noachidæ. Iis adjectæ fuere formulæ judiciorum: Scriptum enim est:* Ibi imposuit ei statutum & judicium. *Adjecta insuper præcepta de colendo Sabbato, & colendis parentibus: quia scriptum* (Deut. 4, 23,) Quæ præcepit tibi Dominus Deus tuus: *quod Raf Jehuda nomine Raf, explicat de præceptis latis in Mara.* Keli Jakar fol. 55. col. 3. נאמר שם שם לו חק ומשפט ושם נסהו
ונסיון זה הוא אם יהיו ראוים לקבלת התורה וכאשר האמינו
ישראל כי בכח אלהי' עשה משה את כל המעשה הגדול ההוא
ע״כ מסר להם הקב״ה שם מקצת מצות שבת ופרה אדומה ודינין
וכיבוד אב ואם כי מצות אילו יש להם יחס עם זה המעשה
כי על ידי שיאמינו בנס זה יאמינו גם בחידוש העולם אשר השבת
מורה עליו; Id est: *Legitur* (Ex. 15, 25.) Ibi imposuit ei statutum & judicium, & ibi tentavit eum. *Atq; ista tentatio huc spectabat,* (ut fieret periculum,) *an digni essent* (Judæi) *quibus Lex Divina concrederetur. Quia enim credebant Israëlitæ, Mosen virtute divina edidisse magnum illud miraculum,* (quo solius ligni, & quidem amarissimi injectione, aqua fellea reddita dulcis est,) *ideo Deus Opt. Max. ibidem loci illis præcepta aliqua tradidit. Videlicet præceptum de Sabbato, de Vacca rufa, de formu-*

formulis judiciorum, & de colendis parentibus. Etenim præcepta hæc, habent affinitatem quandam cum illo miraculo, ut fidem ei habentes, creationem orbis in tempore factam sint admissuri, cujus symbolum Sabbati gestat celebratio. Sed ista, quæ de Sabbati origine sic tradunt Judæi, nobis quidem falsa videntur, & magis cum vero Sacrisque Literis consentaneum videtur, cum mundi cunabulis, cœpisse jam Sabbaticum diem feriatum esse. Simul ac enim præcipitante in occasum sexto die, Deus opus suum absolvisset, & quietē septimo captasset, hunc diem septimum, sacrum, & conditi orbis æternum monumentum, (utique inter homines,) constituit. Neque in Mara, vel in deserto quod inter Elimam & Sinai est, & ubi cœlitus demisso cibo primum refici cœperunt Judæi, aliud actum, quam ut ob longam in Ægypto servitutem, intermissum Sabbati colendi morem, in usum revocaret. Verum enim vero, quia renovatæ huic legi, novum caput additum est, ut inter Judæos non creationis tantum, ceu antidhac, sed & amplius ex Ægypto liberationis τεκμήριον, esse debebat, hanc ob causam aucta quoque simul fuit diei in illa gente religio. Nimirum, non sufficiebat jam, ut Judæi vulgato, & cæteris mortalibus præcepto more, Sabbati diem festum haberent, quippe, cum præter commune illud orbi universo præstitum creationis beneficium, propria, eisque peculiaria munera involveret. Hinc uberior Sabbati cultus Judæis tum imperatus est, atque ab omni labore, tam ipsos, quam servos & ancillas, jumenta quoque eorundem abstinere Deus voluit. Simul, & hunc finem, prout ex paulo ante allato Exodi loco perspicimus, idem Numen tam exacto & circumspecto Sabbati cultu intendit, ut illud non minus quam Ceremoniales leges aliæ, Judæos & gentes discriminaret, efficeretque, ut viverent utrique moribus institutisque contrariis. Nam, habebant sane gentiles etiam festos dies, quibus a labore feriabantur. Laxiore tamen hic gaudebant disciplina, nec nefas eis erat, multa ad vitæ utilitatem pertinentia, sacro die peragere. Hinc apud Maronem lib. 1. Georg. legitur:

De Sabbato Judaico disquisitio.

Quippe etiam Festis quædam exercere diebus,
Fas & jura sinunt; rivos deducere nulla
Relligio vetuit: segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri; incendere vepres,
Balantumq; gregem fluvio mersare salubri.

Ad quem locum Servius annotavit, eos qui disciplinas Pontificum interius agnoverunt, dicere, festo die, *sine piaculo posse fieri, quæ supra terram sunt, vel omissa nocent, vel quæ ad honorem Deorum pertinent, & quicquid fieri sine institutione novi operis potest.* Sic Ulpianus in l. 9. D. Ferdiis, autor est, Minicio Natali rescripsisse Trajanum Cæsarem: *Ferias a forensibus negotiis dare vacationem: ea autem quæ ad discipli-*

nam

De Sabbato Iudaico disquisitio.

nam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda esse. Confer Columellam l. 2. Rei Rust. cap. 22. & Macrobium 1. Saturn. cap. 16. Quibus in hunc modum explicatis, jam sua serenaque luce oppido clarum est omnibus, severiorem illum, &, ut ita dicam, exquisitiorem Sabbati cultum, ad Christianos nihil attinere, & adeo ab his omitti jure optimo maximo. Quippe, cum eductio ex Ægypto, uni Judaicæ genti proprium sit beneficium, illius est, hoc nomine gratias Deo persolvere, & quas in vicem præstare jussit, sacras ceremonias peragere. Nos Christiani, uti extra beneficii istius sumus consortium, ita & augmentum quod hoc nomine Sabbati cultus passus est, a nobis segregamus. Tum vero, pridem demonstratum est, ea quæ olim ad faciendum inter Judæos aliasque gentes discrimen, constituta erant, penitus nunc Deum sublata velle, postquam tam has, quam illos, in Messia, æquali jure, pro liberis suisque heredibus adoptavit. Aliud dicendum de creationis beneficio, quod grata mente nos Christianos agnoscere, Deiq; potentiam, sapientiam, & bonitatem, quas in hoc opere exeruerat, æternis laudibus celebrare convenit. Quatenus igitur Sabbatum conditi universi symbolum est, & in Adamo, toti humano generi ejus cultus imperatus fuit, eatenus ad nos pertinet, nec debet ista religio, nisi cum sua fata, suumque iterum interitum patietur hæc mundi machina, cessare. Ad hoc vero officium nostrum faciendum, non requiritur, ut Judæorum ritus & ceremonias imitemur, & ab omni labore, etiam illo quem charitas cognationis ejus quam inter nos homines natura instituit, imperat, aut necessitas exigit, abstineamus, sed, sufficit nobis antiquissimorum Dei hominum insistere vestigiis, atque iis in colendo Sabbato paria facere. Atque hoc fit, dum civilibus, forensibus, ac manuariis laboribus pausam indicentes, in templis collecti, Deo pro acceptis beneficiis laudes & grates cantamus, deprecationes fundimus, verbumque Divinum devote meditamur. Est autem hic cultus sine dubio longe Deo acceptior, quam inanis Judæorum circa τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, ceu Paulus Gal. 4, 9. eleganter appellat, superstitiosa scrupulositas, apud quos multa audias legasq; quæ ad miraculum usq; subtilissime (tempero enim mihi, ne dicam stultissime) de cessatione ab opere disserunt, & quomodo laborum quasi quasdam familias faciant, omniaque ad vivum resecent, hoc uno argumento maximam suorum librorum quotquot uspiam gentium extant, partem adimplentes. At, de mente pura & a profanis rebus vacua præstanda, de concipiendo vero veri Dei timore, de seria cordis pietate, de pœnitentiæ requisitis, de modis impetrandæ peccatorum veniæ, quæ arcem religionis cultusque sine dubio constituunt, altum silentium, harumque rerum non plebeji tantum homines, sed & Magistri penitus rudes sunt, & ignari. Interim

nimia

nimia, & ut Græce melius dicam ἀκριβὴς καὶ βεβασανισμένη ἔρευνα, quam in vitando labore Judæi impendunt, hoc unum iis tribuit commodum, ut ne quidem ſecundum ſua inſtituta Sabbatum colant, tam enim multa, varia & minuta ſunt, quæ obſervare jubent, ut omnis humana induſtria, etiam cum maxime cavet, non tamen cavere poſſit, quo minus aliquod præceptorum violetur. Itaque offendas paſſim in triviis querentes acerrime Judæos, plurimos ſuorum non recte colere Sabbatum, & hanc ſolam cauſam eſſe, cur tam diuturna & dura iſta illorum inter nos ſit ſervitus, quippe, nemini Apollinis magis verum viſum eſt reſponſum, quam illis videtur hoc R. Jochananis a R. Simeone Ben Jochai perceptum, & in Schabbat ſol. 118. b. relatum in literas dictum: אלמלא משמרים ישראל שתי שבתות כהלכתן מיד נגאלים Id eſt: *Quodſi Judæi duo* (tantum) *Sabbata rite & decenter ſervarent, illico* (ex captivitate) *liberarentur.*

De Sabbato Iudaico disquiſitio.

Sublatus eſt e medio ſcrupulus, quem Judæi ob intermiſſum exactiorem Sabbati cultum injicere ſatagunt. Sed ille alter amovendus reſtat, ipſorum opinione ineluctabilis, quo ſaltem in hoc peccare nos contendunt, quod in veri Sabbati locum alium diem feriemur, & Sabbatum honore debito privantes, ejus privilegium in nobis dictam Dominicam diem nefarie tranſtulerimus. Nempe ajunt, ſi Sabbatum conditi orbis ſymbolum vobis relinquitur, illa ipſa quoque dies qua Deus a creatione deſtitit, & cujus venerationem injunxit, Sabbati & nomen, & cultum apud vos mereri debebat. Vt verum fatear, una hæc ex omnibus difficultatibus, quas Judæi nobis objectant, mihi ſemper momentoſa paululum viſa fuit, eſtque res operis & laboris alicujus, adverſus eos, qui omnem autoritatem illis, quos noſtri inſtituti autores habemus, adimūt, hoc tanquam jure factum tueri: nec poſſunt fortaſſe quæ vulgo diſputantur, pertinacibus obtrectatoribus usq; quaq; ita os obturare, ut hiſcere deſinant. Totam difficultatem ut expediamus, dico primum, ex cōmuni Theologorum ore, hoc quidem humano generi præceptum ac imperatum eſſe, ut in memoriā creati intra hexaëmeron hujus univerſi, ſemper poſt ſex profeſtos dies, ſeptimus feſtus agatur; at, unde computationis hujus initium faciendum ſit, id nullis legibus ita circumſcriptum eſſe, ut non arbitrii libertati aliquid hactenus liceat. Hoc eſt, uti cōmuniter loquuntur, præceptum de colendo Sabbato morale eſt, & omnes homines obligat, circumſtantia diei ſeptimi ceremonialis eſt, & ſolos Judæos obſtringit. Quia vero ſurdis Judæis fabulam narrare occipimus, dum hæc reſpondemus, aſſerto huic robur addere conabimur, & firmamentum. Scilicet, ante omnia urgendi ſunt Judæi, ut nobis liquido oſtendant, hunc diem quem ipſi pro Sabbato colunt, eſſe vere ſeptimum illum orbis creati diem quo, Deus in initio rerum quievit, per innumerabiles vices recurrentem. Sive enim, ceu majori parti Ma-

De Sabbato Judaico disquisitio.

strorum visum est, non nisi in Mara deserto, de Sabbato festo habendo lex lata fuit, sive, quod nobis, tanquam verisimilius placuit, ibi loci post diutinam in Ægypto intermissionem, ceremonia ista postliminio in usum revocata & aucta est, quo quæso argumento probabitur, illud Sabbatum quod primum inter Judæos coli cœpit, primævo Sabbato in septenarii calculo exacte respondere? Scimus ex Exod. 16. per quam optime, primum Sabbatum, quod Judæi festum egerunt, septimum post descensum Mannæ diem fuisse: sed, simul hunc fuisse septimum conditi orbis per vicissitudines revolutum diem, id nuspiam proditur. Et vero, poterat deinde, ille septimus post Mannæ primordia dies, assidue celebratus, & creati intra hexaëmeron mundi, & liberationis ex Ægyptiaca servitute symbolum esse, etsi maxime septimus non erat, facta numeratione inde a rerum exordio. Equidem Philo Judæus l. 1. de Vita Mosis, ad ipsum Mannæ miraculum confugit, atque istud hæsitantes admodum Judæos, ecquis e numeratione a mundi conditu dies septimus esset, certiores hac de re reddidisse autumat: cujus lib. 1. de vita Mosis, dum de Mannæ miraculis disserit, verba sunt: Ἅμα μέν τοι καὶ τὴν τριπόθητον ἡμέραν ἀνεδιδάσκοντο, ζητοῦντες γὰρ ἐκ πολλοῦ, τίς ἄρα ἡ τοῦ κόσμου γενέθλιος, ἐν ᾗ τόδε τὸ πᾶν ἀποτελέσθη, καὶ παρὰ πατέρων καὶ προγόνων τὴν ζήτησιν ἄλυτον διαδεξάμενοι, μόλις ἠδυνήθησαν εὑρεῖν, οὐ μόνον χρησμοῖς ἀναδιδαχθέντες, ἀλλὰ καὶ τεκμηρίῳ πάνυ σαφεῖ. Interpres vertit: *Simulq; discebant observationem illius diei sacratissimæ ac desideratissimæ. Cum enim jamdudum quæsissent, qui esset mundi natalis, quo hoc universum absolutum est, rem a suis majoribus ignoratam tandem didicerunt, non solum oraculo, verum etiam argumento manifestissimo.* Quis vero non videt, ista eadem facilitate rejici posse, qua fuerunt allata? nec enim ulla necessitas nos credere compellit, respexisse Deum tantopere primævum septimum diem, ut ejus horarum momentis sese quasi alligaret, & illorum in repetitione legis de colendo Sabbato rationem habere cogeretur. At, non defuerunt inter nos, qui etiam argumentis probabile reddere instituerunt, primum quod in deserto post Mannæ descensum, celebratum est Sabbatum, nequaquam fuisse diem a mundi natalibus in septenaria dierum periodo septimum. Quippe Paulus Burgensis Episcopus, ex Judæo Christianus, part. 1. Scrutin. Scripturar. Dist. 8. c. 14 scribit: *Si bene consideras primum Sabbatum quod legitur in deserto celebratum, non fuit septima dies correspondens primo Sabbato, quod fuit in mundi exordio, prout tu* (altercatur ibi Paulus cum Saulo Judæo, per dialogum:) *dicis. Sed fuit septima dies a descensu Mannæ. Qui quidem descensus non legitur incepisse in prima die Hebdomadæ; unde sic septima dies computata a prima die descensus Mannæ concurrat cum die Sabbati in primo exordio sanctificati. Imo*

pro-

probabilius posset dici, quod dies prima, in qua Manna descendit, non fuit prima dies hebdomadæ, quæ dicitur una Sabbatorum. Nam in primis vesperis illius diei descendit Coturnix, & saturati sunt carnibus. Constat autem, quod, si illa vespera esset vespera secunda diei Sabbati, non esset eis licitum occidere coturnices, & parare eas. Ex quo patet, quod dies immediate præcedens descensum Mannæ, non fuit dies Sabbati, & per consequens prima dies, in qua Manna descendit, non fuit una Sabbatorum. Sic ille, cujus ratio etsi jejuna, & frivola dictu nobis videtur, non diffitentes, vix fieri posse, ut adversus Judæos demonstretur, primum post descensum Mannæ Sabbatum, ad Sabbatum primævum, in dierum hebdomadibus minus quadrare: non tamen contrarium quoque Judæi unquam evicerint, & saltem res omnis est in suspenso. Atque hoc tantisper nobis sufficit; quia enim Judæos, velint nolint, concedere oportet, rem aliter se habere posse ac ipsi perhibent, jam non cohæret igitur circumstantia hujus magis quam illius diei septimi, cum Sabbatico cultu nexu necessario & indivulso. Verum eandem hanc *thesin porro, ex Magistrorum consultis asseramus fortius, & altius provehatur disputatio, viresque sumat eundo. Revocamus igitur in animum Judæis, id quod legibus institutisque majorum cautum est, de homine qui solus in deserto oberrans, ignorat, quando verum Sabbatum illucescit. Et vero, non temere hic casus effictus est, solent enim in vita humana multa evenire ejusmodi. Potest quis post multarum dierum continuam tempestatem, quibus lucis & tenebrarum vices satis discernere non licuit, denique naufragus in Insulam deferri, habitatoribus vacuam, & nullius ante tritam pedibus, ac proinde consilium cum re amisisse, omnem nimirum futurorum dierum veram nomenclationem & computum. Non ergo frustra Sapientes Hebræorum solicitavit hic casus, & quæsitum merito est, quid homo probitatis religionisque suæ tenax, in similes angustias redactus, de Sabbato statuere debeat? Cæterum convenit inter eos, talem solivagum, minime liberum esse a præcepto quod colere Sabbatum jubet, sed ad illud sedulo servandum nihilo minus obligari. Cum autem in veri Sabbatici diei notitiam devenire non possit, eapropter celebrare debere, omni deinde ævo, hebdomatim diem, qui septimus est sui erroris & temporum conturbationis.

De Sabbato Judaico disquisitio.

Tenemus igitur quod volumus, & certa res est, permagnum intercedere discrimen, inter præceptum quo quis ad colendum diem aliquem septimum obligatur, & ipsius septimi diei circumstantiam, ita ut illud limitationem quidem nullam patiatur, circumstantia autem diei septimi eidem subjaceat utique. Ergo saltem non alligavit Deus τῇ φύσει σαββάτῳ, ceu Epiphanius vocat, suum cultum, uti verbi causa alligatæ fuerant templo Hierosolymitano sacræ ceremoniæ. Etenim in desertam

De Sabbato Judaico disquisitio.

sertam insulam delatus homo Judæus, templum condere, aras erigere, & hostias offerre prohibebatur, non prohibebatur autem Sabbatum sibi proprium & peculiare facere, quod sane nefas fuisset, si circumstantiæ diei septimi, innexa & implicita erat religio. Restat nunc ut decretis Magistrorum nostra confirmetur assertio. Codex noster MS. Ez Hechaiim, optimus liber, Hilchot Schabbat c. 14. habet: המהלך במדבר ולא ידע מתי יום שבת מוני מיום שטעה ששה ומקדש אחד ומברך בו ברכת היום ומבדיל בכל יום אפילו ביום שמקדש ומותר לעשות כדי פרנסתו בלבד שלא ימות ואסור לו לעשות יותר על פרנסתו ואם ידע שהיום שמיני ליציאתו וכיוצא בזה המניין מותר לעשות מלאכתו באותו יום שודאי שלא יצא בשיירא בשבת ושאר הימים חוץ מיום זה עושה כדי פרנסתו ; Id est: *Qui in deserto iter facit, & ignorat quando sit dies Sabbati, hunc numerare oportet ab illo die oberrationis suæ dies sex, & sequentem sanctificare, consecrareque eum solemnibus precum formulis: separationem autem facit quoquo die, etiam illo quem sanctificat. Atque fas ei est* (quoquo die) *tantum parando cibo vacare, quantum alendo ne moriatur sufficit, amplius vero parare non licet. Quod si ei constet diem illum de quo ambigit, esse ab exitu octavum, & sic secundum hanc proportionem consequenter,* (nesciat autem qua die hebdomadis exiverit,) *tum ei fas est hoc die,* (& quoties per periodos recurrit,) *opus peragere, certum enim, non institutam ab eo die Sabbatico profectionem: at reliquis diebus, solo hoc excepto, haud plus cibi parat, quam diurna necessitas exigit.* Maimonides Hilchot Schabbat c. 2. §. 22. המהלך במדבר * ולא ידע מתי הוא יום שבת מונה מיום שטעה ששה ומקדש שביעי ומברך בו ברכת היום ומבדיל במוצאי שבת ובכל יום ויום ואפילו ביום זה שהוא מקדש מבדיל בו ומותר לו לעשות כדי פרנסתו בלבד כדי שלא ימות ואסור לו לעשות יותר על פרנסתו שכל יום ויום ספק שבת הוא ואם ידע שהוא * שמיני ליציאתו או חמשה עשר ליציאתו וכיוצא בזה המנין הרי זה מותר לעשות * מלאכה באותו היום שהרי הדבר ודאי * שלא יצא בשיירא בשבת ושאר הימים חוץ מיום זה עושה כדי פרנסה בלבד ; Id est: *Qui in deserto oberrat, & nescit quando sit dies Sabbati, is numerat ab illo die oberrationis suæ dies sex, & sanctificat septimum, recitatque illo ordinarias precum formulas, tum & finito eo festi a profesto facit separationem, facitque idem quoquo die, etiam eum, tanquam profestum separans, quem sanctum facere instituit. Fas vero ei est* (quotidie) *tantum sibi*

* In Dilherriano MS. legitur בדרך ואינו יודע

MS שהיום

* MS melius habet בכל המלאכה

MS. באר

De Sabbato Iudaico disquisitio.

sibi parare quantum opus est ad mortem evitandam, sed amplius parare prohibetur, de quoquo enim die præsumtio est, esse Sabbaticum. Quod si autem certum sit ei, hunc circa quem hæret, esse diem ab exitu octavum, aut decimum quintum, & sic secundum istam computationem consequenter, tum licet ei illo die (& quoties per vices revertitur,) *vere opus peragere, nam minime dubium, non profecturum fuisse die sabbatico, cæteris autem diebus, uno hoc excepto, non parat amplius alimentorum quam necesse est.* Schulchan Aruch Hilchot Schabbat num. 344. ההולך במדבר ואינו יודע מתי הוא שבת מונה שבעה ימים מיום שנתן אל לבו שכחתו ומקדש השביעי בקידוש והבדלה ואם יש לו ממה להתפרנס אסור לו לעשות מלאכה כלל עד שיכלה מה שיש לו ואז יעשה מלאכה בכל יום אפילו ביום שמקדש בו כדי פרנסתו מצומצמת ומותר לילך בו בכל יום אפילו ביום שמקדש בו היה יודע מנין יום שיצא בו כגון שיודע שהיום יום רביעי או יום חמישי ליציאתו אבל אינו יודע באיזה יום יצא מותר לעשות מלאכה כל מה שירצה ביום שמיני ליציאתו שביום כזה יצא מביתו ובודאי לא יצא בשבת וכן ביום טו וביום כב וכן לעולם: Id est: *Qui in deserto oberrat, & nescit quando Sabbatum illucescat, is computat dies septem ab eo quo errorem suum ad animum revocavit, & sanctificat septimum* (more & institutis majorum,) *consecratione & separatione. Quod si ei quod comedat, suppetit, haud ullum opus illi peragere conceditur, donec id fuerit consumtum, quo erat instructus. Postea quoquo die, etiam illo quem consecravit, opus peragere licebit quantum alimento diurno, sed perparce, sufficit: fas quoq; illi est, quoquo die, etiam illo quem consecravit, iter persequi. Quod si de numero diei quo exivit, ei constet, verbi causa, esse nunc diem quartum aut quintum post egressum, ignoret vero, quo die* (hebdomadis) *profectus sit, fas ei est opus quodcunq; peragere die ab exitu octavo, simili enim die domo egressus fuit, certum autem est, non exiturum fuisse Sabbato, quod idem de decimo quinto, itemq; vigesimo secundo, atq; sic deinceps per omne volubile ævum censendum.* At, dicent Judæi, ex allatis testimoniis simul constare, velle hoc quoque Magistros, ut homo solivagus & de vero Sabbato hæsitans, perpetua quasi Sabbata agat, &, nisi, saltem dierum erroris sui numerum inire possit, ut semper & perpetuo ab omni omnino labore abstineat, uno eo excepto, quo vitæ suæ adversus famem exitiabilem consulit. Fateor rem ita se habere, verum id ad causæ summam nihil attinet, quæ hactenus salva est, quia demonstravimus id quod demonstrandum erat, licere nimirum homini verum diem Sabbaticum ignoranti, alium septimum diem festum facere, & ritibus ac ceremoniis Sabbaticis transigere; non enim de quiete a labore

De Sabbato Judaico disquisitio.

nunc vertitur controversia, sed de die qui Sabbati schema gerit cum nomine. Esto igitur, prohibeatur erro ejusmodi Judæus ullum unquam opus patrare, ob dubitationem, qua de quaque luce præsumere cogitur, esse eam fortasse illam suæ gentis vere Sabbaticam. Attamen, non facit eapropter septem Sabbata continua, vel potius non celebrat Sabbata æterna, sed unum aliquem diem sibi eligit, atque hunc solum per septenarias periodos Sabbati instar colit, & more institutisque majorum consecrat. Quanquam, prout nos de Insula & naufrago casum formavimus, jam hon habet quoque locum, illud de cessatione a labore sex reliquis diebus, monitum. Necesse enim est, ut homo naufragus post diutinam tempestatem, quæ dierum numeros & cum noctibus vicissitudines ei ademit, in Insulam appulsus, aliquo tempore vestes in sole exsiccet, aut resarciat; ut casam sibi faciat, ut ignem excitet, ut utensilia aliqua paret, ut feras capiat, agriculturam exerceat, & alia ejusmodi peragat, quæ Sabbato patrare nefas est. Non enim necis periculum imminet si ista omittantur, quo ex Judæorum Regula licita evadant, interim non fieri tamen potest, ut homo aliquis sanus a talibus sibi temperet, atque omnem ætatem nudus, & otiosus, sub arbore cubans, solas glandes aut sponte deciduos fructus legendo, vitam, (quod facere utique ei licet,) toleret. Nempe retundit nimiam Magistrorum subtilitatem, hebetatque, ipsa naturæ humanæ conditio, & illud sese omni honesta ratione conservandi quibuscunque innatum, infixum, & implantatum desiderium; ut alias difficultates, quæ multæ & magnæ de Insularum variis conditionibus poterant moveri, nunc prætereaam.

Remota hac quoque difficultate, causabuntur denique Judæi, in iis quæ modo disputata sunt, aliquid necessitati indulgeri, quam hominibus superare non conceditur. Interim illud minimum in confesso relinqui, hactenus peccare Christianos, quod sua tantum (uti Comicus loquitur,) voluntate coacti, hoc est temere, & inconsulte, diem vere Sabbaticum, quique ex eo inter ipsos nomen adhuc retineat, suo honore privarint, & longe diversum diem ab eo colant, quem Judaica gens ex Dei jussu in deserto post Mannæ descensum, ætatem feriandum acceperat. Quæ, etsi speciem habent, & non de nihilo objiciuntur, tamen & huic telo clypeum objicere licet, ne nimis nos feriat. Ajo nimirum, etiam hoc præceptum de colendo Sabbato, quatenus puncta & momẽta horarum Judæis primum signata, includit, inter ea referendum esse, quæ nunc post extensam ad gentiles Dei Ecclesiam & toto orbe dilatatam, servari nulla ratione possunt: qualia multa esse, jamdum supra fecimus indicium. Παράδοξον hoc cuiquam videri possit, res tamen ita se habet, imprimis si Judæorum sequamur hypothesin. Volunt enim ii Sabbatum, qua festum est, ex Hierosolymorum & Palestinæ

stinæ (quorum gratia leges de Tempore Festisque in deserto traditæ,) Cœli, Solis, Terræque positura, definitionem accipere, id est, a dierum ibi vespera, seu Solis occasu. Proinde, illud spatium, intra quod Sol e terra Israelitica in Occidentem discedit, & iterum exoriens, radiis suis illam collustrat, quoad denuo noctescit, est illud τὸ φύσει σάββατον, quod colere oportet, atque vere illud 24. horarum intervallum, quod retro legendo vestigia, septimum a Mannæ descensu, itemque septimum ab Orbis creatione diem constituere deprehenditur. Quæ, si ita sunt, ut alii homines præter Judæos Palæstinæ incolas, verum & proprie dictum Sabbatum, sive illud spatium, quod divina consecratione sanctificatum fuit, religiose celebrent, prorsus est ἀδύνατον. Etenim, certum est, diversos diversarum regionum esse habitus, atq; sic Siderum quoque in iis ortus, occasusque. Nam, si versus Austrum vel Aquilonem viam affectemus, subinde aliæ aliæque cœli partes oculos subeunt, aliæ conspectui nostro subducuntur, & Polus hic elatior, alibi depressior apparet: quod, si vero versus Orientem vel Occidentem proficiscamur, Astra citius vel tardius oriri deprehendimus. Harum rerum causa est terræ globositas, quæ obstat quo minus uno eodemque tempore Sidera omnibus terrarum plagis se conspicienda præbeant. Hinc autem liquido consequitur, non posse alias gentes cum Judæis Palæstinis in celebratione Sabbati quoad temporis momenta concurrere, sed, quod omnibus tardius, & quibusdam non nisi post universarum horarum 24. hoc est integri diei civilis intervallum, atque sic alio prorsus die illud auspicari necessitas, imponatur. Hæc ita se habere minime dubium est omnibus, qui Orbis hanc machinam non perfunctorie intuentur, & Geographiæ elementa tenent; nec dissentiunt sapientiores Judæi. Namque, in libro antiquissimo Sohar, Parascha Vajikra memorabilis in istam rem habetur locus, & longe diversus ab iis, quæ non vulgares tantum Judæi, sed & Talmudistæ, de mundi figura, Solisque motu, quasi febricitantes somniarunt.

De Sabbato Iudaico disquisitio.

ובספרא דרב המנונא סבא פרש יתיר דהא כל ישובא מתגלגלא
בעגולא כדור אילין לתתא ואילין לעילא וכל אינון בריין משנין
בחזויהו בשנויא דאוירא כפום כל אתר ואתר וקיימין בקיומיהו כשאר
בני נשא ועל דא אית אתר בישובא כד נהיר לאילין חשיך לאילין
לאלין יממא ולאלין לילא ואית אתר דכלא יממא ולא אישתכח
ביה לילה בר משעתא חדא זעירא: Id est: *In libro R. Hamnunæ Senis, ubertius declaratur, mundum universum corpus rotundum esse, globi adinstar, aliosq; subtus, alios supra habitare, istosq; orbis incolas, differre inter sese formis aspectuq;, pro aëris diversitate, & persistere salvos, more reliquorum mortalium. Atq; hinc esse in orbe locum, ubi cum his lucescit, noctescit*

De Sabbato Iudaico disquisitio.

scit aliis, ubi cum his dies est, aliis non agitur; *esse item locum, qui totus dies est, & ubi haudquaquam nox, nisi una perbrevi hora, reperitur.* Ex hoc verissimo fundamento, jam porro fatetur Baal Cosri, Sinensibus 18. horis serius quam Judæis Palæstinis Sabbatum illucescere. Quem locum ex part. 2. num. 20. integrum adduxisse, est operæ pretium, quia Magistrorum de Sabbati principio hypothesin simul exponit. אמר הכוזרי הלא תחלת קביעות הימים מן הצין מפני שהוא תחלת המזרח ליישוב: אמר החבר ולא התחלת השבת אינה כי אם מסיני ומאלוש קודם לכן שירד המן בו תחלה ואין השבת נכנס אלא על מי שבא עליו השמש אחר סיני על המדרגה עד אחרית המערב ואחר כך עד אשר תחת לארץ ואחר כך עד הצין אשר הוא מזרח היישוב ויקרא השבת לצין אחר ארץ ישראל בשמונה עשר שעות מפני שארץ ישראל באמצע לישוב וכאשר בא השמש לארץ ישראל הוא חצי הלילה בצין וחצי היום לארץ ישראל הוא בא השמש לצין וזה הוא סוד הקבוע אשר הוא נבנה על יח שעות כמו שאמרו נולד קודם חצות בידוע שנראה סמוך לשקיעת החמה והכונה היא לארץ ישראל שהיא מקום התורה והוא המקום שהורד בו אדם מגן עדן בליל שבת וממנו תחלת המנין סמוך לששת ימי בראשית והתחיל אדם לקרוא שם לימים וכאשר נושבה הארץ ורבו בני אדם היו סופרים הימים כאשר יסר אותם אדם ועל כן לא יחלקו בני אדם בשבעת ימי השבוע:

Cl. Buxtorfius vertit: *Dixit Cosri: Annon vero initium constitutionis dierum petendum est ex* צין Tzin, *quæ est principium Orientis Orbis terrarum habitabilis. Respondit Judæus. Imo principium Sabbati non aliunde petendum est, quam ex Sinai*, (ubi præceptum ejus publice & solenniter est datum,) *& ex* Allus *ubi eis primum descendit Manna.* (Loci hujus mentio Numer. 33, 13. 14. ubi equidem hujus rei expresse non meminit Scriptura, sed sic est communis Hebræorum sententia. Videatur Seder Olam, Ramban, & alii.) *Neq; enim ingreditur* (incipit,) *Sabbatum nisi occumbente Sole post Sinai in extremum Occidentis* (gradum;) *unde postea sub terra occultans, progreditur, vel devolvitur ad Tzin, quæ est principium Orbis habitati; ita ut in Sinis Sabbatum dicatur octodecim demum horis post terram Israëlis. Terra enim Israëlis est in medio Orbis habitabilis, unde cum Terra Israëlis Sol occidit, tum est media nox Sinitis; & Meridies terræ Israëlis est Sinensibus Occasus Solis. Atq; hoc est mysterium Fixionis dierum, exstructum super octodecim horis, sicut & Rabbini nostri dicunt*; Si Luna nova fiat ante meridiem, in confesso est, quod videatur circa Occasum Solis; *quod intellexerunt de terra Israëlis, quæ est locus Legis; locus item in quem ejectus fuit Adamus ex horto Edenis in*

nocte vel (ut alii Codices habent) *in vespera Sabbati*, (de hoc vide Pirke R. Eleasaris cap. 11. & R. Muscatum hic, & sup. ad §. 14.) *& unde initium numerationis cepit continuo post sex dies creationis: ibi Adamus incepit vocare dies nomine suo: & postquam deinceps terra fuisset incolis repleta & multiplicata, numerare perrexerunt dies prout Adamus constituerat. Vnde nulla est inter homines dissensio de septem diebus Septimanæ.* Quæ, si, cui obscuriora videntur, & per demonstrationem ocularem in rem præsentem deduci expetit, huic desiderio jam ab Eruditissimo Seldeno in l. 3. c. 11. de Jur. nat. & gent. satisfactum esse sciat, unde non pigebit Buxtorfii exemplum imitando, quæ illustrando huic loco Vir laudatus attulit, huc transcribere. Sic vero, cum in alio quam quo nos versamur negotio, verba attulisset, subjecit: *Zin heic est Sinarum seu* צינין *aut* صيينيين *regio, plaga Orientalis ultima, ita scilicet Scriptoribus tam Arabicis & Ebraicis, quam Ptolemæo ejusq; sequacibus censita. Objectio est; nonne inde, scilicet ab Oriente ultimo, ratio dierum enumerãdorum ineunda? Minime inquit R. Jehuda. Nam a rerum initiis dierum enumeratio erat eadem, qua utimur nos in terra Israëlitica, id est, a vespera ad vesperam. Id quidem scimus etiam ex Sabbati observatione, cujus initium in Alusha & Sinai. Et quicquid ibi statutum reperitur, ita aptandum est terræ Israëliticæ, cujus gratia lex data est, ac ubi primus parens noster Adam dies sic a vespera ad vesperam numerare, & in periodos septẽarias distribuere cæpit, ut a Solis e terra Israëlitica in Occidentem discessu, seu a tempore, quo terræ Israëliticæ Sol occidit, (quæ sic velut naturalis habetur, & primaria dierũ civilium, id est XXIV. horarum numerandorum Epocha) dierum initia adeoq; Periodi Septenariæ sint deducendæ. Atq; ita necesse erit, ut Horarum octodecim spatio tum Sabbatum, tum quilibet alius pariter dies incipiat in terra*



De Sabbato Iudaico disquisitio.

De Sabbato Iudaico disquisitio.

ra Israëlitica, antequam in Orientis ultimo seu apud Sinas incipiat; similisq; in aliorum locorum dierum initiis, veluti primario illi secundariis, pro Longitudinis diversitate, ratio sit habenda. Exempli gratia; cum in adjecta Figura Sol per Circulum ABCD graduum 360. circum tellurem EFGH spatio XXIV. horarum feratur, diesq;, juxta jam dicta, a Cardine GC, qui Occasus est Solis τῷ F Terra Israëlitica seu Umbilici telluris heic locum occupanti, incipiat; palam est diei initium telluris Umbilici seu τοῖς F incolis, XVIII. horis prius haberi, quam suum ex ejusmodi numerandi ratione initium habeant Sinae in extremo Orientis, qui τῷ E designantur. Nam ut GC Solis Occasus est τῷ F, ita FB τοῖς E seu Sinis. Et inter GC & FB per DA, arcum 270 graduum intercipi, id est XVIII. horas, nemo non videt. Qui sensus est Rabbini, quem citavimus, ejusq; sequacium. Pendere vides hanc dies enumerandi in terra Israëlitica positam Epocham, ex eo, quod est, Adamum ibi sic enumerare cœpisse, adeoq; illam regionem primum tenuisse. Unde & טבור הארץ *eam nuncupant Hebraei, seu* umbilicum telluris, *quemadmodum oppositum in globo Telluris locum, seu H in superiori figura,* טבור הים Umbilicum Maris. *Certe & alii ibi Telluris umbilicum collocant.* Sic manifestum est, secundum Judaeorum hypothesin, fieri aliter non posse, quam ut Palaestinae habitatores XVIII. horis prius, quam Sinenses Sabbatum inchoent. Quod si igitur porro usque & usque progrediamur per plagas Sinensium regioni occidentales, donec ad Judaicam regionem pervenitur, cum singuli gradus quindecim semper horae discrimen quoad Solis ortum inferant, ad eos populos tandem deferamur oportet, quibus, si rem, prout in Astronomica scientia fieri solet, accurate pensitemus, eodem illo tempore Sabbatum Sol efficit, cum apud Judaeos illud terminat. Atque esto, temporis puncta, ceu Baal Cosri quoque in iis quae verbis allegatis subjecit, monet, non attendi, atque haec cum latitudine interpretanda esse; saltem tamen unius aut duarum horarum discrimen notabile est, & sufficit, tantisper nobis, esse in Orbe gentes, quae viginti duabus horis tardius, quam Judaei Palaestini, Sabbatum celebrant. Quamobrem, potuit quidem temporis isti intervallo, quod primum Sabbatum Orbi in Judaea progeneravit, & illis ipsis XXIV. horis quibus ibi fuit definitum, alligari religio, quae septenarias earum periodos recurrentes, in Palaestina sacras faceret, idem vero in aliis regionibus, ut pariter fieret, ipsa rerum natura non patiebatur, vesperam (quae diei exordium facit) unis post alias demum concedens. Ergo non celebrarunt unquam omnes gentes verum & τὸ φύσει σάββατιν, nec id celebrare possunt. Ergo nec nostri in Germania Judaei, aut qui a ibi gentium extra Palaestinam per orbem dispersi sunt, divinum, ut ita loquar, Sabbatum, sive primas illas XXIV. horas ipsissimas, quibus vere Deus a

creati-

creatione cessavit, & quibus Manna depluere desiit, recolunt. Hac in re ne gravissime se peccare, & inexpiabile scelus committere, isti homines profiteri necesse habeant, id unum remedio est, ut tandem vi veritatis compulsi, nobiscum profiteantur, esse circumstantiam temporis in Sabbato ceremonialem, & posse cultum diei septimi, ab illis horis, quæ in Judæa primum ei dicatæ fuerunt, & quæ τὸ φύσει Sabbatum constituunt, reapse separari. Vel, quod eodem recidit, profiteantur, circumstantiam temporis diei septimi, uti complures leges alias, ad unam & solam Palæstinam proprie attinere, nec alibi terrarum constitutos ad eam obligari. Eandem impossibilitatem toto orbe & ab omnibus in eo degentibus celebrandi Sabbatum Judaicum, & dierum quam in aliis atque aliis regionibus evenire necesse est permutationem, eleganti alio nobis ostendere licet argumento, quod Indicæ Navigationes nobis suppeditant. Deprehensum enim est, illos qui ex nostris regionibus ita orbem circumnavigant, ut ad Fretum Magellanicum principio cursum dirigant, integræ diei jacturam pati; illos vero qui contrario itinere Caput Bonæ Spei petunt, atque hoc modo ad nos expleto orbis ambitu revertuntur, unius diei facere lucrum. Sic de ea re in nuper edito Libello Italo *Scuola de' Prencipi*, qui ex operibus Illustris della Motta, in usum juventæ Augusti Felicisque Galliarum Regis LVDOVICI XIV. cui Deus porro benefaxit, conscriptis, est excerptus, legitur pag. 32. seq. *Conviene osseruar, che quelli che fanno questo giro per la via d' Occidente, e ritornando per Levante, perdono vn giorno facendolo; di modo, che quelli di questo Vascello* (Vittoria, che ricondusse A. 1522 Sebastiano Canuto) *giunti che furono in Ispagna, non contauano, che il quinto del mese, mentre era iui il sesto, e credendo d' essere in Sabbato, ritrovarono, che vi si celebrava la Domenica. Tutto a rovescio accade a quelli, che girano il Mondo, riuoltando la prora verso Leuante, e ritornando per Ponente, poscia che acquistano vn giorno, e trouano al lor ritorno, che se queg'i del loro Paëse solennizano la Domenica, essi credono essere giorno di Lunedi. Così può accadere, che colla venuta di due Vascelli, quali hauessero fatto il giro del Mondo, per vie diuerse, e vicendeuolmente opposte, in vn medesimo luogo, vi si contino trè giorni differenti.* Id est: *Observare convenit, eos qui gyrum Orbis absolvunt per viam Occidentalem, revertendo per Orientalem, in hoc cursu perdere diem unum, ita ut illi qui navi hac* (Victoria, cum Sebastiano Canuto) *vecti fuerant,* (A. 1522.) *in Hispaniam reduces diem tantum quintum Mensis numerarent, qui hic erat sextus, cumq; crederent se agere Sabbatum, deprehendebant ibi celebrari diem Dominicum. Plane contrarium accidit illis, qui circumire orbem volentes, proram Orienti obvertunt, ac ex Occidente reduces fiunt, nam diem unum lucrantur, & reversis accidit, ut si populares celebrent Dominicam*

De Sabbato Iudaico disquisitio.

De Sabbato Judaico disquisitio.

nicam, ipsi existiment illuxisse diem Lunæ. Atq; sic evenire potest, ut duarum navium, quæ per vias diversas, sibiq; mutuo oppositas, orbem circumnavigarunt, in eodem loco appulsu, tres plane diversi dies numerentur. Ratio hujus rei in citiore aut tardiore ortu & occasu Solis tota sita est: dum enim Sol navigantibus istis, semper serius vel citius occidit aut oritur, tandem absoluta tota circumnavigatione, & tot minutis quibus Sole quotidie serius aut citius fruuntur, in spatium majus coëuntibus, dies plena efficitur. Neque vero necesse est, ad integri diei discrimen subeundum, per totum omnino orbem circumvolvi, nam uti est in Historia Orbis Terrarum Geographica & Civili p. 7. ex Hist. Navigationis Jacobi le Maire, cum hic le Maire, *in Regno Jacatra appelleret, suaq; Belgarum Societati Indicæ cederet, id factum dicitur d. 1. Nov. ac Lunæ die, computantibus ita Le Maire & Sociis ejus; d. 2. Nov. vero ac Martis die ex computatione Belgarum in Jacatra: Adeo ut oportuerit Le Maire & Socios ejus, hebdomade illa die Martis carere, & sequentem diem cum Belgis tertium Nov. ac diem Mercurii numerare.* Imo, quod & pæne incredibile videtur, observatum est recentioribus, in una eademque regione, locisque penitus conterminis illud evenire posse, ut unus præ altero, alio atque alio die fruatur. Nam in laudato libello Scuola de' Prencipi p. 11. rursus legimus: *Da poco tempo in qua uno chiamato Bergero, che hà fatto dopo il suo trattato delle strade grandi vn' altro picciolo discorso del punto del giorno, s' è auuisato, di mettere vn nuouo Meridiano per lo principio de i giorni, ch' egli stabilisce al cent' ottantesimo grado di lungitudine, e passa per lo stretto d' Anian, non meno, che per le Isole Subadibi situate sotto l' Equatore. Questo Meridiano troncando in due parti una di queste Isole, che non hà alcun nome particolare, e che non è la maggiore delle trè appellate Cainan, ò Cailon; Bergero osserua molto bene, che la parte dell' Isola, ch' è di quà, riceue il giorno ventiquattr' ore prima dell' altra, ancorche queste due parte siano contigue, ed insieme vnite. In effetto è forza, che il Sole leuandosi, faccia nello stesso tempo la Domenica nell' vna, mentre é ancor Sabbato nell' altra.* Id est: *Exiguo ab hinc tempore, cuidam, cui nomen Bergerus, quiq; post editum Tractatum de Viis Magnis, aliam parvam fecit Dissertationem de Ortu Diei, in mentem venit novum constituere Meridianum propter principium dierum, hunc ipse figit 180. gradu Longitudinis, pervaditq; per Fretum Anianis non minus, quam per Insulas Subadibias sitas sub Æquatore. Iste Meridianus cum secet in partes duas unam harum Insularum, quæ nomine proprio destituitur, quæq; trium illarum quas Cainan sive Cailon appellamus, minime maxima est, perbene observat Bergerus, partem citeriorem Insulæ viginti quatuor horas ante diem admittere, quam pars altera, etiamsi partes hæ duæ sint contiguæ, & invicem unitæ. Atq; omnino necesse est, ut Sol oriens, eodem tempore hic Dominicam efficiat, dum ibi adhuc est Sabbatum.* Quid in ista

Insula

Insula Judæis facto opus est, si illo deferantur? aut, quid cœptabunt incolæ, a Messia ipsorum subjugati, Legique Mosaicæ obsequium præstare compulsi? Respondeant, si viri sunt, & se extricent ex illa difficultate, qua constrictos eos tenemus, & vel saltem nodum de integri diei ex longinquo maritimo itinere defectu vel superfluitate solvant, atque ista cum illa, quam vulgo urgent, Sabbatum colendi ratione, concilient. Profecto effugii nihil superest, & cogit ratio Judæos fateri, τὸ φύσει σάββατον non posse ultra Palæstinam sese vere porrigere. Quod, ubi semel admiserint, porro non admodū in eo laborabunt, ut amplius concedant, posse in mundo causas esse, ob quas cultum Sabbaticum e die in diē transferre liceat, servata interim septenarii dierū periodica proportione. Tales multas & urgentes habuerunt Apostoli, & eorum sequaces Viri Divini: Cum enim Christus implevisset illam Es. 65, 17. prædictionem: *Ecce ego creaturus sum cælos novos, & terram novam*; æquum erat, ut fieret quoque illud, quod ibi succedit: *non commemorabuntur hæc priora, neq; venient in animum*, hoc est, ut novum institueretur Sabbatum, in memoriam novæ creationis. Et vero flagitabat ipsa necessitas, ut Sabbatum a Judæis distinctum Christiani colerent, quo sic mutuo internoscerentur. Nam, sicut summa cura sub veteri fœdere cautum erat, ut per ritus quosdam distingueretur Judæus a Gentili; sic sub Evangelio non minore rigore præceptum, ut per rituum istorum fugam, morumque ac institutorum diversitatem, inter Christianum & Judæum discrimen obtineat. Vnde non majori rigore sancitum est sub Lege, ut per Circumcisionem separetur ab Ethnico Judæus, quam sub Evangelio, ne per Circumcisionem judaizet Christianus; quod idem merito ad Sabbatum productum. Atque hoc cœptum eo minus culpare ac crimini vertere possunt Judæi, quo certius persuasum tenent, Regibus suis, ac deinde Synedrio, licuisse olim ob causas haud adeo graves, non dies tantum, sed & integros menses facere intercalarios, qua ratione omnia festa locis suis mota, totumq; illorum quem Deus æque ac Sabbatici cycli instituerat ordinem, mire turbatum fuisse, indubitanter consequitur. Nimirum in Mischna Pesachim cap. 4. §. 5. sub nomine exoticæ constitutionis proditum est, Hiskiam Regem fecisse intercalarium Nisanem: quod etsi insolitum erat, atq; ideo Sapientibus minus placuisse dicitur, nempe, quia id fiebat mense alieno, tamen intercalarium Adarem constituere frequens fuit, talisque admissus citra omnem hæsitationem. Excerpam in eam rem quædam ex Maimonidis Hilchot Kiddusch Hachodesch cap. 4. iisque subjiciam Clarissimi Viri Ludovici de Compiegne, Amici nostri, eruditam versionem, qua utinam, ceu facere orsus est, universum nobis Jad Chasaka interpretari pergat.

De Sabbato Judaico disquisitio.

שנה מעוברת היא שנה שמוסיפין בה חדש ואין מוסיפין לעולם

 אלא

De Sabbato Iudaico disquisitio.

אלא אדר ועושין אותה שנה ב׳ אדרין אדר ראשון ואדר שני ומפני מה מוסיפין חדש זה מפני זמן האביב כדי שיהא הפסח באותו זמן שני שמור את חדש האביב שיהיה חדש זה בזמן האביב ולולי הוספת החדש הזה הפסח בא פעמים בימו׳ החמה ופעמים בימות הגשמים : על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל האביב ועל פירות האילן כיצד בית דין מחשבין ויודעין אם תהיה תקופי ניסן בששה עשר בניסן או אחר זמן זה מעברין אותה השנה ויעשו אותו ניסן אדר שני כדי שיהי׳ הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין לסימן אחר : וכן אם ראו בד שעדיי׳ לא הגיע האביב אלא עדיין אפל הוא ולא צמחו פירו׳ האילן שדרכן לצמח בזמן הפסח סומכין על שני סימנין אלו ומעברין את השנה ואף על פי שהתקופ׳ קודם לששה עשר בניסן הרי הן מעברין כדי שיהיה האביב מצוי להקריב ממנו עומר התנופה בששי׳ עשר בניסן וכדי שהיו הפירות צומחין בדרך כל זמן האביב : ועל שלש ארצות היו סומכין באביב על ארץ יהודה ועל עבר הירדן ועל הגליל ואם הגיע האביב בשתי ארצו׳ מאלו ובאחת לא הגיע אין מעברין ואם הגיע באחת מהן ולא הגיע בשתים מעברין אם עדיין לא צמחו פירות האילן ואלו הן הדברי׳ שהן העיקר שמעברין בשבילן כדי שיהיו השנים שני החמה : ויש שם דברים אחרים שהיו בית דין מעברין בשבילן מפני הצורך ואלו הן מפני הדרכים שאינן מתוקנין ואין העם יכולין לעלות מעברין את השנה עד שיפסקו הגשמים ויתקנו הדרכים ומפני הגשמים שנהרסו ונמצאו הנהרות מפסיקין ומונעין את העם ומסתכנין בעצמן ומתים מעברין את השנה עד שיתקנו הגשרים ומפני תנורי פסחים שאבדו בגשמים ואין להם מקום לצלות את פסחיהם מעברין את השנה עד שיבנו התנורים וייבשו ומפני גליות ישראל שנעקרו ממקומן ועדיין לא הגיעו לירושלם מעברין את השנה כדי שיהיה פנאי להם להגיע : *Qui annus fit uno mense longior, is intercalaris appellatur: sed nullus additur unquam anno mensis alius, quam Februarius : itaq; anno intercalari Februarii bini continuantur. Quid ita vero? Nimirum, ut habeatur una cum messe Pascha, quippe cum in Lege sit* (Deut. 16, 1.) Observa mensem novarum frugum, &c. *Hujus enim verbi vis ea est, ut temporis observandi rationem teneas eam, quæ mensem hunc ad messem adducat : atq; nisi alterum anno Februarium addas, tum Pascha hybernum, tum æstivum accideret tem-*

pori-

poribus. Tribus de causis annus intercalaris instituitur : Primo propter æquinoctium, deinde propter terræ fruges: tertio propter arborum bacas. Vt, si ex tabularum ratione Concilium intelligat, æquinoctium aut decimo & sexto die Nisan futurum esse, aut etiam posterius, alterum anno Februarium addat; ut cum Pascha adsit frugum maturitas. Quæ causa quidem cum sit, annus constituitur intercalaris, nec ulla causa quæritur alia. Jam, si seges sit tardior, quam ut possit ad Pascha meti, nec dum bacas, quas solent tempore Paschali, profuderunt arbores, hac duplici de causa Concilium itidem annum facit uno mense longiorem, licet decimum & sextum diem mensis æquinoctium antecedat. Etenim, Paschate necesse est, tum ut fruges inveniantur maturæ, unde manipulus offeratur Deo primitiarum munus ad decimum sextum Nisan; tum etiam ut arbores sic, ut solent cum sint maturæ fruges, ex se fructus extulerint. Frugum vero maturitas in provinciis omnino tribus observatur, in Judæa, trans Jordanem, atq; in Galilæa. Si in harum duabus maturæ fruges sint, nihil intercalatur, etsi in provincia tertia nondum maturitatem habent. Contra vero si maturitatem in una tantum ex his tribus seges sit assecuta, intercalatur, si necdum ex se bacas fuderunt arbores. Atq; hæ quidem præcipuæ sunt causæ, cur anni constituantur intercalares, ut scilicet ad Solis conversionem dirigantur. Præterea autem ob quasdam res alias necessario Concilium annum decernit intercalarium. Nam si viæ sunt deteriores, quam ut possit Hierosolymam ascendere populus, intercalatur; ut deficiente pluvia viæ reparentur: si pontes interrupti, ut intercedentia flumina non modo plebem tardent; sed etiam in vitæ periculum vocent, item intercalatur, uti pontes reficiantur. Si furnos, ubi coquantur Agni Paschales, everterit perpetuus imber, nec habeatur aliunde, ut possint Agni Paschales assari, annus itidẽ constituitur intercalaris, uti furnos per otiũ restitui liceat, atq; ante Pascha siccari: si Judæi procul exulantes viæ se commiserint, nec ad Pascha possint Hierosolymam aspirare, intercalatur, ut detur veniendi facultas. Plura de intercalatione hac legi possunt apud Doctissimum Coccejum in Notis ad Sanhedrin pag. 6. seqq. Atque sic nos jam palam hac Dissertatione evicimus utique, neutiquam nos Christianos reprehendendos esse, quod Pauli magni Doctoris nostri Coloss. 2, 16. 17. traditis, citra trepidationem firmiter inhæremus, quatenus nobis dicit, edicit verbis gravissimis: Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων· Ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Nemo ergo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

De Sabbato Iudaico disquisitio.

Æquum

De Lege Judæorum orali,

Æquum eſt his aliqua ſubjungere, de LEGE MOSAICA NON SCRIPTA, quam dubio procul in mente quoque habuit Lipmannus, cum perpetuitatem Moſaicæ Legis generatim inculcaret. Nam, ut verbis pauciſſimis abſolvam, quod plurimi, ac inter cæteros Buxtorfius c. 3. Synag. Jud. & Voiſinius in notis ad prooem. Pug. Fidei copioſe perſequuti ſunt, aſſeverant Judæi, Deum Moſi primum Legem Scriptam tradidiſſe, atque hanc poſtea in longo illo dierum quadriginta totidemq; noctium quo in monte apud ſe agebat Moſes ſpatio, expoſuiſſe, ita ut ſingulorum præceptorum genuinum ſenſum, cauſas & fines, tum rationem quoque eadem adimplendi, illi accurate & abundanter declararet. Accepiſſe ſimul tum mandatum Moſen de Lege hac viva tantum voce propaganda, idque ita factum eſſe, ſemper majoribus natu, minoribus illam tradentibus, quoad poſt panolethriam Reip. Judaicæ, cum Judæi toto orbe dispergerentur, ipſa neceſſitas exegit, ut oralis iſta Lex in ſcripturam redigeretur, peritura cæteroquin ex animis hominum. Liber has leges complectens Talmud vocatur, quem Dei verbo ſcripto æquiparant, imo vero præferunt Judæi. Eſt enim tritum inter eos dictum: בני הזהר בדברי סופרים יותי מדברי תורה׃ *Fili mi, magis attende ad verba Scribarum, quam ad verba Legis.* In libro Misbeach Haſſahab c. 5. legitur. אי אפשר לעמוד על עיקר תורתנו הקדושה שהיא תורה שבכתב כי אם ע׳ תורה שבע״פ שהיא פירושה׃ Id eſt: *Fieri non poteſt, ut aliter conſiſtamus ſuper fundamento Legis noſtræ ſanctæ, quæ eſt Lex ſcripta, quam per Legem oralem, quæ prioris eſt expoſitio.* Abeneſræ e præfatione comment. in Pentat. verba ſunt: והכלל לא נוכל לפרש על דרך מצות התורה פירוש שלם אם לא נסמוך על דברי חז״ל כי כאשר קבלנו התורה מן האבות כן קבלנו תורה שבע״פ אין הפרש ביניהם׃ i. e. *Summa rei eſt, non poſſe nos præcepta perfecta explicatione exponere, niſi fulciamus nos verbis Sapientum noſtrorum f. m. Namq; uti Legem ſcriptam a majoribus acceptam tenemus, ſic acceptam quoq; tenemus Legem oralem, nec eſt inter eas diſcrimen.* In Sepher Mizvot Hakkaton, qui M S. penes me eſt, ait Autor R. Iſaac Corbelenſis: אל תחשוב כי עיקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבע״פ ועל תורה שבע״פ נכרת ברית דכתיב כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית והן אוצרו של הקב״ה כי היה גלוי לפניו שישראל עתידין להיות גולין בין האומות ויעתיקו הגוים ספריהם לפיכך לא רצה שתיכתב׃ Id eſt: *Ne exiſtimes Legem ſcriptam religionis noſtræ fundamentum eſſe, quin contra illius fundamentum eſt Lex oralis, atq; ſuper Lege hac orali Dei fœdus*

cum

cum Judæis fuit percussum. Scriptum enim (Ex. 34, 27.) Quia secundum os verborum istorum pepigi tecum fœdus. *Atq; ista thesaurus sunt Dei Benedicti, nam noverat futurum ut Israëlitæ inter varias nationes deportentur, atq; translaturas gentes Judæorum libros in suas linguas, ideo noluit ut literarum monumentis Lex oralis consignaretur.* Plura dicta ejusmodi coacervat Buxtorfius in Recens. Oper. Talmud. quæ libello de Abbreviaturis subjungitur. Cæterum, non venit nunc in disceptationem, num Talmud quantum quantum est, nil nisi stultitia sit ac impietas, nam de ea re nonnihil in præfatione hujus operis a nobis actum est, ostendimusq; contrarium. Ergo in præsentia supponitur tanquam certum, inesse Talmudi multa utilia, quæ faciunt ad antiquitatē Judaicam cognoscendam, atq; sic conferunt ad Scripturæ expositionem. Quomodo animatus quoque erat Illustris Josephus Scaliger, qui postquam lib. 6. de Emend. temp. quædam passionis Dominicæ ex Digestis Talmudicis egregie illustrasset, tandem subjungit: *Hæc nos prolixius explicavimus, quia majores nostri contemtu Judaicorum rituum hæc omiserunt, aut ignorarunt, dum illos ritus ad cognitionem historiæ Evangelicæ nihil conferre censebant. Quod tantum abest, ut verum sit, ut illos, qui hoc contemtu imbutis animis ad hæc explicanda accedent, multa cognitu digna ignorare necesse sit.* Illud igitur unice quæritur, an præter scriptam Legem, aliam quoque & diversam, Deus Judæis tulerit oralem, eodem cum priore in pretio habendam? atque hoc Christiani negamus acerrime. Ejus instituti causam ut perhibeamus, res altius repetenda est. Deus æternus circa mundi incunabula Adamo primævo homini ante & post lapsum, se & voluntatem suam manifestavit, eumque quasi Episcopum constituit, ut posteris doctrinam illam cœlestem viva voce traderet; idque Adamum reddidisse effectum dubitari nequit. Hoc fato functo, non tantum posteritas Caini, quæ pridem defecerat, & pietatem fuerat aspernata, sed & filii Dei, qui traditiones sacrorum dogmatum admiserant, corruperunt vias suas, quarum corruptionum sine dubio præcipua fuit, depravatio divinarum revelationum. Quamobrem mox Deus novis revelationibus Noacho exhibitis, quas stupenda universalis Cataclysmi miracula consequuta sunt, puritatem doctrinæ collapsam restituit, plenioremque ei, tum ante, tum post diluvium, declarationem addidit. Atq; sic Noachus præco justitiæ fuit constitutus, ut custos esset sinceræ religionis, & illam posteris velut per manus porrigeret. Cæterum Noachi progenie per universum orbem dispersa, electa fuit Semi familia, cui cura servandarum divinarum revelationum commendaretur. Sed quam segniter id ab ea præstitum fuerit, non ignorare nos patiuntur divina monumenta. Ab ædificatione enim Turris Babylonicæ, & confusione linguarum, nondum elapsi fuerant anni ducenti, usque

De Lege Judæorum orali.

De Lege Iudæorum orali.

ad Abrahami nativitatem, & jam Thara illius pater, una cum Nahore alienos Deos coluere, Jos. 24, 2. Non quidem penitus proculcata & extincta jacebat traditio veræ doctrinæ, nimis tamen depravata deprehendebatur, ceu vel Labanis postea historia ostendit, ut sic rursus per novas revelationes restauratione opus esset, quæ in Abrahamo facta est, & quem Deus Prophetam declaravit Gen. 20. Nec minus cum Abrahami filio Isaaco, itemque nepote Jacobo, familiariter sermonem habuit Numen, atque in sincerum nitorem repurgatæ doctrinæ puritatem magis magisque asseruit. Jacob moriturus, sacrum depositum duodecim filiis velut ex testamento reliquit, atque hi quam diu superstites vitam egerunt, traditionem illam sacræ religionis illibatam mansisse nemo diffitebitur. Verum post illorum obitum, usque ad egressum ex Ægypto, vix centum anni intercesserunt, quo temporis decursu quantum purior cultus detrimentum passus sit, apud Ezechielem 20, 6. seqq. legimus, ubi ait Deus ipse: *Die illo, quo sublata manu juraveram istis, me educturum illos e terra Ægypti, edixeram eis, quisq; res detestandas oculus suis abjicite, & stercoreis Diis Ægypti ne polluatis vos; ego sum Dominus Deus vester. Rebellantes contra me noluerunt auscultare mihi, quisq; res detestandas oculis suis non abjecerunt, & stercoreos Deos Ægypti non dereliquerunt.* Neque vero destitit Deus, peculiaribus revelationibus, quibus multa insignia portenta addidit, denuo Mosis ministerio doctrinam suam defæcatam reddere, quoad cum sic hujus intemerata fides, per traditionem ægre conservaretur, neque vellet ipse amplius antiqua ratione uti, ut exortis corruptelis per novas subinde revelationes ex adverso occurreret, novam viam inivit. Ea fuit, ut scriptis sua autoritate & testimonio approbatis ac confirmatis, deinceps doctrinæ cœlestis puritas propagaretur. Ergo hunc ordinem tenere non tantum præcepit Deus, sed &, quod imprimis memori mente notandum, primus rei initium fecit, atq; sua omnipotenti manu decem Decalogi verba, tabulis lapideis insculpsit. Sic igitur prima origo Scripturæ Sacræ Deum ipsum autorem habet, atque is sacrosanctum hoc opus inchoavit, ut ostenderet, quantum isti medio, ut doctrinæ puritas ad seram posteritatem scriptis conservetur, tribuendum sit. Ne vero ea, quæ per Dei homines, miraculis & testimoniis divinis ad hoc ornatos, vel conscriberentur, vel conscripta comprobarentur, minoris, aut nullius ad confirmationem dogmatum, & confutationem errorum, ponderis crederentur, noluit Deus ipse totam legem conscribere, sed exaratis Decalogi verbis, Mosi mandatum dedit, reliqua ex suo ore literis consignaret. Vt autem populo constaret, Scripturam illam Mosis, non ex proprio ipsius ingenio confictam, sed divinitus inspiratam esse, multis miraculis eam Deus est comitatus. Hinc Moses quatuor omnino libris comprehendit

dit non tantum historiam sui temporis, eductionisque ex Ægypto, & quæ per annos quadraginta in deserto acciderunt, sed vero præcipuum ejus propositum fuit, annotare doctrinam Legis, quam Deus in monte Sinaï populo promulgaverat. Insuper in primo libro complexus est capita doctrinæ & fidei Patriarcharum, quam ab initio mundi, ad sua fere tempora, ex ipsius Dei patefactione traditam acceperant, & fuerant professi. Et tabulas quidem Decalogi, ipsius Dei manu scriptas, in arcam fœderis, quæ in loco tabernaculi sanctissimo erat, reponi Deus jussit: Moses vero sua scripta, inspiratione divina consignata, collocare jussit in latere arcæ, Deut. 31, 26. ut ita quærentibus aut ignorantibus, quæ doctrina Patriarchis aut sibi divinitus esset patefacta ac tradita, ostenderetur ex illa scriptura, verus, genuinus, & purus doctrinæ cœlestis tenor; atque hujus depositi custodiam & conservationem commendavit Sacerdotibus, filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, & omnibus quoque Senioribus Israëlis. Præcepit etiam, ut Rex exemplar Legis, ex illo quod Sacerdotibus & Levitis commissum erat, descriptum, secum assidue haberet, ne declinaret in partem vel dextram vel sinistram, Deut. 17. quin & amplius mandavit, ut plebeii homines, in postibus, in janius, in limine, in ostiis, potiora præcepta scriberent, Deut. 6. & 11. Insuper, ut legeretur universus liber Legis quovis septennio palam coram toto Israël, tam viris, quam mulieribus, parvulis, & advenis, ut audientes discant, & impleant omnes sermones illius, Deut. 31. Sic itaque Ecclesia Judaica, post conscriptos sacros hos libros, columna & firmamentum veritatis facta est, non, ut vel quidvis arbitratu suo statueret, vel ex traditionibus non scriptis, pro fidei dogmatibus, alia & diversa ab illis quæ conscripta erant, hominibus obtruderet; sed quia ei concredita fuerant eloquia Dei, & custodiebat Scripturam, in quam Deus sua inspiratione, doctrinam cœlestem, quæ ab exordio mundi Patriarchis tradita, in Ecclesia sonuerat, & quæ Mosi fuerat revelata, redigi præcepit. Post Mosen Deus subinde Prophetas excitavit, quorum doctrinæ & concionibus, ingentibus sæpenumero miraculis fidem & autoritatem conciliavit. Iis tamen neutiquam ea facultas relicta erat, ut de doctrina Patriarcharum & Mosis, alia diversa aut contraria assererent, quam quæ libris Mosis consignata deprehendebantur; sed ex divina revelatione interpretationes addebant illustriores, prout phosphorus Novi Testamenti magis magisque appropinquabat. Atque hi suæ doctrinæ summam & capita, quantum Deus posteritati necessarium judicabat, ipsi conscribebant: quæ conscripta, ad sacros Mosis libros, in latere arcæ collocabantur. Vnde de Josua c. 24, 26. traditur, quod omnia verba sua scripserit in volumine Legis Domini; & de Samuele 1. Sam. 10, 25. legimus, quod Legem Regni scripserit in libro, & reposuerit coram

De Lege Iudæorum orali.

De Lege Iudæorum orali.

Domino. Hoc ergo modo constitutus est Canon Scripturæ Veteris Testamenti, atque agnoscimus hinc, quanta solicitudine Deus Ecclesiæ suæ prospexerit, ut doctrinam cœlestem perpetuo, idque sine fermento, sine adulteratione & depravatione, genuinam, puram, & sinceram habere, conservare, & propagare posset. Scripto enim illam comprehendi voluit, tum ne ejus oblivisci unquam Ecclesia posset, tum ne peregrina & spuria ei obtruderentur dogmata, illo titulo, quasi a Prophetis tradita & accepta essent. Et vero, cum primis illis, vividis, puerilibus, & florentissimis mundi temporibus, in tanta hominum longævitate, verbum Dei per traditiones tam male custoditum sit, facile colligimus, quid deinde eventurum fuisset, si eæ semper obtinuissent, imprimis cessante penitus antiqua per divinas revelationes ipsarum restauratione. Huic tanquam palmario adversus Traditiones ex ipsa Divinarum revelationum, earumq; propagationis habitudine, petito argumento, accedunt nunc alia quoque, itidem minime contemnenda. Nimirum, Legis oralis Mosi traditæ, nulla uspiam mentio in historia Legislationis; nec vel solo verbo dicitur, Deum præter eam Legem quam in literas Moses redegit, aliam insuper promulgasse. Non verisimile autem est, Scripturam tanti momenti negotium præterituram fuisse, quæ res longe minoris ponderis accurate commemorat: saltem alicubi monuisset, præter scriptam legem, Mosen aliam accepisse, ut constare posset, legem istam datam, in eamque sedulo inquirendam esse, quamvis illam scripto committere nefas sit. Vrget quidem R. Isaac Corbelensis in verbis supra recitatis, ex communi Judæorum sententia locum Ex. 34, 27. ubi legitur: ויאמר יי׳ אל משה כתב לך את הדברים האלה כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית ואת ישראל; *Et dixit Dominus Mosi: Scribe tibi verba ista, nam secundum os verborum istorum pepigi tecum fœdus, & cum Israële.* Sed, quæ, si non hæc ἀσυλλογισία est, atque principii petitio? & fierine potest, ut rationem magis frigidam, vel stultam potius, homo quisquam post natos homines excogitarit? Vnde enim probatur, verba על פי legem oralem aliquam innuere? Et vero, jugulant eadem Judæorum sententiam, ac satis perspicue ad legem scriptam habent respectum. Jubet enim Deus Mosen scribere, atque testatum facit, se secundum verba literis tradenda, fœdus suum pepigisse. Scilicet על פי tum hic, tum alibi in Scripturis, syncategorematis vicem sustinet, & significat *secundum*, nec magis hic *os* connotat, quam in אף על פי illa apud Rabbinos & Talmudistas tam frequenti ad concessionem significandam formula. Ex multis Scripturæ locis notari potest is, quo Num. 26, 56. dicitur: על פי הגורל תחלק נחלתו *Secundum os sortis dividitor possessio ejus.* Itē alter Prov. 22, 6. חנך לנער על פי דרכו *Instrue puerum, secundum*

os

De Lege Iudæorum orali.

os viæ ipsius: ex quibus omnino vocum פי' על vis ac significatio se manifestat, & clarissime patet, eas puram putamque uti Grammatici vocant, Præpositionem esse, nec enim profecto Sorti aut Viæ os est, ut verba quædam enuncient. Itaque priori loco id significatur, secundum, seu per sortem faciendam esse divisionem; posteriori, puerum secundum viam suam, h. e. prout utile ei fuerit, ad virtutem esse erudiendum. Porro in Scripturis Ex. 24, 3. 4. aperte traditur, Mosen quicquid Legum a Deo accepit, & populo tradidit, scripsisse quoque. Sic habent verba:
ויבא משה ויספר לעם את כל דברי יי' ואת כל המשפטים ויען
כל העם קול אחד ויאמרו כל הדברים אשר דבר יי' נעשה:
ויכתב משה את כל דברי יי': i. e. *Venit ergo Moses, & enarravit populo omnia verba Domini, & omnia judicia: atque respondit totus populus voce una, dixeruntque: omnia hæc verba quæ edixit Dominus, faciemus. Et scripsit Moses omnia verba Domini.* Docemur hic, Mosen e monte descendisse, omnibus divinis legibus, quas ibi degens acceperat, instructum: atque omnes illas ipsum populo primum recitasse, & deinde redegisse in scripturam: unde relinquitur, legi orali nullum locum fuisse. Atque hanc amplius excludit scriptæ Legis Perfectio; quæ tanta est, ut Deus expresse prohibuerit, quicquam ei vel addere, vel demere. Sic enim legitur Deut. 4, 1. 2. ועתה ישראל שמע אל החקים ואל
המשפטים אשר אנכי מלמד אתכם לעשות למען תחיו ובאתם וירשתם
את הארץ אשר יי' אלהי אבתיכם נתן לכם: לא תספו על הדבר
אשר אנכי מצוה אתכם ולא תגרעו ממנו לשמר את מצות יי'
אלהיכם אשר אנכי מצוה אתכם: *Nunc ergo Israël attende ad statuta judiciaque, illa quæ ego doceo vos facere, ut vivatis, & ingressi, hæreditario jure possideatis terram istam quam Dominus Deus majorum vestrorum dat vobis. Ne addite ad verbum illud quod ego præcipio vobis, neque detrahite de eo; ut servetis præcepta Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.* Certe, non poterat verbis ullis Scripturæ perfectio significantius exprimi, estque de orali Lege pax & altum silentium, cum ad חקים ac משפטים pertineat sermo, quibus nominibus passim leges scriptæ appellantur. Confirmant hanc Scripturæ perfectionem alia Spiritus S. testimonia, plurima longe, & ubique obvia; estque in confesso, semper Ecclesiam veterem Judaicam, perfectionem istam agnovisse. Mota enim controversia aliqua, aut exortis corruptelis, ex nulla alia quam scripta lege facta decisio, quæsitumque remedium. Ita cum tempore Achas, magnæ regnarent corruptelæ, atque fere tantum pythones & arioli consulerentur, Esaias c. 8, 20. ad Legem & ad testimonium homines ablegat. Josaphat religionem collapsam & superstitionibus contaminatam instauraturus, misit de Principibus suis de Sacerdotibus &

De Lege Judæorum orali.

Levitis, qui docerent populum in Juda, habentes librum Legis Domini, & circumibant cunctas urbes Juda, ac erudiebant populum 2. Paral. 17. Et, memorabile est, quod cum sub Manassis & Ammonis impio regimine, Scripturæ liber neglectus amissusque esset, huncque Hilkias Sacerdos in ruinis templi reperisset, Josiam convocatis omnibus Senioribus, Sacerdotibus, & Levitis, & omni populo, a minimo usque ad maximum, legisse omnia verba voluminis, & percussisse fœdus coram Domino, adjuravisseque omnem populum, ut facerent quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat, 2. Reg. 22. & 23. Præbet autem Josiæ ista historia, simul novum adversus traditiones Judæorum ἀγράφους argumentum. Merito enim quærat quis, quid, cum scripta Lex perderetur, factum Legi orali fuerit? Hæcne integra mansit ac illæsa? quanto melior sic ejus conditio erat præ scripta? At, quia tanta Numinis irreverentia pariter ac socordia, hominum mentes occupaverat, ut quod scripto tenebant non curarent, perderentque; annon idem tum accidisse illi Legi, quæ sola memoria servanda erat, necesse fuit? Quod si vero amissa tum Lex quoque oralis est, ecquis istam iterum hominum animis restituit, unde fuerat per oblivionem erasa? Nova utique revelatione opus fuit; sed, ista quando facta? eccui mortalium obtigit? Et vero, non hic tantum hærere necesse est Judæos, sed in universum nihil certi afferre queunt, de legis oralis propagatione. At, omnino constare oportet, quibus hominibus, quando & quibus verbis, & quo sermonis contextu quavis ætate commissa fuerit, si ulla ei attribuenda autoritas. Scio, R. Moses Maimonides in præfatione operis Jad Chasaka integrum amplissimumque eorum, qui inde a Mose ad R. Judam Sanctum usq; παραδόσεις sibi invicem per ordinē successionis tradiderint, texuit catalogum, eum qui volet, apud Josephum de Voisin sub initium Observationum ad Raimundi Martini Pugionis Fidei Proœmium legat, est enim prolixior, quam ut huc afferri queat. Sed, istam seriem omnem, profecto ex se effinxit tanquam araneus, eique ne Talmud quidem suffragatur. Nam ibi circa initium τῶν Pirke Avot, de custodibus & propagatoribus παραδόσεων simpliciter dicitur: משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאיי מסרוה לאנשי כנסת הגדולה: i.e. *Moses accepit Legem in Sinai, eamq; tradidit Josuæ, Josuas dedit eam Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ viris Congregationis magnæ.* At Maimonides singulos nominatim recēset, qui traditiones sibi invicem porrexerint, totamque catenam nectit translationis. Quam, cum ex Numinis suggestione se habere ne ipse quidem profiteatur, deficiantque hic eum aliæ probationes, superest, ut illius cerebri inventum statuatur. Hinc alii, eundem ordinem Doctorum oralis Legis edisserere volentes, vehementer a Maimonide dissentiunt, ceu Voisinio

quoque

quoque loco indicato eſt obſervatum, prout fieri nimirum ſolet in rebus quas humana mens excogitat. Enim vero, quomodo iſta ſe habuerit παραδόσεων continua ex uno in alterum per tot ſecula translatio, ſolius facti res eſt, ex annalium, aut aliorum monumentorum fide eruenda, nec ingenio dijudicatur. Jam, ipſas illas Traditiones Legales, ſi paululum quis conſideret, continuo cuique manifeſtum fit, quam male ad Deum autorem referantur. Eſt enim magnus inter eas fere ubique disſenſus, atque de eadem re plerunque aliis alia a ſuis majoribus fuere percepta. Sæpe quoque vacillant penitus in caſu aliquo obvio; & Elias exſpectari jubetur, qui intricatam rem expediat. Aſſerti noſtri veritas infinitis doceri poſſet exemplis, ſed unum tantum & alterum ex primo & ultimo Miſchnæ capitibus afferre ſufficiat, e quibus de reliquis nullo negotio fieri poteſt judicium, cum quæ capitis & calcis, eadem totius corporis circa hæc quidem, quæ legum vim obtinere debent, forma ſit ac conditio. Hæc ſunt Miſchnæ verba prima initialia:

De Lege Iudæorum orali.

מאימתי קורין את שמע בערבית משעה שהכהנים נכנסים לאכל בתרומתן עד סוף האשמורת הראשונה דברי ר׳ אליעזר וחכמים אומרים עד חצות רבן גמליאל אומר עד שיעלה עמוד השחר׃

i.e. *Ecquod tempus definitum precibus veſpertinis? R. Elieſer vult eſſe illud tempus, ex quo Sacerdotes abeunt ad comedendum* τὰς ἀπαρχὰς, *usq; ad finem vigiliæ primæ. Sapientes ad noctis usq; medium id tempus extendunt, R Gamaliel vero ad ortum usq; Luciferi.* Succedit, quibusdam interjectis: מאמתי קורין את שמע בשחרית משיכיר בין תכלת ללבן רבי אליעזר אומר בין תכלת לכרתי וגומר עד הנץ החמה ר׳ יהושע אומר עד ג׳ שעות שכן דרך בני מלכים לעמוד בג׳ שעות הקורא מכאן ואילך לא הפסיד כאדם הקורא בתורה׃ ב״ש אומרים בערב כל אדם יטו ויקראו ובבקר יעמדו שנ׳ ובשכבך ובקומך וב״ה אומ׳ כל אדם קורא בדרכו שני ובלכתך בדרך׃ i. e. *Ecquod tempus definitum precibus matutinis? Ex quo quis filum cyaneum ab albo diſtinguere valet. R. Elieſer vult, ex quo quis inter cyaneum & viridem colores diſcrimen agnoſcit, atq; finiendam eſſe* (Sectionem Audi Iſraël,) *cum ortu Solis. R. Joſua prorogat ſpatium ad tertiam usq; diei horam, nam, ſic Regum filiis mos eſt, ſurgere hora diurna tertia. Quod ſi poſt illud tempus preces recitet, nullum quidem ex eare damnum,* (ſed tamen mercede propria precum excidit, nec alio apud Deum loco eſt,) *quam homo vacans Scripturarum lectioni. Secta Schammai docet, veſpertinas preces quem reſupinatum, matutinas, ſtantem fundere debere:* Q. S. E. (Deut. 6, 7.) Cum cubas, & cum ſurgis. *Secta Hillelis docet, quemq; in orando ſuam con-*

De Lege Iudæorum orali.

am consuetudinem sequi debere, quod, & cum ambulas per viam, (eodem loco) *scriptum sit.* Finitur Mischna in plerisque editionibus per Massichtam Okazim, in ejus capite postremo, legimus inter alias multas Magistrorum contradictiones: הפגין והבוסר רע מטמא טומאת אוכלין ר' יוחנן בן נורי אומר משיבואו לעונת המעשרות פריצי זתים וענבים בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין הקצח בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין וכן למעשרות : i.e. *Grossuli, & uvæ immaturæ, secundum R. Akibam immunditiem contrahere faciunt, sicut vera edulia. R. Jochanan filius Nuri ait, id demum ab iis præstari, cum tempus decimarum adest. Olivas uvasq; ita induratas, ut ad justam maturitatem pervenire nequeant, Secta Schammai immundas, Hillelis Secta mundas pronunciat. Nigellam, Schammai mundam, Secta Hillelis immundam reputat. Idem circa decimas* (tam hujus quam illarum, utriusque Sectæ) *dissensus.* Item: דגים מאימתי מקבלין טומאה בשא משיצודו ובית הלל אומרים משימותו רבי עקיבא אומר אם יכולין לחיות: i.e. *Quando possunt pisces contrahere immunditiem? Secta Schammai dicit, actutum ac capti fuerunt. Secta Hillelis ait, nonnisi cum mortui sunt. R. Akiba censet, quod, si* (in aquam missi,) *vitam tueri queant,* (immundi non fiant.) Patet hinc, quam vere in Sanhedrin cap. 10. questi jam tum fuerint Judæi משרבו תלמידי שמאי והילל שלא שמשו כל צורכן רבו מחלוקות בישראל ונעשית תורה כשתי תורות : *Ex quo multiplicati sunt Discipuli Schammai & Hillelis, qui non quantum oportebat, Præceptores suos sectabantur,* (studiisque vacabant,) *aucta fuerunt controversia in Israële, & Lex Divina quasi gemina effecta est.* Non igitur tam suam, quam ipsorummet Judæorum sententiam expressit S. Hieronymus ad c. 8. Es. scribens: *Sammai & Hillel non multo prius quam Dominus nasceretur, orti sunt in Judæa, quorum prior Dissipator interpretatur, sequens Prophanus: eo quod per traditiones & δευτερώσεις suas, Legis præcepta dissipaverint, atq; maculaverint.* Cæterum, in tantis Magistrorum circa traditiones ἀγράφους dissidiis, in perpetua Hillelianorum & Schammæorum repugnantia, ecquomodo Legi orali sua constat autoritas? qua ratione alicui innotescere potest, penes quos veritas sit, quosque in praxi sequi conveniat? Poneretne homo sanus & sobrius ejusmodi legibus humanis aut testimoniis aliquod pretium, quæ assidue inter se colliduntur, adversisque pugnant frontibus? Atqui hic de Dei ipsius legibus agitur. Sane, non me latet, Regulas aliquas vulgo apud Judæos extare, definientes secundum quem inter dissidentes invicem Doctores obtineat traditio, cujusque opinio alteri prævaleat. Habentur eæ in principio quarundam Mischnæ editionum, itemque in

lib-

libro Halichot Olam, tract. 5. c. 1. seqq. inde paucula quædã, ex multis, & tantũ prout Hebraica Latine vertit Constan. l'Empereur, excerpemus, ut Lectoreẽ ex admiratione in stuporem conjiciat, extrema Judæorum hebetudo & dementia. *Vbicunq; D. Simeon f. Gamalielis aliquid docet in Misnis nostris, statuitur secundum illum: præterquam in sponsore, & venatore, deniq; probatione sequenti. In omni loco constitutio secundum illum præ socio obtinet. Vbi Ribbi & D. Simeon filius Eleazari sententiam dicunt, statuitur secundum Ribbi (id est, D. Judam principem:) Ribbi & D. Josef. Judæ, constitutio est secundum Ribbi; Ribbi & D. Ismaël f. Josis, constitutio secundum Ribbi. Quum vero loquitur nomine parentis sui, statuitur secundum patrem. Cum Ribbi & Doctor Simeon f. Gamalielis, statuitur secundum D. Simeonem f. Gamalielis. Vbicunq; D. Simeon filius Eleazari controversiam docet, secundum ipsum statuitur. Cum Ribbi & D. Judas dissentiunt, statuitur secundum Ribbi; Ribbi & D. Meir, constitutio secundum Ribbi; D. Eliezer & D. Josua, constitutio secundum D. Josuam; Doctor Eliezer, & D. Gamaliel, constitutio secundum D. Gamalielem: nec constitutio est ex sententia Discipulorum D. Eliezeris, exceptis octo constitutionibus. Dissidente familia Schammai, a familia Hillelis, constitutio sequitur familiam Hillelis: sex rebus exceptis, de quibus ajunt Sapientes, nec secundum hujus, nec secundum illius verba; aliisq; tribus, ubi constitutio familiam Schammai sequitur. —— Quum Gemarici Rabus & Samuel dissentiunt, statuitur secundum Rabum in Ceremonialibus interdictis; secundum Samuelem vero in rebus forensibus. —— Cum Magister Hasda & Magister Houna dissentiunt. secundum M. Hounam statuitur; Rabus & M. Nahman. constitutio Rabum sequitur in ceremonialibus interdictis; at M. Nahmanem in juribus forensibus. Vbiq; statuitur secundum discipulum loco Magistri: prioribus & posterioribus dissidentibus, secundum posteriores statuitur: Magistro Juda & Rabba, secundum M. Judam statuitur; Rabba & M. Josepho, secundum Rabbam, tribus constitutionibus exceptis; Magistro Aha & Rab-Jna, constitutio sequitur Rab-Jnam: præterquam in tribus, carne cruda, ovis, & venis jugularibus. —— Secundum Marum filium M. Ases constitutio obtinet, quum a Magistro suo non dissentit.* Dei hominumque fidem! quæ ista rerum confusio! quæ perplexitas! &, annon dum id moliuntur Judæi, ut traditionibus suis fidem aliquam aut speciem concilient, id unum referunt, ut tanto magis incertæ evadant & incredibiles? Velim enim scire, cui vel minimo fundamento superstructæ sint Regulæ istæ, & unde innotuerit, secundum illos quibus suffragantur, potius, quam alia omnia opinantes, faciendam esse decisionem? Nempe, non id nunc quærimus, utrius sententia ex dissidentibus magis probabilis & minus absurda sit, sed ad quem verior pervenerit traditio. Nec enim volunt Judæi quemque privatas ingenii sui opiniones proposuisse, sed inde

De Lege Iudæorum orali.

De Lege Iudæorum orali.

inde usque a Mose perceptas παραδόσεις. Certe nullum in orbe remedium est, quo veritas harum Regularum probetur, nisi peculiaris aliqua Divina revelatio, aut nova rursus traditio, quam utramque deficere etiam in fingendo quidvis audentissimi Judæi, tamen fateantur oportet. Vt unam tantum positionem exempli causa consideremus; esto, fuerit unus R. Simeon Gamalielis filius, præ omnibus Doctoribus Mischnicis magis pius, magis sapiens, magis eruditus, adeo ut reliqui præ illo non nisi somnium essent; sed, an ideo sic se res quoque habebat de ipsius horumque Præceptoribus, imo de omnibus ad quos usque & usque in ordine παραδόσεων, sursum ascendendo devenitur, donec ad Mosen deferimur? Quin, si tanta erat istius R. Simeonis felicitas, ut ad eum unum non nisi optimæ traditiones perferrentur, quo nihilo minus factum est modo, ut in materia de Sponsione & Venationibus vacillaverint, & quis hic tanto imposuit viro? item, quare cum unam affert rationem, rem acu tangit, cum duabus nixus est, fallitur? Pudet me ineptiarum, & non stipes, caudex, atque asinus, sed plane Judæus, hoc est, in reprobum sensum datus sit oportet, qui vel minimam in istis reperit veri similitudinem. Mitto alias, quas movere possem (&, quis obsecro hominum non idem mecum valeret?) difficultates innumeras, atque illud unum edoceri vellem, quare non nisi in octo casibus constitutio sit secundum Discipulos R. Elieseris, qui tamen sine dubio magno numero erant, & quare isti cæteroquin a singulis vincantur? Etenim sustinet hic suam quisque ex illis personam, nec Præceptoris loco sunt, qui, cum de sua opinione agitur, nominatim exprimi solet. Jam vero ut unus, cum de Traditionibus quæstio, pluribus anteferatur, omnium absurdorum maximum Judæis habetur, & tantum, ut ne Numen quidem omnibus suis miraculis, edita quoque cœlitus voce, contrarium illis persuadere queat. Afferenda in hanc rem, & commodum de R. Eliesere est historia mirificissima, ex Bava Mezia fol. 59. a. velut in cumulum falsitatis, absurditatis, impietatisq; Judaicarum traditionum, itaque eam integram huc transcribere non pigrabor.

תנן התם חתכו חוליות ונתן חול בין חוליא לחוליא רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאין וזה הוא תנור של עכנאי מאי עכנאי אמר ר' יהוד' אמר שמואל שהקיפו דברים כעכנא זו וטמאוהו תנא באותו היום השיב ר"א כל תשובות שבעולם ולא קיבלו הימנו אמר להם אם הלכה כמותי חרוב זה יוכיח נעקר חרוב ממקומו מאה אמה ואמרי לה ד' מאות אמה אמרו לו אין מביאין ראיה מן החרוב חזר ואמר להם אם הלכה כמותי אמת המים יוכיחו חזרו אמת המי' לאחוריהם אמרו לו אין מביאין ראיה מאמת המים

המים חזר ואמר להם אם הלכה כמותי כותלי בית המדרש יוכיחו היטו כותלי בית המדרש ליפול גער בהם רבי יהושע אמר להם אם תלמידי חכמים מנצחים זה את זה בהלכה אתם מה טיבכם לא נפלו מפני כבודו של ר' יהושע ולא זקפו מפני כבודו של ר"א ועדיין מטין ועומדין חזר ואמר להם אם הלכה כמותי מן השמים יוחיכו יצתה בת קול ואמרה מה לכם אצל ר"א שהלכה כמותו בכל מקום עמד רבי יהושע על רגליו ואמר לא בשמים היא מאי לא בשמים היא א"ר ירמיה שכבר נתנה תורה מהר סיני אין אנו משגיחין בבת קול שכבר כתבת בהר סיני בתורה אחרי רבים להטות אשכחיה ר' נתן לאליהו אמר ליה מאי עביד קב"ה בההיא שעתא אמר ליה קא חייך ואמר נצחוני בני נצחוני בני אמרו אותו היום הביאו כל טהרות שהטיר ר"א ושרפום באש ונמנו עליו וברכוהו ואמרו מי ילך ויודיעו אמר להם ר"ע אני אלך שמא ילך אדם שאינו הגון ויודיעו ונמצא מחריב את כל העולם כולו מה עשה ר"ע לבש שחורי' ונתעטף שחורים וישב לפניו ברחוק ארב' אמות אמר לו ר"א עקיבא מה יום מיומי' אמר לו רבי כמדומה לי שחבירים בדילים ממך אף הוא קרע בגדיו וחלץ מנעליו ונשמט וישב על גבי קרקע זלגו עיניו דמעות לקה העולם שליש בזיתים ושליש בחיטים ושליש בשעורים ויש אומרים אף בצק שבידי אשה טפח תנא אך גדול היה באותו היום שבכל מקום שנתן בו עיניו ר' אליעזר נשרף ואף רבן גמליאל היה בא בספינה עמד עליו נחשול לטבעו אמר כמדומה לי שאין זה אלא בשביל ר"א בן הורקנוס עמד על רגליו ואמר רבונו של עולם גלוי וידוע לפניך שלא לכבודי עשיתי ולא לכבוד בית אבא עשיתי אלא לכבודך שלא ירבו מחלוקי בישראל נח הים מזעפו אימא שלום דביתהו דר"א אחתי' דרבן גמליאל הואי מההוא מעשה ואילך לא הוה שבקה ליה לר"א למיפל על אפיה ההוא יומא ריש ירחא הוה ואיחליף לה בין מלא לחסר איכא דאמרי אתא עניא וקאי אבבא אפיקה ליה ריפתא אשכחתיה דנפל על אנפיה אמרי' ליה קום קטלית לאח אדהכי נקט שיפורא מבית רג"ר דשכיב;

De Lege Iudæorum orali.

Id eſt: *Sic traditum habetur: Fiebant* (furni, ex ſibi ſuperimpoſitis lapidibus)

De Lege Iudæorum orali.

pidibus) *seriatim, ita ut quæq; series per intritam cum altera committeretur: atq; de his furnis R. Elieser pronunciabat, eos immunditiem contrahere non posse, contra Sapientes contendebant, posse fieri immundos, suntq; isti furni, qui vocantur Serpentini. Quid ita Serpentini? R. Judas, tanquam a Samuele perceptam causam reddit, quia* (infinitis) *& circuli instar* (nunquam desinentibus) *argumentis*, (cujus infinitatis imaginem caudam suam morsicans) *serpens gerit, in medium allatis*, (furnos istos) *immundos esse definiverunt. Constat illo die R. Elieserem omnes quæ in mundo erant produxisse responsiones, sed non fuere ab ipsis admissæ. Deniq; ait illis: Si penes me est veritas traditionis*, (vicina hæc) *ceratiorum arbor id testator: Ibi eradicata fuit ceratiorum arbor, & loco suo mota cubitis centum: alii dicunt universis cubitis quadringentis. At, respondebant Socii: Ceratiorum arbor nullum argumentum præbet. Ille vero rursus: Si traditio penes me est, testator id vicinus rivus aquarum. Tum rivus aquarum retrorsum ferebatur. At illi: Rivus aquarum nullum præbet argumentum. Ipse iterum: Si traditio penes me est, parietes Scholæ hujus id testantor: Mox inclinaverunt se parietes tanquam ruituri. Tum inclamare eos R. Josua, & dicere: Si Discipuli Sapientum inter se disputant de traditione, quid id vestra refert? Non collapsi igitur sunt parietes ob honorem R. Josuæ: sed, nec denuo erexerunt sese, ob honorem R. Elieseris, atq; sic inclinati etiamnum perstant. Pergit R. Elieser: Si traditio penes me est, e cælo testimonium edatur. Tum personuit echo cœlestis*, (in hæc verba:) *Quid vobis cum R. Eliesere? nam ubivis secundum illum obtinet traditio. Ibi consurrexit R. Josua in pedes, & dixit:* (Traditum in Lege habemus Deut. 30, 12.) Non est in cœlis illa. *Quis sensus verborum*, Non est in cœlis illa? *Respondit R. Jeremias* (id significari,) *pridem datam esse Legem in monte Sinai, nec nos curare voces cælo editas. Pridem enim scripsisti in monte Sinai in Lege tua* (Ex. 23, 2.) Ad plurium (*sententiam*) deflectendum. *Incidebat tum forte R. Nathan in Eliam, percontatur igitur illum, quid ea hora*, (cum tanto æstu inter se contenderent Rabbini,) *Deus Benedictus fecerit? Respondebat, risisse ipsum effuse, & dixisse: Vicerunt me filii mei: Vicerunt me filii mei. Memoriæ proditum est, ea die omnes R. Elieseris de rebus mundis decisiones in unum congestas, ac igne crematas fuisse, quin & collatis suffragiis anathemati devovebatur. Postea inquiebant, quis ibit atq; notum ei faciet*, (quid de illo statuerimus?) *Tum R. Akiba: Ego ibo, ne cæteroquin eunte fortasse homine aliquo minus honorato idq; ei indicante, orbi universo inducat vastitatem. Quid fecit R. Akiba? Amiciebat sese nigris vestibus, ac nigro* (palliolo) *sese involvebat, & quatuor cubitos ab eo sejunctus consedit. Quærit igitur R. Elieser: Mi Akiba, quare dies hæc tantopere differt ab aliis diebus?* (& quid sibi vult hoc lugubre schema?) *Respondet is: Mi Magister, videtur mihi, quasi Collegæ Sapientes*

pientes se a te segregent. (Quibus perceptis Eliefer) *quoque vestimenta scidit, & calceos exuit, atque solio relicto humi resedit, oculis ejus lacrumas exstillantibus. Tum totius orbis triens in olivis, triensque in tritico, ac triens quoque in hordeo damnum passi sunt. Addunt quidam, etiam massam intra manus matrisfamilias* (depsentis) *computruisse. Constat illa die maximam fuisse calamitatem, nam quocunque R. Eliefer dirigeret oculos, ibi ignis omnia consumebat. Ipse adeo R. Gamaliel* (Princeps cœtus, cujus autoritate facta excommunicatio,) *navi tum vehebatur, ibi cum fluctus adversus illum intumuisset ad eum absorbendum, ipse dicere cœpit: Existimo omnino, hæc tantum propter R. Elieserem filium Hurkanos accidere; itaque in pedes consistens sic* (Deum) *affatur: Mundi Arbiter, notum, ac manifestum tibi est, me nequaquam ob meum honorem, nec ob honorem domus paternæ id fecisse, sed unice ob tuum honorem, ne controversiæ inter Judæos augeantur,* (quis enim litium futurus modus est, si singulis plures oppugnare concedatur?) *Sic quievit mare a tempestate sua. Imma-Schalom quoque quam uxorem habebat R. Eliefer, quæque R. Gamalielis soror fuit, suas in isto negotio partes nacta est, non enim permisit ut R. Eliefer* (preces Homologeticas recitans) *in vultum procideret. Accidit vero, ut prima dies mensis appropinquaret, tum ipsa per errorem, mensem qui plenus erat, pro non pleno accipiens,* (credensque præsenti die Kalendas, quibus Homologeticæ preces nullæ funduntur, celebrari, cum tamen non nisi sequenti luce Kalendæ ingruerēt, illum observare neglexerat:) *alii tamen dicunt venisse pauperem mendicum ad ostium, cui ipsa frustum panis attulerit.* (Quicquid sit, ob alterutram harum causarum cum ab eo discedens, illum solum reliquisset,) *reversa, reperit ipsum vultu in terram prociduo. Tum ipsa: Heus surge, jam occidisti fratrem meum. Vix hæc eloquuta fuerat, & personuit feralis tuba ex ædibus R. Gamalielis, ipsum vita functum esse.* Pleraque ex his fabulosa esse, nemo ambigit; sed adversus Judæos, qui nihil istorum in dubium vocant, merito licet urgere istam Magistrorum antiquorum in tuendis suis dogmatibus extremam pertinaciam. Ea, cum nullis portentis, & ne cœlesti quidem oraculo cederet, an unquam passuri fuissent illi homines, se a seris nepotibus in ordinem cogi, regulisque aliquibus definiri, ut, quatenus cum alio atque alio de traditionibus disputasse deprehenduntur, illorum scita modo rejiciantur, modo admittantur tanquam vera? Plane igitur de Regularum supra adductarum fide ac autoritate actum est, & sunt adhuc salvæ contradictiones Talmudicæ, simulque Judæi iis immersi penitus deprehenduntur difficultatibus, e quibus emergendi nulla datur facultas. Nobis in ista quam recitavimus narratione saltem illud verum videtur, R. Elieserem, aliosque Magistros inter se summa contentione, manibus, quod ajunt, pedibusque, de suis depugnasse dogmatibus, atque ejusmodi Logomachiæ in Talmude alibi quoque narrantur.

De Lege Judæorum orali.

De Lege Judæorum orali.

rantur, Jam vero & in præsenti altercatione & in aliis omnibus, semper tota res argumentis peracta esse dicitur, nec unquam in Talmude facile videas, præceptore, aut patre avoque antiquiores, in testimonium allegari. Dicant ergo nobis Judæi eximii, quales istæ sint Traditiones inde a Mose usq; derivatæ, ubi cum de iis sermo est, nunquam in controversiam venit, an aliquid a Mose perceptū, quoq; deinceps modo propagatum fuerit, sed an rationi aut Scripturæ congruat? Quod, cum per universum Talmud, & in singulis ejus commatibus fere accidat, jam totum Talmud utique clamat, scita omnia Magistrorum legalia, non Mosi, sed illis ipsis a quibus prolata, aut eorundem præceptoribus accepta ferenda esse, neque Dei mandatorum, sed inventorum humani ingenii nomen mereri. Certe nemo ferret in civilibus judiciis, paucorum annorum consuetudinem allegantem, talibus uti probationibus, quales Magistri adhibent, qui tamen evincere conantur, suas Traditiones sive consuetudines Deum autorem habere, & multorum seculorum continuo nec unquam interrupto usu fuisse receptas. Discant nostri Judæi, quia nesciunt, ista, non legibus tantum civilibus, sed & sanæ hominum rationi consona, quæ ex Magni apud nos JCti Andreæ Gailii libro 2. Observationum Practicarum obs. 31. exscribimus, non ad profanas tantum, sed & ipsas sacras eorundem lites dirimendas, multum profutura. *Qui super consuetudine intentionem suam fundat, is eam probare debet: quia consuetudo facti est, per text.* in c. 1. de constit. in 6. facta non præsumuntur, nisi probentur, per text. in l in bello, §. factæ ff. de capt. & postlim. revers. & in l. 1. C de probationib. cum similibus, *& probare eam debet cum suis requisitis, alias succumbet. Proinde testes ad probandam consuetudinem producti, de hujusmodi requisitis cum ratione scientiæ deponere debent; quia non sufficit talem extare consuetudinem, sed necesse est dare rationem scientiæ, utputa, quia viderunt ita observari in similibus casibus, & actibus, idq; frequenter, & longo tempore, publice, præsentibus & scientibus multis personis; adeo, quod inde appareat intercessisse tacitum consensum populi, aut saltem majoris partis, pulchre Cyn.* in l. 2. Cod. quæ sit longa consuetud. *Alex.* consil 136. num. 18. vol 1. *Idem* consil. 196. num. 14. eod. volu. incip. viso testamento. *Dec.* con. 215. nu. 2. cum seq. incip. in casu vertente. *Idem* consil. 483. num 25. cum seq. incip. pro resolutione, *ubiq; præclare docent, quomodo consuetudo & ejus quasi possessio testibus probari debeat.*

Quod reliquum, tantopere vacillat fides Traditionum Legalium Judaicarum, tamque multa sunt argumenta quibus evertuntur & proteruntur, ut Judæorum pars magna non tantum olim eas rejecerit, sed etiam istorum hominum, non minus ac aliorum παραδόσεις amplectentium, opinio, ad seram posteritatem propagata fuerit, sitque etiamnum inter Judæos secta, quæ Talmud cum suis Traditionibus penitus respuit.

In

In veteri memoria Sadducæi a Traditionibus abhorrebant, unde Josephus, l. 13. Antiq. c. 18. Νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωυσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. καὶ περὶ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφορὰς γενέσθαι συνέβαινε μεγάλας, τῶν μὲν Σαδδουκαίων τοὺς εὐπόρους μόνον πειθόντων, τὸ δὲ δημοτικὸν οὐχ ἑπόμενον αὐτοῖς ἐχόντων, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων· *Nunc indicandum est, quod multas constitutionum a majoribus per manus acceptas Pharisæi tradiderint populo, quæ non sunt scriptæ inter leges Mosaicas: & ideo Sadducæi his autoritatem abrogant, dicentes oportere eas tantum servari quæ scripto continentur: atq; hinc magna inter utrosq; exorta est controversia, dum ditiores stant a Sadducæorum partibus, Pharisæi cætera multitudinis utuntur favoribus.* Fit istarum inter Pharisæos & Sadducæos contentionum sæpe in Talmude mentio, atque qui posteriores in rejiciendis Traditionibus deinde sequuti sunt, proprio nomine קראים sive Karræi vocati fuerunt, ad distinctionem reliquorum qui רבנים vel רבנאי Rabbanitæ vel Rabbanistæ audire cœperunt. Cl. Seldenus de uxore Hebr. p. 11. & 13. ac de anno Civili c. 2. multa recenset Scriptorum antiquorum ex Secta Karraitica nomina, veluti R. Japheti, filiique Levi, Josephi Karkesamii, Sahelis Sacerdotis, Davidis Principis, Selomonis ben Jerocham, Benjaminis ben Mose, additque, quam plurimos ejusdem generis extitisse, qui Arabice plerunq; scripserint ipsi, quæ in Rabbinorum linguam ab aliis versa. Hottingerus in Smeg. Orient. p. 24. meminit libri מורה אהרון R. Aharonis Karraitæ, qui refutationem nugarum Talmudicarum continere dicitur, itemq; librorum מנהגי קראים & אדרת אליהו exponentium ritus Karræorum, nec minus memorat alium עץ חיים inscriptum, agentem de articulis fidei secundum mentem Karraitarum. Idem Hottingerus cum in Thesaur. Philolog. p. 42. testatus esset, Cl. Golium sibi retulisse, Karraitas Constantinopoli in cryptis libros suos abditos habere, affert postea fragmentum hoc memorabile, ex epistola quam ad se Antonius Legerus, Ecclesiæ Genevensis Pastor & Professor Theologiæ scripserit: *Multa quæ Rabbanistæ illis affingunt, ipsi calumnias esse, sancte testantur. Si Karaitarum fidem sequi juvat, pertendunt, Israëlitas omnes ab initio fuisse* קראים *Sedæ Majorum, imo Dei institutis defecisse degeneres Rabbanitas, superesse tamen Karaitarum 2000 in Polonia. Constantinopoli 70. Theodosiæ in Taurica Chersoneso 1200. Memphi 300. Damasci 200. Ierosolymæ 30. Ithi prope Babyloniam 100. Zeginis vel Giurgisten*

De Lege Iudæorum orali.

De Lege Iudæorum orali.

Giurgisten in Perside 500. vel 600. Addunt, se solos θεοπνεύσους libros, missis Talmudicis nugis & Rabbinicis traditionibus, habere pro fidei norma, ad quam omnia alia scripta exigenda sint, Legis expositionem ex ipsis Legis verbis petendam esse. Karaitæ Constantinopoli jactant, se reliquias esse veterum, qui ibi habitabant tempore Constantini M. Sacram Scripturam ibi Græca lingua, sibi vernacula, privatim & publice lectitant, & ejus notitia liberos suos imbuunt. Theodosiæ Turcica, alibi Arabica & Persica lingua utuntur una cum Hebraica. Puncta vocalia Ebraicorum Bibliorum a Mose & Prophetis esse statuunt. Karaitæ festorum translatione, a cæteris Judæis inventa & usurpata, non utuntur, ideo A.D. 1633. Karaitæ Constantinopoli Pascha suum comederunt vespera diei Jovis, ut Christus suum ultimũ ante obitum pascha celebravit. קראים *negant se esse Sadducæos, Angelos esse credunt, sed bonos omnes esse natura. Malos dici eos, qui ad ministerium homini molestum mittuntur.* Mihi, (quod doleo) nec Karræorum libros tractare unquam licuit, nec Karræum hominem oculis usurpare. Nam, quod in nova editione Buxtorfianæ Synagogæ Judaicæ p. 3. legitur, quasi inter alias regiones Italiam quoque Karraitæ incolant, ibidemque habeant Synagogas, & secundum ritus vivant suos, atq; in hac re ad R. Leonis de Modena libellique ejus de Ritibus Hebræorum provocatur autoritatem, id secus se habet, nec tale quid a R. Leone est proditum. Juvat autem afferre huc etiam, quæ apud istum de Karraitis leguntur. *Sono state nel fine della seconda casa, cioè del secondo Tempio, diuerse Sette de Heretici tra gl' Hebrei. —— Di tutte quelle, che furono all' hora si è riserbata una Setta, che ancor che Hebrei, & osseruatori della Legge Mosaica, sono però presso loro Heretici, chiamati* Carraim, *questo nome deriva da* Michrà, *che è il puro testo della Biblia, perche esso intendono che si debba osservar solamente il Pentateuco come stà e giace alla lettera, nè admettono nè vogliono vdir alcuna interpretatione, glosa, nè ordine de Rabini. Sono certamente Saducei riformati, perche seguono la dottrina di quelli, nel voler solamente il litterale della Scrittura; ma doue i Saducei negano l' immortalità dell' anima, & in consequenza Inferno, e Paradiso, e Purgatorio, e Rissurrettion de Morti, & altre cose; questi vedendo, che stando in queste opinioni sarebbono stati da tutte le Religioni al presente rigettati, poi che non solamente l' Hebrea ma tutte hoggi vniformemente credono queste verità, si sono accommodati a crederle. Si come anco alcune traditioni molto antiche, le hanno accettate, per non si render tanto odiosi anco alli stessi Hebrei, sotto nome de quali viuono anch' essi, ma il vero è certo che deriuano, & erano veri Saducei. Ve ne sono in Constantina, nel Cairo, & in altre parti del Leuante, similmente in Russia, doue vivono a modo loro, con Sinagoghe, e Riti come si sono andato regolando, e con nome d' Hebrei*

brei, anzi con pretender d' esser essi i veri osseruatori della legge di Moje. In tutti i luogi doue si trouano, sono fuor di modi odiati da gl' Hebrei, che essi chiamano Rabbani, *cioè sequaci de Rabini, e non si apparentano con essi, ne li conversano volontieri, & intendono che siano* Mamzerim, *cioè Bastardi, perche nelle cose de matrimonii, e repudio, e nella purificatione del menstruo, le lor donne non osseruano gl' ordini de Rabini, e quello che è più, che se alcuno de loro si volesse convertire ad esser de Rabbanim, cioè de gl' altri Hebrei, non vogliono in niun modo accettarlo.* Id est: *Extiterunt circa finem Ædis secundæ, hoc est Templi Secundi, variæ Sectæ Hæreticorum inter Hebræos. — Ex omnibus iis quæ tum obtinebant, Secta una superest, quam profitentes etiamsi Hebræi sint, & cultores Mosaicæ Legis, tamen Hæreticorum loco habentur, vocanturq;* Carraim. *Hoc nomen derivatur a* Michrà, *quod purum textum Bibliorum notat, ipsi enim contendunt, tantum Pentateuchum servandum esse, prout secundum literas conceptus est, descriptusq;, nec admittunt, aut audire volunt, ullam interpretationem, glossam, aut sanctionem Rabbinorum. Sunt isti omnino Sadducæi reformati, sequuntur enim hactenus illorum doctrinam, dum τὸ γεαπ]ον Scripturæ unice sectantur; sed quatenus Sadducæi negabant immortalitatem animæ, atq; sic per consequens Infernum, & Paradisum, & Purgatorium, ac Resurrectionem mortuorum, resq; alias, Karræi videntes, quod tenendo has opiniones, ab omnibus nunc Religionibus rejiciendi forent, quia non Hebræi tantum, sed omnes hodie uniformiter circa has veritates consentiunt, se disposuerunt ad eas credendas. Sic pariter aliquas traditiones multum antiquas acceptarunt, ut minus odiosos se redderent ipsis Hebræis, quorum nomen etiam illi gerunt; sed verum certumq; est, ipsos ortum trahere a Sadducæis, & tales fuisse.* Homines *ejusmodi degunt Constantinopoli, Cairi, & in aliis partibus Orientis, similiter in Russia, ubi suo modo vivunt, cum Synagogis, & Ritibus quos sibi instituerunt, dicuntq; se Hebræos, imo jactant sese veros esse cultores Legis Mosaicæ. In omnibus locis ubi reperiuntur, ultra modum eos aversantur Hebræi, quos ipsi* Rabbanim *vocant, hoc est sequaces Rabbinorum, neq; affinitatem cum iis contrahunt, aut libenter cum iis conversantur, reputantq; eos* Mamzerim, *hoc est Spurios: nam in rebus matrimonialibus, Repudio, & purificatione menstrua, mulieres ipsorum non servant sanctiones Rabbinorum, quodq; magis est, si quis ex iis ad Rabbanim sive reliquos Hebræos accedere velit, nullo modo illum recipiunt.* Facile apparet, in his affectibus suis aliquid indulsisse R. Leonem, atque quod mulieribus Karræorum exprobrat, quasi τὰ ἐμμήνια cum patiuntur, minus expurgationum studiosæ sint, in eo injuriam iis facere videtur, nam hæ majorem etiam quam reliquis Judæis natæ fœminæ, hic adhibent solicitudinem. Quippe Illustris Petrus de la Valle, qui Damasci in Karraitas, (ubi ad reliquorum Judæorum

De Lege Judæorum orali.

orum

De Lege Judæorum orali.

orum differentiam Samaritani vocantur,) incidit, sic de iis testatur in Itinerar. part. 1. p. 339. edit. Rom. *Nelle case de' Samaritani, vidi vn' altra cosa curiosa; cioè in vn lato di vna camera, a canto al muro, vn materassetto in terra piegato; & intorno a quello da ogni parte, doue non era il muro, molti sassi piccoli pur' in terra posti in fila per ordine ad vno ad vno, che faceuano quasi siepe al materasso. Domandai che significaua? e mi dissero, che in quel luogo, fra di loro, staua sempre, senza mouersene mai, la donna, mentre haueua i suoi mestrui, nel qual tempo a loro è vietato di toccarla, e di accostarsi a lei, anzi, che tengono per immonda ogni cosa, che la tocchi; e però la fanno stare in quel luogo a parte separata, doue niuno si accosta fin' al segno de i sassi in terra: e suole star la donna in questa guisa otto giorni: ma, se in questo tempo non le mancano le purghe, convien che ve ne stia otto altri, e così fin che le manchino.* Id est: *In ædibus Samaritanorum vidi rem scitam aliam; hoc est, in latere conclavis, ad angulum parietis, culcitram in terra, replicatam, atq; circum hanc ex omni parte, ubi non erat paries, positos in terra seriatim lapillos, unum post alterum, qui culcitræ quasi quoddam erant sepimentum. Quærebam quid hoc sibi vellet? atq; respondebant, in illo loco apud ipsos assidue, ita ut nunquam inde se moveat, agere fœminam, cum mensibus est obnoxia, & in hoc tempore nefas aliis esse eam attingere, illiq; appropinquare, quin pro immunda habent rem omnem quam ipsa contrectaverit. Quapropter in eum locum ipsam separatam constituunt, ad quem nemo accedit, ultra signum lapillorum. Solet autem mulier hoc modo ibi morari per dies octo, atq; si intra hoc spatium non deficiat* πηγὴ αἵματος, *necesse ut totidem alios dies ibidem perstet, & sic quoad cessaverit.* Sed, de Karræis satis diximus. Illud novissime monendum, si maxime exploratum indubitatumque esset, Traditiones Judæorum Legales recte se habere, possetque ad oculum ostendi, referre ipsas omnes ad Mosen minime dubiam originem, tamen ne sic quidem pari pietatis affectu cum scripta Lege colendas fore, nedum ut illi præferri mereantur, imo hac quidem ætate nullius prorsus usus futuras. Siquidem, nihil certe quicquam ad Oralem Legem pertinent illa argumenta, quibus supra τὴν αὐθεντίαν Codicis Sacrarum Literarum comprobavimus, ut huic exinde præ orali Lege summa prærogativa oriatur. Tum vero omnia & singula Traditionum capita, unice circa ritus & ceremonias externas tum sacrorum, tum ipsius civilis vitæ versantur, qualia præcepta Christianos in N. T. neutiquam obligare, est demonstratum.

De Loco Deut. 23, 19. 20.

Servare oportet præceptum Deut. 23, 19. 20. promulgatum.] Non opinor injuriam me facere Lipmanno, quod hanc sententiam ei tribuo, quasi velit ipse, tum Deo gratam rem præstare Judæos, idque valde bonum factum esse, cum τοὺς ἔξω usuris misere vexant,

xant, atque ſecundum etymon vocis נשך mordent debitores, roduntq; ad oſſa usque, & intimas medullas. Poſcit enim contextus ratio hanc explicationem, atque eadem Maimonidis propalam in Hilchot Malve Velove c. 5. §. 1. ſententia, ſic enim inquit: הכותי וגר תושב לוין מהן ומלוין אותן ברבית שני לא תשיך לאחיך לאחיך אסור ולשאר העולם מותר ; ומצות עשה להשיך לנכרי שני לנכרי תשיך מפי השמועה למדו שזו מצות עשה וזהו דין תורה : Id eſt: *A gentili, & proſelyto domicilii licet accipere pecuniam, iisdemq; eam dare fœnori. Scriptum enim*: Fratri tuo non dabis pecuniam fœnori. *Nimirum erga Fratrem hoc facere nefas eſt, erga alios idem facere conceditur: Eſtq; hoc præceptum affirmativum, dare* τοῖς ἔξω *pecuniam fœnori,* Q. S. E. Extraneo pecuniam dabis fœnori. *Quæ verba præceptum affirmativum, & conſtitutionem legalem valere, vetus, & a majoribus accepta docet traditio.* Sed vero, nolim operoſe atrocem abſurditatem iſtius opinionis oſtendere, quam ipſi cordatiores Judæorum, tanquam duram & intolerabilem rejiciunt. Equidem, Cl. Seldenus l. 6. de Jur. Nat. & Gent. juxta diſcipl. Ebr. c. 10. adducto hoc Maimonidis loco, ſubjungit, aſſirmare Magiſtros recentiores, *erraſſe Maimonidem non ſine autore vetuſto. Nam in Sepher Siphri legi etiam*: לנכרי תשיך מצוה עשה ולאחיך לא תשיך מצוה לא תעשה *Fœnori mutuum dabis Gentili, præceptum eſt affirmativum, ut non dabis fratri tuo eſt negativum.* Enimvero, quos Judæorum Magiſtros Vir Doctiſſimus in mente habuerit, cum iſta ſcriberet, parum mihi liquet, nec aliquem legiſſe me memini, qui huc evaderet, veſanæ Maimonidis opinioni verum ex autoritate libri Siphri peti poſſe præſidium. Ipſe R. Abraham Ben David, Maimonidis Commentator, ſignanter ad verba de quibus agimus, adjecit, lapſum videri Maimonidem, & id quod in Siphri habetur, non recte accepiſſe. Verba ſunt: אני לא מצאתי שמועה זו ואולי במה שמצא בספרי טעה שנאמר שם לנכרי תשיך זו מצות עשה ופירושו משום דהוה ליה לאו הבא מכלל עשה שלא ישיך לישראל : Id eſt: *Hanc* (quam Maimonides jactat,) *traditionem, ego nuſpiam reperi, & fortaſſe lapſus eſt circa illud quod in Siphri ſcriptum reperit, dum ibi dicitur*: Extraneo dabis pecuniam fœnori, eſt præceptum Affirmativum. *Sed horum verus ſenſus eſt, præceptum Negativum promanare ex Affirmativo, idq; omnino velle Scripturam, Judæo non eſſe pecuniam dandam fœnori.* Similiter Bechai Comment. in Pentat. fol. 213. fol. 4. verborum in Siphri ſenſum cum cura exponit: ומה שאמרו בספרי לנכרי תשיך זו מצוה עשה לא לענין שהתורה קבעה בזה מצוה עשת אלא כנגד המלוה ברבית לישראל חברו אמרו כן

De Loco Deut. 23, 19. 20.

De Loco Deut. 23, 19. 20.

שהמלוה ישראל ברבית עובר על מצות עשה דלנכרי תשיך ולא לישראל ולאו הבא מכלל עשה עשה ׃ וכיוצא בעשה זה דרשו בספרי בענין דגים את זה תאכלו זו מצות עשה וכל אשר אין לו זו מצות לא תעשה וכי חייב הוא לאכול דגים טהורים אלא הכונה היא שאם אכל דגים טמאים עבר על עשה דאת זה תאכלו ועל לא תעשה של וכל אשר אין לו וכן בכאן ברבית בא ללמד על המלוה לישראל ברבית שעובר בעשה ולא תעשה דלנכרי תשיך כלומר ולא לאחיך ולאו הבא מכלל עשה עשה ולא תעשה דולאחיך לא תשיך ׃ *Quod scriptum est in Siphri*: Extraneo dabis pecuniam fœnori, esse unum ex præceptis ajentibus; *non huc tendit, quasi* (voluerit Autor) *in istis verbis Scripturam præceptum Affirmativum defixisse, sed hoc vult, respectu Judæo fratri pecuniam fænori dantis ista sic dicta esse, eumq; qui Judæo sub usuris pecuniam credit, violare præceptum sequens affirmativum*: Extraneo dabis pecuniam fœnori & non Judæo. *Nam negativum præceptum ex Affirmativo proveniens, Affirmativi naturam induit. Atq; sic pari modo in Siphri in negotio de Piscibus, verba* (Levit. 11, 9.) Hoc comedetis: *præceptum Affirmativum, & verba* (mox commate 11.) Quibus non sunt &c. *Præceptum Negativum continere dicuntur. Nunquid vero tenetur homo comedere pisces mundos? Nempe id significatur: Quisquis comedit pisces immundos, is violat præceptum Affirmativum*: Hoc comedetis: *itemq; violat alterum Negativum*, Quibus non sunt: *Simili ratione in præsentia de usuris docetur, fænori dãtem Judæo pecuniam, & Affirmativum & Negativum Præceptum violare. Quippe verba*: Extraneo pecuniam dabis fœnori: *hoc involvere*: Ergo non Fratri tuo: (Igitur violari Præceptum Affirmativum) siquidem *Præceptum Negativum ex Affirmativo proveniens, Affirmativi habere vim ac indolem. Sed & eadẽ opera violari Præceptum Negativum*, (arguere Divinum interdictum:) Fratri tuo non dabis pecuniam fœnori. Cæterum, quicquid sit de sensu verborum libri Siphri, nos ad Maimonidem revertimur, cujus ineptá opinionem de obligatione qua quisq; Judæus alienigenas usuris divexare cogatur, reprehẽdit quoq; alius ejus Interpres Baal Maggid Mischna, pro contraria sententia confirmanda, insuper R. Mosis Nachmanidis, itemque R. Salomonis ben Adderet, nec non ipsius Talmudis in c. אי זהו נשך allegans autoritatem. Atq; sane Autor Codicis nostri MS. Ez Hechaiim, etsi & ipse Maimonidem secutus, in Hilchot Ribbit c. 1. scripserat: מצות עשה להשיך לגוי שני׳ לנכרי תשיך וזה דין תורה *Præceptum Affirmativum extat, quo jubemur τοὺς ἔξω usuris vexare*: Q. S. E. Extraneo dabis pecuniam fœnori: *atq; hoc legis sacræ vim habet.* Tamen mox, quasi seipsum corrigens, subjicit:

אבל

אבל שטת ההלכה משמע שאינו עשה ראתי למירק הא לאחיך לא תשיך:
Veruntamen receptior ſententia habet, non eſſe hoc præceptum Affirmativum, ſed tantum exprimi, ut tanto magis ſalvum & inviolabile permaneat illud: Fratri tuo non dabis pecuniam fœnori. Et vero, Moſes Kozenſis, magno ſpiſſoque volumine, omnia tam Affirmativa quam Negativa Moſaicæ Legis præcepta ſigillatim exponens, nullum tamen præceptum agnoſcit, quod Judæis erga alienigenas uſuris ſævire imperat.

De Vſuris Judæis erga fratres prohibitis.

Sed non fratri noto.] Atque, ceu placet Magiſtris, omnino ſexies Deus Judæis interminatus eſt, ne pecuniam tribulibus fœnori darent, bis quoque ne fœnore eam ab invicem acciperent. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilchot Ribbit c. 1. כל המלוה ברבית עובר בששה לאוין לא תהיה לו כנושה את כספך לא תתן לו בנשך ובמרבית לא תתן אכלך ונשך ומרבית אחד הוא וחלקן הכתוב לעבור בשני לאוין ונקרא נשך מפני שהוא כנושך שמצער חבירו ואוכל בשרו ועובר משום אל תקח מאתו נשך ותרבית ולא תשימון עליו נשך ולפני עור לא תתן מכשול: והלוה עובר בשני לאוין משום לא תשיך לאחיך מפי הקבלה זו אזהרה ללוה כלומר לא תנשיך לאחיך ועובר משום לפני עור לא תתן מכשול וכל מי שהוא ערב או עד או סופר עובר בלא תשימון עליו נשך וכל מי שהוא סרסור ביניהם או שסייע אחד מהן או הורתו עובר בלפני עור לא תתן מכשול:
id eſt: *Quisquis* (tribuli Judæo) *fænori dat pecuniam, ſex violat interdicta.* (Scilicet, principio illud, quod ſcriptum eſt Ex. 22, 25.) Non eris ei tanquam exactor. (Deinde, quod S. E. Lev. 25, 37.) Pecuniam tuam ne dato ei in uſuram. (Item, quod continuo ibi ſequitur:) Nec in fœnus dato cibum tuum. *Nimirum, idem prorſus ſignificant voces* נשך *&* מרבית *neq; aliam ob cauſam Scriptura eas diſcriminavit, quam ut duplicis interdicti transgreſſores reos faceret. Dicitur* נשך *ita a* mordendo, *affligit enim ſocium, roditq; carnem ejus. Amplius violat* (fœnerator interdictum Lev. 25, 36.) Non accipias ab eo uſuram aut fœnus. *Item* (quod S. E. Ex. 22, 25.) Non imponetis ei uſuram. *Deniq;* (illud quod S. E. Levit. 19, 14.) Ante cæcum ne ponito offendiculum. *Quisquis vero* (Judæus) *pecuniam* (a tribule) *fænore accipit, adverſus duo delinquit interdicta. Nempe adverſus illud* (Deut. 23, 19.) לא תשיך לאחיך (*quod proprie quidem ſignificat:* Non mordebis fratrem tuum uſuris,) *ſed* παράδοσις *habet, hanc legem ad mutuo accipientem pecuniam attinere, ſenſumq; eſſe, non mordeberis* a fratre tuo (vel, *non hoc concedas fratri tuo, ut te mordeat.*) *Delinquit item,* (adver-

(adverſus alterum Levit. 19, 14.) Ante cæcum ne ponito offendiculum. *Porro, quisquis huic negotio Fidejuſſor, aut Teſtis, aut Scriba intercedit*, *violat* (præceptum Ex. 22, 25.) Non imponetis ei uſuram. *Quisquis item uni eorum proxenetam*, *adjutorem, aut conſiliatorem ſe præbet, is violat interdictum* (Lev. 19, 14.) Ante cæcum ne ponito offendiculum. Confer Maimonidem Hilchot Malve Velove c. 1. ſeqq. Moſen Kozenſem Præcepto Affirmativo XCIII. Schulchan Aruch in Jore Dea Hilchot Ribbit num. 159. ſeqq. & imprimis Cl. Seldenum l. 6. de jure nat. & gent. ſecundum diſcipl. Hebr. c. 9. & 10.

Num per Legem Divinam fas ſit Iudæis Christianos vexare uſuris.

Ac oportet uſuris vexare Chriſtianos] Hæc tua, ſine dubio, eſt Lipmanne collectio, atque hoc inferre voluiſti, nam, Sapienti ſat. Enim vero, falleris nebulo, & ego contra liquido tibi probatum dabo, tantum abeſſe hoc facere neceſſe ſit, ut per Scripturæ & Magiſtrorum tradita id ne liceat quidem. Nimirum, ſic veſtra fert opinio, omnes nos Chriſtianos Edomi eſſe poſteros, atque ab illo genus una cum ſanguine trahere. Ecce enim quam intrepide Abarbanel in Commentario ſuper Eſaiæ c. 34. hac de re pronunciet: האמנם שורש הטענה הזאת ויסוד הבנת זאת הנבואה ונבואות אחרות שבאו בדברי הנביאים הוא היות רומי וכל בני איטליא וכלל הנצרים מבני אדום והדבר הזה שגור בדברי חכמים ז״ל ומוסכם מהם בתלמוד ובמדרשות כולם מבלי מערער וחולק עליו עד שאמרו שהרומיים באים מאלוף מגדיאל שהוה מאלופי עשו ; Doctiſſimus Schnellius noſter vertit: *Sane radix hujus litis & fundamentum intelligendi hanc prophetiam & cæteras, quæ in verbis Prophetarum occurrunt, hoc eſt, eſſe Romam, atq; omnes incolas Italiæ, ac univerſos Chriſtianos, e poſteris Edom. Atq; hoc ipſum citra ullam hæſitantiam affirmatur in verbis Sapientum ſ. m. eorumq; omnium* (*circa hoc*) *habetur conſenſus in Talmude, & libris expoſitiones myſticas continentibus, absq; ullo qui litem aut controverſiam ſuper ea re moveat, adeo, ut dixerint, Romanos descendere a Duce Magdiel, uno ex Ducibus Eſavi, qui eſt Edom.* Quod ſi vero Edomæi ſumus, jam fratrum loco habere nos Judæi debent, & omnibus humanitatis officiis proſequi, neutiquam autem uſuris ſuis excarnificare. Siquidem ipſe Deus Deut. 23, 7. Judæorum nationi edixit: לא תתעב ארמי כי אחיך הוא *Ne abominare Edomæum, nam frater tuus eſt.* At, fratri pecuniam fœnori dare minime conceditur. Et ſane, ſolent ipſi quoque Judæi, cum illorum res agitur, ad communia nobiscum fraternitatis jura provocare, quamobrem nihil in univerſum juſtius, quam ut viciſſim officium faciant, & a pauperum Chriſtianorum facultatibus ipſi quoque abſtineant, improbi ſanguiſugæ. Extat in Taanit fol. 18. a. & Roſch Haſſchana fol. 19. a. utrobique iisdem fere verbis

verbis historia, quam nos ex priore loco repræsentamus, nisi quod, pro initialibus vocibus נגזרה גורה quæ Talmud Amstelodamense habet, ex En Jacob fol. 133. col. 4. גורה מלכות שמד rescribimus. פעם אחת גורה מלכות שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו את בניהם ושיחללו שבתות מה עשה יהושע בן שמוע וחבריו הלכו ונטלו עצה ממטרוניתא אחת שכל גדולי רומי מצויו אצלה אמרה להם בואו והפגינו בלילה ואמרו אי שמים לא אחיכם אנחנו לא בני אב אחד אנחני לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות קשות ובטלו' ואותו היום עשאוהו יום טוב : Id est, ceu jam olim verti in Notis ad Sotam pag. 438. *Aliquando Imperium* (Edomæum, seu Romanum,) *grave edictum adversus Judæos promulgaverat, ne porro Legi operam darent, ne puerulos circumciderent, & ne diebus Sabbatis a labore cessarent. Quid fecit Josua filius Schmoa, & socii ejus? Abiverunt, ac consuluerunt Matronam quandam, cujus ædes omnes Romani Proceres frequentabant. Respondit ipsa: Agite, nocturno tempore ejulatus instituite,* (tum enim querelæ acerbiores sunt, & ad concitandam misericordiam valentiores. Paruere Judæi dictis,) *ac noctu* (congregatis in Matronæ ædibus, Nobilissimis quibusque Romanorum, juxta eas) *stantes, clamabant: Per cœlum* (supremum vos obtestamur:) *Annon Fratres vestri sumus, eodem Patre* (Isaaco,) *eademq; Matre* (Rebecca, interventu Jacobi & Esavi) *geniti? Quare secus nos tractatis, ac gentes alias omnes vobis subjectas,* (quarum quamq; suis sacris gaudere, suoque in religione sensu abundare permittitis,) *adversus nos vero solos, tam crudelia edicta promulgatis?* (Tacti miseratione Proceres,) *revocarunt mandatum: ideo læti Judæi, hunc diem festum habendum esse decreverunt.* Et vero, agnovit vim hanc connexionis, quam ex loco Deut. 23, 7. & cognatione cum Judæis κατὰ τὴν ὑπόθεσιν formamus, ipse Abarbenel, Comment. in Pentat. fol. 382. col. 1. 2. ac fatetur, non adversus Edomæos, sed solos septem populos, valere Judæorum de impune fœnerando privilegium. Cujus verba sunt: אפילו שנודה שהרבית מצד עצמו מגונה הנה לא התירו השם ית' כי אם בנכרי שהוא מזו אומות ואין הנכרי נקרא כל איש אשר לא מזרע יהודים הוא ואמנם לזרע אדום לא יאמר נכרי כי הוא נקרא אח שני לא תתעב אדומי כי אחיך הוא : ונכלל בלא תשיך אחיך : וכן ישמעאל ושאר האומות

Num per Legem Divinam fas sit Judæis Christianos vexare usuris.

Num per Legem Divinam fas sit Iudæis Christianos vexare usuris.

האומות לא נקראו בשם נכרי ׃ ולנכרי שהוא מז׳ אומות אינו מגונה לקחת רבית ממנו ולעשות לו שלא כהוגן כיון שהוא עשה שלא כהוגן ולא יבא בצדק השם ית׳ ולא יזכה בחסד התורה אחרי אשר כפר בה ׃ Id est: *Etiamsi in confesso est, usuras ex sua natura iniquas esse, simul tamen* (cogitandum,) *non permisisse eas Deum in alium exercere, quam in alienigenam, qualis est oriundus ex septem gentibus. Neq; enim quisq; ex alio quam Judaico semine prognatus, alienigena vocatur: Quippe Edomæus neutiquam pro alienigena habetur, nam is frater vocatur, secundum id quod S. E.* (Deut. 23.7.) Ne abominare Edomæum, nam frater tuus est. *Itaq; ad hunc extendendum est interdictum* (quod est ibidem commate 19.) Ne dato in usuram fratri tuo. *Pariter nec Ismaëlitæ, nec cæteræ nationes alienigenarum nomine veniunt. At alienigenæ ex septem gentibus orto, non est iniquum pecuniam fœnori dare, & indigne eum tractare, nam indigna quæ sunt facit, quamobrem cum divina benignitate nihil ei commercii, nec debet commodum capere ex clementia sacræ Legis, quam ipse inficiatur.* Interim, ne quid dissimulem, aliud aliis videtur, nec desunt inter Judæos, qui status controversiam nobis moveant, & fratrum jure nos privent, juxta cum nomine. Horum in censum referendus ante alios Bechai cujus Coment. in Pentat. fol. 213. col. 4. hoc nefarium & animadvertendum dictum extat, quodque non minus quam de aliis multis factum, tolli & eradi debebat in meo libro, Venetiis excuso, sive ab ipsis Judæis in impressione, sive a Victorio Æliano, qui illud exemplar jam excusum, jussu Judicum blasphematores coërcentium (*per ordine delli Clmi Sri Essecutori contra la biastema*) emendasse se subscripsit, si quidem Judæorum scripta castrare usus est. ודרשו רז״ל ולאחיך לא תשיך שעושה מצשה אחיך וזה לרבות את הגרים שאסור לך להלוותן ברבית ולהוציא זרעו של עשו שאף על פי שכתוב בו כה אמר אחיך ישראל אחרי כן הותר שכן הזכיר הנביא ביום עמדך מנגד ביום שבות זרים חילו ונכרים באו שעריו ועל ירושלם ידו גורל גם אתה כאחד מהם למדך שכבר נתבטלה האחוה ויצא מכללה והרי הוא כשאר האומות הזרים שהרי הרבית לא נאסר לישראל אלא מטעם שנצטוינו להחיותו ולעשות עמו גמילות חסדים ממה שכתוב וחי אחיך עמך והאי לא ליחי ולא ליקיי ׃ וכן המשומד לע״ז מותר להלוות ברבית גופו מותר ממונו לא כל שכן וכן אמרו במסי עבודה זרה המשומדי׳ מורידין אותן לבור ולא מעלין ׃ Id est: *Magistri nostri f. m.* (in loco Deut. 23, 19.) Ne dato in usuram fratri tuo, (hominem fratrem)

trem) *eum interpretatur, qui facit opera fraterna* (h.e. iisdem utitur institutis.) *Vt nimirum inclusi censeantur Proselyti, quibus pecuniam fœnori dare nefas est, excipiatur vero exinde semen Esavi. Etsi enim de eo scriptum est* (Num. 20, 14.) Sic ait frater tuus Israël: (ut hic Edomæis tanquam fratribus in usuram pecunias dare illicitum videatur:) *tamen postea id permissum fuit, ejusq; rei mentionem facit Propheta* (Obadias 1, 11.) Quia eo die stas ex adverso, quo die captivas abducunt extranei copias ejus; cumque alienigenæ ingressi portas ejus super Jeruschalaima projiciunt sortem, tu quoque ut unus illorum es. *Hinc docemur, pridem cessasse fraternitatem, atq;* (Edomæos) *hoc jure privos esse, & in reliquarum peregrinarum gentium censu haberi. Ecce enim usurarium fœnus adversus Judæos exercere haud ob aliam rationem prohibitum est, quam quia jubemur* (Judæum fratrem) *sustentare, & benignitatem illi exhibere, secundum id* Q. S. E. (Lev. 25, 36.) Vt vivat frater tuus tecum. *At isti, qui sustententur, & subsistant indigni sunt. Similem ob rationem, iis, qui a religione Judaica ad profanum cultum deficiunt, pecuniam fœnori dare permittitur. Etenim cum horum corpus* (vitamque invadere) *liceat, quanto magis pecunias eorum* (intervertere, & in se transferre) *licebit? Hinc in Massechet Avoda Sara, apostatas in foveas detrudere, non vero exinde educere præcipitur.* Enim vero, eos qui idem cum Bechai sentiunt, saltem memores esse jubemus præcepti Magistrorum, quod præter alios, inculcat quoque Autor laudatissimi libri nostri MS. Ez Hechajim Hilchot Ribbit. c. 1.

Num per Legem Divinam fas sit Judæis Christianos vexare usuris.

אסרו חכמים שישראל ילוה הגוי ברבית קצוצה אלא בכדי חייו
גזירה שמא ילמד ממעשיו ברוב שבתו אצלו לפיכך מותר ללוות
מן הגוי שהרי הוא בורח מלפניו ואינו רגיל אצלו ותלמיד חכם
שאינו רגיל בו ללמוד ממעשיו מותר להלוות לגוי ברבית אפילו
להרויח ; Id est: *Vetant Sapientes Judæum hominem Christiano pecuniam in usuras definitas mutuo dare, nisi quidem hoc vitæ suæ tuendæ causa faciat, quæ lex ideo edita, ne* (Judæus creditor) *ob crebram cum* (Christiano debitore) *conversationem,* (dum usuras statis temporibus exigit,) *instituta moresq; ejus addiscat. Hanc ob causam Judæo conceditur a Christiano pecuniam mutuo accipere, nam debitor fugit conspectum creditoris, nec multum cum eo conversatur. At Discipulum Sapientum* (religionis suæ peritum tenacéq; &) *ab infidelibus non facile mores sumturum, Christiano pecuniam mutuo dare, etiam ut inde lucrum capiat, nil prohibet.* Hæc, & quæ supra de usuris Judæorum dissertavimus, notate mihi Vos, quæso, Christiani Magistratus, atq; quod jura Divina, Humana, Imperii, ipsorumq; Judæorum Sapientum consulta, imperant, flagitant, postulant, sedulo curate, ne subditis civibusque vestris, Judæi pecunias ex sententia imposterum fœnerentur, eosque crucient, expi-

 lent,

Num per Legem Divinam fas sit Iudæis Christianos vexare usuris.

lent & redigant ad incitas. Circa debita vero jampridem ex usuris contracta, utile fuerit, observare Vos Innocentii III. Pontificis in c. 12. Quinti Decretalium tit. de Usuris, constitutionem: *Judæos ad remittendas Christianis usuras, per Principes & potestates compelli præcipimus seculares.* Nam hæc omnino probanda videtur; minime vero illud Romanæ Ecclesiæ, saltem in Italia vigens institutum, quo Christianismum profitentes Judæi, omnibus suis bonis, quia ex usuris collecta fuisse suspicio est, actutum spoliantur, & Iro fiunt pauperiores. Ea res non potest non ingentem obicem ponere illorum conversioni, & a veritate illos arcere quam longissime. Agnoscit idem hoc mecum Autor qui nuper admodum Italiæ Statum variis libellis descripsit, cujus ista sunt part. 1. l. 3. pag. 170. *In Italia io non ho veduto che pochi Hebrei e ben di rado farsi Christiani, e quelli che si fanno quasi tutti mendici, e di niuna vaglia, forse perche nella Chiesa Romana non si permette ad un' Hebreo di godere le sue facoltà, doppo passato alla lege Christiana, perche dicono quegli Ecclesiastici, che bisogna abbandonar tutti i beni acquistati con usura, come si presuppone esser quelli di questa Natione, punto in vero che toglie a molti il mezzo di pensarvi, non potendo ridursi un Hebreo commodo a vivere meschinamente tra Catolici.* Id est: *Vidi in Italia non nisi paucissimos Judæos, & rarenter admodum fieri Christianos, illiq; ipsi qui Christianam fidem amplectuntur, fere omnes mendici, nulliusq; pretii sunt, forsitan quia in Ecclesia Romana non conceditur Judæo, ut facultatibus suis gaudeat, postquam legem Christianam est amplexus. Quippe contendunt Ecclesiastici, necesse esse ut deserantur omnia bona ex usuris congesta, qualia ea esse creduntur, quæ natio hæc possidet, atq; hoc momentum sine dubio multis medium adimit, de conversione sua cogitandi, nec enim inducere in animum poterit Judæus cui commoda res est, inter Catholicos* (Romanos) *angustam pati pauperiem.*

Loca Ps. 15. 5. & Deut. 23. 20. conciliantur.

Nec David & Moses sibi invicem adversantur] Dictis addamus, quomodo illud ἐναντιοφανὲς quod inter utrumq; intercedit, conciliet Kimchi, qui in Comment. super Ps. 15. sic ait: ודוד ויחזקאל לא אסרו אלא מה שאסרה תורה והתורה לא אסרה אלא לישראל אבל לנכרי מותר כמו שנ׳ לנכרי תשיך ולא נאמר כן בגזילה וגניבה ובאבדה ובאונאה כי אפילו לנכרי אסור להונותו או לגזלו או לגנוב ממונו אבל הנשך שהוא לוקח ממנו ברצונו ובדעתו מותר כי ישראל חייב לעשות חסד אם ישראל חברו וההלואה בלא נשך הוא חסד וטובה ויותר טובה במקומות מן המתנה כי הרבה אנשים יבושו לקחת המתנה ולא יבושו לקחת ההלואה ולא כן ישראל עם הגוי כי אינו חייב לעשות עמו חסד ולהלוות לו ממונו בחנם כי ברוב הם שונאים ישראל אבל בוודאי אם עושה הגוי חסד וטובה עם ישראל חייב לעשות ישראל גם

גם כן עמו חסד ולהטיב לו : והרחבתי לך בזה כדי שתמצא בו תשובה לנוצרים שאומרים כי דוד לא הפריש בין ישראל לגוי אלא כל רבית אסור וזה לא יתכן בו כי דוד אסר מה שהתיר משה רבינו על פי האל : Id eſt: *David* (Pſal. 15, 5.) *& Ezechiel* (c. 18, 17.) *non aliud prohibent, quam quod Lex Divina prohibuit. Lex autem divina ſolis Judæis pecuniam fœnori dare vetat, erga alienigenas idem hoc facere indulget, prout S. E.* (Deut, 23, 20.) Extraneo dabis in uſuram. *Cæterum, idem neutiquam de rapina, furto, re amiſſa, & dolo malo ſtatutum eſt, nam etiam alienigenam dolo circumvenire, aut rapina vel furto bonis ſpoliare, nefas habetur; at uſuræ, quas quis eo volente ſcienteq; accipit, conceſſæ ſunt. Scilicet, tenetur Judæus adverſus tribulem hominem benignitatem exercere: eſt vero ſine uſuris mutui datio, benignitatis ſpecies ac beneficium, majusq; ſæpe beneficium quam donatio gratuita. Multos enim pudet dono quid accipere, quos non pudet accipere mutuo. At de Judæo & alienigena alia res eſt, nec enim iſte erga hunc tenetur benignitatem exercere, ſuasq; opes gratis illi concedere, ſunt enim* (alienigenæ) *plerunq; Judæorum inimici. Quod ſi vero utiq; alienigena, erga Judæum benignum & beneficum ſe exhibet, etiam Judæus tenetur gratum & munem ſe præſtare, eiq; benefacere. Atq; hoc paulo prolixius perſequutus ſum, ut adverſus Chriſtianos parata tibi ſit reſponſio, qui objectare nobis amant, Davidem nullum inter Judæum &* τὸν ἔξω *feciſſe diſcrimen, omnemq; uſuram eſſe prohibitam. Verum inconveniens eſt ſtatuere, aliquid a Davide vetari, quod Moſes Magiſter noſter ex ore Numinis conceſſit.*

Vſuras Sabbatum profanare &c.] Si ſerio quis Chriſtianorum, iſtud Lipmanno objecit, atque hoc argumento iniquitatem uſurarum Judaicarum conatus eſt oſtendere, improbum facinus fecit, & proditæ veritatis reus habetur, quia rationi leviculæ, & pæne joculari, eam commiſit. Enim vero, modo fas eſſet Judæis pecuniam fœnori dare, jam non magis uſurarum perennis curſus Sabbatum profanaret, & illis hominibus vitio dari poſſet, quam quod eadem hac die apud ipſos creſcunt ſegetes, fructificant arbores, aquarum ſcaturigines manant, corpora quoque eorundem tacitis incrementis augeſcunt. Eſt igitur bona, etſi in mala re, Lipmanni reſponſio, nec vere dici poteſt, illa commoda quæ quietis & manibus compreſſis ſedentibus Judæis, feſto die ſua ſponte obtingunt, ad ejus profanationem pertinere. Sed, ſic fieri ſolet: Quando fortunas ſuas adverſus inimicos quis defendere nititur, ſedulo diſpicit, quibus armis utatur, & robore ac ære triplici pectus communit. At, cum pro veritate, qua nihil ſanctius, contra Dei hoſtes quidam pugnare inſtituunt, neutiquam penſi habent, quæ tela manu gerant, & nuda ſæpe porrigunt latera. Itaque non vincunt

jam adverſarios, verum hoc unum laboris & concertationis præmium reportant, ut in errore illos confirment: id quod S. Auguſtino ante converſionem ſæpe accidiſſe ipſe ſerio poſtmodum doluit, unde lib. de duabus animabus contra Manichæos c. 9. *Quadam noxia victoria pene mihi ſemper in diſputationibus proveniebat differenti cum Chriſtianis imperitis.*

De LXX. Hebdomadibus Danielis.

Computant ex Daniele perſecutores noſtri &c] Ad poſtrema commata Capitis IX. in Daniele hæc attinent, ſive ad illas Septuaginta Hebdomadas, quibus Divinus Propheta Meſſiæ adventum, urbisque Hieroſolymitanæ ultimum excidium definivit. Equidem fateor, habet illa Hebdomadum calculatio aliquid difficultatis, multumq; ſemper torſit clariora ingenia, ita ut longum ac tædioſum foret, vel ſola nomina & ſententias tam Veterũ quam Recentiorum, qui in ſupputando nihil induſtriæ pepercerunt, recitare per indicem. Non vero omnes eodem modo calculos ponunt, & collegit Vir & Theologus Inſignis, *Abrahamus Calovius*, peculiari de Septuaginta Septimanis Myſticis Diſſertatione, quam Commentario in Sacras Literas quoque inſeruit, quinque & viginti diverſas diverſorum in hoc negotio opiniones. Nimirum, Catalogus Regum Perſarum, & anni quibus quisque imperavit, cum a Græcis Latinisque Scriptoribus non uno modo edantur, numeros turbant; ut Judæos taceam, quorum plerique ſolos quatuor tantum Perſarum Reges admittunt. At enim & placet, & laudo vehementer illud ſtudium, quod Viri Docti in Septuaginta Septimanarum ſupputationem impenderunt, & hos inter primario, Calovio præcipue aſſurgo, premoque illi pollicem. Cæterum, ubi cum Judæis pugnandum, eorum ſequor inſtitutum, qui miſſa ſubtili calculatione, homines ἀπαιδεύτως ſine ambagibus raptant obtorto collo. Non igitur in præſentia, ad abacum cum Lipmanno ſedens, diem conteram, illique monſtrabo, quomodo Septimanarum numerus exacte rerum eventis conveniat. Poſſum ſuperſedere omni iſto labore, & paucis eum quantocyus abſolvere. Sic enim inquam: Quicunque mihi attente & ſine præjudiciis Danielem legerit, eum ſua fateri coget conſcientia, hoc prædicere Prophetam, venturum Meſſiam a tempore editi edicti de liberando populo Judaico ex captivitate, & ædificanda urbe Hieroſolymitana, intra ſeptuaginta annorum hebdomadas, quæ annos conficiunt CCCCXC. ante urbis ultimam devaſtationem, & vigentibus adhuc ſacrificiis. Atqui, pridem, & adeo ante annos ſesquimille, exſpirarunt hebdomadæ, ſolo æquata eſt urbs Hieroſolymitana, victimæ ceſſarunt. Quamobrem venit utique jam olim Meſſias, & in mundo hoc comparuit. Hactenus igitur perinde fuerit, ſive ab anno quarto Zedekiæ Regis, quo Jeremias c. 18, 1. ſeq. de

de captivorum reversione ex Babel vaticinari cœpit; sive ab hoc Angeli ad Danielem sermone & nuncio; sive ab edicto Cyri Regis, pro libertate populi & patrii soli recuperatione, de quo 2. Chron. 16, 22. 23. & alibi; sive ab anno secundo Darii Nothi, ex Esr. 6. sive ab anno septimo Artaxerxis Longimani, occasione Esr. 7, 1. & Nehem. 2. hebdomadas numerare incipiamus: nec minus parum refert, sive in Baptismo, sive in passione Domini nostri, sive in templi urbisque devastatione nostra desinat computatio. Etenim non de annis aliquot, vel seculo etiam disquirimus, sed de intervallo universorum quindecim seculorum; atque, quod probe animo inculcandum, nunc post impletum vaticinium longius tempus, & longius mille annis, præteriit, ea intercapedine, quæ inter prolationem sacri hujus oraculi, & complementum illius debebat intercedere. Proinde, rideant nos Judæi, & diversam Persicorum Regum numerandi rationem, quam Nostrates varie ineunt, exprobrent. Exclamet Autor libri Meor Enajim, p. 33. col. 2. & paratragœdiet: עין בעין נראה איך במנין מלכי פרס ושנותיהם שהוא מעקרי ברור החשבון לא קרב זה אל זה אבל כל אחד מהעדא ומהקם מלכין כפי העולה על רוח : Id est: *Ad oculum conspicitur, quomodo inter Christianos in recensione Regum Persicorum, & annis eorundem, quæ perspicue ad fundamentum computationis pertinent, uni cum alio haud conveniat, sed quod quisq; Reges progeneret, constituatq;, prout visum est animo ejus.* Nihil moramur hos allatrantes canes, & hominum stultissimos, qui tantillam festucam & pulvisculum in nostris oculis vitio dant, incuriosi interim horrendi, informis, ingentisq; tigni, quod lumina eorum occupavit. Esto, fefellisse aliquos inter Nostrates calculum: Jam is circa annos triginta, quadraginta, aut ad summum centum, lapsus est. At Judæorum infelix calculatio, non intra terminos sistitur ejusmodi, sed circa totos mille quingentos annos deficit, tam spisso, ut ipsis manibus palpari queat, errore. Itaque merito illis objicias illud Dionysii Halicarnassæi l. 7. Histor. ὀλίγοις μὲν οὖν ἔτεσι διαμαρτεῖν τῶν χρόνων δοίη τις ἂν ἱστορικοῖς ἀνδράσιν ἀρχαίας καὶ πολυετεῖς συνταττομένοις πραγματείας· γενεαῖς δὲ δυσὶν ἢ τρισὶν ὅλαις ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ἐπιτρέψειεν· *In supputatione temporum, si quis paucis annis fallatur in vetusta & multorum annorum historia, ferendum sit: sed totis duabus aut tribus ætatibus a vero aberrare non permittitur.* Neque vero, si nos variamus in edendo catalogo Regum Persarum, aut assignandis annis eorundem imperii, nostra hæc culpa est & malitia. Quippe Græci & Latini Historici, quos autores sequimur, fraudi nobis sunt, dum a se dissident. Quanquã fieri potest, ut in aliquibus horum, quidam numeri mẽdose nunc legantur, ævi, & scribarum vitio corrupti. Atqui tales errores etiam Judæi in suis libris qui

De LXX. Hebdomadibus Danielis.

tamen

De LXX. Hebdomadibus Danielis.

tamen iis, de quibus nobis ſermo eſt, Scriptoribus, longe recentiores ſunt, agnoſcunt, id quod innumeris probari poſſet exemplis; e quibus unum tantum allegabimus ex Baal Schalſchelet Hakkabala: qui cum p. 29. b. notaſſet Talmudis & Midraſchim de Alexandro M. Macedone & Veſpaſiano ac Hadriano Cæſaribus, nimium contrarias narrationes, huc denique evadit, ut proloquatur: נוכל לומר שבהמשכות הזמן נפלו טעיות במעתיקים ובדפוסים: Id eſt: *Poſſumus dicere, ex diuturnitate temporis, vitia in Codices tam ſcriptos quam excuſos irrepſiſſe.* Enim vero, ut clavam hanc Herculeam, quam Danielis, de quo disquirimus, dictum ſuppeditat, nobis extorqueant Judæi, non calculos tantum noſtros & diverſas numerandi rationes ſolicitant, ſed illud inſuper, & imprimis prave factum clamitant, quod magno conſenſu locum de Meſſia accipiamus, qui tamen ad eum nihil attineat. Atque hic cardo rei eſt, & hoc male habet viros, conceſſuros cæteroquin facile, ut noſtro ſenſu in recenſione Regum Perſarum abundemus, præcipue ſi quis aures iis vellicet, ac cogitare jubeat, non minus in computo LXX Septimanarum variare inter ſe Magiſtros, quam ipſosmet Chriſtianos. Nempe Judæorum judicio, nihil peccaverit, qui de quocunque alio, locum hunc interpretatur, modo non vero & Patribus promiſſo Meſſiæ illum accommodet. Nam, quis omnino intelligi debeat, ne ipſi quidem intrepide definiunt, nullaque in re magis pendent animi, quam in iſta. Lipmannus noſter, mox in ſcelerato hoc carmine, de Meſſiis ſive Judæ Regibus a Nebucadnezare e medio ſublatis, aliquid affert, quod, cui bono fecerit, nemo profecto tam acutus & perſpicax eſt, ut aſſequatur, niſi qui librum Nizachon in conſilium adhibet, ubi ſic magis dilucide mentem declarat: עתה מפליאים הנוצרים ומחברים שני פסוקים יחד שאין ענינם שוה וקוראים בדילוג ומוסיפים וגורעים ואומרים כתיב כשימשח קודש הקדשים יכרת משיחכם ומפרשים כשיבא הקודש הנצרי יבטל משיחות מלכי ישראל ושקר מדברים שהרי מלכי בית דוד שהם משוחים בטלו בסוף בית ראשון כדפירשתי בפרשת ויחי בסי״ מו״ וזהו כמעט ת״ שנה קודם לידת הנוצרי: Schnellius noſter vertit: *Jam mire agunt Chriſtiani, &* (ſimul) *componendo duos verſus, quorum ſenſus non eſt æqualis, legunt per ſaltum, addunt, demunt, dicentes ſcriptum eſſe: Quando ungetur Sanctus Sanctorum, excindetur veſter, o Judæi, unctus; atq; exponunt: Quando veniet Sanctus, ſcilicet Nazarenus, ceſſabit inunctio Regum Iſraëlis. Sed falſum loquuntur. Nam Reges domus Davidicæ qui ungebantur, defecerunt in fine templi primi, ceu expoſui ſectione* ויחי *Num. XLVI. & hoc fere 410. annis ante* (natum) *Nazarenum.* Fateor, ſi qui Chriſtianorum,

rum, locum Danielis ſic interpretati ſunt, prout eos feciſſe Lipmannus aſſeverat, non omnino nihil iis reſpondet, & verum eſt, poſt primi templi deſtructionem, nullos poſtea Reges unctos Judæis imperitaſſe, imo nec ſuperfuiſſe amplius illud oleum, quo priſci Reges inaugurabantur. Quin &, ſi Magiſtrorum tradita ſequimur, ne quidem durante adhuc primo templo, Judæos ſub veris unctis Regibus plurimum fuiſſe, dicendum eſt. Regum enim Iſraëlis nemo prorſus, ex ipſis Judæ Regibus vix unus & alter, oleo ſacro fuere imbuti. Quamobrem longe aliter unctionis ritus illo ævo ſe habebat, ac nunc apud Chriſtianos invaluit, qui omnes & ſingulos ſuos Reges, circa auſpicia ſuſcepti regiminis inungere conſueverunt. De Judæorum moribus & inſtitutis, ſic eſt in Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilchot Melech Vmilichamotav. cap. 1. כשמעמידין המלך מושחין אותו בשמן

De LXX. Hebdomadibus Danielis.

המשחה ואין צריך למשוח בן המלך שנמשח ואין מושחין אלא למלכי
בית דוד בשמן המשחה אך מלכי ישראל מושחין אותו * אפרסמון :

*L. אותם

Id eſt: *Cum Rex conſtituitur, oleo ſacro inungi ſolet, ſed uncti Regis filium inungere neceſſe non eſt, nec oleo ſacro inunguntur alii quam Reges Domus Davidicæ, Reges autem Iſraëlis balſamo inunguntur.* His conſona leguntur apud Maimonidem Hilchot Melachim c. 1. unde quædam excerpemus: כשמעמידין המלך מושחין אותו בשמן המשחה שני ויקח
שמואל את פך השמן ויצק על ראשו וישקהו ומאחר שמושחין המלך
ה״ז זוכה לו ולבניו עד עולם שהמלכות ירושה : Id eſt: *Cum Rex conſtituitur, oleo ſacro inungi ſolet: prout S. E.* (1. Sam. 10, 1.) Tunc accepta Samuel lenticula olei, perfundens caput ejus, oſculatus eſt eum. *Quod ſi ſemel Rex inauguratus ſit, id ei poſterisq; æternum proderit, regnum enim hæreditate transmittitur.* Mox poſt interjecta alia ſubdit: אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן
אפרסמון ואין ממנין אותן * בירושלם לעולם אלא מלך
ירושלם מזרע דוד : ואין מושחין * אלא זרע דוד ;
כשמושחין מלכי בית דוד אין מושחין אותן אלא על המעיין ;
ואין מושחין מלך בן מלך אלא אם כן היתה שם מחלוקת או
מלחמה מושחין אותו כדי לסלק המלחמות לפיכך משחו שלמה
מפני מחלוקת אדוניה ויואש מפני עתליה ומשחו יהואחז מפני יהויקים אחיו.

*Dilherri MS. habet אותם

*Codex MS. interit hic בה

*Ms. interit מחלוקת

Id eſt: *Reges Iſraëlis minime inunguntur oleo ſacro, ſed tantum oleo balſami, nec unquam Hieroſolymitanæ urbi præficiuntur, quæ Regum Davide progenitorum, eſt propria. Quin nec ibi alii, quam ex Davide orti, inunguntur. Cum inunguntur Judæ Reges, haud alibi quam ad fontem aliquem ceremonia peragitur. Rex natus patre Rege non inungitur.* Quod ſi ve-

De LXX Hebdomadibus Danielis.

ſi vero (de ſucceſſione) *controverſia ſit, aut bellum, ſolet inungi, tollendi belli cauſa. Atq; hinc ob controverſiam cum Adonia, unctus eſt Salomo; & Joas propter Athaliam, Joachus propter Jebojakimum fratrem fuere inuncti.* Coëgit nos nonnihil a ſcopo deflectere quorundam Chriſtianorum imperitia, aut fortaſſe rhetorice; quorum nec errores nobis imputari volumus, nec noſtra quoque facimus, τὰ πανηγυρικῶς λεγόμενα. Ad Lipmannum redeuntes, ſi rogetur, quem ipſe per משיח נגיד *Meſſiam Ducem*, intelligat, reſpondet, משיח נגיד זהו כורש הראשון הנקרא בלשון הנוצרים צירוש שני כה אמר ײ׳ למשיחי לכורש: Id eſt: Per Meſſiam Ducem *intelligitur Cores primus, qui ſermone Chriſtianorum vocatur Cyrus, nam* S. E. (Eſ. 45, 1.) Sic ait Dominus Meſſiæ ſuo Cores. Atque habet Lipmannus in hac ſententia ὁμοψήφους R. Saadiam, & R. Joſephum Jachiadem in ſuis ad hunc locum Commentariis. Cæterum R. Aſarias in Meor Enaim c. 41. cum ex ſeſe quæſiviſſet: מי היה המשיח הנרמז במלות עד משיח נגיד id eſt: *Ecquis eſt ille Meſſias, qui verbis* usque ad Meſſiam Ducem, *ſignificatur*? Reſpondet ſibi initio: אפשר לומר שהיה נחמיה אשר כתב על עצמו צוה אותי להיות פחם בארץ יהודה: id eſt: *Licet dicere intelligi Nehemiam, qui de ſeipſo* (Neh. 5, 14.) *ſcripſerit*: Præcepit mihi (*Artachsaſta*) ut ſim Princeps eorum in terra Juda. At mox, quaſi dictum revocans, & ſeipſum corrigens, ait: או יהיה הרמז על ארתחשסתא עצמו לא לתחלת מלכותו כי אם לשנת כא לארתחשסתא כנראה בעזרא ב׳ ב׳: i. e. *Aut fieri poteſt,* (ut illis verbis) *ipſe Artachsaſta ſignificetur, ſed non inde a principio regni ſui, veruntamē ab anno ejus vigeſimo primo, prout apparet ex Esdra 2, commate 2.* Quæ, etſi tam incerta ac dubia ſunt, ut omnino appareat, plane aquam hæſiſſe R. Aſariæ, tamen illo magis adhuc hæſitavit Abarbenel, eumque pag. 65. col. 4. Commentarii in Danielem ſcribere non puduit. משיח נגיד הוא כורש או הכהן הגדול או זרובבל: Id eſt: *Per Meſſiam Ducem, intelligendus aut Cyrus, aut Summus Pontifex, aut Serubabel.* Enim vero utique de eo Meſſia Duce Daniel ſermocinatur, qui poſt ſeptem & ſexaginta annorum hebdomadas erat excindendus. Hoc autem nullatenus in Cyrum, Nehemiam, Artachſaſtam, Summum Pontificem, aut Serubabelem quadrat, quippe qui multis, ante terminum illum ſeculis fato fuere functi. Jam porro de eo quoque Meſſia agitur, cujus munus eſt, *cohibere transgreſſionem, obſignare peccata, expiare iniquitatem, adducere juſtitiam perpetuam, & obſignare viſionem ac prophetiam,* quæ rurſus nemini ex prædictis, imo nec cuiquam mero homini conveniunt.

Valeant

Valeant igitur Judæi cum Meſſiis ſuis, & vivant cum illis: nos verùm, Patribus promiſſum, & κατ' ἐξοχὴν talem hoc loco intelligimus, tum quia Meſſiæ nomen abſolute, & ſine ulla relatione vel affixo hic expreſſum, in famoſiſſima ſignificatione accipi debet, tū imprimis ob muneris quod ei tribuitur amplitudinē & excellentiam. Et vero, non defuerunt ex Judæis jam olim, neq; etiamnum deſunt, quibus viſum eſt vaticinium Danielis de vero Meſſia interpretari. De Veteribus, non id diſſimulat ipſe Menaſſe Ben Iſraël in libro de Termino vitæ, ubi cum in locum præſentem Danielis incidiſſet, inter alia de eo ſcribit: *Sunt, qui ita illas ſeptuaginta Septimanas accipiant, ut dicant poſt finem illarum venturum Meſſiam, qui illos Dominos conſtituturus ſit, totius mundi. Atq; hoc quidem opinati ſunt omnes, qui arma tum temporis adverſus Romanos ſuſceperunt. Ac licet multis ærumnis, & laboribus obnoxii eſſent, nihilominus tamen ſemper ſpem ſuam in venturo Meſſia poſuerunt, quippe putarunt, eum mediis in ærumnis conſpectum ſui præbiturum eſſe.* Ex Recentioribus verba Danielis de vero Meſſia exponunt, qui alio, & illo quidem enormi, ſed magis tamen ignoſcendo errore, non annorum, ſed Jubilæorum hebdomadas a Propheta ſignificari autumant. Equidem, non memini me legiſſe hanc ſententiam in Rabbinorum libris, certum tamen Judæos Italos, iſta excuſatione occurrere Chriſtianis, ſi hoc Danielis loco petantur. Etenim Fabianus Fioghi in Dialogo Italo inter Catechumenum & Sacerdotem Catecheten de fide Chriſtiana, ſic facit hunc poſteriorem loquentem: *Le Settimane, ſenza dubio, ſe intendono per ſettimane de anni, cioè per ogni ſettimana ſe intende ſette anni* i. e. *Per Hebdomadas intelliguntur ſine dubio annorum Hebdomades, hoc eſt, quæq; Hebdomas de ſeptem annis accipienda.* Ad iſta ſubjicit Catechumenus Hebræus: *Queſto vi convien probare: perche loro lo eſpongono per opporſi alla verità per ſettimane di Giubilei, cioè per ogni ſettimana ſette giubilei piccoli, di ſette anni l' vno, che ſarebbono 3430 anni: però vi prego, moſtriate ancora queſto eſſer falſo.* i. e. *Oportet hoc probes: nam ipſi, ut veritati ſeſe opponant, illud exponunt de Hebdomadibus Jubilæorum, hoc eſt, quamq; Hebdomadam accipiunt de ſeptem parvis jubilæis, quorum quisq; ſeptem annos complectitur, unde emergunt anni 3430. ſed te rogo ut demonſtres etiam hoc eſſe falſum.* Non male autem reſpondet Catechetes: *Conſidera, che quando i Propheti hanno parlato dell' advento del Meſſia, hanno detto che preſto preſto verrebbe, & vedrai che queſte loro expoſitioni ſono falſiſſime. Si che dico io. Se doueua ſtar il Meſſia a venire 3430 anni, come haurebbe detto Iddio per i ſuoi ſanti Profeti, che doueua venir tanto preſto? per ilche ſi può vedere la falſità delle loro expoſitioni: però che venendo in tempo di 3430. anni, non verrebbe preſto.* id eſt: *Conſidera, quod quando Prophetæ loquuti ſunt de adventu Meſſiæ, dixerunt illum citiſſime adfuturum; & videbis, has ipſorum expoſitio-*

De LXX Hebdomadibus Danielis.

positiones esse falsissimas. Sic inquam ego. Si debebat Messias differre adventum annos 3430. quomodo dixisset Deus per suos sanctos Prophetas, tam cito eum venturum? Ideo videre licet falsitatem eorundem explicationum: nam adventans post annos 3430. non veniret cito. Addendum his, temere fingi Jubilæorum Hebdomadas, & contra omnem Scripturæ loquendi usum, quæ haud alias, quam annorum & dierum Hebdomadas agnoscit. Quin, si nondum exspiravit illud adventui Messiæ a Daniele definitum spatium, dicant nobis Judæi, ubi gentium templum, aras & sacrificia sua habeant? nam res illas, circa Messiæ adventum integras salvasque adhuc futuras, Propheta testatur clarissime.

Ex suo corde comminiscuntur mendacia] Abunde ostendi, carere nos hac culpa, & quod ad causæ summam, hoc est adventum Messiæ attinet, ea ex Danielis vaticinio supputando colligere, quæ sacris literis, rerum eventibus, ac veritati sunt consona. Sed jam ego, causæ fiducia, omnes homines, quotquot ubivis terrarum rationis ac mentis usum habent, & quos amplissimo suo sinu rerum natura complectitur, judices ac testes mihi deposco, annon verum Judæorum hoc vitium sit, quod nobis imputant, & annon ipsos inanes conjecturæ, & calculationes ineptissimæ, toto cœlo in hoc negotio errare faciant, redigantque ad insaniam & desperationem? Quod ut probatum dem, nihil agam aliud, quam ut Fragmentum aliquod ingens, verbotenus ex libro Schalschelet Hakkabala, cujus R. Gedalja ben Jechaia autor est, recitem, quod sic habet:

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

ראיתי בקונטרים שחבר ר׳ אברהם הלוי בירושלם שנת ה׳ אלפים רע״ו שהוא פי״ נבוארת שנמצאת בחרבות ירושלם ואלו דבריו רבים ונכבדים מחכמי ברצלונה כתבו אל הרב הגדול רבינו דוד בן בנו של הרמב״ם לחלות פניו להודיעם אם נמצא אצלו איזה דבר בסוד הקץ וישא את פניהם וישלח להם המעשה מלידת הנער הנעים ילד שעשועים

Legi in chartis, quas R. Abrahamus Levita, Hierosolymis Anno 5276. (*nostra ab orbe condito computationis, sive Christianorum anno 1516*) composuit, quæq; explicationem vaticiniorum in parietinis Hierosolymitanis repertorum continent, verba sequentia: Multi, honoratissimiq;, Sapientum Barcinonensium, scripsere ad virum præstantissimum R. Davidem, nepotem R. Mosis Maimonidis, deprecatique sunt, ut si quid penes se haberet de fine captivitatis nostræ, id communicare dignaretur. Annuit ipse precibus, iisque renunciavit, quomodo natus fuerit puer bellus, atque amabilis, addens vaticinia quæ ediderat, & cujusque prædi-

והנבואות אשר נבא ובסוף כי
נבואה קצת פיי ולפי מה שנראה
הרב רבי דוד הידה שקלל
והחרים לכל מי שיגלה רז זה
לנכרי וראוי ליזהר מגחלתו שלא
יכוה ולשמור סוד במה שיש בו
כאשר היה קללת חכמה מוסף
אל רוב חסידותו וגדול יהדותו
ותפארת גדולתו כאשר היה נגיד
ומצווה לאמים מזרע קדושים
מבני בניו של אותו צדיק הרב
המורה צדק אשר בשערים
מעשיו יהללו ולתורתו איים
ייחלו ; והטעם שאסר לגלות
לפי שיש בקצת הענינים ההם
סכנה הרבה ובקצתם השתיקה
יפה ע״כ ; וראוי שתדע שזה
המעשה היה בקצורי כי בשנת
כמו דרמ״ה ליצירה וכמו ת״ה
שנים לחרבן בית שני היה ר׳
פנחס חסיד גדול וקדוש ויהי לו
רחל לאשה גם היא חסידה ותהי
עקרת ויתפללו להשם יתברך
ונעתר לקולם ותהר ובחדש ז׳
להריונה בחמשי בשבת כעלות
השחר שהיה עולה צדק ומאזנים
לצד מזרח ביום ר״ה שהיה ששי

ctionis fini, brevem subjungens declarationem. Atque, quantum apparet, devovit laudatus R. David diris gravibus, execratusque est omnes, qui arcanum hoc cuiquam τῶν ἔξω revelarent. Est igitur æquum, ut quisque sibi caveat a prunis illis (*execrationum*,) ne (*suo capiti exitium*) incendiumque afferant, atque summa fide secretum custodiendum est, additam habens maledictionem (*non temere, sed*) sapienter factam. Imprimis, cum accedat devoventis ingens pietas, dignitas eximia, & amplissima autoritas, principatum & dictatoriam potestatem habentis inter tribules, oriundique ex sacro semine, posteris nimirum sanctissimi illius Viri, qui (*communis quasi*) justitiæ magister & præceptor fuit, cujus præclara facta in (*omnium civitatum*) portis dilaudantur, & cujus eruditionem insulæ (*orbis remotissima*) suspiciunt. Ratio vero (*quæ R. Davidem permovit*,) ut ista revelare prohiberet, hæc fuit, quia aliqua istarum rerum sunt periculi plenissima, de aliquibus silere (*quam loqui*) satius est. Hactenus (*R. Abrahamus Levita.*) Cæterum juvat te scire (*mi Fili*,) hæc accidisse Kazori. Anno enim ab orbe condito 4245. sive anno 405. post desolationem templi secundi, floruit R. Pinchas vir pi-issimus & integerrimus, qui conjugem habebat Rachelem, fœminam pariter probissimam, ea cum sterilis esset, deprecati sunt Numen benedictum (*sobolem concedere dignaretur.*) Id vota illorum exaudivit, cumque concepisset mulier, septimo post mense, die hebdomadis quinto, circa ipsam

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

auro-

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

לשמטה בשנה הנז׳ נולד זרח
תנער ויקראוהו נחמן ותכף שנולד
התחיל לדבר פלאות ומעשה
מרכבה והעולם קראו הנער נחמן
קטופא דמן כפר כרעם ומת בן
יב״ שנים ׃ ובסוף ימיו התנבא
נבואות גדולות על הישועה
והדברים ההם נכתבו והם דברי׳
סתומים נסתרים ועמוקים בהרבה
לשונות ירושלמי ובבלי ארמי
והגרי מעורבים ונחלפים עמקים
מאד במליצה וחידה ונלאו
המפרשים להבין חלק קטן מהם
וזה רבי אברהם המפרש אומר
שבשנת ה׳ אלפים רפ״ט היתה
מחברת בין דלי לדגים כאשר
היה כשנכנסו ישראל לארץ בימי
יהושע וכן כשעלה עזרא עם
הגולה לירושלם ׃ וזה המפרש
אומר באורך דבריו שנשאל
בחלום מתי קץ הפלאות והשיבו
לו משאל אלצפון וסתרי ׃ וגם
הוא בבחרותו שאל בחלום זה והשיב
לו הלא הוא כמוס עמדי ואומר

auroram, Jove & Libræ signo, simul exorientibus, primo die anni, qui sextus erat heptaëteridos, quiq; is erat Epocharum nostrarum, prout indicavi, natus est puer ille, dictusque fuit Nachman. Hic, simul ac in lucem edebatur, de rebus miris, & abstrusissimo quadrigæ Ezechielis mysterio loqui cœpit, audiebatque communiter, Puer Nachman Ketopha, Kephar-Caramensis, & duodecim annos cum explevisset, diem obiit supremum. Paulo ante obitum vaticinatus est arcana magna de nostra liberatione, quæ in literas relata sunt, continentque res reconditas, secretas, & profundissimas, variis linguis, Hierosolymitana, Babylonica, Syra, & Arabica inter se mixtis permutatisq; dictione valde difficili, & allegoriis ac ænigmatibus refertissima. Multum se fatigarunt Interpretes, ut aliquantillam partem assequerentur, atque inter cæteros, supra memoratus R. Abrahamus autor est, Anno 5289 futuram conjunctionem Aquarii & Piscium, qualis erat, cum Judæi Palæstinam occuparent, temporibus Josuæ, & quoque, cum Esra exules Hierosolymas reduceret. Idem R. Abrahamus in verbosa sua commentatione prodidit quoque, se aliquando per insomnia petiisse, ut finis captivitatis sibi indicaretur, atque responsi loco tulisse verba (Ex. 5, 21.) Mischal, Elzaphon & Sitri: (*quibus indubie indicatum fuit, quæstionem illam ad Divina arcana & mysteria pertinere.*) Eandem rem juvenis adhuc, similiter per insomnia rogaverat, redditaque vox est (*ex Deut. 32, 34.*) *Annon illud reconditum est penes me?* Ipsas (*Nach-*

manis

שנבואות אלו נמצאו בחרבה א׳
בגליל התחתון בעיר טבריא כתובי
בגילים ישנים ובלוים בתוך כלי
עופרת ע״כ : ויש בידי זאת
הנבואה וראיתי כתוב שנשאלה
זאת השאלה בחלום והשיבו
התאנה חנטה פגיה : והואיל ואני
עמד על דברי זמן הקץ בחרתי
להרחיב בקצת הדבור בו למען
תשמע ממני דברים רבים : אמר
רבי יונתן תיפח רוחן של מחשבי
קיצין שהיו אומרים כיון שהגיע
הקץ ולא בא שוב אינו בא אלא
חכה לו שנא׳ אם יתמהמה חכה
לו וכן אמר ישעיה לכן יחכה יי׳
לחננכם וכו׳ אשרי כל חוכי לו
בפ׳ חלק תנא רבי אליהו שית
אלפי שנין הוו עלמא שני אלפים
תוהו פי׳ בלי תורה וכן היה
מבריאת העולם עד נ״ב שנים
לאברהם : שני אלפים תורה
שמשלימי׳ שנת קע״ב אחר חרבן
בית שני שהיה אז ד׳ אלפים
שנים לבריאה : שני אלפים
משיח פי׳ היה ראוי שיבא משיח
אבל בשביל עוונותינו עדיין

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

manis pueri,) Prophetias (*quas illustrare studuit*) inventas esse ait in ruderibus quibusdam Galilææ inferioris, in urbe Tiberiade, inscriptas membranis antiquis & obsoletis, inclusas vasculo plumbeo. Atque hæc ex isto excerpsisse sufficiat. Est penes me ista prophetia, deprehendoque in ea, cum alias de fine exilii nostri per insomnia quæsitum esset, fuisse responsum (*verbis* Cant. 2, 13.) Ficus protulit grossulos suos: (*Quæ verba eo spectare videntur, ut instare tempus liberationis nostræ significent.*) Quia vero (*mi Fili,*) tecum ad negotium de Fine captivitatis nostræ deventum est, paulo prolixius de hoc argumento disserere constitui, ut multifarias res abs me audias. Fertur (*in Talmude*) dixisse R. Jochananem: Rumpantor ilia eorum, qui terminos Captivitatis supputant. Multi enim animadvertentes terminos quos isti indicaverant, præteriisse, & nondum factam esse liberationem, nullam unquam porro futuram dictitant. Veruntamen Deo confidendum est, secundum illud (Habac. 2, 3.) *Si cunctabitur, expecta eum.* Vnde Esaias (cap. 30. 18.) *ait*: *Idcirco expectabit Dominus gratiam facere vobis, &c. Beati omnes qui exspectant eum.* In Capite XI. Sanhedrin proditum est, ab Elia magistro traditum circumferri: Sex annorum millia perdurabit Orbis. Duobus millibus annorum dominabitur inanitas, hoc est, Lege vacuus erit orbis; isque habitus ejus fuit, ad annum usque quinquagesimum secundum ætatis Abrahami. Duobus annorum millibus dominabitur Lex, quorum annorum finis incidit in annum centesimum

mum

Iudæorum miſeræ computationes circa terminum adventus Meſſiæ.

מעוכב אמר ליה אליהו לרב
יהודה אין העולם פחות מפ״ה
יובלות שהם ד״רן שנים וביובל
אחרון בן דוד בא ׃ אמר רב אשי
הכי אמר ליה עד הכה אל תצפה
לו מכאן ואילך איסתכי ליה׃ אמר
רב חנן מצאתי אדם א׳ ובידו
מגלה שמצאה בין גנזי רומה
וכתיב בה לאמר דרצ״א שנה
לבריאת העולם יתמו מלחמות
והשאר ימות המשיח ׃ ואין
הקב״ה מחדש עולמו אלא לאחר
ז׳ אלפי שנה ׃ רב אחא אמר
לאחר ה׳ אלפים אתמר ׃ אמר
רבי נתן מאי דכתיב בחבקוק
עוד חזון למועד ויפח לקץ ולא
יכזב אם יתמהמה חכה לו כי
בא יבא ולא יאחר מקרא זה
נוקב ויורד עד התהום לא
כרבותי שהיו דורשים עדן ועדנים
ופלג עידן פי׳ גלות מצרים ת׳
וזהו עידן ועידנים הוא ת״ת ופלג

mum & ſeptuageſimum ſecundum poſt deſolationem templi ſecundi, qui fuit annus orbis conditi quater milleſimus. Duobus millibus dominabitur Meſſias, id eſt, æquum erat, ut Meſſias (*poſt elapſa annorum millia quatuor*) veniret, ſed propter peccata noſtra etiamnum moras agit. Dixit Elias R. Judæ: Non admittit orbis pauciores quam quadraginta quinq; Jubilæos, qui annos efficiunt 4250. atque jubilæo ultimo adventabit filius Davidis. Sed R. Aſſe contendit, ſic R. Judæ dixiſſe Eliam: Ad illum usque terminum non præſtolaberis Meſſiam; at, poſthinc eundem operitor. R. Chanan aſſeruit, incidiſſe ſe in hominem quendam, manu geſtantem libellum, quem repererat in gazophylacio urbis Romæ, in quo ſcriptum legebatur: Anno 4291. conditi orbis, ceſſabunt bella, quodque ſupereſt temporis (*ad mundi usq; fata*) Meſſias ſibi vindicabit: non autem inducet Deus huic univerſo fatalem immutationem, niſi poſt annorum ſeptem millia. At R. Acha vult, non (*ſeptem*) verum quinq; tantum annorum millia fuiſſe expreſſa. R. Nathanis dictum eſt: Quis ſenſus eſſe poteſt verborum Habakuki (cap. 2, 3.) *Adhuc viſio ad conſtitutum tempus, quam effabitur ſuo termino, neq; fallet: Si cunctabitur expecta eum, nam omnino veniet, & non tardabit.* Nimirum iſte locus Scripturæ, (*ſua difficultate*) omnia dehiſcere facit, penetratque ad imam usque abyſſum. Et vero, non inſiſtendum eſt Majorum noſtrorum veſtigiis, qui (*verba Danielis 7, 25.*) *Tempus & Tempora, & dimidium temporis*; ſic interpretabantur: Servitus Ægyptiaca duravit annos quadringentos, atque hoc eſt Tempus. (*Vox igitur*) Tempora (*in plurativo numero adhibita, duplicare jubet calculationem,*) innuitque annos octingentos, porro, dimidium temporis, notat annos ducentos, proindeque habemus annos mille

gua-

עידן הוא ר׳ הרי אלף ת׳ שנים
ולא כרבי שמלאי שהיה דורש
האכלתם לחם דמעה ותשקמו
בדמעות שליש פי״ ג״פ ת׳ שהיה
גלות מצרים וג״פ ע׳ שהיה גלות
בבל שהם יתר אלף ת״י ולא
כרבי עקיבא שהיה דורש פסוק
עוד א׳ מעט היא ואני מרעיש
את השמים ואת הארץ פי׳
כשיצאו ישראל מגלות בבל חגי
הנביא אמר זה הפסוק ופירושו
הוא שבבית ההוא יהיה מעט
כבוד ואחר כך והבאתי חמדת
כל הכותים לירושלם ובפ״ק דע״א
א״ר חנינא אחר ת׳ שנה לחרבן
הזוהר פרשה תולדות אומר
כשישתלם שנת ה׳ אלפים ת״ח
ליצירה יתי משיחא וסי׳ בשנת
היובל הזא״ת תשובו איש אל
אחוזתו ושמעתי אחרים מביאים
אסמכתת ויענו בני חת את אברהם
ש״ל כשישלימו ימי העני שנת
ת״ח: בזוהר פרשת שמות מגיד
הרבה סימנים שיהיו בביאת

quadringentos. Quin nec imitandus est R. Simlai, qui (*illud Davidicum* Pf. 80, 6.) *Cibas eos pane lacrymarum, & bibendum eis præbes in lacrymis triental*: Sic explicare solebat: Triplicare oportet annos quadringentos quos in Ægyptiaca servitute exegimus; triplicandi item sunt anni septuaginta Babylonicæ captivitatis, quos numeros si in unum colligas, erit summa 1410. Amplius nec R. Akibam sequi convenit, qui, (*circa locum* Hag. 2, 6.) *Adhuc semel parum illud est, tum ego commoturus sum cælum & terram*; sic philosophabatur: Haggæus Propheta enunciavit ista verba, cum exirent Judæi ex captivitate Babylonica, sensusque est: In templo illo parum erit decoris, atque postea adducam desiderium omnium paganorum Hierosolymas. In Avoda Sara cap. 1. opinatur R. Chanina post quadringentesimum a destructione templi annuum, (*affuturum liberatorem.*) Autor libri Sohar in Parascha Toldot asseverat, impletis annis 5408 a creatione, venturum Messiam; Hujus asserti ansam præbuit illud (Lev. 25, 13.) *Anno Jubilæo* הזאת i. e. *isto, quisquis redibitis in possessionem suam.* (Ubi vox הזאת modo dictum numerum complectitur.) Audivi alios pro eadem opinione confirmanda adducere quoq; verba (Gen. 23, 5.) ויענו בני חת את אברהם (*quæ vulgo exponi solent*: Et responderunt filii Chet Abrahamo. *Sed commode vox* ויענו ex ענה afflixit, oppressit, *significationem admittit*, חת vero 408. in numeris valet,) atque sic exinde colligas, anno (*quinquies millesimo &*) octavo supra quadringentesimum cessaturam afflictionem. Laudatus

Judæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

tus

Judæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

המשיח: בזוהר פרשי וארא ובשלח
ובלק אומר שבשירת הים יש
רמז לביאת משיח ׃ הרמב״ם
באגרתו לישראל שבתימן אומר
אמורת העת בדקדוק אינו נודע
אך יש בידי קבלה נפלאה
קבלתי מאבי וזקני שקבלו
מאבותם וזקניהם עד תחלת
אבותינו שבירושלם כמו שהעיד
הנביא שאמר וגלות ירושלם אשר
בספרד והוא שבלעם אמר כעת
יאמר ליעקב ולישראל מה פעל
אל יש בו סוד שמהזמן ההוא
ימנה כמה יש מששת ימי בראשית
עד הזמן שתשוב הנבואה לישראל
כי זה הזמן היה בשנת ל״א שיצאו
ישראל ממצרים שהיום כבר יצאו
בי אלפים תפ״ו שנים ועל זה
ההקש תשוב הנבואה לישראל
בשנת * דתתקע״ו שני׳ ליצירה
ואין ספק שהנבואה תהיה
מוקדמת לביאת המשיח והשם
יתברך הוא היודע האמת ׃
שמעתי אומרים אסמכתת גמטראת
פסוק אם יתמהמה חכה לו וכו׳

* Existimo legendum esse דתתקע״ב

tus Autor libri Sohar, memorat in Parascha Schemot plurimas notas, Messiæ adventus indices. In eodem libro Sohar in Vaëra, Schelach & Balak Paraschis, proditum est, in Mosis Epinicio (*quod Ex. 15 habetur*,) contineri indicium adventus Messiæ. R. Moses Maimonidis in Epistola ad Judæos Australes verba sunt: Sane, de tempore adventus (*Assertoris nostri*) minutatim non constat. Est tamen penes me traditio mirifica, quam a parentibus avisque meis accepi, & quibus eadem longa serie a suis majoribus, inde ab illis usque qui ipsas Hierosolymas incoluerunt, fuerat commissa, hunc ipsum Prophetam qui prædixerat Judæos Hierosolymitanos in Hispaniam exulatum ituros, Bileamum nimirum, (*magnam rem extulisse*,) verbis (Num. 23, 23.) *Secundum tempus dicetur de Jacobo, & Israëli quid operatus sit Deus*: atque latere hic magnum mysterium. Scilicet, exinde potest institui computatio quantum temporis ab orbis creatione, usque ad reddendum Judæis prophetiæ donum intercedere debeat. Hæc enim acciderunt anno trigesimo primo post exitum Israëlitarum ex Ægypto, anno vero orbis 2486. unde inferas licet, anno post conditum orbem 4976 (*vel rectius anno 4972.*) reversurum prophetiæ donum ad Judæos, caret autem dubio quod prophetiæ restitutio præcedat adventum Messiæ. Sed Deus æternus novit quid veri his insit. Sunt qui ad Cabbalam Logisticam confugiunt, & elementa literarum verborum apud Habak. c. 2, 3. אם יתמהמה חכה לו ad numeros revocantes, atque prolicientes summam 1335. conferunt cum isto dicto locum Dan. 12, 12. אשרי המחכי ויגיע qui tantundem in numeris conti-

שעולה אלף שלה כנבואת דניאל
האומר פסוק אשרי המחכי ויגיע
וכו׳ שעולה כמוהו: שמעתי אומרים
אסמכתת הנה אנכי ראשי תיבות
ה׳ אלפים שולח לכם את אליהו
הנביא רת״ עולה של״ז והוא רומז
בקרוב אל פסוק עד כי יבא שילה:
שמעתי על שם רבי שלמה מלכה
אמר אויב ארדוף אשיג אחלק שלל
שר״ת עולה ה׳ אלפים שס והרי
זה קרוב לדעתי שאכתוב למטה
שעולה השנה: הרב א״א בפירוש
דניאל מוכיח שזמן הקץ יהיה שנת
הת״ש לבריאה וראיתי בספר
הקנה אביו של רבי נחונייא
האומר בכח חשבונותיו שיהיה
בשנת הרנב וסי׳ ברן״ יחד ככבי
בוקר: אברבניל בפי׳ ישעיה וירמיה
אומר שיהיה בשנת הרסג או
הרצד: י״א ב׳ פסוקים אחרונים
של דניאל עולים שלה: י״א
שמלות לקץ הימין תמימות ממש
עולים שלה: י״א גמטריאה
של הסתר אסתיר עולים לה

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

continet. Quidam (*locum* Malach. 4, 5. *scrupulose tractando*) ex initialibus literis verborum הנה אנכי eruunt quinq; millia, cumq; vocum שולח לכם את אליהו הנביא prima elementa summam 337. conficere animadvertant, magnum omen inde captant, quasi ista verba locum (Gen. 49, 10.) עד כי יבא שילה subinnuāt, (*nam ille numerus 337. propemodum æqualis est illi, quem vox* שילה *calculata conficit.*) De R. Salomone Malcho memoriæ proditum est, (*ipsum ex loco* Ex. 15, 9. *exsculpere voluisse fatalem ærumnarum nostrarum terminum*,) reputando verborum אמר אויב ארדוף אשיג אחלק שלל initiales literas, (*postremaq; insuper vocis elementa cætera*,) exhibere nobis summam 5360. Atque hæc prope ad meam opinionem accedunt, de qua infra dicam, quæque annum 5358 signat. Venerabilis doctissimusq; Parens meus, in Commentatione qua Danielem illustravit, probare nititur, finem malis nostris allaturum annum post creationem 5700. In libro Hakkana, quem Pater R. Nechonjæ composuit, vidi autorem asserentem, vi suæ calculationis salutem nobis affulsuram Anno 5252. reique indicium captantem ex verbis (*Jobi* 38, 7.) ברן יחד ככבי בוקר Abarbenel in Commentariis super Esaiam & Jeremiam, contendit, id futurum aut anno 5263. aut anno 5294. Quidam urgent ex duobus postremis commatibus Danielis emergere summam 335. Alii, quod idem numerus 335. ex verbis לקץ הימין si elementa omnia computentur, provenit. Rursus alii, quod ex vocibus הסתר אסתיר (*quas Deut.* 31, 18. *legimus*) similiter 335 eliciuntur. Non desunt, qui arbitrantur verba

Judæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

שלה : יא׳ מועד מועדים ר״ל מועד
של שני מועדים שונים שהם
ת״פ שנים מיציאת מצרים עד
בנין ראשון ות״י של משך זמנו
שהם יחד תתץ | הוסף עליהם
ממחיצתם יהיו אלף שלה :
מוהר״ר מרדכי דאטו בספר מגדל
דוד שלו מפרש מאמר כ״ח מפרקי
ר׳ אליעזר האומר שימי ד׳ מלכיות
פרס יון והרביעי׳ ישמעאל ימשכו
יום א׳ של הקב״ה פחות ב׳
ירות שעה : ובפרק מ״ח שם נראה
דאלף שנים הם לו ית׳ י״ב שעות
אם כן יום שלם יהיה ב׳ אלפים
תוציא מהם ב׳ שלישי שעה שהם
נ״ה שנים ו׳ חדשים ב׳ ימים ותמנה
אלף תתקמר שנים ה׳ חדשים י׳
ימים מראשית מלכות פרס שהיה
נ״ב שנים אחר החרבן ראשון שהם
י״ח שנים קודם בנין שני נמצא
מלכות ד׳ מלכיות יכלה י׳ אדר
שלה ובשנת שסה קבוץ גליות
ובשנת ת״ח תחיית המתים : רבינו
סעדיה רשי רלבג בפי׳ ספר
דניאל ר׳ אברהם הנשיא בספר

מועד מועדים (*apud Dan.* 12,7.) signare nobis periodum, quæ duas diversas complectitur annorũ periodos, scilicet principio periodũ annorum 480 quæ intercessit inter exitum ex Ægypto, & Templi primi ædificationem: tum deinde periodum annorum 410 per quod spatium illud templum steterat. Atq; hæ simul sumtæ periodi conficiunt annos 890 (*cum vero apud Danielem* חצי מועד *seu de dimidia periodo amplius sermo sit,*) proinde si huic summæ, illius semis superaddatur, emergunt anni 1335. Præstantissimus R. Mardochai Dato, in libro suo Migdal David exponit thesin 28. ex Pirke R. Elieseris, qua statuitur, (*tria postrema, ex*) quatuor summis Imperiis, Persarum nempe, Græcorum, quartumque Ismaëlitarum, duratura diem (quales Dei Benedicti dies sunt) unicum, minus horæ per trientem divisæ partes duas. Constat vero ex capite ibi 48. mille annos apud Deum Benedictum loco 12 horarum esse. Quæ, si ita se habent, dies integer annos bis mille continebit. Aufer ex his horæ tertias duas, sive annos 55. menses 6. dies 2. & numera annos 1944. menses 5. dies 10. inde ab exordio regni Persarum, quod incidit in annum a devastato priore templo 52. vel annum 18. ante ædificationem templi posterioris, atque consequetur, imperii Monarchiarum in hoc orbe finem futurum die 10. Adaris, anni (*supra quinquies millesimum*) 335. annoque 365. quaquaversum dispersos Judæos coituros in unum, anno vero 408 resurrecturos mortuos. R. Saadias, R. Salomo Iarchi, R. Leviben Gerson in Commentario super Danielem, R. Abraham Hannasi in libro Megillat Hammegilla, R. Mosche Ben Nachman in libro

מגלת המגילה והרמבן בספר
הקץ ובספר הגאולה ורבינו בחיי
פרשת ויכלו כלם מתקיימים
שראוי להיות בשנת הקיח : וזה
עם זאת האסמכתא שאמרו חז״ל
שני אלפים ימות המשיח והם כי
ד׳ אלפים ליצירה ישלימו קע״ב
שנים אחר חרבן בית שני שים
עליהם קי״ח שנים יעלו לסך רץ
וזהו שרמז דניאל ולתת שקוץ
שומם ימים אלף רץ ומה שכתוב
אחריו אשרי המחכה ויגיע לימים
אלף שלה רומז אל מ״ה שנים
אחר קי״ח שאז יהיו כל המלחמות
באופן שתכלית הזמנים והמלחמות
יהיו קס״ג שנים ובזה הדרך יהיו ימי
השלוה וימות המשיח תתל״ז שנים
כי לסוף האלף ששי ישוב העולם
תהו ובהו וכלו יהיה שבת : ולזה
רומז ישעיה בפסוק למרבה המשרה
ע״ב מ׳ סתומה שעולה ת״ר והשאר
עולה רל״ז : וכזה היו ימי השלוה
לישראל לשעבר שהם ז׳ שנים
שעמדו על בנין ות״י שעמד הבית
ראשון ותכ״ לבית שני שהם יחד
תתל״ז שנים : וכן אם תצרף
קע״ב שנים אחר חרבן בית שני

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

libro Hakkez, itemque in libro Haggeulla, R. Bechai quoque in expositione Paraschæ ויכלו concorditer tuentur, liberationem nostram eventuram anno 5118. inducti argumento, quod Sapientes antiqui pronunciarunt, dies Messiæ duraturos annos bis mille. Atqui annus a creatione quater millesimus, incidit in annum post templi secundi desolationem 172. cui numero si addas annos 118. habebis in summa annos 290. atque hos ipse Daniel sermone suo signat, cum (cap. 12, 11. ait:) *Et posita detestatio desolans annos mille ducentos nonaginta.* Quod vero postea apud Danielem sequitur: *Beatus qui præstolabitur, & perveniet ad dies mille trecentos triginta quinque*; id attinet ad annos illos 45 qui annos prædictos 118 excipient, & in quibus bella vigebunt. Itaque hac ratione fatalia tempora, & bella, finem consequentur anno 163. & consequens est, dies tranquillitatis nostræ, diesque Messiæ duraturos annos 837. nam sub finem sexti millenarii, mundus in antiquam vastitatem & inanitatem redibit, agentque omnia Sabbatum. Hanc sententiam tangit quoque Esaias (cap. 9, 7. *verbis*) למרבה המשרה Quippe Mem clausũ nota est numeri 600. reliquæ vero literæ conficiũt 237. totidemq; annorũ fuit quoq; præterita Judæorum felicitas. Etenim 7. annos insumserunt in ædificatione primi Templi, illudq; stetit annis 410. posterius Templum stetit annis 420. quæ in unam summam collectæ progenerant 837. His si superaddas annos 172. proxime sequutos Templi secundi eversionem, in quorum postremo finitur legalis ætatis

 mille-

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

שאז נשלמו ד׳ אלפים תורה עם
קס״ג מהאלף חמשי יהיו יחד אלף
שלה ; ולזה רומז גם כן ערן שרומז
על ת״פ שנים שיצאו מיציאת מצ
מצרים עד בנין בית ראשון ; וערן
שני רומז אל ת״י שעמד הבית
ופלג ערן רומז אל חצי שני שנ
החשבונות הנז׳ שעולים תמ״ה
שכלם יחד הם אשל״ה ; ורבי
אברהם זכות בספר התכונה שלו
אומר שיהיה שנת רץ ; ורבי אברהם
הלוי גיסו בספר משרא קטרין
מקיים שנת ר״ץ ; ואני הצעיר אמרתי
להגיד אליך אל זה הענין מה
שאירע לי והנני נשבע אליך כי
כנים דברי וזה כי בשנת הש״טו
בליל שביעי של פסח על משכבי
בלילה ההיא נרדה שינה מעיני
ונכנסתי בהתבוררות עד מתי
קץ הפלאות ואחרי הדברים רבים
נרדמתי ויהי בבקר והנה עלה זית
בפי מפסוק אראנו ולא עתה וכו׳
ונתתי לבי עליו ומצאתי כי עולה
כלה הפסוק ה׳ אלפים שנ״ח בזה
האופן : כל הפסוק בהויתו עולה
השי״ב וסימניך השיב את חמתי

millenarius quartus, cum annis 163. ex millenario quinto, habebis junctim annos 1335. Respicit huc quoque (*apud Danielem capitis 7. comma 25.*) Nam vox ערן *tempus*, notat annos 480 qui effluxere ab exitu ex Ægypto, ad usq; templi primi ædificationem. Iteratum verbum ערן innuit annos 410. per quos templum fuit incolume; פלג ערן *dimidium tempus*, cujus mentio sequitur, spectat dimidium numerorum prædictorum in unum collectorum, sive annos 445. quæ in unum supputata, faciunt annos 1335. Porro R. Abraham Zacutus in libro Hattechuna, assignat liberationi annum (*supra quinquies millesimum*) ducentesimum & nonagesimum. R. item Abraham Hallevi Affinis ejus, in libro Meschare Kitrin, eandem sententiam de anno 290. propugnat. Ego vero homuncio, constitui mecum, indicare tibi circa hoc negotium, quæ mihi acciderunt, & ecce jusjurandum tibi do, vera esse quæ eloquor. Scilicet anno 5315 nocte septima paschalium feriarum, in lecto recubabam, cumque somnus ex oculis excessisset, ibi cogitatione in id ingressus sum, ecquando finis futurus esset admirandorum (*& calamitosissimorum eventuum*) nostrorum. Postquam varia mente volvissem, obdormivi, & sub auroram (*evigilans,*) ecce tibi tenebam ore meo olivæ folium, verba nimirum (*suavissima Num. 24, 17.*) *Videbo eum non tamen nunc &c.* quæ sedulo perpendens deprehendi ex universo illo commate emergere summam 5358. hoc quidem pacto: Principio, ex universo commate, prout literarum elementis concipitur, in numeris colligas 5312. (*atq; ut eam summam eo melius*

מעל בני ישראל ועוד שוב ותמנה
תיבות דרך כוכב מיעקב וקם שבט
מישראל במספר קטן בהניח ו׳
של כוכב להיותה נחה ובלתי
נשמעת בדבור שעולה מו וסימניך
אלי״ה הנביא שכלם יחד עולים
השנה ; ובהביטי אחר כך אל דברי
התרגום שאומר ויתרבה משיחא
שמחתי מאד כי ראיתי המשיח
עולה כן ; קרוב לזה מצאתי פסוק
ויקרא יעקב לבניו ויאמר האספו
ואגידה לכם את אשר יקרא
אתכם באחרית הימים שעולה
השנ״ה בזה הדרך ה רומז על
ה׳ אלפים אחר כך תספור י״
יוד ׳ם מם · י״ יוד מ מם שעולים
ש״י · תספור אחר כך פתח ההא
וקמץ י״ והדגש י״ וחירק המם
שהם ב׳ ווין וג׳ יוד שעולין
מ״ב אחר כך תמנה כל התיבות
במספר קטן ועם כל המלה יחד
יעלו י״ שהכל יחד עולה שנ״ח :
וכן אם תמנה פסוק אז נבהלו
אלופי אדום וכו׳ תמצא ה׳
אלפין נעים שרומזים אל חמשת

lius mente tenere possis,) nota tibi symboli vice primum verbum (*ex dicto*) השיב את חמתי מעל בני ישראל *Avertit excandescentiam meam a filiis Israëlis.* (*quod est Num.* 25, 11.) Dehinc numeranda sunt elementa verborum דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל *Procedit stella ex Jacobo, & exsurgit sceptrum ex Israële*; secundum minorem supputationem, (*qua fit omissis denariis*) neglecta tamen litera Vau vocis כוכב quia quiescit, nec in pronunciatione exauditur; quod, si fiat, habebis 46. quem numerum in mentem tibi revocabit symbolum אליה הנביא sive Eliæ Prophetæ proprium nomen. Hæc simul collecta, conficiunt 5358. Cumque postea Chaldæum Paraphrasten consulendo, apud eum reperissem: *Et extolletur Messias:* gavisus sum (*hoc omine,*) nam & vox משיח eundem numerum continet. Eodem tendens aliud quoque comma (Gen. 49.) reperi: ויקרא יעקב לבניו ויאמר האספו ואגידה לכם את אשר יקרא אתכם באחרית הימים *Et convocavit Jacob filios suos, & dixit: Colligimini, ut prænunciem vobis id, quod eventurum est vobis in diebus novissimis*: nam & illud complectitur numerum 5358. si ita supputationem facias. Nimirum ה litera (*vocis* הימים) est index quinquies mille annorum; postea pro elemento י accipe literas יוד quibus plene illud scribitur: simili modo pro מ sume מם pro י cape iterum יוד & pro ם hic loci quoq; substitue מם atq; sic numeratæ literæ conficient 300. Deinde numera vocalem patach quæ subjicitur literæ He, & Kametz quod est sub Jod, Dagesch item quod eidem est impressum, amplius Chirek subditum literæ Mem, quæ puncta cum duorum Vau, & trium Jod figuram viceq; susti-

Judæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

אלפים אחר כד תמנה מלת ראשונה ואחרונה שבכל אלו התיבות חוץ ממילות א׳ שכבר באו במספר וגם אל תמנה מאות אלא אחדים ועשרות יעלו בידיך שפא. הסר מהפסוק כ״ה מילות שאין צורך מהם שלא יעזרו בע בחשבון ישאר בידך שנ״ח וכן על זה הדרך פסוק עזי וזמרת יה שיש ה׳ אלפין ואחר כד תמנה ראש וסוף התיבות ויעלו בידיך רנ״ח אחר כד תתחיל הפסוק ותמנה במספר קטן עד אלי ואנוהו ויעלה בידיך ק׳ שהכל יחד הם השנח ׃ וכן ב בפרש׳ הר סיני בשני פסוקים שהם אחרי נמכר גאולה תהיה לו אחד מאחיו יגאלנו או דדו או בן דדו יגאלנו או משאר בשרו גגג ממשפחתו יגאלנו או השיגה ידו ונגאל כי יש ה׳ שמות של זא גאולה יש אות א׳ עולה ה׳ א׳ אלפים ויש ג׳ יגאלנו שעולים ב במספר מלא ש׳ ׃ ואחר כד תמנה ג׳ יגאלנו במספר קטן עולים נ״ז

sustineant, colliges 42. Amplius numeranda sunt insuper omnia verbi הימים elementa minore supputatione, & adjicienda unitas, ob ipsam vocem, sic habebis 16, & in summa 358. Pariter, si commatis (*Ex.* 15, 15.) אז נבהלו אלופי אדום *Tunc turbati sunt Duces Edomæorum &c.* supputationem facere instituas, occurrent primo quinque Aleph sonora, quinque millium annorum signa. Postea numera primam quamque & ultimam cujusq; verbi literam, exceptis Aleph, nam horum jam habita est ratio, quin, nec centenarii numerandi sunt, sed soli minores & denarii, sic provenient 381. Aufer nunc ex commate 25. literas, quibus opus non est, & quæ ad supputationem non conducunt, remanebunt tum tibi 358. Convenit cum his dictum (Ex. 15, 2.) עזי וזמרת יה *Robur meum & carmen Deus &c.* Habet enim illud comma quinque Aleph, numerando vero verborum principium finemque, emergent 258. Porro commatis elementa, usque ad verba אלי ואנוהו minore supputatione numeranda sunt, quæ 100. efficere animadvertes, ut ita rursus summa sit 5358. Nec minus egregie consonant duo versus Paraschæ הר סיני qui sunt:

אחרי נמכר גאולה תהיה לו אחד מאחיו יגאלנו ׃ או דדו או בן דדו יגאלנו ומשאר בשרו ממשפחתו גאלנו או השיגה ידו ונגאל ׃

Postquam vendidit se redemtura jus esto ei ; unus e fratribus ejus redimet eum. Aut patruus ejus, aut filius patrui ejus, redimet eum, aut aliquis e propinquis carnis ejus ex familia ejus redimet eum; aut si assequuta erit facultates manus ejus, redimet sese. In his quinquies de גאולה sive *liberatione* mentio injicitur, estque quinquies sic expressa litera Aleph quinquies mille annorum index. Porro ter repeti-

ושלשתם יחד הוא אי שבין כלם
הם השנ״ח : ושמחתי כשראיתי
אפיי רבינו יעקב בעל הטורים
האומר שדדו חסר רומז על משיח
בן דוד · וכאי השני פסוקים יפה
וקל לדרשו על גלות ישראל גם
הנמכרים בין האומות ונודר גם
הקב״ה לגאלם כי הוא גואל קרוב
אמנם הרמב״ם בספר הנ״ל אומר
אין תכליתנו בימות המשיח רק
שמירת התורה והשכר המקווה
עליה באיזה דרך הזמן שיבא מאת
האלקי׳ תמהר איפא גאולתינו
או תאחר עד הסיח הדעת לא
נסור מכל דברי התורה כדבר
המשורר ואענה חורפי דבר כי
בטחתי בדבריך ואל תצל מפי דבר
אמת וכו׳ : ולכן צריך לומר כמ״ש
סוקרטו אין לאדם לבקש מה ירצה
האלקים לעשות בעולמו עת זולת
עת כי זו השגה קשה וזרה מאד
לטבע האדם גם רעה רבה בעיני
האלקים : הרב רבי שלמה מלכו
שנשרף במנטוה למר לתלמידיו

petitur vox יגאלנו inde pleno numero eliciuntur 300. Nunc quoq; eadem hæc tria יגלאנו minore supputatione numeranda sunt, qua 57. progenerant; cumque tres illæ voces reapse una sint, adjiciendas his est unitas, quorum suma summarum 5358. Et vero gaudio perfusus sum, cum observassem, R. Jacobum Baal Hatturim prodidisse, vocem דדו ideo defective hoc loco scribi, quia Messiæ Davidis filii, insigne ad memoriam. Atque ambo hi versus eleganti & facili ratione de redemtione Judaica exponi possunt, quæ natio Gentilibus vendita est, ut votum faciat Deus de iis redimendis, cum ipse proximus illorum sit cognatus. Enim vero R. Moses Maimonides in libro supra laudato, graviter inculcat, metam scopumque rerum nostrarum, non esse tempora Messiæ, sed potius eum consistere in observatione Divinæ Legis, & expectatione præmiorum illis annexorum. Quocunque modo aut tempore veniat (*Messias*,) & sive maturet Deus, sive differat liberationem nostram, nihilo minus donec spiritus nobis aufertur, non recedamus ab ullo verbo sacrosanctæ Legis, secundum illud

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

Psaltæ (Ps. 119, 42.) *Et respondebo probris afficienti me verbum: quod spero in verbo tuo: Et ne eripias de ore meo verbum veritatis &c.* Quamobrem necesse est cum Socrate dicere: Non convenit homini, ut ea scrutetur, quæ, temporibus non exacto termino definitis, Deus facere vult in orbe suo, nam istorum apprehensio difficilis, & ab intellectu humano remotissima, quin & Deum vehementer offendit. Eximius R. Salamo Malcho, qui (*Propheta credebatur, &*) Mantuæ crematus est, discipulis suis tempus adventus Messiæ ex tribus Scripturæ versibus singulas eorum literas resolvendo in

voces

Iudæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

ראשי תיבות של ג׳ פסוקים על
ביאת המשיח והם : כי תקנה עבר
עברי שש שנים יעבד ובשביעי
יצא לחפשי חנם כאשר יגיע
תכלירת קץ נבוארת הנביא עמוס
בסוף דבריו עם בטחון רמזי פ
ישעיה שבתחלת שנת שין נשלמים
ימי מועד יהיה עליון בית דוד ואז
באותה רביעה * באחריתה יהיה
על ישראל ישועתם צדקרת אמת
לעולמים חשק פני שכינה יערה
חמדת נוגה ממשלתם : אם בגפו
יבא בגפו יצא אם בעל אשה הוה
ויצארת אשתו עמו אז מערכורת
בני גוג פשעיי וחטאים יאספו
בתוך ארץ בצרה גומר פוט ולוד
יבאו ציים אחריהם אשר מחשבותם
בארת ערוכרה להשליך ארצרה פ
שוממה העיר הגדולה ויבאו אצלה
ויתחברו יחד צבא ארץ הצבי אך
שכינרת תפארתו ועזו על מקדשו
וביתו : אם ארניו יתן לו אשרה
וילדרה לו בנים או בנות האשה
וילדיה תהיה לארניה והוא יצא
בגפו אחרי מלחמת הרביעי *

*Existimo legendum esse שנה,

* Malo legere מלחמות ארבע

voces integras edocuit, hoc modo (*Legitur inquiebat* Ex. 21, 2.) *Cum emeris servum Hebræum, sex annis serviet; septimo autem exibit in libertatem gratis.* (In istis hoc latet mysterium:) Quando præsto aderit impletio prædictionis Prophetæ Amosi, quæ est sub calcē vaticiniorum illius, cum fiducia impletum iri characteres ab Esaia significatos, quæ res cadit in principium anni trecentesimi sexagesimi, tum finem habebunt tempora constituta, (*Danieli* cap. 12, v. 7. *memorata*,) & eminebit domus Davidica. Simul in istius anni postremis articulis Judæorum genti obtinget salus ipsorum, justitia nempe vera in seculorum perennitatem, desiderium oculorum Divinæ majestatis acquiescet in desideratissimo splendore imperii illorum. (*Quæ porro in Scriptura succedunt*:) Si corpore suo venit, corpore suo exibit: si maritus uxoris est, exibit quoque uxor ejus cum eo. (*Ea hunc habent arcanum sensum*:) Tum exercitus impiorum & sceleratorum filiorum Gog congregabuntur in media regione Bozra; Gomer, Put & Lud navigiis illos consequentur, cum præmeditato consilio, desolandi & solo æquandi civitatem magnam: petent igitur illam, & junctis copiis adorientur terram capream, (*ab ejus aditu Judæos prohibere volentes.*) Sed majestas roboris gloriæque (*supremi Numinis*) Sanctuarium, domumque suam tenebit. (*Deniq; in verbis*:) Si dominus ejus dederit illi uxorem, peperitque illi filios aut filias, uxor ipsa cum natis suis erit domini ipsius; ille vero exibit corpore suo: (*Illud occulte indicatur*:) Post bella quatuor depugnata Dodanæi excisionem facient, atque tum revelabitur, quid in recessu habeant consolationes Israëlitarum. Post annum vero septimum extolletur urbs Hiero-

ero-

רודנים נחרצה יעשו ואז יתגלו
תכלית נחמות לישראל והיה אחרי
שנת השבאת * והעיר ירושלם
להגדיל דתי הע״א לכלות ולהתם
בני נכר יתנו מסים אשכנז וריפת
בעושר נשפע וההיכל תוסד המקדש
אחרי שלשת הימים ואז יקבצו
לאלפים דרך ים הגדול תוקף
האומות יחד המונים לרבבות
אחריהם דרך נגב ים המלח
ואז המלחמת ואחרית אלילים
יאבד צא״ב גלות פירוסו ותכליתו :
והמשכילים יבינו : צא״ב ר״ל שנת
רצג לאלף הששי: יהיה סוף הגלות
פירוסו מלשון הלא פרוס גם
נתן סימנים אחרים כמו אמר
אויב ארדוף אשיג אחלק שלל
שר״ת רומזים ה׳ אלפים ש״ן :
וכן איש אל אחיו אבל אשמים
אנחנו : וכן ארדפה אויבי ואשיגם*
ולא אשוב : וכן אשובה ארעה
צאנך אשמור אעבור :

erosolymitana, peribit religio infidelium, οἱ ἔξω tollentur e medio, Aschkenasæi & Riphatæi affluentiam divitiarum suarum tributum pendent, atque post triduum e fundamento excitabitur templum sanctissimum. Tum robur infidelium & turba hostium ex multis millibus, multisque myriadibus constans, ad plagas maritimas australis Oceani adversus Judæos sese colligent, & geretur bellum, quo exstirpabitur residuum idolorum, quippe צאב (*quod ex posteriore syllaba verbi* יצא *juncta prima vocis* בגפו *literæ, prodit,*) captivitatis rescissionem finemq; denotat. Sapientes facile assequentur, (*quid hæc sibi velint.*) Nimirum, id significat צאב sexti millenarii annum ducentesimum nonagesimum tertium finem allaturum captivitati, nam verbum פירוסו hoc loco ea notione accipiendum, qua Esaias 58, 7. illud adhibuit, ut scilicet *resectionem* significet. Idem (*Ariolus noster*) alia quoque signa (*temporis quo liberatio nobis præstolanda.*) suppeditare solebat. Veluti, verba initialia commatis 9. in cap. 15. Exodi: *Dixerat hostis, persequar, assequar, dividam prædam*: nam, quæ his respondent quinque priores Hebrææ voces, primis literis, & ultima, cum elementis suis omnibus, edunt junctim numerum 5360. Pro eadem computatione stabilienda afferebat (*secundum Hebræam linguam æstimatum illud* Gen. 42, 21.) Vnus ad alterum, veruntamen rei sumus. Item ex (*2. Sam. 22. 38.*) *Persequar inimicos meos, & perdam illos, nec revertar*. Denique illud (Gen. 30, 31.) *Revertar, pascam gregem tuum, custodiam: transibo.*

Judæorum miseræ computationes circa terminum adventus Messiæ.

* Fortasse rescribendum השביעית

*In textu est ואשמידם

Ite nunc in suffragia, omnes, quibus vel mica rationis, mentisque inest, ac dicite, utri ex suo corde magis mendacia comminiscentur, Christiani ne an Judæi? judicate, ecqui nostrum sana habeant capita.

Vos vero Judæos, quotquot ubicunque gentium degitis, jam ita me Deus bene amet, non amplius mirabor, si, postquam innumeris numeris de Messiæ adventu calculata, pridem fines suos & terminos consequuta fuerunt, nunc quidem, missis rebus, tribulem Salomonem, Romæ habitantem, imitemini. Is, Carolo a S. Antonio Patavino Anconitano, ex Patribus piarum Scholarum, in admodum nuper editis epigrammatibus (cujus fidem sequor) teste, quibusque Sabbatis telescopio super Monte Testaceo Messiam exquirere solebat, & fortasse etiamnum exquirit, dignus eapropter hoc suo instituto, quem Poëta iste sequenti non illepido honoraret carmine.

Qui tot ab hinc seclis venit, venisse procaci
Messiam, Salomon, tu quoq; voce negas?
Veridici, ignoras, quod prædixere Prophetæ?
Ignoras Populo nuncia clara tuo?
Hunc cito venturum per singula Sabbata clamas;
Montis & expectas culmine Dolioli.
(Quem miser expectas? qui te, puto, trudat in Orcum
Dæmona: jam morti vita propinqua tua est.)
Optica & extensa Galilæi fistula, an ille
Accedat, longo prospicis intuitu.
Atq; ais insulso vendenti scruta popello:
Nonnihil apparet; nescio quid video.
Quid videas, nescis equidem: quid fistula clarat?
Forte, quod apparet, bos erit aut asinus.
Insanis, Salomon: tubulum confringe, repente
Ne tibi confringant saxa rotata caput.

Pereat χρίσμα vestrum] Istud videtur convicium dicere voluisse impurus sacrilegus, nec me movet, si quis aliter Hebræa verba explicanda censeat: religio enim mihi est in re impia diu cogitationem habere defixam, & nolim aucupari ac scrutari verba, quibus Servatorem nostrum Lipmanni impium os & lingua pestilentissima nequiter designat. Dubito tamen, an, quod Kircherus in Oedipo Classe VII. c. 7. §. 3. voluit, שרי quoque locum inter ea reperiat, & minus in Lipmanni Nizzachon, aliisque Rabbinorum libris, quam in disciplinis Mathematicis Kircherum versatum esse, hæc illius verba indicant: *Pari ratione sub nomine* שרי *Christum* (Judæi) *vocant.*

שמו של רשע ירקב׃

Hoc est: Nomen illius improbi putrescat; *quemadmodum abominandus ille R. Liponan infelicis memoriæ, in execrabili libro* בן חוו *facit; quo nunquam*

quam lectum esse a quoquam arbitror pejorem. Sed, ego Lipmanni maledicta Deo æternum vindicanda relinquo, & potius, quod unum nunc superest, notas illas ac κριτήρια, quibus Prophetæ Messiam venturum, nobis exertis quasi digitis commonstrarunt, congerendo in unum, nunc denique spectatum omnes evoco, quam pulchre probeque ad nostrum χρίσμα καὶ χριστὸν colliment, illaturus mox eam, cujus gratia omnis hæc suscepta disputatio est, conclusionem.

Prædictiones Prophetarum in Christo impletæ.

Nimirum, oportuit Messiam Deum esse *Es.* 35, 2. 4. imo simul & Deum & Hominem, hoc est Immanuelem Es. 7, 14. 9, 5. nempe Dei *Ps.* 2, 7. & Filium Hominis *Ps.* 8, 5. *Dan.* 7, 13. Quatenus Dei Filius, genitus est ab æterno *Ps.* 2. 7. quatenus homo, debuit esse semen Abrahæ, *Gen.* 22, 18. & Isaaci *Gen.* 26, 4. & Davidis 2. *Sam.* 7, 12 *Ps.* 89, 30. 37. & sine viri opera, mulieris, *Gen.* 3, 15. atq; adeo Virginis *Es.* 7, 14. sed pauperis, velut virgula e trunco succiso Ischai, & radix e terra solitaria, sine forma & decore efflorescens. *Es.* 11, 1. 53, 2. Nasci autem debuit in Bethlehem Ephratæ *Mich.* 5, 2. existente aliquo Rege Israëlis, paulo post exterminando *Hos.* 10, 15. & eo tempore, quo futura erat luctuosa & miserabilis in Bethlehem ejusque confinio infantum strages, *Jerem.* 31, 15. inque Ægypttm ideo profugus puer, exinde divino oraculo erat revocandus *Hos.* 11, 1. Evasurus autem erat Messias, Mosi similis Propheta, sed multo præstantior, *Deut.* 18, 15. 16. 17. 18. 19. ac simul vere Rex & Sacerdos *Zach.* 6, 12. 13. *Ps.* 110. 2. 4. & ideo κατ᾽ ἐξοχὴν Naziræus, tanquam separatus a peccatoribus, & fratribus secundum carnem: sicque typi & umbræ ejus fuerunt Josephus *Gen.* 49, 26. *Deut.* 33, 16. itemque Simson *Jud.* 13, 5.

Porro, ungi etiam debuit Messias oleo invisibili Spiritus S. ab ipso Deo, ut fungeretur munere Prophetæ, & evangelizaret mansuetis, obligaret fractos animo, proclamaret captivis libertatem, & vinctis aperturam ergastuli: ut proclamaret annum acceptum Domini, & diem ultionis Dei nostri; ut consolaretur omnes lugentes: *Es.* 61, 1. 2. 3. Debuit autem prædicare Evangelium primo & præcipue in terra Zabulon, & terra Naphthali secundum Iordanem, & Galilæa gentium *Es.* 8, 23. 9, 1. (Præeunte in spiritu Eliæ prodromo quodam *Malach.* 3, 1. & 4, 5. clamanteque in deserto: Parate viam Domino; & adæquate in solitudine ag-

 gerem,

Prædictiones Prophetarum in Christo impletæ.

gerem Deo nostro. *Es.* 40, 3.) nec tantum in Synagogis & domibus, sed etiam foris in plateis, in capitibus turbarum, in locis excelsis, juxta viam; *Prov.* 1, 20. 8, 2. sine jurgiis tamen & contentionibus, admodum mansuete *Es.* 42, 2. 3. dque spatio quadraginta duorum mensium, aut circiter, *Dan.* 9, 27. ante secundi templi destructionem, in quod erat ingressurus *Malach.* 3, 1. vectus in urbem Hierosolymam asino & pullo asinarum Zach. 9, 9. Prædicationem comitari debebant miracula, qualia neque Moses, neque ulli Prophetarum patraverunt. Erant enim aperiendi cæcis oculi, surdis aures, efficiendumque ut claudi saltarent sicut cervus, & lingua mutorum cantaret, *Es.* 35, 5. 6. i Nihilo minus rejici oportuit prædicationem ejus, a maxima parte Judæorum, *Es.* 49, 4. 5. 53, 1. *Prov.* 1, 24. justo Dei judicio excæcandorum *Es.* 6, 9. ac propterea fututus erat in lapidem offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israëlis, & in laqueum & in tendiculam incolis Hierosolymorum, *Es.* 8, 14. 28, 16.

Erat enim futurus contemtus & abjectissimus virorum, doloribus affectus, & familiaris morbo, *Es.* 53, 3. opprobrium hominum *Ps.* 22, 6. abominandus genti *Es.* 49, 7. exscindendus, *Dan.* 9, 26. Itaque describuntur ejus passiones multis in locis, præcipue vero toto capite 53 *Esaiæ*, *Psalmo* 22. & 69. ac alibi passim. Debebant ejus hostes esse populi Israëlis, & gentes *Ps.* 2, 1. omnes gentes *Ps.* 118, 10. plures quam capilli capitis. *Ps.* 69, 5. autoritate & viribus pollentes, *Ps.* 22, 13. utentes fraudibus *Ps.* 35, 7. & falsis testibus, *Ps.* 55, 13. Debebat accedere unus e domesticis & familiaribus, *Ps.* 41. 10. proditor *Ps.* 55, 13. cujus proditionis merces triginta argentei, pretium quo æstimatus est Deus, *Zach.* 11, 12. 13. quos tamen proditor non diu possedit, sed in templum projecit, & dati sunt figulo. *Zach.* 11, 13. ejusque proditoris vita brevis esse debuit, & episcopatum illius alius accipere, *Ps.* 109, 8. Cæterum, Hostes Messiam captum indignis modis tractare debebant, percutientes eum, genas vellentes, conspuentes, *Es.* 50, 6. cum ipse non aperiret os suum, sed sicut ovis ad occisionem duceretur, & sicut agnus coram tondente mutus cætera *Es.* 53, 7. nisi quod pro defectoribus intercederet *Es.* 53, 12. Postea spoliare eum debebant hostes vestimentis, ea inter se dividere, & super ejus veste sortem

proji-

projicere, *Pſ.* 22, 19. eum circumdantes, perfodientesque manus & pedes ejus *Pſ.* 22, 18. contemplantes eum, ac deridentes, & moventes caput, *Pſ.* 22, 7. dantes ei pro cibo fel, & cum ſitivit potantes illum aceto, *Pſ.* 69, 26. ipſe macer & nudus eo redigendus erat, ut poſſet oſſa ſua dinumerare, *Pſ.* 22, 19. ut liquefieret velut cera cor intra viſcera ipſius, exareſceret tanquam teſta virtus ejus, lingua adhæreſceret palato, deduceretur in pulverem mortis, *Pſ.* 22, 15. 16. Nullum tamen os ejus confringi debuit, *Pſ.* 34, 21. etſi perfodi quoque oportuit, *Zach.* 12, 10. Paſſione perfunctus, ponendus erat in ſepulchrum divitis, nequicquam obnitentibus hoſtibus, *Eſ.* 53, 9. & antequam ſentiret corruptionem reſurgere *Pſ.* 16, 10. & ita devictis hoſtibus aſcendere in cœlum, & dona dare hominibus *Pſ.* 68, 19. ſedere ad dexteram Dei, *Pſ.* 110. 1. coronari gloria & honore *Pſ.* 8, 6. videre ſemen longævum, & proſpere agere, multosque cognitione ſui juſtificare, *Eſ.* 53, 9. 10. 11. ab ipſisque Regibus adorari, *Eſ.* 49, 7. Dehinc deſolanda erat urbs Hieroſolymitana, *Dan.* 9, 26. 27. Judæis procul a ſedibus ſuis in longiſſimam captivitatem ablegatis *Eſ.* 6, 12. & tum conſequi debebat Gentilium converſio, *Eſ.* 2, 2. 11, 10. *Pſ.* 22, 28. *Deut.* 32, 21.

Prædictiones Prophetarum in Christo impletæ.

Nil reſtat, quam ut omnes qui CHRISTVM amamus claros quoad Judæis infidelibus ilia rumpantur, plauſus edamus, & voces ingeminando, læti clamemus:

ΟΝ ΕΓΡΑΨΕ ΜΩΣΗΣ ΕΝ ΤΩ ΝΟΜΩ ΚΑΙ ΟΙ ΠΡΟΦΗΤΑΙ ΕΥΡΗΚΑΜΕΝ ΙΗΣΟΥΝ ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΤΟΥ ΙΩΣΗΦ ΤΟΝ ΑΠΟ ΝΑΖΑΡΕΘ·

Ioh. 1, 46.

QVEM SCRIPSIT MOSES IN LEGE ET PROPHETÆ INVENIMVS JESVM FILIVM JOSEPH A NAZARETH.

BONUM FACTUM!

Jo jo triumphe! victus Hostis est meus,
Jacetq; prostratus, minax hæc vipera
Jam sibilare desinit. Compescui
Os impium, fœdumq;, linguam futilem,
Quæ pessimum virus suum, contra DEUM
Verum, perennem, despuit, quæ dicere
Est ausa Gnato contumelias suo.
Jo jo triumphe! tela, scutum, cassidem,
Duramq; loricam, quibus Nequam meus
Fidebat, exui, abstuli; relinquitur
Inermis & nudus, cruore, a vertice
Talos ad imos irrigatus undiq;.
Hæc ampla præda nunc mihi Feretrio
CHRISTO venit dicanda, namq; Numine
Illius est incepta pugna, Numine
Illius est finita tandem prospere.
Ovans proinde scando montis culmina
Capitolii, quem *Golgotham* vulgo vocant,
Tuisq; mi Servator, & DEUS, tholis
Sanctissimæ Crucis, malum chirographum,
Quod contra te fuit, graves injurias,
Affigo, sed probe lituris perlitas,
Falsiq; convictas palam. Te nunc precor,
Benignus hos meos labores accipe,
Opemq; porro fer libens volens, tuam

Vt gloriam poſſim tueri, quamdiu
Vivo licebit eſſe. Tu me mortuum,
JESV Redemtor, Cœlitum pulchris choris
Adjunge, qui laudes tuas læti canunt,
Quibus datur felicitas te cernere.
Illis ego mixtus, ſonora perpetim
Clamabo voce, quam referre geſtient
Suaviſſima echo templa cœli gemmea:
O SANCTE SANCTE SANCTE JOVA ZEBAOTH,
JO JO TRIVMPHE VICTVS HOSTIS EST TVVS!

INDEX DICTORVM SCRIPTVRÆ quæ in hac Confutatione cum cura explicantur.

GENESIS

I. 2. 165.
26. 136. 178.
27. 471.
VI. 3. 167.
XIX. 24. 148.
XXXV. 8. 418.
XLIX. 10. 264.

EXODVS.

II. 8. 396.
XXXIV. 27. 584.

NVMERI.

XI. 25. 169.

DEVTERONOM.

XIII. 19. 20. 599. 606.

JVDICVM.

XXI. 12. 400.
V. 15. 281.

II. SAMVELIS.

XXIII. 2. 174.

ESAIAS.

VII. 14. 158. 381.
VIII. 3. 453.
IX. 6. 158. 515.
XI. 1. 176.
XXVI. 2. 121.
LXI. 1. 175.

DANIEL.

IX. 24. 608.

MALACHIAS

III. 1. 163.

PSALMI.

XV. 5. 606.
XXXIII. 6. 174.
XVII. 257.
CXVI. 11. 263.
CXVIII. 5.6. 258. 259.

PROVERBIA.

VIII. 12. 151.
XIX. 21. 261.
XXX. 18. 403.

MATTHÆVS.

V. 22. 215.

JOHANNES.

XVIII. 31. 303.

ACTA.

XXII. 3. 265.

INDEX VOCUM QVÆ EXPONVNTVR HEBRAICARVM.

יהודה	291.	אות	385.
יסור	290.	אל	161.
עד	162.	אלהים	128.
עולם	552	אפיקורום	119.
עלמה	391. 397.	בטל	325.
רגליו	293.	גבור	161.
שבט	290.	וריק	222.
שליה	380.		

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

ABarbaneli unde occasio scribendi libros. 74.

Ægyptiorum Judæorum quondam status. 374.

Æternitas Dei probatur. 465.

Alcorani versiones variæ. 47.

Alma Pœnis virginem significabat. 411.

Ανθρωποπάθεια quomodo Deo tribuatur. 168.

Angelis Dei nomen qua ratione indatur. 145.

Angelus fœderis apud Malachiam quis. 164.

Anima Messiæ ubi degat. 454.

Animalia immunda quæ ante diluvium dicantur. 553.

Appellativorum nominum apud Hebræos ratio. 280.

Argumentis validis adversus Judæos pugnandum. 84.

Αρχων quis proprie dicatur. 279.

Authentica scriptura quæ appelletur. 523.

B.

BLasphemiæ Judæorum in Christum. 52.
Bonifacius II. Pontifex suam constitutionem ipse comburit. 34.
Bullæ Cœnæ Dominicæ in hæreticos eorundemque libros censura. 40.
Buxtorfius notatur. 202. 218. 528.

C.

CAncellarii num semper sedeant ad pedes Principum. 286.
Causabonus notatus. 66.
Catechesis pro convertendis Judæis. 478. seqq.
Ceremoniales Judæorum leges sunt abrogatæ. 545. seqq.
Christi miracula non sunt conficta. 505.
Christi adventus in carnem cur dilatus. 197.
Christi resurrectio & ascensio in cœlos. 491.
Christi descensus ad inferos. 196.
Christi officium. 485.
Ciborum V. T. discrimen abrogatum. 552.
Circumcisionis ritus in N. T. sublatus. 551.
Computationum Judaicarum circa Messiæ adventum ineptiæ. 614.
Conciones ad convertendos Judæos quomodo comparatæ esse debeant. 90. 101.
Concionum apud Judæos habitarum exempla. 345. seqq.
Consuetudo testibus probanda. 594.
Conversio hominis quomodo peragatur. 206. seq.
Conversionis Judæorum spes superest. 88.

D.

DAnielis Hebdomadæ quomodo accipiendæ. 608.
Dei unitas probatur. 121. seq.
Dei nomen quomodo Angelis tribuatur. 145.
Descensus Christi ad inferos. 196.
Desponsationes qua ætate peragi queant. 392.
Divinitas Messiæ probatut. 150.
Discentium Docentiumque apud Judæos habitus. 265.
Drusius notatur. 128.

E.

EQuitatu veteres Judæi non admodum usi, bene autem posteriores. 283.
Eliæ adventus quomodo ex sententia Judæorum se habeat. 540.

Fabia-

F.

FAbianus Fioghi notatur. 413.
Fabulæ habentur in Talmude. 61.
Ferdinandi Francisci Engelsberger scelera & supplicium. 189.
Filii vox quas habeat significationes. 159.
Fœminæ ad imaginem Dei creatæ sunt. 471.
Fœminæ Prophetissæ. 474.

G.

GAle Rasja liber extat. 221.
Gemara quid. 56.
Gentilium nominum apud Hebræos proprietas. 281.
Grotius notatur. 277.

H.

HÆreticorum scripta legere licet. 37.
Hebdomadæ Danielis quomodo accipiendæ. 608.
Hierosolymitani templi portæ quando sponte fuerint patefactæ. 311.
Horebi montis inscriptio examinatur. 429.

I.

JEhovæ nomen quid denotet. 147.
Jesuitis Pontificatum Ecclesiæ Romanæ concedere periculosum. 37.
Idiomatum in Christo quæ sit communicatio. 470.
Imago Dei in homine qualis. 172.
Immensitas Dei probatur. 466.
Immunda animalia quæ ante diluvium dicantur. 553.
Incarnationis mysterium. 470.
Infinitas Dei probatur. 474.
Inquisitionis Hispanicæ circa libros censura. 48.
Johannes Maria Vincentius notatur. 415.
Josephus Historicus commendatur. 67.
Josua precationem Judæorum composuisse dicitur, quæ etiamnum extat. 221.
Judæorum felicitati Deus semper obicem ponit. 241.
Judæorum hodiernus per orbem status. 213.
Judæos Christianis tolerare licet. 242.
Judæorum conversionis spes superest. 88.
Julianus Imperator frustra potestatem fecit Judæis reædificandi templum. 226.
Judæorum solemnes preces num blasphemias in Christum contineant. 215.
Judæorum miseria. 495.

K.

Kircheri inscriptio montis Oreb examinatur. 429.
Karræorum Secta. 595.

L.

LActis in nutriendis infantibus usus. 388.
Landrianus notatur. 390.
Legis scriptæ perfectio. 585.
Legis oralis nulla. 584. 586.
Legio Romana quot milites fuerit complexa. 285.
Legum Mosaicarum discrimẽ. 544.
Librorum censura Romæ negligentius sæpe peragitur. 19.
Lightfootus notatur. 312.
Limbus Patrum ubi. 193.
Liskat Haggasit. 325.
Literarum elementa quando fuerint reperta. 289.

M.

MAgiæ species. 15.
Magici libri tollendi. 16.
Maimonides notatur. 586. 599.
Matrimonium qua ætate contrahere liceat. 393.
Medrasch Tillim emendatur. 225.
Melanchthonis Locorũ Communium in Italia fatum. 18.
Menasse ben Israël notatur. 209.
Messiæ anima ubi degat. 454.
Messias qualis esse debuerit. 493.
Messias unus tantum promissus est. 500.
Messiam quæ vaticinia Veteris Testamenti designent. 631.
Messiarum fictitiorum exempla. 233.
Metaphoris caute utendum. 188.
Messiæ adventum computandi Judæorum mirus labor. 614.
Militia veterum Judæorum tantum ex peditibus constabat. 283.
Miraculorum V. T. numerus. 384.
Miracula Apostolorum neutiquam sunt ficta. 505.
Miracula Mosis neutiquam sunt ficta. 504.
Mirjamis sororis Mosis prærogativa. 474.
Mischnæ compilatio. 55.
Moses primus literas adhibuit. 289.
Mosis librorum autoritas. 502.
Mosis Amyraldi probationes Trinitatis ex V. T. 140.
Muhammedanæ religionis extensionem male Christianis Judæi objiciunt. 509.
Muhammedanam religionem qui confutarint. 46.

Muhammedani credunt Christum ex virgine natum. 445
Mundi figura rotunda. 571.

N.

NOminum propriorum apud Hebræos proprietas 280.
Novi Testamenti librorum αὐθεντία probatur. 510

O.

OMnipotentia Dei probatur. 468.
Omnipræsentia Dei probatur. 468.
Omniscientia Dei probatur. 467.
Orebi montis Inscriptio examinatur. 429.

P.

PAssagia Judæis magnarum calamitatum causæ 53.
Pastores suos quos vocent Judæi. 202.
Patriarchæ qui Judæis dicantur. 200.
Peccatum originis quomodo fuerit propagatum. 482.
Pelagianos damnavit Ecclesia. 206.
Philo Judæus notatur. 132. 566.
Philologia Sacra Theologiæ ancillatur. 85.
Pœnarum capitalium apud Judæos gradus. 311.
Pœnitere quomodo Deus dicatur. 206.
Pœnitentia sola iræ Divinæ satisfacere nequit. 499.
Pontificibus Romanis debebat competere facultas designandi successores. 34.
Porcina carne cur Judæis frui prohibitum. 555.
Præsidum Provinciarum apud Romanos qualis potestas fuerit. 299.
Prodigium & Signum quomodo differant. 386.
Prophetarum de Messia vaticinia. 631.
in Provinciam redigere quid Romanis notet. 315.
Pseudo - Messiarum exempla. 233.
Puellæ Judæorum quo ritu initientur. 200.
Puellæ nomen competit etiam majorenni. 396.

R.

RAtionis usui quantum in rebus fidei tribuendum. 126.
Resurrectio Christi quare fuerit necessaria. 491.
Reges Judæorum summo jure imperabant. 278.
Regibus Hebræorum num inflicta fuerint verbera. 277.

Romanæ Ecclesiæ studium in convertendis gentilibus. 89.

S.

de SAbbato Judaico disquisitio. 558.
Sabbati cultus cum orbis incunabulis cœpit. 563.
Sabbati cultus apud Christianos qualis. 564.
Sabbati cultus num de die in diem transferri possit. 570.
Sacerdotale Christi munus. 487.
Sacrificium quomodo Christus dicatur. 487.
Sacrificia V. T. abrogata sunt. 549.
Samaritani Codicis autoritas elevatur. 270.
Samuel verus nequaquam Sauli apparuit. 197.
Saram supra Abrahamum extollunt Rabbini. 474.
Sceptrum Belli Ducibus quoq; tribuitur. 275.
Sceptrum Regiæ potestatis insigne. 276.
Schechinæ variæ migrationes. 322.
Schilo unde dicatur. 380.
Scripturæ Sacræ perfectio. 512.
Signum & Prodigium quomodo differant. 386.
Semipelagiani ab Ecclesiæ damnati. 207.
Septimanæ Danielis quomodo accipiendæ. 608.
Spiritus S. Deitas probatur. 165.
Sponsalia quæ ætate contrahi queant. 392.
Stantes olim discipuli discendæ legi operam dabant. 265.
Supplicium quomodo Christi mors dicatur. 489.
Synedrii Senatores quales esse debuerint, 16.
Synedrii autoritas quando collapsa. 309.
Synedrii variæ migrationes. 322.
Synedrium superfuit usque ad Hierosolymorum excidium. 316.

T.

TAlmudis vox varie accipitur. 56.
Talmud comburitur. 11. 54.
Talmud quomodo usui esse possit Christianis. 65. 581.
Talmudicorum Doctorum dissidia. 70. 587.
Templum Judæorum in Ægypto. 377.
Traditiones Judaicæ rejiciuntur. 580.
Trinitatis mysterium probatur. 140.

V.

VAticinia futurorum insunt Libris Veteris & Novi Testamenti. 510.

Vaticinia V. T. in Christo fuere impleta. 631.

Veritatis encomium. 538.

Versio nulla Sacrarum Literarum adamussim perfecta. 522.

Veteris Testamenti Librorum αὐθεντία probatur. 502.

Virginitatis apud Judæos explorandæ modus. 400.

Virgines apud Orientales secretæ tenebantur. 397.

Vnctio Regum Judaicorum quando adhibita. 611.

Voluntas in Christo duplex. 180.

Vsuræ Judæorum damnantur. 534.

Vulgatæ Versionis in Ecclesia Romana quæ sit autoritas. 523.

X.

XImenius Muhammedanorum libros comburit. 13.

Z.

ZEli judicium quale fuerit. 301.

FINIS.

ADDENDA.

Pag. 18. *Exemplaria autem esse suppressa & combusta.*] Aliquid fere ejusmodi apud nos in Germania accidit vernaculæ Novi Testamenti versioni Germanicæ quam Lutherus dederat, juvatq; de ea re ipsius verba, ex Epistola vom Dolmetschen/ recitare? Wier haben je gesehen den Sudler zu Dresen/ der mein Neu Testament gemeistert hat/ (Ich wil seinen Nahmen in meinen Büchern nicht mehr nennen/ so hat er auch nun seinen Richter/ und ist sonst wol bekant) der bekennet / daß mein Deutsch süsse und gut sey/ und sahe wol/ daß ers nicht besser machen kont/ und wolt es doch zu schanden machen/ fuhr zu und nahm für sich mein Neu Testament/ fast von Wort zu Wort / wie ichs gemacht habe/ und thät meine Vorrede/ Glosse und Nahmen davon / schrieb seinen Nahmen/ Vorrede und Glosse dazu/ verkauft also mein Neu Testament unter seinen Nahmen. Wanne/ lieben Kinder/ wie geschah mier da so wehe / da sein Lands-Fürst mit einer greulichen Vorrede verdammt / und verbot des Luthers Neu Testament zu lesen/ doch daneben gebot / des Sudlers Neu Testament zu lesen / welches doch eben dasselbige ist / das der Luther gemacht hat. Und daß nicht jemand hie dencke/ ich löge / so nim beyde Testament für dich/ des Luthers und des Sudlers / halt sie gegeneinander / so wirstu sehen / wer in allen beyden der Dolmetscher sey. Denn was er in wenig Orthen geflickt und geändert hat/ (wiewol mir nicht alles gefället) so kan ichs doch wol leiden und schadet mir sonderlich nichts/ so viel es den Text betrift / darum ich auch nie dawieder hab wollen schreiben / sondern hab der grossen Weisheit müssen lachen / daß man mein Neu Testament so greulich gelästert / verdammt / verboten hat/ weil es unter meinen Nahmen ist ausgangen / aber doch müssen lesen/ weil es unter eines andern Nahmen ist ausgangen.

Pag. 47. *Edidit autem postea Theodorus Bibliander.*] Adornavit quoque Alcorani Latinam versionem Johannes Albertus

Widme-

Widmestadius, pollicitusque est Johanni Ottoni Bibliopolæ Norimbergensi se illam ei propediem ad edendum missurum. Sic ipse testatur in literis, præfixis Alcorani Epitomæ, quam ab Hermanno Nellingaunense ex Arabico Latinam factam, Byzantioque acceptam, A. 1543. publicavit, ac Ludovico Palatino inscripsit.

Pag. 57. *Imo, nec quicquam quod valde a ratione sit alienum.*] Sufficiant hæ Mischnæ laudes; modum enim omnem ac veritatem summopere excedit, quod Antonius Margarita lib. de Fide Judaica cap. de Scenopegia, circa Mischnam pronunciavit, nihil profani ibi contineri. Verba ineptissima hominis insulsi, & quibus tum illud videtur agnoscere, potuisse ante Christum & Christianos natos, in hos non minus quam illum Judæorum calumnias cadere, tum vero Mischnam quoque ipso Christo antiquiorem facit, sunt: Talmud den sie גמרא (Gemara) nennen/ ist nach Christus Geburth gemacht worden/ auch alles/ was wieder Christum/ Christen/ und Christlichen Glauben/ ist hernach gemacht/ denn der Thalmud der vor Christus Geburth ist gemacht worden/ heist משניות (Mischna) in denselben wird nichts ungöttliches gefunden.

Pag. 79. *Aliæ Viri occupationes impediverunt.*] Refer huc, quod Eruditissimus Vir, & Angliæ ornamentum, Eduardus Pocockius in c. 8. Notarum ad Portam Mosis, bene multa, quæ Inquisitores ex Kimchianis in Prophetas Commentariis tanquam in Christianam religionem injuriosa, eraserant, iterum restituit.

Pag. 89. *Ab omni memoria pauci soliciti fuerunt.*] Hutterus in præfat. quam Tomo Epistolarum Novi Testamenti, editionis suæ, præmisit: Es nimt mich nicht wenig Wunder / weil die Christenheit nun über die 1500. Jahr gestanden/ und das H. Evangelium vom HErrn Christo/ der nach den Fleisch vom Stamm Juda/ und den heiligen Aposteln / als Ebreern und Juden bekommen / daß man nit eher demelben zu ehren/ solch Werck der Ebreischen und andrer Sprachen (in selbige das Neu Testament zu übersetzen) vor die Hand genommen/

 damit

damit dann mercklicher Nutz und Frommen bey Christen/Juden/Türcken/ Tartern/ Heyden und Unchristen/ sonder allen Zweiffel hette können geschaft werden. Mich düncket warlich/ es sey nicht der geringsten Sünde eine/ darum in der Christenheit bis daher solch jämmerlich Gezänck gewesen/ als daß man die Schrift und Sprachen verachtet/ und verlassen hat/ daraus und davon alles Heyl und Wolfahrt entsprossen/ und daß man dem Jüdischen Volck/ das über die 1500. Jahr solche schreckliche Straffe erlidten/ und noch leydet/ nicht mit mehrern Ernst und Eyfer zu helffen gedacht. Ja es ist gros Wunder/ daß GOtt solche grosse Undanckbarkeit und Verachtung der Heyligen GOttes Sprachen nicht gleich den Juden gestraft hat.

Pag. 411. *Quod tamen, num ubique factum sit, in medio relinquimus.*] Fatendum enim, longe aliter Petitus quam fecit, Plautinos versus interpretari Virum suspiciendæ eruditionis, Samuelem Bochartum in Phaleg. part. 2. l. 2, c. 6.

Pag. 426 *Quam Annalibus suis intexeret.*] Placuit tamen, Vincentius quam narrat fabula, Hieron. Xavierio, cum erroris auctario ab eodem relata in Historiam Christi Persicam, hac sententia: *Quidam ex Sacerdotibus, nomine Simeon, Legis peritus erat, & Judæorum Doctor, qui in Schola Hierosolymitana sacros libros interpretabatur. Quumq; ad illa Esaiæ verba venisset: Ecce* עלמה *concipiet & pariet, & ex voce illa* עלמה *post attentam considerationem modi Scripturæ Hebraicæ cognovisset, fore, ut virgo in statu virginitatis pareret, errorem Scribæ esse affirmavit, & ne discipulis error cresceret, delevit Vau, ne ex his literis tenerentur credere, virginem manente virginitate parituram. At postridie in Scholam reversus, erasam literam restitutam reperit. Erasit denuo. Denuo restitutam invenit. Id tertio factum. Quum autem timens Dei esset, summis ab eo votis contendit, arcanum illud sibi ut detegeret. Angelus præmissa gravi increpatione, quod Scripturas interpolare fuisset ausus, annunciat fore, ut vere virgo in statu virginitatis pariat, utq; eam & Meßiam oculis intueatur ante mortem.* In istud dictum, hac censura merito animadvertit Ludovicus a Dieu. *Nescio an Christianus sit, cui animus ad tam turpe commentum*

non

non horret. Tantamne impietatem in ſacrum Dei verbum commiſerit probiſsima illa anima? & tertium repetiverit? Laudo Jeſuitam Barradium, cui hæc diſplicent. Refert Conc. Evang. Lib. 1. *l.* 10. *c.* 2. *Beauxamem ex Egeſippo iſthæc narrare, at ſe ea apud Egeſippum non repeриſſe, & certo eſſe Apocrypha. At Xaverio ſunt Evangelica: qui porro inepte narrat, literam Vau fuiſſe eraſam, cum Beauxames referat id de* ה *Emphatico dictionis* העלמה *Vnde vero tu, ex Sacerdotibus, & doctorem legis illum fuiſſe certus es? Sic quidem opinati ſunt Cyrillus, Epiphanius, paucique alii. At, negant Euthymius, Theophylactus & alii, quibus aſſentitur Barradius l.* 10. *c.* 2. *Et cum Lucas divinitus indicatum ipſi a Spiritu S. fuiſſe narret, cur tu Angelum ad eum miſſum dicis? Ex Nicephoro id habes. Sed tanquam Apocryphum & falſum Barradius id merito rejicit.*

Pag. 540. *Aut urbs non dicam.*] Sane, illud urbis Hieroſolymitanæ ſpatium, utut ampliſſimum, tamen nimis anguſtum foret, quod ei circa Meſſiæ adventum aſſignavit R. Joſua Levi filius, & de quo ſic proditum eſt, in Peſachim fol. 50. a. והיה ביום ההוא יהיה כל מצילות הסוס קדש ליי׳ מאי מצילות הסוס א״ר יהושע בן לוי עתיד הקב״ה להוסיף על ירושלם עד ש שהסוס רץ ומציל: i. e. (Legitur Zach. 14. 20.) *Et futurum erit, ut die illo omnis umbra equi ſancta ſit Domino.* Quomodo illud de umbra equi capiendum? Reſpondet R. Joſua filius Levi, Deum Benedictum Hieroſolymas tantopere producturum, ut equus (*ſummo mane inde a principio urbis*) currens, (*non prius ad finem perventurus ſit,*) quam (*locum ſubjectum*) inumbrat, (*quod nempe fit circa plenum meridiem.*)

ספר נצחון
ישן נושן :

LIBER NIZZACHON
Vetus.

Ex Ms. BIBLIOTHECÆ ARGENTORATENSIS.

NIzzachon, *quod* Victoriam *notat, tum communis inter Judæos omnium Librorum quos adversus Christianam Religionem conscriptos tenent, quocunq; tandem alio peculiari nomine illi designentur, appellatio est, tum aliquorum in eo genere propria. Ex posterioribus, unum aliquem in lucem protrahere nitebatur, multæ eruditionis Vir,* Wilhelmus Schickardus, *cujusdam R. Mattathiæ autoris. Quem conatum cum mors strinxisset sufflamine, postea Præceptor quondam noster, itidemq; Doctissimus Vir*, Theodoricus Hackspanius, *in edendo Lipmanniano Nizzachon destinata perfecit. Hujus nos exemplo, &, quia, ceu in Præfatione abunde demonstravimus, sic fieri rei Christianæ interest, nunc producimus alium, Hackspaniano uti antiquiorem multo, ita & longe nequiorem, ac plane talem, quem omnia secula obstupescent. Habuit eundem hunc librum* Sebastianus Munsterus, *ex eoq; complura Fragmenta Commentariis in Vetus Testamentum, & Matthæi Hebraicum Evangelium quoniam inseruerat, ideo pridem desiderium cepit Eruditos, integro scripto potiundi. Cl. Buxtorfius in Synagoga Judaica c. 3, & alibi, mentionem ejus injiciens, Lipmannum autorem existimavit, sed perperam omnino, & nomine deceptus. Nam, vel secundum ipsum Buxtorfium, Lipmannus non nisi seculo post Christum natum XV. vixit, at, qui præsentem composuit librum, nisi fallor, duodecimo Seculo infelicem vitam agebat, vel circiter; idq; in occulto sic conjecturo quia nullum hac ætate juniorem ex Rabbinis memorat, cum tamen antiquiorum quorundam, & alicujus qui undecimo Seculo inter suos floruit, injiciat mentionem. Cæterum communicavit hunc mihi ex Argentoratensi Bibliotheca, cum in ea urbe ante annos complures, Illustrissimo AUGUSTO HARTECKIO COMITI Inspector adjunctus, morarer, Theologus magni nominis, & quem mecum omnes Boni colunt*, Sebastianus Schmidius, *describendi faciens potestatem, hortansq; editionem aliquando pararem. Est hoc exemplar Argentoratense non admodum vetustum, atq; glossemata quædam ibi adjecta, liquido ostendunt, scripsisse illud Christianum hominem, sive origine sua talis is fuit, sive per factam a Judæis secessionem. Munsterianus Codex præ hoc minus erat emendatus, sed tamen & hunc ipsum sæpe laborantem deprehendi, quamobrem quædam obiter emendavi, graviores aliquos errores intactos relinquens, quod nollem ad librum tam fœdum repurgandum ingenii nervos intendere. Scateat enim, licet, mendis, qui totus refertus est mendaciis, quiq;, ut de Librorum Novi Fœderis dictis nihil dicam, ipsa Veteris Testamenti testimonia mire corrupta ac depravata passim exhibet, idq; ex industria Autoris, nullo Scribarum vitio: unde & aliqua pronunciata pro divinis obtrudere laborat, quæ nuspiam in Sacro Codice comparent. Tantum Relligio potuit suadere malorum! Doleamus vicem Judæorum, mi LECTOR, quibus hic abortus Satanæ in deliciis, & DEUM oremus, mentem saniorem iis præstet.*

Feliciter

בטוב גרא אחל
לכתוב ספר
הנצחון
עמ״י עש״ו
בנ״לד
ולאין אונים עצמה ירבה ;

Feliciter incipiam ſcribere Librum
VICTORIAM!
Auxilium meum a Domino,
qui fecit Cœlum & Terram.
Benedictus ſit, qui largitur defeſſo virtutem;
Et defecto viribus robur copioſe ſuppeditat.

בראשית:

Paraſcha Bereſchit.

גוי אחד פיקר ושאל ליהודי למה לא פתח הק״בה את תורתו אלא כתיבה בראשית מפני שרמז בו בן רוח אב והשיב לו היהודי אתה דרשת ברא״א לפי רצונך תגמור את התיבה ותמצא שי״ת וזהו גם כן ראשי תיבורת וידעתי להחזיק האמת ; ועוד יש להשיב אם אתה יודע עומד בטעותך לדרוש נגד תורתינו אז יש לי תילי תילים להשקיט טעותך עם האמת בעזרת הש״י גם * בראשית תיבות:

QVidam Chriſtianus vitilitigans, quærebat ex Judæo: Ecquare haud alia, quam voce בראשית (*In principio*) Deus Legem ſuam exorſus eſt? Nimirum voluit (*tribus primoribus literis*) indicare voces בן רוח אב (*Filius, Spiritus, Pater.*) Reſpondit ei Judæus: Tute literas ברא pro libitu tuo explicas, abſolve mihi verbum, & reperies שית quæ literæ per totidem voces quoq; poſſunt exponi, & in promtu mihi, confirmare veritatem. Amplius reſpondere licet: Quod ſi tu in errore tuo perſiſtis, ad faciendum explicationem contra legem noſtram, ſuppetunt mihi acervi plurimi ſimilium argutiarum, quibus errorem tuum, nixus Divino auxilio, ſimiliter per abbreviata vocum capita, vere retundam.

* בראשי

ועוד פיקר למ״דה פתח הקב״ה את התורה בבי״ת ולא באות אחרת אלא בוודאי רמז שתי רשויות שהן אב ובן וכנגדן אמר דוד אלי אלי למה עזבתני ; וכנגדן

Amplius, nequiter inſtabat: Cur Deus Legem ſuam litera ב nec alio elemento incepit? Scilicet, dilucide hoc ipſo indicatur, eſſe duas ſummas poteſtates, Patrem & Filium. Atque earum reſpectu dixit David (Pſ. 22, 2.) *Deus mi, Deus mi, quare me deſeruiſti?*

תמצא בכמה מקומות יי׳ אלהים לשם אחד : וא״ת היכן השילוש הרוח לא החשיב כי הוא מעורה בשתיהן באב ובבן : והוא עניין ממוצע ביניהם · וכמו כן אתם אומרים משתי מדות דין ורחמים ומדרת חסד מכרעת וממצעת : על זה יש להשיב לכן פתח בעזרת* הדברות באנכי באל״ף להודיע לכל כי הוא אחד ואין שיני לו ואינו נחלק לגופים ומדותיו אינם זקינים זה מזה כדרך שהאב זקן מן הבן ואין פירוד שהאב דר בשמים והבן ירד לארץ : ולהדריך שיש ב׳ רשויות שוים בזקנה ובגדולה ובחכמה א״כ זה יגזור אומר וחבירו* יעד : או זה ישלח שובע לעולם וזה ישלח רעב :

*Legendū בעשרת

*adde לא

Nec aliam ob causam toties scriptum reperitur, *Dominus Deus*, conjuncto nomine. Quod si autem dicas; unde hic Trinitas? Noveris, ideo nullam Spiritus fieri mentionem, quia is ex utroque emanat, ex Patre nimirum, & Filio, estque res inter ipsos media. Nempe, sic vos quoque de Divinis attributis Justitia & Misericordia dicitis, Benignitatem æquilibrium inter eas facere, & medium. At, his respondendum: ideo decem Præceptis cum vocis אנכי litera א dedit initium, ut omnibus significaret, ipsum unum esse, nec existere illi secundum, nec dividi in personas, nec Attributorum ejus aliud alio esse antiquius, prout pater filio est antiquior; nec admittere ipsum separationem, ut pater in cœlo agat, & filius descenderit in terram. Tua autem opinio secundum quam duas constituis summas potestates, æquales duratione, magnitudine & sapientia, si vera fuerit, una aliquid decernet, socia vero nolet assentiri: una immittet orbi annonæ copiam, & altera famem.

Gen. I. 1. בראשית ברא אלהים: אם יאמרו המשומדים (ר״ל היהודי׳ הנטבלי׳) למה כתוב אלהים לשון רבים היה לו לכתוב אלוה לשון יחיד אלא ודאי שניים הם אב ובן ; וי״ל אלהים לפעמים לשון יחיד הוא כשהוא מפורש בפנים : כמו ראה נתתיך אלהים לפרעה : וגם יש לומר לשון כבוד הוא שהשרים שהם בשר ודם עוד היום הם נוהגים לכתוב ליחיד לשון רבים

In principio creavit אלהים Si dicant Apostatæ, sive Judæi baptizati: Quare scriptum est אלהים numero plurativo? utique scribendum erat אלוה numero unitatis, (*si nulla locum in Divinis habet pluralitas. Cum ergo hoc postremum factum non sit,*) manifeste infertur, duo esse (*principia*,) Patrem & Filium. Respondendum: אלהים interdum de uno solo usurpatur, prout infra amplius explicabitur; atque hoc sensu adhibita vox in illo (Ex. 7, 1.) *Ecce constitui te* אלהים *Pharaoni*.

Amplius

אנו פלוני ופלוני : וכש״ לקרא ל
להקב״ה עצמו דרך כבוד ולעולם
יי׳ אחד ושמו אחד כאשר מוכיח
לקמן ויברא ולא כתיב ויבראו
וכתיב נוטה שמים לבדי ורוקע
הארץ מאתי:

Amplius dicendum, esse honoris expressionem. Nam Principes, qui meri homines sunt, tamen in hanc usque diem in more habent, ut de se solitariis plurativum numerum adhibeant: Nos ὁ δεῖνα καὶ δεῖνα· Quanto igitur magis convenit, ut de Deo loquentes, hoc utamur elogio? Nihilo minus æternum Deus unus est, & nomen ejus unum, prout ex mox sequentibus patescit, nam, (*commate 21. & 27.*) & *creavit*, dicitur, non ויבראו *& crearunt*: Scriptum quoque est (Es. 44, 24.) *Extendo cælos solus, expando terram per meipsum.*

נעשה אדם: תשיב למשומדים
הקב״ה אמר לארץ נעשה אדם
ביני ובינך : תני משלך עפר ואני
משלי רוח כדמפרש ואזיל : וייצר
יי׳ אלהי׳ את האדם עפר מן
האדמה הרי מן הארץ: ויפח באפו
נשמת חיים הרי רוח מן הקב״ה
וזהו שאמר בצלמינו כדמותינו כא
בצלמך כדמותך עפר · ואני בצלמי
וכדמותי רוח וזהו שאמר בזיעת
אפיך תאכל לחם עד שובך אל
האדמה כי ממנה לוקחת ושלמה
אמר וישוב העפר אל הארץ כשהיה
והרוח תשוב אל האלהים אשר
נתנה:

Faciamus hominem. Responde Apostatis: Dixit Deus Telluri: Faciamus ego & tu inter nos Hominem. Da tu mihi, ex tuo pulverem; atque ego ex meo suppeditabo spiritum, unde porro sequitur in textu (commate 7.) *Et finxit Dominus Deus Hominem, ex pulvere terræ.* Ecce hoc e tellure est: *Sufflavitque in nares ipsius halitum vitæ*: Ecce tibi, quod Spiritus Deum autorem habet. Quapropter signanter dicitur (commate 26.) *Ad imaginem nostram secundum similitudinem nostram.* Hoc est: Secundum tuam imaginem & similitudinem, esto pulvis: & ego efficiam, ut secundum meam imaginem & similitudinem habeat Spiritum. Hanc ob rem dicitur (c. 3, 19.) *In sudore vultus tui vescitor cibo, donec revertaris in humum, cum ex ea desumtus fueris.* Salomo quoque ait, (*Eccles.* 12, 7.) *Redeunte pulvere in terram quemadmodum fuerat: Spiritu autem redeunte ad Deum, qui dederat illum.* *Gen. I, 26.*

נעשה אדם : אומרים המינים
נעשה שנים במשמע והן אב ובן:
תרחיהו והשב לו באמרת הדבר כ

Faciamus hominem. Dicunt Hæretici, verbum נעשה *Faciamus*, duos innuere, nempe Patrem

כדבריך כן הוא האב אמר לבן
בני תסייעני ונעשה אדם אני ואתה
ומרד הבן ולא רצה לעזור לאביו
והאב עשה האדם לבדו בלי עזרת
הבן ; דכתיב ויברא אלהים את
האדם ולא כתוב ויבראו : ויקצוף
על בנו ויאמר אם יבא היום
ותצטרך לעזרתי לא אעזור לך
כשם שלא עזרתני : וכשבא יומו
ונסקל ונתלה אז צעק בקול מה
אלי אלי למה עזבתני רחוק מישועתי
וגו' ובקש לו לעזרה אז אמר לו
האב כשבקשתיך לעוזריני לעשות
אדם מרדת בי ולא באת לעזרת
ה' ותושע לי ימיני ועשיתיו ולהיך
אף אתה עזור לעצמך כי לא אני
אעזורך : ועוד אם הוא אלוה למה
כיסה את עצמו בבשר ומפני מה
לא בא בפרהסייא לחדש תורתו
וליתנה בגלוי כדי שלא יטעו אנשי
אותו הדור ולא יכשלו בו באי ה
עולם : היה לו לעשות מעשיו
בגלוי וידועים וניכרים כדי שיהיו
הכל מאמינים בו : וגדולה האבידה
זו שאיבד בכיסוי זה יותר מן ה
הפריון שהרי באותו כיסוי נחלקו ה
עליו מאמינין בו לפי שפירש צא
עצמו מקודשה וטהרה ונטפל לו
אצל טומאות חמורות שבתורה:
ראה מה שכתוב במתן תורה

trem & Filium. Sic illos amolire, & reſponde: Vere, ita ſe res habet, prout ais: Dixit Pater Filio: Mi Fili, juva me, atque faciamus ego & tu hominem. At immorigerum ſe præbebat Filius, nec volebat Patri opem ferre, ergo ſolus Pater Hominem formavit, ſine Filii auxilio. Scriptum enim (commate 27.) *Et creavit Deus hominem*: Non vero ſcriptum: *Et crearunt.* Eam ob rem iraſcebatur Filio, dicebatque: Quando aderit dies, ut meo auxilio egeas, ſimiliter te non juvabo, prout mihi non fuiſti adjumento. Cum igitur fatalis Filio dies illuxiſſet, & lapidationis ac crucifixionis ſupplicium ſubiret, tum clamabat voce querula: *Deus mi, Deus mi, quare deſeruiſti me? longinquus a ſalute mea, &c.* poſcebatque ſibi opem Patris. Verum Pater, cum te ego precarer, inquiebat, ut me juvares ad formandum hominem, mihi inobediens eras, nec opem mihi tuliſti, ſed ſervavit me dextera mea, & ſolus illum ſine te condidi: proinde nunc tu quoque teipſum tuere, nam ego non tibi fero ſuppetias. Porro: Si Deus erat, quare ipſum ſe carne obtexit, & cur non palam venit ad Legem ſuam innovandam, & publice promulgandam, ne homines illius ætatis circa eum errarent, atq; ceſpitarent mortales? In aprico edere debebat opera ſua, ut innoteſcerent, atque ſic omnes in illum credituri erant. At vero, en tibi maximam jacturam! Nam plures hac diſſimulatione perdidit, quam quos ejus redemtio ſervavit. Nimirum, ob hanc diſſimulationem, ſeceſſum ab illo fecerunt

היו נכונים לשלשת הימים אל
תגשו אל אשה כי ביום השלישי
ירד ה׳ לעיני כל העם לכך קדשם
וזה איך הוא אלוה כשנכנס בתוך
אשה מלא זבל בבטנה וכמה ימים
השיבתו אמו כל ט׳ חדשים בבית
הכסא ובעת לידתו יצא מצוחן גם
ומטונף כרוך בשלייא ומתועב ב
ברמי לידה וזיבות : מה שמזהיר
התורה על הנדה ועל הזיבות וכל
היולדת שנ׳ שלושים יום ושלושת
ימים תשב ברמי טהרה בכל ג
קודש לא תיגע וכו׳ עד מלאת
ימי טהרה: הרי שלא ראוי לקרושה:
ואר״ת לא נטנף במיעית כי חדל
להיות למרים אורח כנשים ונכנס
רוח בתוכה ויצא בלי צער ובלי
טנוף דמים : וי״ל הלא אתם
מודים שהיא הביאה קרבן יולדת
שבא על הטומאה כי קרבן אחד
בא על המצורע ולזבה וליולדת
שני תורים או שני בני יונה : וא
ואותו יום שבאתה למקדש והביאה
קרבנה הם קוראין אותו היום
מאירה (ר״ל ליכ״ט מע״ס ליכ״ט מית״ה
בלשונם) וכנגד אותן מ׳ ימים
ששיהתה בנידה טומאתה מניתל
(ר״ל וויין אוכטן עד ליכ״ט מע״ס)

cerunt, qui in ipsum credere debebant, quia sanctitatem & puritatem a se segregavit, & iis impuritatibus, quibus nullæ in Lege Divina graviores sunt, adhæsit. Vide mihi, quid (Ex. 19, 15.) de Legislatione antiqua scriptum sit: *Estote parati in diem tertium, & ne accedite ad uxores.* Die enim tertio descendit Deus, inspectante omni populo, ideoque illos sanctificabat. Quomodo igitur iste Deus esse posset, qui fœminam plenum immunditie ventrem habentem, ingressus est? & quem toties mater illius, novem graviditatis mensibus, eo detulit, quo satura itabat? quique tempore nativitatis editus est inquinatus, & sordens, involutus secundinis, & abominabilis sanguine partus ac profluvii? Atqui jussit Lex, solicite cavere fœminas τὰ ἔμμηνα & fluxum patientes, itemque puerperas, de quibus scriptum est (Levit. 12, 4.) *Triginta tres dies maneto in sanguinis purgatione, nullam rem sacram tangito &c. donec completi fuerint dies purgationis suæ.* Ecce tibi, puerperam sanctitatis recipiendæ incapacem esse. Quod si dicat Adversarius: Non inquinatus fuit intra viscera ejus. Nam, cum in Maria muliebris consuetudo defecisset, intravit eam Spiritus, exivitque sine dolore, & sine sanguinis sorditie. Ad hæc respondere licet: Annon vos fatemini eam obtulisse sacrificium puerperarum, cujus immundities causa erat? Idem enim sacrificium offerebant leprosus, hæmorrhousa, & puerpera, par turturum, aut duos pullos columbarum. Eum itaque diem, quo templum visitans, sacrificium ipsa obtulit, vocant Luminosam, sive Lichtmeß / aut Licht-metten uti sua

lingua

כנגדן הם מתענין מ' יום שהרי
כתוב אשה כי תזריע וילדה זכר
וטמאה שבעת ימי' ושלושים יום
ושלושת ימים הרי מ' יום:

lingua loquuntur: & reſpectu dierum quadraginta, quibus impura & immunda fuerat, a feſto Natalitio (Weinachten) ad Feſtum Candelarum ipſi jejunant quadraginta diebus. Scriptum enim (Levit. 12, 2. 4.) *Mulier cum edit ſemen, ſi pepererit maſculum, immunda eſt ſeptem diebus: & triginta ac tribus diebus.* Vnde in ſumma proveniunt dies quadraginta.

Gen. II, 7. וייצר ה' אלהים את האדם:

פוקרים המינים על ב שמות
הללו ייי אלהים ואומרים הן אב
ובן: וי"ל לכך כתוב ויברא אלהים
את האדם והפיל השם האחד
להודיע כי הוא אחד ולא שניים:

Et formavit Dominus Deus Hominem. Hæretici in duobus iſtis nominibus ייי אלהים *Dominus Deus*, erroris patrocinium quærunt, contenduntque iis notari Patrem & Filium. At, dicendum, ideo (c. 1, 27.) ſcriptum eſt: *Et creavit Deus Hominem*: uno tantum nomine Divino expreſſo, ut innuatur unum eum eſſe, non duplicem.

שאל לנוצרים מפני מה אינם
שומרים השבת והלא ביום
השביעי שבת אל מכל מלאכתו
וכתי' זכור את יום השבת לק
לקדשו ששת ימים תעבוד ועשית
כל מלאכתך וביום השביעי שבת
לייי אלהיך וגו' הפסוק וכתי' כי
ששת ימים עשה ייי את השמים
ואת הארץ את הים ואת כל אשר
בם וינח ביום השביעי על כן ברך
ייי את יום השביעי ויקדשהו:
ועל כורחך יום שבת שאנו
שומרים הוא יום שביעי שבו שבת
אל: ונהר סמבטיון יוכיח שאתם
יודעים שהאבני' שובתים ביום
השביעי ר"ל ביום השבת: ועוד
מדבריכם אתם נתפסים שאתם

Percontare Chriſtianos, quare Sabbatum non colant, & annon Deus illo die requieverit ab omni opere ſuo? Scriptum eſt (Ex. 20, 8. ſeqq.) *Recordare diei Sabbati, ut ſanctifices illum. Sex diebus operaberis & facies omne opus tuum, dies vero ſeptimus Sabbatum eſt, Domini Dei tui, &c.* Atq; pergens Scriptura, in hæc verba finit: *Nam ſex diebus perfecit Deus cœlum, & terram, mare, & quicquid eſt in eis, quievitq; die ſeptimo, idcirco benedixit Deus diei Sabbati, & ſanctificavit illum.* Atq; velint, nolint, fateantur neceſſe eſt, diem Sabbati, quem nos colimus, eſſe illum ſeptimum diem quo Deus requievit. Confirmat hoc vel ipſe fluvius Sambatjon, cujus lapides, quos volutat, ſciunt ipſi conſiſtere ſeptimo die, hoc eſt

Sabba-

קוראים אותו ספטם דיאי: ספטם הוא שביעי דיאי הוא יום וקוראין אותו יום שביעי: ואם תאמר שהחליפו התלוי (ר״ל המשיח) ביום ראשון שאתם* קורין אותו רימיילא * מ״מ שאתם עושים מלאכה בשבת שהזהרכם המקום בלי לעבור בו אתם עוברים על דברי משה וסותרי׳ דבריו: ועוד אף לדבריהם שהחליפו א את השבת ליום ראשון (ר״ל זונטאג) למה אינכם סוקלים באבנים המחללין אותו כמו שעשו בני ישראל במדבר למקושש עצים ביום השבת על פי הדיבור (ר״ל על פי הקב״ה) ועוד פוקרים בזה ויכל אלהים ביום השביעי כו׳ משמע שביום השביעי סיים מלאכתו: תשובתו בצידו: וישבות ביום השביעי מכל מלאכתו אשר עשה: ויקדש אותו כי בו שבת מכל מלאכתו וגו׳ וכן פירושו כי בו שבת שהרי סיים מלאכתו ביום הששי ולא היה לו לעשות מאומה כי כלה וסיים ביום הששי ושבת ביום ז׳:

Sabbato. Quin & veſtra vos capiunt verba: Vos enim Sabbatum vocatis ſeptimum diem: nam quod nobis שביעי eſt, id vobis *Septimum*, & יום vobis *Dies* dicitur, vocatis itaque Sabbatum Diem Septimum. Quod ſi dicant, Crucifixum, ſive Meſſiam, permutaſſe hunc cum die primo, quem ipſi Diem Solis appellant; objectandum; nihilo minus, quia Sabbato opus facitis, quo Deus laborare prohibuit, verba Moſis transgredimini, eaque infringitis. Amplius: Eſto, permutaſſe illum, prout dicitis, Sabbatum cum Die Solis, quare non lapidatione animadvertitis in eos, qui eum profanant, prout Iſraëlitæ dum in deſerto agebant, punivere colligentem Sabbato ſtipulas, ex præcepto oraculi, ſive oris Divini? At, ipſi, ſic quoque errori ſuo patrocinantur. (*Scriptum eſt inquiunt*, Gen. 2, 2.) *Et perfecit Deus die ſeptimo &c.* Ergo hinc colligas, ipſum die ſeptimo opus ſuum conſummaſſe. Verum Reſponſio ſtatim ibi adjicitur, verbis: *Et quievit die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod fecit: & ſanctificavit ipſum, quia eo quievit ab omni opere ſuo.* Vbi verbis, *quia eo quievit*, ſignificatur, jam die ſexto compleviſſe illum opus ſuum, nec quicquam ſuperfuiſſe quod ageret, quia omnia finiverat & abſolverat die ſexto, atque ſic requieviſſe die ſeptimo.

* Fortaſſe שהם

* Fortaſſe דיאס סולים

תשאל למינים כתוב בפרשת בראשית שאמר יי׳ הן האדם היה כאחד ממנו וגו׳ עד וחי לעולם: כך תשאל לו: מה היה

Quærito ex Hæreticis: Scriptum eſt Gen. 3, 22. dixiſſe Deum: *Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis* &c. usque ad: *& vivat in æternum*: Hinc quærito, inquam:

חושש הקב״ה ומה איכפת ליה אם חיה האדם לעולם והלא מנהג העולם שאין אדם חפץ שיתכלו מעשיו אם נטע כרם או אילן לא רוצה שיבש אם בנה בית לא רוצה שיפול אלא לפי שראה הקב״ה שעתיד ישו להטעות העולם ולומר שהוא אלוה אמר הקב״ה מוטב שימותו בני אדם וישו יתלה בעץ אחד ואל יאכל מעץ החיים וידעו כל באי עולם כי לא אלוה הוא :

לך לך

Gen. XIV. 18. ומלכי צדק הוציא לחם ויין והוא כהן לאל עליון
אומרים המינים שהוא רמז לישו ; הלחם רמז לגופו ; והיין רמז לדמו הנשפך : ונאכל גופו שלו ונתייסר בייסורין ; ועל כן שואלין מה רמז מלכיצדק לאברהם שנתן לו לחם ויין ; וי״ל רמז לו שעתידין בניו להקריב נסכים ומנחות ואם יאמר מה צורך זה שצוה הקב״ה וי״ל למה צריך שכתוב שור או כבש או עז או עופות ; ותכלת וארגמן ותולעת שני וזהב וכסף למה נאמר להקריב ; ולמה ציוה לקחת מראשית פרי האדמה : אלא אין הדבר אלא לשמור מצוותיו : כדכתי׳ החפץ ה׳ בעולה

inquam : Quid cruciabat hoc Deum, & quid ejus intereret, ne homo in æternum viveret ? Annon omnibus hominibus hæc mens, ut nolint opera ſua interire ? ſi quis vineam aut arborem plantavit, minime cupit ut exareſcat : Si domum exſtruxit, non deſiderat ejus ruinam. Scilicet viditDeus, venturum Jeſum, & decepturum orbem, dicendo ſe eſſeDeum; hinc Deus cogitabat : Vtile eſt ut homines moriantur,& ut Jeſus ex arbore ſuſpendatur, nec de arbore vitæ comedat, ut omnibus in orbe viventibus conſtet, illum minime Deum eſſe.

Paraſcha Lech Lecha.

Malki - Zedek autem protulit panem & vinum: *atq; ipſe erat Sacerdos Dei altiſsimi.* Dicunt Hæretici, iſta Jeſum reſpicere, & Panem quidem, notare corpus illius, Vinum autem ſanguinem effuſum : atque corpus manducari, & afflictionibus fuiſſe ſubjectum. Hinc quærunt : Quid indicare volebat Malki - Zedek Abrahamo, cum panem & vinum illi offerret ? Reſpondere licet, indicaſſe hunc, filios ipſius ſacrificaturos libamina & panes ſimilagineos. Quod ſi pergant quærere: Quæ neceſſitas poſtulabat, ut Deus hæc ſacrificia imperaret? Dicas licet : Ecquæ neceſſitas requirebat, ut Deus (*Lev.* 17, 3. *Ex.* 25, 1. 2.) boves, oves, capras aut aves, itemque hyacinthinum & purpureum, ac coccineum di-

וזבח כשמוע בקול ה׳ הנה שמו
מזבח טוב וגו׳ : ועוד יל״ לכן
אמר להקריב : כשאדם זובח בהמה
הוא חושב בלבו אני יותר בהמה
ממה שהיא שאני חטאתי ועל
החטא שחטאתי אני מביאה
ויותר היה ראוי לזבוח האדם
שחטא יותר מן הבהמה נמצא על
ידי קרבנו הוא יתחרט :

um dibaphum, aurum quoque & argentum sibi offerre juberet? aut ut (*Deut. 26, 1.*) præciperet offerri sibi ex primitiis frugum terræ? Nimirum omnia hæc unice tendunt, ad servanda præcepta illius. Cæteroquin scriptum (1. Sam. 15, 22.) *An delectaretur Dominus holocaustis & sacrificiis, ut cum auscultatur voci Domini? Ecce auscultare melius est sacrificio.* Insuper responderi potest: Hunc in finem Deus Sacrificia imperavit: Quando homo pecudem sacrificat, in animo suo secum cogitat, ego magis bestia sum, quam hæc præsens. Etenim ego peccavi, & ob peccatum quod ego commisi, hanc offero. Scilicet, magis æquum erat, ut homo qui peccaverat, quam ut bestia mactaretur: Sic igitur homo ope sacrificii pœnitere occipit.

במה אדע כי אירשנה :
ואם יקשה הרי אברהם לא
האמין בה׳ ולהלן הוא אומר
ויאמן בה׳ ויחשביה לו צדקה :
ויש להשיב דמה שהבטיחו לא
ירשך זה ישמעאל כי אם היוצא
מחלציך יירשך : ויוצא אותו החוצה
ואמר אם תוכל לספור הכוכבים
כה יהיה זרעך מזה יש להבין
שהאמין בה׳ : רק נביא היה
אברהם שנ׳ השב אשת האיש
כי נביא הוא : והוא הראה לו
ד׳ גליות של בניו וראה שיש
להם להאריך כל כך בגלות
רביעי ואמר שמא יהיו עם
מתייאשין מלצפות לגאולה על כן
שאל אות שידעו כולם שירשו
הארץ : עגלה זה מצרים שני
עגלה יפיפיה מצרים : ועז משולשת

Quomodo agnoscam me hæreditario jure possessurum eam? Gen. XV, 8.
Quod si quis objiciat: Ecce Abrahamus Deo fidem non habuit. Atqui, paulo tamen ante (*commate 6.*) de eo prædicatur: *Credidit Deo, qui imputavit hoc ei in justitiam.* Respondeto: Quia pollicitus ei fuerat (v. 4. 5.) *Iste* (Ismaël) *non erit hæres tuus: sed qui prodibit e lumbis tuis, is hæres tuus futurus est*: &, quoniam eduxit eum dixitque: *Si poteris numerare stellas, sic futurum est semen tuum:* Hinc evincitur, credidisse illum in Deum. Sed enim Propheta erat Abrahamus, unde (Gen. 20, 7.) de eo dicitur: *Restitue uxorem illius viri, Propheta enim est*: ostenditque, ei Deus quatuor exilia, quæ posteri ejus passuri erant. Cum autem videret illos tamdiu in exilio quarto permansuros, cogitavit, fortasse desperabunt præstolari

זה מלכות יוון : ואיל משולש
זה מלכות מדי ופרס שני האיל
אשר ראית בעל הקרניים מלכי
מדי ופרס: ותור וגוזל אילו ישמעאלים
שדשין בישראל כשור דמתרגמין
תורא: וגוזל אילו ישראל שני יונתי
בחגווי הסלע שמעבדין בהם :

ſtolari redemtionem ideo ſignum petiit, ut omnes noſſe poſſent, illos hæreditario jure poſſeſſuros regionem. Nempe vitula (*quam cap. 15. Geneſeos accipere juſſus eſt Abrahamus*) Ægyptum notat, nam ſic (Jeremias 46, 20.) *Vitula ſpecioſiſſima eſt Ægyptus.* Capra triennis, notat regnum Græcorum: Aries vero trienn[i]s Regnum Medorum & Perſarum, de quo (Dan. 8, 20.) *Aries [quem] vidiſti bicornis, eſt Regnum Mediæ & Perſidis.* (Capere quoque [j]uſſus eſt) תור *Turturem* & pullum columbarum. Ex his תור Iſmaëlitas reſpicit, qui Judæos triturant ſicut bos, is enim Chaldaice תורא dicitur: pullus autem columbarum Judæos deſignat, in quos convenit illud (Cant. 2, 14.) *Columba mea degens in foraminibus petræ:* quippe pro ſervis his utuntur (*gentes infideles.*)

Gen. XVII. ויהי אברם בן תשעים ונ
24. ותשע שנה בהימולו ואת״ * לא
* Inſerendum למה צ״יווהו קודם לכן לימול : וי״ל
כדי שיראו באי עולם וילמדו
ממנו אע״פי שהיה זקן לא נמנע :

Erat Abraham natus nonaginta novem annos cum circumcideretur. Si cauſam quærant Adverſarii, quare non prius juſſus fuit ſe circumcidere? Dicas eapropter (*Deum tam diu præceptum hoc diſtuliſſe*) ut cernerent mortales, diſcerentque, Abrahamum quamvis ſenem non recuſaſſe obſequium.

וירא אליו

Paraſcha Vajera Elav.

Gen. XVIII. 2. והנה שלושה אנשים נצ
נצבים עליו : המינים אומרי׳
ראה ג׳ והתפלל לאחד : והם
האב והבן ורוח הטומאה (ר״ל
ורוח הקודש) ראה שלושתן אחד
והתפלל לו : תשובה בזה תוכל
להכשילו ולדחותו במאמר פיו
ותאמר לו בוודאי ג׳ ראה אברהם
ולא השגיח בהם והתפלל לאחד

Ecce tres viros ſtantes coram eo. Hæretici dicunt: Vidit tres, & unum adoravit, iique ſunt Pater, Filius, Spiritus Immundus, quem ipſi Sanctum vocant, tres illos unius forma vidit, & eum adoravit. Reſponſionem ad eos impugnandos & propellendos, ipſa eorundem verba ſubminiſtrant. Dic ergo: Sane tres vidit Abrahamus, ſed illos neglexit, & unum adoravit, qui unus eſt, & nomen habet unicum. Atque idem

לפי שהוא אחד ושמו אחד : וכמו כן אנו עושים כי לפי דבריהם כך היה לו לומר ראה ג׳ והתפלל לו ׳דאז היה משמע ששלושתן היה אחד ולאותו אחד היה מתפלל אבל עתה כשאמר לאחד התפלל משמע שזה אינו בכלל שלושה ; ועוד י״ל וישא עיניו וירא והנה שלושה אנשים וגו׳ וירא וירץ לקראתם : מה צריך לומר פעם שנית וירא : אלא הראשון כמשמעו והשני ראיית הלב : הבין בלבו כי בני אדם הן : ודוגמתו וירא יעקב כי יש שבר במצרים מהיכן ראה אלא חשב בליבו כך : ואל תתמה מה שלא הכיר שהם מלאכים : כמו שאנו אומרים במעשה מנוח ותבא האשה ותאמר לאישה איש האלהים בא אילי ומראיהו כמראה מלאך האלהים נורא מאוד ולא שאלתיהו אי מזה הוא : אע״פי שבדמות מלאך נראה לה ואע״פי שאמר אם תעצריני לא אכל בלחמך ואע״פי שעלה בלהב אפילו הכי היו סבורים שבן אדם הוא וכ״ש אברהם שבדמות בני אדם נראו לו : ואם יחזיקו בטעותם שאב ובן ורוח הטומאה (ר״ל רוח

idem & nos facimus. Sic vero secundum mentem suam loqui debebant: Tres vidit, & illum adoravit: Nam hac ratione significaretur, tres illos unum fuisse, atque unum istum, eum adorasse. Nunc vero, cum dicant, Abrahamum unum adorasse, relinquitur, hunc non fuisse ex trium istorum cœtu. Amplius respondere licet: (Legitur in Scriptura loco allegato:) *Et sustulit oculos suos, & vidit, atq; ecce tres viros &c. & videns currit iis obviam.* Quid opus erat bis mentionem fieri visionis? Nimirum, priore loco *videre*, simpliciter notat videndi actum, posteriore, visionem mentis, quatenus mente perspiciebat illos homines esse. Similis locutio (Gen. 42, 1.) *Et vidit Jacobus esse annonam in Ægypto.* Vnde viderat hoc? Videlicet, sic cogitabat animo suo. Neque mireris, non cognovisse illum, quod fuerint Angeli. Nam sic in historia de Manoach (Jud. 13, 4,) legitur: *Tunc veniens mulier, ait marito suo: Vir quidam Dei venit ad me, cujus aspectus erat veluti aspectus angeli Dei, reverendus valde: sed non interrogavi eum undenam esset?* Etiamsi in forma Angeli ei apparuisset, & quamvis dixisset: *Si urgeres me, non comederem de cibo tuo*; quamvis etiam ascendisset in flamma, nihilominus existimabant hominem esse. Quanto igitur magis Abraham in eadem erat opinione, quia in forma humana illi apparuerant? Si autem omnino secundum

הקודש) היו למה נתן לחם
לפניהם לאכול וכי יש אלוה אוכל
ושותה : והלא במנוח כתיב אם
תעצרני לא אכל בלחמך וכאן
כתיב כן תעשה כאשר דברת
והוא עומד עליהם תחת העץ ויא
ויאכלו : ואם יאמר לך לכן נתן
להם לאכול רמז שיהא הבן נולד
מבן אדם ויאכל וישתה : א״כ למה
לא אמר לאחד אדוני אתה אכול
ושתה שאתה הבן : ועוד לדבריהם
כל שלושתן היה להיות גוף אחד
ואילו היו ג' גופיי ולא היו נדבקים
יחד : ועוד על כרחך אנו צריכים
לומר שהם ג' היו וג' שליחות
עשו : האחד בישר את שרה ואמר
למועד אשוב אליך וכו' ואין כל
מלאך אחד עושה שתי שליחות
להודיע כי אין מספר לגדודיו של
הקב״ה : ותדע שכן הוא שהרי הוא
אומר ויבואו שני המלאכים סדומה
בערב והיכן נשאר השלישי אלא
פירש מהן כשעשה שליחותו
כשבישר את שרה והשכים האחד
והפך את סדום : והשני הציל
את לוט שנ' ויאמרו המלט על
נפשך ולא אמר ויאמר : ואם

cundum errorem ipſorum, Pater, Filius, & Spiritus Impurus, qui Sanctus ipſis eſt, id fuere, quare cibum illis apponit? Itane Deũ invenire eſt, qui comedit & bibit? Atqui in hiſtoria de Manoach ſcriptum: *Si urgeres me, non comederem de cibo tuo*: hoc vero loco (v. 5.) legitur: *Ita facito ut loquutus es.* (Item. v. 8.) *Ipſe adſtabat illis ſub ea arbore comedentibus.* Quod ſi quis regerat: Ideo cibum illis appoſuit, ut innueret filium naſciturum ex homine, & comeſturum, ac bibiturum. Quæ ſi ita ſunt, quare non uni dixit? Tu Domine, comede & bibe, quia Filius es. Porro ſecundum ſententiam ipſorum, omnes tres debebant eſſe individuum unicum, at hic tria fuere individua, nec erant in unum conglutinata. Enim vero, neceſſe eſt fateantur, tres illos fuiſſe, ac tribus legationibus functos eſſe. Vnus nuncium attulit ad Saram, dicens: *Hac tempeſtate revertar ad te &c.* Non enim unus Angelus duplicem obit legationem, ut conſtet innumerabiles Deum habere Angelorum turmas. Atque colliges rem ita ſe habere, ex eo, quod (c. 19, 1.) dicitur: *Et pervenerunt duo Angeli Sodomam veſpere.* Vbi igitur tertius manſit? Nimirum receſſerat ab illis, poſtquam peregerat legationem ſuam, & Saræ (*quæ in mandatis habebat*) nunciaverat. Vnus ex his (*qui relinquebantur,*) mane Sodomam evertit. Alter liberavit Lothum, hinc (c. 19 17.) legimus: *Et dixit: Eripe vitam tuã:* nec legitur: *Et dixerunt* Quod ſi perquirat Adverſarius, quid ſibi velint illa (c. 18, 3.) *Domine ne quæſo prætereas a ſervo tuo?* Dicere licet, illum præcipuũ ex his compellaſſe, atque cæteros duos hoc ſermone comprehendi. Si quis autem quærat, unde noviſ-
ſet,

יקשה לך מהו דכתיב ארוני אל
נא תעבור מעל עבדך י״ל לגדול
שבהם אמר כך והשניים היו בכלל :
ואם יאמר היאך ידע איזה הגדול
מיהם : תשיב לאותו שהוא עובר
לפניהם שני׳ ויעבור מלכם לפנ
לפניהם : ועוד י״ל אברהם ביקש
מאת ה׳ ואמר אל נא תעבור
ממני אני צריך לילך לקבל אורחים
דכתיב ויקומו משם האנשים וילכו
סרומה ואברהם עודנו עומד ל
לפני יי׳ יש הוא יי׳ אחד :

והנה שלושה אנשים :

אומרים בעון גיליון ר״ל באוונגיליון
ג׳ ראה ולאחר התפלל ומהפכין
הענין על השלושה ואומרים שהם
האב והבן ורוח הקודש והן אחד
כדכתיב והנה שלושה אנשים
ויאמר ארוני אל נא תעבור לשון
יחיד וי״ל לפי דבריך הם ארבע :
עתה תאמר לי לאיזה מהם פילל:
לאחד שנראה לו יחידי והוא
הבורא ית׳ או לאחד מאילו
השלושה ; ועוד איזו תפלה נתפלל:
וכשפילל אם עשה תפלתו כמתכוין
או אם עשה תפילתו כסומא
שלא הבין כלום ; וא״ת בידוע
פילל לבוראו ; א״כ מדוע זימן לו
סעודה שני׳ מהרי שלוש סאים
קמח סולת וכו׳ ויקח חמאה וחלב
וכי לא ידע אברהם שהבורא אין
צריך לאכול ולשתות ועוד למה

ſet, ecquis illorum eſſet præcipuus? Reſponde: Ex eo quod reliquos antecedebat, nam ſic ſcriptum eſt (Mich. 2, 13.) *Et tranſit Rex eorum ante ipſos* Amplius dicere quoque licet, Abrahamum ad Deum preces direxiſſe, & dixiſſe: Ne diſcedas quæſo a ſervo tuo, dum me ire neceſſe eſt ad excipiendum viatores, unde ſcriptum eſt (v. 16.) *Poſtea ſurgentes viri illi ibant Sodomam,* (ac v. 22.) *Abraham ſtabat adhuc coram Domino:* ubi Dominum unicum (*& æternum*) intelligere oportet.

Ecce tres viros. Dicunt in libro nefando, qui ipſis Evangelium audit: Tres vidit, & unum adoravit; atque rem hanc ad Trinitatem detorquent, quam Patrem, Filium, & Spiritum S. & hos tres unum eſſe aſſeverant, cum ſcriptum ſit: *Ecce tres viros ſiſtentes ſe coram eo: Et dixit: Domine ſi inveni gratiam in oculis tuis ne quæſo prætereas a ſervo tuo:* in quibus poſtremis ſermo dirigitur ad unum. Reſpondeas licet: Secundum veſtra dicta emergunt quatuor: dicas igitur mihi velim, quem ex his adoraverit? illumne unum qui tanquam unicus apparebat, quique Creator æternus erat, aut aliquem ex iſtis tribus? Porro, quas preces fudit? &, nunquid orando precabatur ſciens, aut num id faciebat hominis cæci inſtar qui nihil intelligit? Quod ſi dicat Adverſarius: Sine dubio Creatorem adoravit. Quærito tu, quare igitur convivium illi paravit? nam ſcriptum eſt (v. 6.) *Feſtina tria ſata farinæ ſimila-*

למה לא בנה לו מזבח כמנהגו :
ועוד שאמר וסעדו לבכם מה
סעדת לב יש להסכימו לגבורת
(ר״ל להקב״ה) והלא כתיב ולבנון
אין די בער וגו׳ וקל וחומר ממשה
ואליהו ומה עשה * שעלה למרום
ושהה שם מ׳ יום ומ׳ לילה
לחם לא אכל ומים לא שתה :
ואילו יהיה עוד שם לא היה נרעב
ולא נצמא כי ניזון מזיו של שכינה
דכתיב ויראו את האלהים ויאכלו
וישתו כלומר נתענגו ונתעדנו כא
כאילו אכלו ושתו : שכינה עצמה
לא כל שכן : ועוד והיכן מצינו
בהשתחויה שהיא תפילה:וכי מכאן
שהשתחוה לאחד ר״ל לאחד פילל
וא״ת שבכך היה תפלתו דכתיב
ויאמר ארני אם נא מצאתי
חן בעיניך אל נא תעבור מעל
עבדך א״כ חזרה קושיא לדוכתיה
היאך זימן לו סעודה : ועוד היכן
מצינו שמדבר אדם כנגד מעלה
(ר״ל הקב״ה) בלשון רבים היה לו
לומר רחוץ רגליך וסעד לבך :
כמו שאמר אל נא תעבור מעל

* Inſere משה

milaginea. &c. (itemque v. 8.) *Et accepit butyrum & lac.* An i; gitur ignorabat Abrahamus, Creatorem cibo & potu non egere? Inſuper quare more ſuo non ſtruebat illi altare? Porro cum (v. 5.) dicat: *Et reficite cor veſtrum*: Ecquæ cordis refectio de ente ſupremo, ſive Deo enunciari poteſt? Annon enim ſcriptum eſt (Eſ. 40, 16.) *Libanus non ſufficeret ad comburendum &c.* Licet quoque Moſis & Eliæ exemplis, a minori ad majorem veriſimilitudinem ſic argumentari: Moſes, cum excelſa montis petiiſſet, atque per dies quadraginta totidemque noctes, ibidem fuiſſet commoratus, panem non comedit, & aquam non bibit (Exod. 34, 28.) Atque ſi maxime etiamnum ibi moraretur, nec famem nec ſitim ſentiret, ſed ſplendore Divinæ majeſtatis ſatiaretur, prout ſcriptum (Ex. 24, 11.) *Cum intuiti eſſent Deum, comederunt & biberunt*: quaſi diceretur: reficiebantur, & voluptatem capiebant, ac ſi comediſſent & bibiſſent. Quanto igitur magis ipſam Divinitatem (*cibi exſortem eſſe credere convenit?* Porro, ubi reperitur incurvationem in terram, (*qua quis alteri honorem defert*) preces inferre, ut quia coram uno ſe incurvavit, unum etiam intelligatur adoraſſe? Quod ſi Adverſarius dicat, in his precationem conſtitiſſe, ceu ſcriptum eſt: *Et dixit: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne quæſo prætereas a ſervo tuo.* His admiſſis, redit prior difficultas, quare illi epulas paraverit? Amplius: An uſpiam reperitur, hominem de Deo excelſo ſermonem facere numero plurativo, (*quali forma hoc loco ſermo concipitur*?) Dicendum erat potius: Lava pedes tuos; refice cor tuum, prout dixerat: *Ne quæſo prætereas a ſervo tuo.* Ergo ipſam

עבדך : אמנם ניכרים דברי אמת שמה שדיבר בלשון יחיד עם בוראו דיבר ומפיים שלא יסתלק שכינתו עד שיקבל האורחים שראה אחר שנגלה לו הקב"ה והלך והקביל פניהם והשתחוה להם וזימן להם סעודה : והעניין מוכיח שאחד מהם נשלח לבשר את שרה כמו שנא' שוב אשוב אליך בלשון יחיד וזה היה אחד מהם ולאחר שעשה זה שליחתו הלך לו דכתי' ויבואו שני המלאכי' סדומה בערב : שניים ולא שלושה ואף לא אחד שני ויחזיקו האנשי' בידו וביד אשתו וגו' וכתיב כי משחיתי' אנחנו הרי לך בראיות נכוחות שהם היו ג' גופים וג' חלקים ועשה כל אחד שליחתו :

ipſam ſe ſatis prodit veritas. Nimirum ibi ubi ſingularem numerum adhibet, cum Creatore ſuo loquitur, eumque rogat, ne præſentiam ſuam ſubtrahat, antequam viatores excepiſſet, quos vidit, poſtquam illi Deus apparuerat. Ibat igitur, & illos excepit, ac veneratione proſequutus eſt, & paravit iis convivium. Cæterum res ipſa loquitur, unum ex iſtis miſſum eſſe, ut ad Saram nuncium afferret: nam (v. 10.) ſcriptum : *Certe revertar ad te*; in numero unitatis. Atque iſte unus erat ex tribus, cumq; functus eſſet legatione ſua, abivit, unde (c. 20, 2.) ſcriptum: *Et pervenerunt duo Angeli Sodomā veſpere.* Hi duo erant, non tres, neque etiam unus; nam ſic ſequitur quoque (v. 16.) *Et prehenderunt viri illi manum ejus, & manum uxoris ejus*: ſcriptum quoque (v. 13.) *Nam nos perdituri ſumus.*

Ecce, patet tibi rationibus clariſſimis, fuiſſe illos tria individua, & tria ſeparata, & quemque ſuam obiviſſe legationem.

ויהוה המטיר על סדום ו ועל עמורה כו' : כאן פוקרים המינים ואומרי' וי"י המטיר זה הבן : מאת י"י זה האב : ויש להשיב א"כ נמצאת אומר שאין הבן אלא שליח בעלמא הוא ואין יכול לעשות דבר כי אם ברשות וציווי האב : ולדבריכם עד* שאתם מפילים תחנה לפני הבן : מוטב היה לכם להתפלל לפני האב המושל בכל והוא מצוה ואין מצוות : ואם יאמר לך האב והבן שניהם אחד

Et Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham &c. Gen. XIX. 24. Hic Hæretici tricantur, dicentes : Verba : *Et Dominus pluit* : Filium notant; at verbis, *a Domino*, Pater ſignificatur. Reſponderi poteſt: Si hæc ita ſe habent, oportet fatemini, Filium tantum vulgarem eſſe miniſtrum, qui nihil peragit niſi ex conceſſione & præcepto Patris. Proinde male vobis conſulitis, quod ad Filium preces dirigitis, ſatius erat Patrem invocare, qui omnibus imperat, & juſſa promulgat, non autem capeſſit. Quod ſi quis dicat: Pater & Filius ambo

*Fortaſſe רע

בלי פירוד ; תשיב לו וכי נשמע
כמוהן שאחד מצוה לעצמו דבר
אחד ; ועוד לדבריך שאתה אומר
וײ׳ המטיר זה הבן ; מאת ײ׳
פירוש מאת אביו שהמשילו לא
לעשורת כך על כורחך הרי כאן
שניים המושל והנמשל ואיך ט
תוכל לומר שניהם אחד בלא
פירוד ; ואת לדבריך הבן והאב
שניהם מה היו לעשורת בלא
שלישי שהוא הרוח שלא היה כאן ;
א״כ אין כאן אלוהות ; ואם יאמר
הרוח היה עמהם ; ולמה לא הוזכר
בפני עצמו כמו שהזכיר הבן בפני
עצמו והאב בפני עצמו ; אלא
פירוש הפסוק כך הוא ; וײ׳ המטיר
על ידי עננים הממונים ל
על המטר ; גפרית ואש אע״פי שא
שאין מנהגם בכך : מאת ײ׳ ז״ג
נהיה הדבר הזה וכן נגזר לפניו :

ambo unum sunt, inseparabiliter. Responde: An unquam auditum est, aliquem sibi ipsi quid imperare? Amplius dicendum: Secundum explicationem tuam, qua, *Et Dominus pluit*, de Filio; *a Domino*, de Patre interpretaris, consequitur, Patrem fuisse mandatorem illius negotii. Necesse est igitur duo intervenerint, mandator & mandatarius, quos duos inconvulse unum fuisse, quomodo asseres? Amplius, si vestra standum hypothesi, quid soli hic debebant facere Pater & Filius, sine socio tertio Spiritu Sancto, qui non aderat? Constat igitur, non attinere hæc ad Deum. Quod si quis contendat, Spiritum S. illis præsentem fuisse: quærito, quare nulla ejus fiat diserta mentio, uti fit mentio expressa Filii, itemque mentio expressa Patris? Sed vero, sic locus exponendus venit: *Et Dominus pluit*, ministerio scilicet nubium, quæ pluviis sunt præfectæ, *sulphur & ignem*, præter illarum consuetudinem; *a Domino*: (supple:) factum est illud, & sic ab eo fuit decretum.

Gen. XXII. 1, **והאלהים ניסה את אברהם:**

המינ״י שואלי״ למה ניסה הקב״ה
את אברהם ואיוב וכי אינו יודע
קודם שיתקיימו גזירותיו ; וי״ל כמו
שפירש באברהם עתה ידעתי כי
ירא אלהי״ אתה ; וכי קודם לכן
לו * ידע : אלא עתה יודע אני מה
להשיב למדרת הדין ושידעו באי
עולם היאך אני משיב להם :

* L. לא

Et Deus tentavit Abrahamum.

Hæretici quærere solent: Quamobrem tentavit Deus Abrahamum & Jobum, & an nescit ipse rem aliquam, ante ejus quam faciat periculum? Respondendum, solutionem contineri in istis (v. 12.) *Nunc novi te timentem Dei esse.* Annon enim pridem hoc noverat? Nimirum sensus: Nunc scio quid respondendum sit meæ justitiæ, & habeo quod mortalibus aliis respondeam.

Sume

קח נא את בנך את יחידך
וגו׳ : גם אומרי׳ המינים שזה רמז
על התלוי (ר״ל על משיחינו) בש
שהערה נפשו למות לכפר עליהם
כמו שני ויעלהו לעולה תחת בנו
וכן אומרי׳ בפסח ויקחו לכם איש
שה לבית אבות גם זה רמז על
הריגת התלוי : וכן הרבה פסוקי׳
שמהפכים על התלוי ואומרי׳ לנו
שוטים אנחנו יודעים שנתנה
התורה לכם ולא לנו ולמה לא
תרגישו בטיבה ומדוע לא תשימו
על לב מה החוקה הזה שציוה א
אתכם דתות משונות כמו אל ת
תאכלו ממנו נא ובשל מבושל
במים ועצם לא תשברו בו : מאי
נפקא מיני׳ אם הוא מבושל אם
לאו : וכן הרבה באותה פרשה
ומדוע כל זה : וכי אתם בהמות
שלא תרגישו מה זה הרמז * * *
** ויל אכ כדבריך איך יתכן לומר
שעל עצמו אמר ירמיהו וידמה
לבוראו ויטול עטרה לעצמו ועל
כרחינו על עצמו נאמר שהיו ישראל
מכין אותו ומיסרין אותו שני ויהי
ככלות ירמיה לדבר את כל אשר
ציוה י״י אל כל העם ויתפשוהו
הכהני׳ והנביאים וכל העם לאמר

Sume filium tuum unicum, *&c.* Gen. XXII. 2.
Illud quoque dicunt Hæretici, hic innui Crucifixum, ſive Meſſiam, qui animam ſuam ad eos redimendos in mortem effuderit, uti de ariete (v. 13.) ſcriptum: *Et obtulit eum in holocauſtum loco filii ſui.* Sic quoq; quod de Paſchate (Ex. 12, 3.) ſcriptum eſt: *Accipiant ſibi quisq; agnum pro familia paterna:* ſimiliter innuere dictitant Crucifixi occiſionem. Eodem modo alia multa loca ad Crucifixum detorquent, dicuntque nobis: Homines ſtultiſſimi, nos quidem agnoſcimus, Legem vobis, non nobis datam eſſe: quare ergo non probe inquiritis, & animum advertitis, quid hoc præceptum, varias ceremonias vobis præcipiens, ſibi velit? Vti quod (v. 9.) dicitur: *Ne comedatis ex eo crudum, aut coctile coctum in aqua,* (itemque quod v. 46. legitur:) *Ne confringatis in illo os*: Quid refert, coquaturne an non? Hujus generis alia multa ſunt in illa pericope. Quorſum autem iſta? Nimirum bruta animalia eſtis, quæ vim iſtorum non percipiunt. * * * * Reſpondendum: Si hæc ita ſe habent, prout dicis, quomodo aſſerere licebit, de ſe ipſo Jeremiam iſta protuliſſe, atque ſe cum Creatore ſuo comparaſſe, & ſumſiſſe ſibi coronam? Oportet tamen fateamur, de ſeſe illum hæc fuiſſe loquutum. Judæi enim illum percuſſerunt, caſtigaruntque, prout ſcriptum eſt (Jerem. 26, 6.) *Cum abſolviſſet Jeremias proloqui, quæcunq; præceperat Dominus proloqui apud totum populum; prehendebant illum Sacerdotes & Prophetæ, totusq; populus dicendo: morte tibi moriendum.* Sed nunc explicabo cauſam, quare illos ritus Deus imperaverit. (Verba v. 3.)

מות תמות והטעם למה נצטוו ב
בכל אלה החוקי' אפרש : ויקחו
לכם איש שה לבית אבות שה
לבית רמז לכל בית רק אחד זהו
יצחק שהיה מיוחד : בן שנה למה
בן שנה על ידי אילו עקידות יהי'
ישראל נקיים מכל חטא ועוון כמו
בן שנה כמו שנאמר בן שנה בשאול
בן שנה שאול במלכו וכי בן שנה
היה שאול במלכו והא כת
כתיו משכמו ומעלה מכל אדם
גבוה : וכי ממליכין תינוק בן שנה
אלא היה נקי מחטא כתינוק בן
שנה : ואם כדבריך שרמז על ט
התלוי אם כן משמע שישויים
(רל משחיים בלשון רבים ויל
קרישטי) הרבה עתידיי להולד
ולתלות מאחר שלא ציוה לבני
ישראל ליקח שה אחד אלא הרבה
פסחיי לקחו : ולקחו מן הדם ג'
טיפין ונתנו על המשקוף הרי אחד
ועל שתי המזוזות הרי שניים :
רמז לשני דמים דם מילה ודם
נדה : ובשל מבושל במים : רמז
לגלות היאך מושכין אותנו ובמ
ומבשלין אותנו כדכתי' באנו ב
באש ובמים : וראשו על כרעי'
ועל קרבו : שהגלות מכביד עלינו

Vt accipiant ſibi quiq; agnum pro familia paterna, agnum pro quaq; familia: quibus ſignificatur, unicum tantum agnum cuique domui accipiendum, reſpiciunt Iſaacum, qui erat filius unicus. (v. 5.) *Anniculus* eſſe jubetur is agnus. Quid ita? Quia beneficio ligationis Iſaaci, Judæi ab omni peccato mundantur, tanquam pueri anniculi; prout de Saule dicitur (1. Sam 13, 1.) *Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet.* Nunquid vero unius anni filius erat Saul cum regnare inciperet? Atqui ſcriptum eſt de eo (1. Sam. 9, 2.) *Ab humero ſuo ſurſum verſus altior erat omnibus mortalibus.* Et, ſoletne puer anniculus Rex conſtitui? Hoc igitur vult Scriptura, immunem eum fuiſſe a peccato, tanquam puerum anniculum. Enim vero, ſi ſecundum veſtram ſententiam Crucifixus innuitur, conſequens plures Jeſus ſive Meſſias (viel Christus) naſcituros, & ſuſpenſionis ſupplicium paſſuros, nec enim præcepit Deus Judæis, ut unum tantum agnum caperent, ſed agnos ſumſerunt plurimos. (Sequitur in textu Moſaico:) *Et ſument de ſanguine ejus*, guttas ſcilicet tres: *atq; imponēt ſuper liminari*, hęc una eſt ſanguinis aſperſio, *& duobus poſtibus*, atque hæc altera, quibus innuitur duplex ſanguis, Circumciſionis puta, & Menſium. *Et coctile coctum in aqua.* Iſta reſpiciunt exilium noſtrum, in quo hoſtes noſtri nos huc illuc trahunt, & excoquunt, conſtatq; veritas illi (Pſ. 66. 12.) *Venimus in ignem & aquam.* (Sequitur in ceremoniis de Paſchate:) *Caput ejus cum cruribus ejus, & cum inteſtinis ejus.* (Atque hæc quoque ad exilium noſtrum pertinent,) quo a ſummis capitibus ad calces usque onerati ſumus, ſecundum

illud

מראשינו ועד רגלינו דכתיי מכף
רגל ועד ראש אין בו מתום פצע
וחבורה ומכה טריה : על מצות וג
ומרורי' יאכלוה : רמז שהאומות
מתעבדין בנו וממררין את חיינו וג
ומחרפין אותנו ואומרי' עלינו גא
שאנו אוכלין בני אדם ודם ש
שקצים : ואם יאמר לך בדבר זה
רמז יחזקאל שגם ישראל נקראו
ארץ שני' כי תהיו לארץ חפץ : א
אלמא שעל ישראל נאמר זה כה
אמר יי' יען אמר לכם אוכל א
האדם את ומשכלת גוזיך היית :
על זה נראה להשיב ולומר גם
הם אוכלי' בני אדם שני' כי
אכלו את יעקב : והנותר ממנו עד
בוקר : כלומר הזהירו בעצמיכם
שלא תותירו מלסבול הגלות כי
מי שלא יסבול. והנותר עד בוקר
ר"ל לכשיאיר הבוקר לעתיד לבא
כשהוא אור באש ישרופו ר"ל
יפול לגיהינם : וככה תאכלו א
אותו מתניכם חגורים וכו' כדי
שתהיו מזורזי' לצאת : אבל לא
נצטווה על זה לדורות : ועצם לא
תשברו בו : רמז ואות *אעפי שיהיו
ישראל בגלות הקבה ישמרם

illud (Es. 1, 6.) *A planta pedis usque ad caput, non est in eo integritas, sed vulnus, & livor, ac plaga saniosa.* (Præcipitur amplius de paschate,) *Cum azymis & herbis amaris comedunto illud*: Hæc significant, Gentiles nobis pro servis uti, vitamque nobis amaram reddere, criminari quoq; nos insontes & dicere, quod humana carne & nefando sanguine vescamur. Si vero quis dicat: Huic tamen rei fidem facit Ezechiel. Cum enim Judæi, voce *Terra*, quoque intelligendi veniant, uti in illo (Malach. 3, 12.) *Quia eritis terra oblectationis.* In Judæos quoque convenit istud (Ezech. 36, 13.) *Hæc dicit Dominus: Ideo quia dicunt de vobis, devoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam.* Huic cavillationi respondere licet, ac dicere, (*si vestram accusationem probat Ezechielis dictum*,) jam sequitur vos quoque voratores hominum esse, quia (*de vobis*) legitur (Jerem. 10, 25.) *Nam comedunt Jacobum.* (In Ritibus Paschalibus sequitur:) *Quod autem reliquum inde fuerit in matutinum.* Quasi dicatur: Cavete vobis, ne immunes mancatis a ferendo exilio. Quisquis enim exilium non fuerit perpessus, & superest in matutinum, hoc est, cum in futuro seculo dies illucescit, *igne comburitote*, id est, in gehennam incidet.

* Mollem delere ואות

(Est porro in textu:) *Ita comedite illud, lumbi vestri succincti sunto.* Hæc eo pertinent, quod expediti esse debebant Judæi ad persectionem ex Ægypto, non autem capienda de futuris temporibus. (Denique de paschate edicit Deus:) *Ne confringatis in illo os.* Sic accipe: Etiamsi Judæi in captivitate degant, tamen custodit & liberat eos Deus, prout scriptum

ויצילם כמה שני רבות רעות א
צדיק ומכולם יצילנו יי׳ שומר
כל עצמותיו וגו׳ אפילו על העצם
נאמר שמירה :

scriptum est (Pſ. 34, 20. 21.) *Multa ſunt mala juſti, & a cunctis ipſis eripit eum Dominus; custodit omnia oſſa ejus.* Sic nimirum oſſa quoque Deus cuſtodire dicitur.

ועוד שואלין וכי דבר גדול היה
זה מאברהים שרצה לשחוט את
בנו במצות השם ית׳ אין לך
רשע בעולם כשהיה הקבה בכ
בכבודו ובעצמו אומר לו שחוט
את בנך וכי לא יעשה : ויל
אפיי הכי דבר גדול היה שבן זנ
יחיד הוא ולעת זקנותם נולד לי
ולא הרהר ולא מנעוהו : ויל עוד
וכי לא היה להרגיש לאברהם
כי לשם ניסיון עשהו : שהרי כבר
הבטיחו כי ביצחק יקרא לך זרע
ואיך יכחיש דברים הראשונים :
אלא שמע מיניה כי לא הרהר ב
* Lege בלב׳ כלל : ועוד יל שהוא חשב ליבו *
הקבה יתייהו כי הוא מחייה מתים:

Solent porro objectare Adverſarii: Anne res tanta erat Abrahami reſpectu, quod Dei præcepto filium mactare volebat? utique nemo homo in orbe tam impius exiſtit, qui, ſi Deus ipſe pro majeſtate ſua eum filium offerre jubeat, id non ſit exequuturus. Reſpondendum. Nihilo minus res ingens fuit. Erat enim filius unicus, & natus in ſenecta ætate parentum, & ne hæſitavit quidem in animo Abrahahamus, aut difficilem ſe præbuit. Licet quoque ultra quærere: Annon perſentiſcere facile poterat Abrahamus, hæc tentationis tantum cauſa illi injungi, nam pridem (Gen. 21, 12.) promiſſionem acceperat: *In Iſaaco vocabitur tibi ſemen*: quomodo igitur Deus dicta priora redderet irrita? Nimirum hinc colligas, nihil prorſus animo expendiſſe Abrahamum. Aut dicendum, ipſum ſecum cogitaſſe, Deum filium in vitam revocaturum, cum ipſe ſit ſuſcitator mortuorum.

תולדות יצחק :

Paraſcha Toledot Iizchak.

Gen. ויצא הראשון אדמוני : ואם
XXV. 25. יאמר והרי מצינו שהקבה נקרא א
אדום שני דודי צח ואדום : מ
משמע ראשון לכל קדומי׳ ואותו
שנקרא אדום יצא מבטן פרט ל
ללידה : הקהה את שיניו ואמור
לו גם הוא נקרא אריה דכתי׳

Prodit autem prior rufus. Quod ſi Adverſarius objectet: Ecce reperimus Deum vocari rufum; nam de illo (Cant, 5, 10.) legitur: *Dilectus meus candidus eſt & rufus*, hoc eſt, rerum omnium primus. Atqui is qui rufus vocatur, prodiit ex utero, & deſtinatus fuit nativitati. Hebeta illi dentes, & dic:

Etiam

אריה שאג מי לא ירא : ונבוכד
נרצ נקרא אריה שני עלה אריה
מסבכו : וכי משום שנקרא אריה
יהיה יותר חביב להקב"ה אלא רק
לדעתו נקרא אדום שנ' מי זה
בא מאדום חמוץ בגדים וכו' מ
משמע שיהרוג את אדום :

Etiam reperimus Deum Leonem vocari, uti in illo (Amos 3, 8.) *Leone rugiente quis non timeat*? At vocatur quoque Nebucadnezar Leo, (Jerem. 4, 7.) *Aſcendit Leo ex perplexo vepreto ſuo:* anne igitur quia Leo appellatur, eapropter Deo fuit carior? Nimirum, non ſine cauſa Deus ruſus vocatur, eamque ſuppeditant verba (Eſ. 63, 1.) *Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus.* Hinc intelligitur ex interfecto Edomo, (*ruborem Deum contrahere.*)

הקול קול יעקב והידים ידי
עשו : ע"ל כן שיש רעמים הם
עושים שתי וערב (רל קרייץ
בלא"ז) בידים סימן שידיו של ע
עשו היו רוצחות תמיד : ואין לנו
אלא תפלה והזכרת ברכות רמז
שהקול ליעקוב :

Vox, eſt vox Jacobi, at hæ manus, ſunt manus Eſavi. Hinc cum tonat faciunt (*Chriſtiani Eſavo geniti*) manibus ſtamen & ſubtemen, hoc eſt, ſignant ſe ſigno crucis, ut indicent, Eſavi manus aſſidue cædes patraſſe. At nos preces tantum fundimus, & ſupplicationes, nam vox Jacobi erat, (*a quo nos genus ducimus.*) *Gen. XXVII. 24.*

אנכי עשו בכורך : י"ל שלא ש
שיקר יעקב ואין לפרש אלא כמ
כפשוטו : אנכי עשו בכורך שהרי
מכרה לו כיום שהוא ברור לכל
ותידע שלא שינה שהרי אמר אני
ולא אמר אני עשו : והם אומרים
לפי שיעקב לקח את הברכות במ
בערמה לכך נתקיימו בנו ולא ב
בכם : וי"ל שגם עמוס * הנביא
התפלל על יעקב שהאמרת אתו
שני תתן אמת ליעקב וחסד לאב
לאברהם אשר נשבעת לאבותינו

Ego Eſau primogenitus tuus. Dicendum, nihil Jacobum mentitum eſſe, nec verba aliter quam prout ſonant capienda, *Ego Eſau primogenitus tuus.* Tam manifeſtum enim eſt, quam diei lux clariſſima, venditam ei fuiſſe ab Eſavo jus primogenituræ. Neq; vero quicquam perperam eloquutus eſt, (nam ceu eſt commate 26. quæſitus, a patre: *Esne tu filius meus Eſau?*) reſpondit tantum: *Ego* (ſcilicet ſum qui ſum: Eſavus vero eſt primogenitus tuus). Neque dixit: Ego ſum Eſau. Dicunt vero, quia Jacobus fraude benedictiones præripuit, ideo in nobis ratæ fiunt, & nequaquam in vobis. Reſpondendum: Atqui Propheta Micha (c. 7. 20.) laudat Jacobum ob fidem, ſic enim ait: *Dabis fidem Jacobo, & benigni-* *ib. v. 21.*

*Legendum מיכה

פירו׳ אם לא שהאמת אתו היה לא היית נשבע להם : *nignitatem Abrahamo, quam juraveras majoribus nostris.* Sensus est: Nisi fides penes illum fuisset, non jurasses ipsis.

ויצא יעקב :

Parascha Vajeze Jaakob.

ברוב ימי אידיהן (רל׳ בוייר טאג) של גוי׳ קורים זאת הפרשה וגם ומנגנין אותה דכתי׳ ויקח מאבני המקום הרי משמע שאבנים הרבה היו - וכתיב ויקח האבן אשר שם מראשותיו משמע שאבן אחד היה : ועוד ויקרא שם המקום ההוא ביתאל וכתי׳ וירא ויאמר מה נורא המקום הזה אין זה כי אם בית אלהים וזה שער השמי׳ : אם כן נתנבא שביתאל יהיה בית אלהים ושער השמי׳ לקבל משם תפלה : א״כ למה אמר אברהם בהר יי׳ יראה על הר המוריה שבירושלים ששם יבנה בית המקדש : והכי דרי׳ יהודה שכן היה דורש לחטאת ירובעם שמן הדין לא היה להיות בית המקדש כא״ בביתאל לכך החטיאם וישם עגל אחד בביתאל ואחד בדן :

Christiani plerunque in diebus atris illorum, (Festi dies, Germanis Feyertäge/ innuuntur.) Caput 28. Geneseos prælegunt, imprimisq; cantillant verba (commatis 11.) *Et accepit ex lapidibus illius loci:* quod, cum istis pluralitas quædam innuatur, sequatur tamen deinde (commate 18.) *Cepit lapidem quem supposuerat capiti suo*: ut unus fuisse intelligatur. Dicitur quoque (ibi v. 19.) *Vocavitq; nomen illius Bethel.* Præcedit(autem de eodem hoc loco v. 17.) *Quam reverendus est hic locus, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Quæ si ita se habent, vaticinatus est Jacobus in Bethele futuram Dei domum, & portam cœli, ad admittendas ibi preces: quare igitur Abrahamus (Gen. 22, 14.) nomen *Montis Dominus videbit*, indidit monti Morijæ, qui erat Hierosolymis, quod isthic templum exstruendum erat? Proinde merito censet R. Judas ea re abusum fuisse Jeroboamum. Cum enim fas & æquum postularent, ut templum Dei haud alibi quam in Bethele constitueretur; ideo hanc occasionem captans Jeroboamus, unum vitulum in Bethel, alterum in Dan locavit.

וישב יעקב :

Parascha Vajeschev Jaakob.

Gen. XXXVII. 31. ויטבלו את הכתונת בדם: אומרי׳ המיני׳ זה היה רמז על ישו

Intinxerunt tunicam sanguine. Dicunt Hæretici, Josephi histori-

am

התלוי מעשה של יוסף : מה שהיתה אמו עקרה רמז על מרים שהיתה בתולה : ויל״ היאך יהיו רמז מתים לבעלי חיים שהרי יוסף לא נהרג ולא רצו להורגו : וישו נתלה ממש ; ואם יאמר גם הוא לא הומת אלא האישות שעליו : תאמר לו אכ״ מה בינו ובין שאר בני אדם גכ״ הבשר מרת והנשמה איננה מתה רק היא הולכת לגן עדן או לגהנם :

כי ארד אל בני אבל שאולה

מכאן אומרים המינים שיעקב ירד לגיהנם לפי שחטא אדם הראשון נגזר על כל העולם לירד לגיהנם בין טוב ובין רע : תשובה אכ״ הרי הן מכזבין את ספריהם שכן כתוב בספר טיעותם שישו היה אומר לתלמידיו ; בשביל החוטאים באתי ולא בשביל הצדיקים כי אינם צריכים לי הנה אנחנו מוצאים כי גם לפי דבריהם שכתוב * בספריהם יש להבין שיעקב ושאר צדיקים לא ירדו לגיהנם וגם לא הוצרכו לביאת ישו ולפדיונו : ועוד הלא במזמור לדוד תפלה כתוב אודך יי אלהי בכל לבי ואכבדה שמך לעולם כי חסדך גדול עלי והצלת נפשי משאול תחתיה :

am typum Christi fuisse. Scilicet mater Josephi sterilis, secundum illos Mariam notat, quæ virgo fuit. Dicas licet: Quomodo mortui vivorum typum referre possunt (*aut potius, vivi mortuorum?*) Josephus enim neq; occisus fuit, neq; voluere illum interimere. At Jesus omnino suspensus est. Quod si regerat Adversarius: Etiam iste non periit, sed tantum ejus qua præditus erat, humanitas: Inquito: Quid igitur inter illum & reliquos mortales interest? Nam & cæterorum hominum corpus tantum perit, anima vero non interit, sed aut Paradisum, aut Gehennam petit.

Descendam ad filium meum lugens in infernum. Hinc colligunt Hæretici, descendisse Jacobum in Gehennam, quia ob peccatum Adami protoplasti, omnibus mortalibus sive bonis sive malis irrogatum fuerit, in infernum descendere. Responsio. Si id verum est, proprios libros suos mendacii arguunt. Nam sic scriptum reperitur in libro qui errores ipsorum continet, dixisse Jesum discipulis suis: *Veni propter peccatores, non autem propter justos, nam hi mei non indigent.* Ergo vel ex propriis eorundem placitis, quæ in literas relata habent, inferimus nos, patere, nec Jacobum, nec alios viros Sanctos descendisse in infernum, & non opus habuisse ipsos adventu Jesu, aut illius redemtione. Porro, annon Psalmo 86. (v. 12.) scriptum est: *Celebrabo te Domine Deus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in seculum. Quoniam misericordia tua magna est*

Genes. XXXVII. 35.

* Lego שכתובים

תחתיה : ועוד י"ל וכי כל שאול ש
שבמקרא גיהנם והכתיב מי גבר
יחיה ולא יראה מות : וכתיב ש
החיי' יודעי' שימותו ימלט נפשו
מיד שאול : כי כולם יבואו בעפר
דכתי' כי עפר אתה ואל עפר ת
תשוב : ולדבריהם וכי כל בני
העולם ראויים לבא לגיהנם ול
ולא ימלטו : וכי אין צדיק בארץ
שאינו ראוי לכך : ואיוב שאמר
מי יתן בשאול תצפינני וכי לירד
לגיהנם היה מתאוה אלא כך א
אמר איוב מי יתן שהייתי נטמן ונ
ונסתר בארץ עד שוב אפיך וגם
אבל שאולה דיעקב אין לנו לומר
אלא לשון קבר : וגם אמנם
יש שאול שהוא גיהנם במשמע
אבל זהו מפני כי ריעו שבצידו מ
מעיד עליו שהוא כן כדכתיב ביח
ביחזקאל גבי פורענות מצרי' כה
אמר יי' ביום רדתו שאולה את
האבלתיו כיסיתי עליו תהום וגו'
והנה לך כיסיתי עליו תהום מ
מוכיח דשאול דתחלת הפסוק זהו
גיהנם : וכן אך אל שאול תורד
אל ירכתי בור * יוכיח כי שאול
זהו גיהנם : הרי כל שאול שב
שבמקרא שהוא סתם זהו קבר

*Insere הנה לך בור

est super me; & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Amplius dicendum: Anne vox שאול quoties a Scriptura adhibetur semper Gehennam notat? Minime vero, nam quod scriptum (Psſ 89,49.) *Quis vir vivet, & non videbit mortem?* sic exprimitur (Eccleſ.9,5.) *Viventes sciunt se morituros esse*: (atq; id quod modo allatis e Psalmo verbis statim subjicitur:)*quis eruet animam suam de manu* שאול notat omnes redigendos in pulverem: secundum illud (Gen.3,19.) *Quoniam pulvis es, & in pulverem reverteris.* Anne autem ipsi asserere audebunt (*hoc velle Davidem*:) Omnes homines dignos esse qui in Gehennam detrudantur, nec ut inde liberentur? & an omnino nemo Sanctorum liberationem mereretur? Nunquid vero Jobus cum (c. 14,13.) diceret: *Vtinam in* שאול *occultares me*, in gehennā descendere exoptabat? Neutiquam profecto, sed hoc significabat: Vtinam absconsus & occultatus in terra latitarem, quoad ira tua transit. Pari ratione illa Jacobi verba: *lugens* שאולה nihil aliud quam sepulchrum notant. Interim accipienda sane vox שאול interdum de Gehenna, sed hoc ideo fit, quia ea quæ in latere adjecta habet, indicium perhibent, illum sensum ibi obtinere. Ita se habet locus Ezech. (31,15.) ubi inter pœnas Ægyptiorum scriptum: *Sic ait Dominus, die quo descendit* שאולה *induxi luctum, operui eum abysso.* Nimirum hic, τὸ *operui eum abysso*, arguit, vocem שאול ab initio commatis positam, Gehennam notare. Sic in loco (Eſ.14,15.) *In* שאול *dejicieris, ad latera foveæ*: Verbum *foveæ* argumento est

במשמע : וכל שיעיד עליו ריעו ב
כגון אילו זהו גיהנם ;

to est, per שאול Gehennam intelligendam. Proinde, quotiescunque vox שאול in Scripturis nude posita est, Sepulchrum significat : nec aliter, quam cum contextus ratio hoc exigit, de Gehenna illam capere oportet.

ויהי בלדתה ויתן יד : מכאן ב
פוקרין המיני׳ ואומרי׳ אע״פי ש
שהקדימו היהודי׳ את בני עשו וג
ונטלום הברכות נראה שהבכורה
אפי״לו הכי נשאר לעשו: וי״ל הקב״ה
בעצמו מעיד בני בכורי ישראל
והוכיח שמפריו יצא דוד ושלמה ו
ומשיח ;

Cum illa pareret exseruit manum. Hinc argutantur Hæretici, dicentes : Etiamsi Judæi Esavo genitos prævverterunt, illosq; benedictionibus privarunt, nihilominus primogenituræ jus Esavo salvû mansit. Responde: Atqui ipse Deus (Ex. 4, 22.) *Israëlem esse testatur filium suum primogenitum*, atque pollicitus est, exinde nasciturros Davidem, Salomonem, Messiam. Gen. XXXVIII. 28.

ובגפן שלשה שריגי׳ המיני׳ ב
פוקרי׳ ומהפכין אותו על a התלוי
ורמז כמו שזה נתלה כך ישו נ
נתלה : וג׳ סלי חורי הם ג׳ ב
ימים שנקבר : וי״ל מה שר האופי׳
לו *היה לחמו כשורה כך היה ישו
לא היתה תורתו שרצה לתת ב
כרת וכשורה : וכמו ששר האופי׳
נתלה ואבד מן העולם כך ישו נ
נתלה ונאבד מן העולם ועוד יש
להשיב שוטים למה תדמהו לשר
האופי׳ תדמהו לבן מלך לאבשלו׳
שנתלה:וכמו שזה גונב דעת הבריות
שנ׳ ויגנוב אבשלום את לב אנשי
ישראל אף ישו נמי כאן ומה אב
אבשלום מרד באביו אף ישו מרד
באביו שבשמי׳ ופירוש הפסוק כך
הוא : גפן זה ירושלים כמו שנ

Circa vitem quoq; cum tribus palmitibus, (*cujus Gen. 40, 10. mentio fit,*) Hæretici nequitias suas exercent, eamque ad Trinitatem, illud vero de coquo ad Crucifixum detorquent, ut prout iste suspensus fuit, sic fuerit quoque suspensus Jesus, *tria* autem *canistra candida*, tres dies innuant, quibus in sepulchro ipse delituit. Respondendum : Sic potius facienda comparatio. Sicut Præfecti Pistorum panis non erat bonus, ita & lex quam Jesus tradere volebat, nec proba nec conveniens erat. Vti Præfectus Pistorum suspensus fuit, & vitæ usura privatus : sic suspensus quoque fuit Jesus & privatus vitæ usura. Amplius respondere licet: Homines ineptissimi, quare eum cum Præfecto Pistorum comparatis? comparate illum potius cum Regis filio, Absalomo, qui & ipse suspensus fuit, (*& magis quadrabit similitudo:*) Nam, quemadmodum

* Lege לא

a Fortasse supplendum על מהפכין האופה וענין השלוש

dum

אוסרי לגפן עירו : שלושה שריגי׳
זה מקדש ומלך וכהן גדול : והיא
כפורחת : אלו פרחי כהונה שני
ויוצא פרח ויצץ ציץ : הבשילו גם
אשכלותיה ענבים אלו נסכי׳ :

dum Abſalom ſeducebat corda hominum, uti ſcriptum (2. Sam. 15, 6.) *Suffurabatur Abſalom corda Iſraëlitarum :* ita idem hoc fecit Jeſus. Sicuti Abſalom rebellis fuit Patri ſuo; ſic Jeſus quoq; rebellis fuit Patri ſuo cœleſti. Cæterum vera allegoria ſic concipienda: *Vitis*, notat urbem Hieroſolymitanam, nam ſic dicitur (Gen. 49, 11.) *Ligat ad vitem aſellum ſuum. Tres palmites*, innuunt Sanctuarium, Regem, & Pontificem. Verba, *ea tum quaſi germinavit*, reſpiciunt juvenes Sacerdotes, ad quos pertinet illud (Num. 17, 23.) *Producens germen emiſerat florem.* Denique verbis, *maturas botri ejus protulerunt uvas*, libamina ſignificantur.

ויחי יעקב :

המשומדי׳ פוקרי׳ ואומרי׳ אם
יש אם למסורת אכ״ כתוב כאן :
וישתחו ישראל על ראש המטה מטה
כתיב בלי יו״ד וזה דרך היה להשים
לראש פגרי׳ שתי וערב (ר״ל :
קרייץ) ולו השתחווה יעקב וי״ל ג
כאיוולתם כי מטורף היה יעקב
מרוב חוליו ולכך עשה זה וכשבא
לדעתו חזר בו ונתחרט דכתי׳ :
וישב על המטה ג״כ חסר יוד כתיב
מטה ושם אותו תחת בית הריעי׳ :

Paraſcha Vajechi Jaacob.

Apoſtatæ, quibus mala mens malusque animus, autoritatem punctorum vocant in dubium, ajuntq;: ſcriptum eſt (Gen. 47, 31.) *Incurvavit ſe Iſraël* ad caput המטה Hic vero legendum, מַטֶּה *Scipio* ſine Hirek. Nam ſic moris erat, apponere capitibus cadaverum ſtamen & ſubtemen, hoc eſt crucem, quam Germani Kreutz vocant, atq; coram ea ſe incurvavit Jacobus. Reſpondeas, licet, ſecundum ſtultitiam ipſorum: Mentis impos erat Jacobus, ob morbi gravitatem, ideoq; id fecit, ſed cum ad ſanam mentem rediiſſet, a cœpto deſtitit, factique eum pœnituit: nam ſic ſcriptum (*paulo poſt* c. 48, 2.) *Et ſedit ſuper* המטה Nempe hic quoque ſine Hirek מַטֶּה legendum, & ſignificatur, ſtamen & ſubtemen illum ſuppoſuiſſe poſticæ corporis parti.

Geneſ. XLVIII. 14.

שיכל את ידיו כי מנשה הבכור :
אומרים המיני׳ כי כעין שתי וערב
עשה בשתי זרעותיו והרכיב זה על
זה וברכו : תשיב לו לפיכך וירע

Commutans manus, nam Manaſſe erat primogenitus. Dicunt Hæretici, Jacobum utroque brachio crucis formam repræſentaſſe, unum alteri imponendo, & ſic benedictionem peregiſſe. Reſponde: Ideo quo-

בעיני יוסף ויאמר לא כן אבי לא
נכון לעשות כן והשיב לו יעקב ד,
ידעתי בני ידעתי שלא נכון לעשות
כן אלא בשביל שאחיו הקטן ג,
יגדל ממנו ואני צריך לשום ימי ב
על ראשו והוא עומד לשמאלי לכן
צרכתי לשכל ולא עשיתי זה לשם
שתי וערב :

quoque (*mox v.17.*) sequitur: *Et malum hoc videbatur in oculis Josephi, & dixit: Non sic pater mi:* hoc est, non æquū est sic facere. At respondebat Jacobus: *Novi, fili mi, novi*, scilicet non æquum esse ut hoc fiat. Verum quia frater minor, primogenito major futurus est, & dextram meam illius capiti imponere me oportet, qui mihi a sinistris constitutus est, cogor brachia sic decussatim locare; non enim id facio ut stamen & subtemen effingam.

משומד אחד פיקר עד כי יבא ש
שילו ולו: הרי רמז ישו ברת : ע
תשובתו בצידו כאן רמז לא יש מ
מום רע כישו לא יסור שבט מ,
מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד כי
יבא שילו ולו : ורמוז ישו יתעם
יבא שילו ולו יקהת עמים :

Quidam Apostata nequiter provocabat ad verba (Genes. 49, 10.) עד כי יבא שילו ולו *Donec veniat Schilo & ei*, atque suspicere jubebat, quod trium postremarum vocum initiales literæ nomen ישו *Jesu* progenerent. At Responsio ibidem continetur, & ex eodem loco pari solertia eruere licet: לא יש מום רע כישו *non est pejus vitium quam Jesus*, (*quod re ipsa verum deprehendes, si literas apicibus notatas, combinabis*) לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד כי יבא שילו ולו Amplius ex iisdem verbis elicitur ישו יתעם *Jesus seducet eos*: (*Ecce enim, junge literas quas noto:*) יבא שילו ולו יקהת עמים: (*& verum me dixiße deprehendes.*)

לא יסור שבט מיהודה: פירוש
לא יחדל גלות משבט יהודה וגם
טעותם של ישו שהיה מחוקק ב
במסמרות בין רגליו : עד כי יבא
שילו : זה משיח ולו יקהת עמי״
כדכתי״ והלכו גוים רבי״ ואמרו
לכו ונעלה אל בית יי״ אל הר א
אלהי יעקב והמיני״ אומרי״ עד
כי יבא משולח זהו ישו ואז תפסוק
מלכות יהודה וכן היה כשבא ישו

Non recedet Sceptrum a Juda. Sensus est: non cessabunt exilium tribus Judæ, & errores Jesu, qui clavis pedes perfossus fuit, *donec veniat Schilo*, hoc est Messias, *& ei erit obedientia populorum*; nam de ipso prædictum (Es. 2, 3.) *Et ibunt populi multi dicentes: venite, ut ascendamus in domum Domini, in montem Dei Jacobi.* Sed Hæretici locum explicant: Donec veniat qui mittendus est, nimirum Jesus, & tunc

Gen. XLIX. 10

* lege ואומרים

פסקה מלכות יהודה : ואומר * ולו
יקהת עמי' איליו יקהלו העמי'
ויסורו איליו : אוסרי לגפן עירו
זה ישו שבא רוכב על חמורו לי
לירושלים : וזה תשובתו כי מתוך
דבריהם הם מוכזבי' : וכי לא
פסקה מלכות יהודה עד ישו הלא
מצדקיהו שהיה בבית ראשון לא
היה מלך ביהודה כי בבית שיני ל
לא היה מלך בישראל כי אם נ
נציבי' שהיו תחת מלכי מדי ופרס
ורומיי' וזהו זמן מרובה מצדקיהו
מלך יהודה עד שנולד ישו : ואיך
יאמר שלא יסור מלכות יהודה עד
כי יבא ישו : ועוד מה עניין שילו לשמו
של ישו : וגם מה שאמר מכאן
דעד כי יבא שילו דזהו ישו ימלוך
מלך בישראל ומאז יפסוק ולא יה
יהיה עוד מלך בישראל הנה ירמיהו
מכחיש את זה שניבא ואמר כי
עתיד למליך מלך בישראל דכתיב
ואני אקבץ את שארית צאני
וגו' עד יפקדו נאם יי' הנה ימי'
באים והקימותי וגו' עד ישכון ל
לבטח : והיה אם יאמר איליך הלא
כל המקראות הללו על ישו נבנ
נתנבאו שבא מיהודה ומדוד : תאמר
מנלך* הא (ר"ל פון וואנן האשטו דש)

*Lego מנן לך

& tunc deficiet Regnum Juda. Atque hoc ita evenit, cum enim Jesus adfuit, extinctum est regnum Judaicum. Porro illud, *& ei erit obedientia populorum*, exponunt: Ad eum gentes se recipient, & congregabuntur. *Ligat ad vitem asellum suum.* Hic est Jesus, qui asino vectus, ingressus est Hierosolymas. Parata responsio. Propria eorundem verba, ipsos mendacii coarguunt. Nunquid enim haud defecerat Regnum Judaicum ante natû Jesum? Et, annon post Zedekiam, qui in templo primo vixit, nullus in Judæa Rex fuit? Etenim in templo secundo non fuit Rex in Israële, sed tantum Præfecti, qui Regibus Medorum, Persarum, & Romanis subjiciebantur, estq; ingens temporis intervallum, inter Zedekiam Judæ Regem, & nativitatem Jesu: quomodo igitur dicunt, non recessisse regnum Judaicum donec venit Jesus? Porro, quid attinet nomen Schilo, ad nomen Jesu? Quin & illud, quod dicunt, ad τὸν Schilo usque, hoc est usque ad Jesum, regnaturum Regem in Israële, postea vero cessaturum regnum, nec futurum amplius Regé Israëlitarum, Jeremias falsum esse testatur, qui vaticinatus est, asseruitque regnaturum iterum Regem in Israële: sic enim scribit (cap. 23, 3, seqq) *Et ego congregabo residuum ovium mearum*, adde cætera usque ad *visitabuntur dictum Domini.* (Junge his, quæ nunc succedunt:) *Ecce dies venturi sunt, & excitabo*, usque ad: *habitabit secure.* Quod si Adversarius tibi dicat: Annon totus ille locus ad Jesum pertinet, qui a Juda & Davide genus trahit? dic ei: Vnde hoc (*quod venditas*) tibi constat?

הלא כל הייחוס של מתייוס ושל לוקש לא תמצא בו יחוס ישו ומריים כלל שכך כתוב בעון גליון מתיאוס פלוני הוליד פלוני פלוני הוליד פלוני עד יעקב הוליד את יוסף וירום מריא כלומר אישה של מרים: ולדבריכם אם ישו לאו בנו של יוסף הירה א״כ אין לו לישו ביחוס זה כלום ואם אחר יוסף אתה מיחסו א״כ יש לך להודות שהיה לו אב: ואם לא שתיחסו אחריו איך תוכיח שבא מיהודה ומדוד : ועוד והא כתי׳ בימיו תושע יהודה וישראל ישכון לבטח וגו׳ והלא מצינו שמימיו של זה ישו טולטלנו וגם ונהרגנו אנחנו יהודה וישראל יותר מראשונה: ואם יאמר לך יהודה וישראל האמורים בפסוק זה הם המאמיני׳ בו בישו והם יושבי׳ בבטח : והא כתי׳ ואני אקבץ את שארית צאני מכל הארצות אשר הדחתים שם ואומה של אלוהותו שנקרא קרישטנהייט להיכן הודחו : הא וודאי אין הדבר* מדבר כי אם על הם הנרחי׳ ופזורים ועתיד ה הקב״ה מקבצם : וזה סוף הפסוק

ſtat? Von wañen haſtu das? Annon enim in univerſis Matthæi & Lucæ Genealogiis, non continetur ullo modo proſapia Jeſu aut Mariæ? Nam in Evangelio Matthæi ſic ſcriptum eſt: ὁ δεῖνα genuit τὸν δεῖνα, & ὁ δεῖνα genuit τὸν δεῖνα, donec tandem dicitur: Jacobus genuit Joſephum virum Mariæ. Quod ſi igitur, ſecundum verba veſtra Jeſus non eſt filius Joſephi, nihil quicquam ad Jeſum facit hæc genealogia. Aut, ſi Jſephi genealogia omnino ad illum extendenda, oportet fatearis, hunc fuiſſe illi patrem. At, ſi Joſephi interventu genus non recenſeas, quomodo oſtendes Jeſum a Juda & Davide ortum eſſe? Porro, inter cætera ait ibi Propheta: *In diebus ejus ſervabitur Juda, & Iſraël habitabit ſecure*, &c. Annon vero conſtat, nos Judæos & Jsraëlitas, poſt tempora iſtius Jeſu, magis deportari & occidi, quã prius id factum? Quod ſi regerat Adverſarius: Judæi & Iſraëlitæ, quorũ apud Jeremiam mentio, ii intelligendi, qui credunt in Jeſum, atque iſti ſecure habitant. (*Vrge tu hominem, & dic:*) Atqui ſcriptum eſt ibi: *Et ego congregabo reſiduum ovium mearum, ex omnibus regionibus quo diſpuleram eas.* Quo igitur locorum gens quæ Jeſum pro Deo colit, & vulgo dicitur die Chriſtenheit/ fuit propulſa? Eſt proinde evidens, certo certius ſermonem eſſe de populo qui ejectus fuit & diſperſus, atq; hunc Deus eſt collecturus. Cæterum, admittendo etiam Chriſtianorum hypotheſin, huc denique ſumma tendit omnis Jacobæi oraculi: *Non recedet ſceptrum a Juda*: hoc eſt: Interdum Reges habebunt Judæi, interdum nulli Reges, ſed tantum Legumlatores, ſive Præfecti, (*hunc enim ſenſum habere vocem* מחוקק *colligunt ex Num. 21, 19. ubi legas*) מחוקק *cum ſcipionibus ſuis*, ita

*L. הכתוב

לפי דבריהם לא יסור שבט מ,
מיהודה: פירוש פעמי' יהיו מלכים
ביהודה ופעמי' לא יהיו מלכי'
אלא מחוקקי' פירוש מושלי' כמו
מחוקק במשענותם כגון נשיאים
פרנסי' ורבנים אבל לכשיבא מ
משולח ההיינו אליהו, שנא' הנה אנכי
שולח וגו' עד יום יי' וגו' : ולו
יקהת עמים דכתי' והלכו גוים
רבי' ואמרו לכו ונעלה על בית
אלהי יעקב וגו' : ור' יצחק הגר
אמר לפי דבריכם לכשיבא ישו
יפסוק מלכות בית דוד והלא
אתם אומרי' למרבה המשרה
ולשלום אין קץ דמשמע לכשיבא
ישו יכון מלכות בית דוד שנ' על
כסא דוד ועל ממלכתו וגו'
להכין אותה וגו' עד ועד עולם
ור' שמואל פירש שילה לשון
מנוחה והשקט כמו אויביה שלו
כלומר כשיבא משיח יהיה שלוה
והשקט:

ita ut Duces, Antiſtites, Doctores ſignificentur. At, cum adventaverit qui mittendus eſt, Elias nempe, nam de eo ſcriptum (Malach. 4, 5.) *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini. Atq; huic erit obedientia populorum*: Scriptum enim (Eſ. 2, 3.) *Et ibunt populi multi, dicentes: Venite, ut aſcendamus in domum Dei Jacobi &c.* R. Iſaacus proſelytus ſic Chriſtianos confutare ſolebat: Siccine vos affirmatis, ſub adventum Ieſu ceſſaturum regnum domus Judaicæ? At, annon (verba Eſaiæ 9, 7.) *Amplitudini illius principatus, & paci nullus erit finis*, hoc modo interpretamini: Cum venturus eſt Jeſus, regnum domus Davidicæ reſtaurabit: eo quod ibi ſequatur: *In ſolio Davidis & in regno ejus, ſtabiliendo illud, & fulciendo illud jure & juſtitia, ab iſto tempore in ſeculum usq;.* R. Samuel vocem שילה *quietem & tranquillitatem* exponebat, motus loco (Thren. 1, 5.) *Inimici ejus* שלו h. e. *tranquille agunt*, ut ſenſus ſit: Cum venturus Meſſias, quies & tranquillitas obtinebit.

Genes. XLIX, 9.

ברע רבץ כארי : אומרי' המיני'
כמו שהלביא והאריות כשהן
יולדות רובצי' על גוריהם ומתי'
ג' ימי' וביום השלישי אימותיהם
מחממות אותן וחיין אף ישו שהה
ג' ימי' בקברו וביום ג' יחייהו
אביו : וי״ל שוטי' וכי אתם סבורי'
שכל הנביאות שנאמרו דוקא על
מלכות יהודה נאמרו והלא על כל

In crura ſe demiſit, cubuit tanquam leo. Dicunt Hæretici: Quemadmodum leo & leæna cum catulos progenerarunt, iis incubant, ita ut enecentur per triduum, die autẽ tertio mater calore ſuo illos refovet, ut vitam recipiant: Sic Jeſus quoque per triduum egit in ſepulchro, die vero tertio in vitam illum revocavit pater ejus. Reſponde: Homines ineptiſſimi: itane creditis, omnia vaticinia quæ edita ſunt

ישראל נאמרו כמו אמר בלעם
על כל ישראל | אל מוציאם ממ
ממצרי׳ כתועפות ראם לו : כרע
שכב כארי וגו׳ ואת״ מה תעשה מ
מן המשל : וי״ל גם אנו חשובין
כמתין בגלות שני במחשכים ש
הושיבני כמיתי עולם : וכתי׳ ביום
השלישי יקימני ונחיה :

ſunt, tantum ad regnum Judæ attinere? & annon de omnibus Iſraelitis fuere prolata? Vtique & Bileamus hac allegoria de univerſis Iſraëlitis uſus eſt (Num. 23, 22.) inquiens: *Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis.* (Sequitur c. 24, 9.) *Incurvavit ſe, jacet tanquam leo, &c.* Quod ſi inſtet adverſarius, & percontetur, quid ergo de ſimilitudine fiat? Reſponde: Etiam nos in hoc exilio pro mortuis reputamur, prout ſcriptum (Ps. 143, 3.) *In obſcuris habitare me fecit, ſicut mortuos ſeculi.* Et, extat quoque de nobis promiſſio (Hoſ. 6, 2.) *Die tertio excitabit nos, & vivemus.*

ואלה שמות:

Paraſcha Veelle Schemot.

והנה הסנה בוער באש ס׳׳ו
והסנה איננו אכל : אומרי׳ ה
המיני׳ שזה רמז על התלוי : וי״ל
שזה רמז על הגלות דכתי׳ בכל
צרתם לו צר ומלאך פניו הושיעם
ועוד כתי׳ עמו אנכי בצרה : וב
ובברכותיו של יוסף ורצון שוכני
סנה תבואתה לראש יוסף ולמדה
בירך את יוסף בשם של סנה ,
יותר מכולם אלא שהוא סבל ה
צרות ונמכר למצרי׳ לעבד :

Ecce rubus ille ardebat igne, nec tamen rubus conſumebatur. Ex. III. 2. Contendunt Hæretici, hanc hiſtoriam Crucifixum reſpicere. Verum dicendum, pertinere eam ad exilium. Sic enim ſcriptum (Eſ. 63, 9.) *In omni anguſtia eorum, ipſe anguſtia afficitur, & Angelus faciei ejus ſervabit illos.* Scriptum quoque in eundem ſenſum (Pſ. 91, 15.) *Cum ipſo ero in anguſtia.* Atque inter cæteras benedictiones Joſephi (Deut. 33.) legitur: *Et beneplacito inhabitantis rubum, veniant ad caput Joſephi.* Quare præ cæteris omnibus Joſepho imprimis per rubum benedixit? Nempe quia ipſe pertulit afflictiones, & pro ſervo Ægyptiis fuit venditus.

שלח נא ביד תשלח : אומרים
שעל הבן נאמר : תשוב׳ : הרי הוא
דכתי׳ ויחר אף וגו׳ עד דבר ידבר
הוא כלומר הוא ראוי לעשות ש
שליחותי ולא ישו לכן לא תוציא
מפיד דבר מגונה עוד : ומה מ

Mitte quæſo eum, quem miſſurus es Ex. IV, 13. Perhibent hæretici, de Filio hæc dicta eſſe. Reſponſio (ſtatim adjecta: ſequitur enim:) *Accenſus ira Dominus contra Moſen dixit: annon Aaronem Levitam fratrem tuum, ſcio valere eloquio?* Quaſi diceret: Iſte dignus eſt, qui legationem

שמהפכין הפסוק שלח נא ביד ת
תשלח על ישו כי הוא משולח כ
כדאמר יעקב עד כי יבא שילה ול
והם מפרשים זה ממלה משולח:
וי״ל זה אליהו כדכתיב הנה אנכי
שולח לכם את אליהו הנביא ו
וגו׳ :

nem meam obeat, & non Jeſus: quare caveſis verbum turpe ejusmodi amplius ore tuo proloquaris. Nequiter vero faciunt, quod verba *mitte quem miſſurus es*, ad Jeſum detorquent, quaſi ipſe ſit ille, qui mitti debeat, provocantes ad illud Jacobi: *Donec veniat Schilo*, ubi τὸ Schilo, *mittendum* interpretantur. Reſpondendum, Eliam innui, nam de hoc diſerte (Mal. 4, 5.) *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam.*

Ex. VIII. 3. ויעשו כן החרטומי׳ : מכאן א
אמר ר׳ אברהם הגר שלא ידע
ישו שם המפורש שהרי אפילו
בימי משה שהיו דור קדוש לא ידעו
כ״ש אחרי כן אלא כל מה שעשה
עשה על ידי כישוף, כי כתוב בעון
גיליון שהיה במצרים ב׳ שנים
ושם למד הכישוף כדאמרינן גמ
עשרה קבין כישוף ירדו לעולם ט
תשעה נטלה מצרי׳ ואחת כל ט
העולם :

Et fecerunt ſimiliter Magi. Hinc colligit R. Abrahamus proſelytus, Jeſum nequaquam calluiſſe Schem-Hamphoraſch, (*nec eodem ſua miracula patraſſe.*) Ecce enim, ne quidem Moſis ætate, quæ ſanctiſſima erat, nominis illius myſtici myſteria cognita erant, ut tanto minus poſteriore ætate, de iis conſtitiſſe veriſimile ſit. Nempe, quæ fecit Jeſus, per incantamenta fecit, ſcriptum enim in Evangelio, ipſum biennium in Ægypto exegiſſe, atque ibi didicit incantandi artem, (*quæ in ea regione erat pervulgata.*) Vnde (*in Kidduſchin fol. 49. b.*) dicimus: *Decem Cabi incantaminum deſcendere in mundum: novem ex iis ſibi abſtulit Ægyptus, unum orbis reliquus.*

בא על פרעה :

Paraſcha Ba el Parho.

Ex. XII. 22. והגעתם אל המשקוף ואל
שתי המזוזות: מכאן אומרי׳ זהו
דמות שתי וערב בג׳ מקומות וע״כ
ניצילו : וי״ל שאין זה הרמז אלא
בזכות * דמים אזכך כשאראה
את הדם על פתחיכם וזהו דם
מילה של אברהם ודם העקדה
שרצה אברהם לשחוט את בנו

*Fortaſſe inſerendum ג׳

Et admovebitis ſuperliminari duobusq; poſtibus. (*Ecce vobis, inquiunt Hæretici,*) figuram crucis, ob tria loca diſtincta, & ob hanc cauſam (*majores veſtri ab exitio*) fuere liberati. Dicendum: Iſtud ſignificaſſe Deum: Ob triplicem ſanguinem illæſos vos præſtabo, cum ſanguinem in portis veſtris intuebor; ob ſanguinem nimirum circum-

ורם פסח ׃ ועל כן אמר ואראה א
אותך מסבוססמת * ברמייך א׳
ואומר לך ברמייך חיי ב׳ ואומר
לך ברמייך חיי ג׳ ׃

circumcisionis Abrahami, ob sanguinem quem ligando filium, in ejus mactatione effundere volebat; & ob sanguinem paschalis agni. Huc omnino pertinet illud (Ezech. 16, 6.) *Cum viderem te præbentem conculcandam te in sanguine tuo;* Ecce sanguinem unum. *Dixi tibi in sanguine tuo vive.* Ecce alterum. *Iterumq; dixi tibi in sanguine tuo vive.* Ecce tibi tertium.

* Lege מתבוססת

והגעתם על המשקוף וגו׳ ׃
לפי שהיה גלוי וידוע לפני המקום
שיטעו בשתי וערב לפיכך לא ציוה
לתת הדם על האיסקופא שהוא
דורשפיל בלשון אשכנז ופיחת ג
הרגל הרביעי ואין כאן שתי וערב
אלא צליבה (ר״ל גלגן בלא״)

Et admovebitis superliminari &c. Quia notum & exploratum erat Numini immenso, Christianos olim stamine & subtemine ad superstitionem usuros, ideo non præcepit conspergere sanguine limen interius, quod Germani Thürschwell vocant, quartumque crus inde removit, unde *(sanguinis ex agno paschali aspersio)* non staminis & subteminis, sed patibuli, eines Galgen/ formam referebat.

שה תמיד זכר בן שנה יהיה
לכם וגו׳ והיה לכם לפסח
למשמרת עד ארבע עשר יום
וגו׳ אומרי׳ המיני׳ שזה רמז כל
ישו שנצלב בערב פסח וי״ל
מה רמז שם בו לישו דהיה לג״
שנה כשנתלה וכאן כתי׳ ושחטו
אותו זה מן הצוור ׃ והוא היה א
צלוב ומסומר ועוד לפי דבריהם
שממצות המלך הוא למה נעשו ג
הורגין * על זה כי בתורתם כ
כתיב כי היהודי׳ קבלו פורענות
על ששלחו בו יד וכי העושה את
מצות המלך ורצונו ראוי ליענש ׃

Parva pecus integra, mascula, annicula, esto vobis, &c. Sitq; apud vos in custodia usq; ad decimum quartum diem &c. Contendunt Hæretici, ista Jesum respicere, qui cruci affixus fuerit in parasceve paschatos. Respondendum. Ecquæ comparatio institui potest, inter Jesum qui triginta tres annos natus erat cum suspenderetur, (*& pecudem anniculam?*) Porro dicitur hic *& jugulabunt eam*, quod in collo faciendum: At ipse suspensus fuit, & clavis confixus. Enim vero, quia secundum tradita eorundem, Regis *(supremi)* præcepto hoc factum, quare interfectores ejus hoc nomine puniuntur? Scriptum enim in lege ipsorum, ideo Judæos supplicia luere, quia manus illi intulerint. An vero æquum est, eum qui præceptum Regis voluntatemque ejus exequitur, pœnas subire? Insuper scriptum: *Et jugulabunt eam totus cœtus congregationis Israëlis*

Ex. XII. 5. seq.

* Legendum נענשו הורגי׳ו

ועוד הכא כתי' ושחטו אותו כל
קהל עדת בני ישראל בין הערביים
וקיימא לן דישו בבוקר נתלה כי
כל דיני נפשות לא היו אלא בב
בבקר עד עת אכילה כדכתי' בית
ישראל דינו בבקר משפט וע"ל מ
שאומרי' ועצם לא תשברו שהוא
רמז לישו שנצלב שלם בלי כם
שבירת עצם : אף אתה אמור לו
ומה הוצרך הפסוק להזכיר כל כך
הלא דרך כל המומיתין כן בב"ד
שאין בהם שבירת עצם כלל :
פירוש הפסוק והפרשה בעניין
אחר :

Iſraëlis inter duas veſperas. At nobis certum eſt, Jeſum mane fuiſſe ſuspenſum, nam judicia capitalia non exercebantur niſi a ſummo mane ad prandii usque tempus: ſecundum illud (Jerem. 21, 12.) *O Domus Iſraëlis, exercete quolibet mane jus.* Quod autem dicunt, verba, *& os non confringatis*, ad Jeſum attinere, qui integer ſuspenſus fuerit, ſine fractura oſſis: Tu contra illis dic, quid opus erat, ut Scriptura ejus rei faceret mentionem? Annon enim haud ulli unquam, qui Magiſtratus Judaici præcepto necabatur, os fuit confractum? Scopus igitur Scripturæ, & cæremoniarum paſchalium alio reſpicit.

ויהי בשלח :

Paraſcha Vajehi beſchallach.

כאן אומרי' המיני' שכל ישראל
נטבלו בים כמו שהם עושים
בטומאתם : כבר כתבנו למה ה
ציוה הקב"ה לטבול :

Circa (*Exodi caput* 14,) dicunt Infideles, omnes Judæos in mari baptizatos fuiſſe, quemadmodum ipſi faciunt in irreligione ſua. At nos pridem ſcripſimus, quare Deus juſſerit immergere corpora.

Ex. XV. 23. seq. ויבאו מרתה וגו' ויצעק אל
יי' ויורהו יי' עץ וישלח א
אל המים וימתקו המים :
הם אומרי' שתי וערב היה לכך
המתיקו המים : ויל דאדרבא מ
מכח העץ של השתי וערב היו ה
המים מרים ועכורי' ויורהו יי'
עץ אמר לו הקב"ה ראה זה העץ ז
גורם : לקחו משה והשליכו בא
בעמקי הים כדי שיהיו יכולי' כם

Et pervenerunt Maram, &c Et cum inclamaſſet Dominum, atq; oſtendit Dominus ei lignum, quo injecto in aquas, dulces factæ ſunt aquæ. Ipſi dicunt, illud lignum crucis formam habuiſſe, & ideo aquam dulcem fuiſſe redditam. Reſponde: Imo vero contra vitio iſtius ligni quod ſtamen & ſubtemen referebat, aqua amara fuit, & fæculenta: *Atq; oſtendit Dominus ei lignum*, ajebat nimirum illi Deus: Ecce, hoc lignum in cauſa eſt.

Quare

לשתות כדאמרינן וימתקו המים
כך תשיב להם לפי טעותם :

Quare Moſes id capit, & in profunda maris abjicit, ut aquas (*Mara*) bibere poſſent; unde ait Scriptura: *dulces factæ ſunt aquæ.* Sic repelle ipſos ſecundum veſaniam eorundem.

וישמע יתרו :

Paraſcha Vajiſchma Jethro.

זכור את יום השבת וגו׳ ט
המיני׳ אומרי׳ הפירוש אינו כך
שלא לעשות מלאכה : אלא שלא
לעבוד שם עבירה : אב אסור ב
בשבת לחטא ובשאר ימות השבוע
מותר לחטא :

Recordare diei Sabbati. Hæretici dicunt, ſenſum verborum non eſſe, quaſi opus facere prohibeatur, ſed vetari tantum patrationem ſcelerum. Quæ ſi ita ſunt, nefas erit Sabbato peccare, reliquis autem hebdomadis diebus id erit permiſſum.

Ex. XX. 8.

* Lege שום

ואלה המשפטים :

Paraſcha Veelle Hammiſchpatim.

הנה אנכי שולח מלאך לפניך
לשמורך וגו׳ השמר מפניו ו
וגו׳ עד תשמע בקולו וגו׳ א
אומרי׳ המיני׳ בישו הוא מדבר :
ויל הרי מצינו כי משה וכל ישראל
לא נתרצה בו ולא אבו לקבלו
וללכת אחריו כי המלאך שהוזכר
כאן הוא המלאך שכתוב בפרשת
האחרת : ושלחתי לפניך מלאך
וגירשתי וגו׳ וכתיב ויאמר אליו
אם אין פניך הולכים אל תעלינו
מזה : ובמה יודע איפה כי וגו׳
וכתיב ילך נא ייי בקרבינו : הלא
מצינו שלא קבלוהו עליהם ואיך
נקבלוהו * אנו עלינו : וגם הנה

Ecce ego mitto Angelum ante te, adſervandum te, &c. Cave tibi ob præſentiam ejus, &c. auſcultaveris voci ejus &c. Contendunt Infideles, de Jeſu ſermonem eſſe. Reſponde: Ecce deprehendimus, diſplicuiſſe illum Angelum Moſi & univerſis Judæis, nec voluiſſe eos ipſum recipere, aut ſequi. Nam Angelus cujus hic mentio fit, idem eſt cum eo de quo alibi (Ex. 33, 2.) *Et mittam ante te Angelum, atq; expellam.* At ſequitur (commate 15.) *Et dixit ei, ſi facies tua non præcedet, ne jubeto nos hinc diſcedere. Nam quomodo cognoſcetur jam &c.* Scriptumque (Ex. 34, 9.) *Eat quæſo Dominus in medio noſtri.* Annon igitur conſtat, Majores noſtros illum non recepiſſe? & quomodo nos eum admitteremus? Vides igitur oculis tuis, noluiſſe ipſos acceptare Miſſum, ejusque veſtigia conſequi, ſed elegiſſe mittentem. Item, quomodo affirmare

Exodi XXIII. 20 ſeq.

* Lege נקבלהו

poſſunt

עיניך רואות כי השליח לא קבלו
עליהם ולא אבו בדרכיו הלוך אלא
במשלח בחרו : ואיך תוכל לומר
שהמשלח והשליח אחד הוא : ועו
ועוד כתי' ועשית את כל אשר א
אדבר ואיבתי וצרתי וגו' וכי לא
היה יכול לא לאהוב ולא לשנא
ולא לצור אל † ע"י המשלח איזה
אלהות היה בו : ועוד דהכא כתי'
כי לא ישא לפשעיכם ובאלהי' ש
השמים כתי' נוצר חסד לאלפי'
נושא עון ופשע: הא אין כתוב מדבר
אלא במלאך ממש והיינו דכתי'
ועשית את כל אשר אדבר ואיבתי
וצרתי כי אין לשליח אלא לעשות
שליחותו ולהביאך אל המקום א
אשר הכינותי הוא המשתלח † כי
לא ישא לפשעיכם כי שמי בקרבו
כלומר על זה נעשה שליח לכך א
אני מזהירך השמר מפניו וגו'

† I ego אלא

† Fortasse אני השולח

possunt, Mittentem & Missum esse unum eundemque? Amplius scriptum (in loco supra allegato, Ex. 23,22.) *Et feceris omnia quæ edicam: plane inimicabor, & hostiliter agam. &c.* Quod si non poterat amicum se præbere, vel odisse, aut quem affligere, nisi præsidio mittentis, quæ erat in illo Divinitas? Subjicitur porro de hoc Angelo: *Non condonabit defectionem vestram.* At de Deo qui in cœlis regnat, (Ex. 34, 7.) scriptum est: *Custodiens benignitatem millibus, condonans iniquitatem & defectionem.* Quin nec Scriptura Angelo, quæ ibi prædicantur, attribuit; scriptum enim: *Et feceris omnia quæ edicam, plane inimicabor, & hostiliter agam.* Misso namque tantum convenit, peragere mandata sua. *Et ad perducendum te in locum quem paravi.* Ego scilicet mittens. *Nam non condonabit defectionem vestram; quia nomen meum est in eo.* Quasi dicat: Hunc ob finem mittitur; ideo hortor te, *Cave tibi ob præsentiam ejus &c.*

כי תשא :

Parascha Ki Tissa.

Exodi XXXII. 1. וירא העם כי בושש משה :
אומרי' המיני' שמשה פושע ובדאי
היה פירוש כזבן שלא בא מיד ו
ולמה עיכב : ויל מדרש חכמי' כי
זה משה האיש היה לו לומר בסתם
משה לא ידגעו מה היה לו כי לו
היה שם אלא משה אחד : אלא
מלמד שהשטן הראה להם דמות
אדם כמשה : וגם ערב רב ש
התעו אותם ולא הירה העון גם

Cum videret populus admodum differre Mosen. Dicunt Infideles, Mosen impium & fallum animi, hoc est mendacem fuisse, quia non illico est reversus, quæruntq; quare ibi fuerit commoratus? Respondere licet ex Commentariis Allegoricis Sapientum, (ubi quæritur, quid sibi volunt pleonastica verba) *Quoniam isti viro Mose?* Simpliciter dicendum erat: *nescimus quid Mosi factum sit:* non enim ibi fuerat alius quam Moses unicus. Nempe hinc

בפשיעתם אלא הם גרמו כל ע
הרעה שני והאספסוף אשר בקרבו
התאוו תאוה :

pe hinc elicitur, Satanam oſtendiſſe illis phantaſma humanum, quod Moſis habebat ſimilitudinem. Etiam mixta turba, (*quæ* Ex. 12, 38. *cum Judæis ex Ægypto exiviſſe dicitur,*) ſeduxit eos, neque fuit peccatum propoſiti deliberati, ſed turba iſta, omnis ſemper mali cauſa extitit. Vnde ſcriptum quoque (Num 11, 4.) *Convenarum quoq; turba quæ in medio ejus erat, graviter concupivit.*

קום עשה לנו אלהי' פירוש
כרובים: השיב ר' נתן האופסאל
לכומרי' ששאלו לו למה עשיתם
את העגל אמר להן אף אני שואל
כן : והלא משה רבינו קרא אותם
עם נבון וחכם שראו נסיו וגם
ונפלאות המקום שהוציאם [illegible]
ממצרי' ונתן להם מן ושלו והם
שמעו בקולו בתתו להם את ת
התורה וגם כי ראו את כבודו ב
בים ואמרו זה אלי ואנוהו : וא
ואחכ" טעו בעגל ואמרו אלה א
אלהיך ישראל : והלא כסיל כב
שבכסילים לא יעשה אוילת כזאת
חתו ולא ענו דבר : אמר להן עתה
אומר לכם מה סברא אני. אומר
בדבר : לפי שהיו רואים את העגל
שהיה הולך מאיליו ורועה במחוץ
שני וימירו את כבודי בתבנית ת
שור אוכל עשב אמרו בלבם אין
דבר צח ונקי בכל העולם כזהב
ושמא רוח המקום (ר"ל הקב"ה)

Age fac nobis Deos: nempe Cherubinos. R. Nathan Vpſal, Sacrificulis quærentibus, Quare vos vitulum feciſtis? reſpondebat: Idem & ego quæro. Annon enim Moſes Magiſter noſter, (Deut. 4, 6.) vocavit ipſos populum ſapientem & prudentem? Inſuper viderant omnia miracula & prodigia Dei æterni, qui eduxerat illos ex Ægypto, iisque Manna & coturnices liberaliter dederat. Ipſi quoque voci ejus obſequium præſtiterant, cum Legem promulgaret; viderunt inſuper gloriam ejus tranſeundo mare, dicebantque (ceu eſt Ex. 15, 2.) *Hic eſt Deus meus, cui habitaculum decorum ponam.* At, ii nihilo ſecius circa vitulum poſtea erraſſe dicuntur, & clamaſſe: *Hi ſunt Dii tui Iſraël.* Annon enim omnium quotquot ſunt ſtultorum ſtultiſſimus, tam demens facinus non patraret? Ibi attoniti ſtabant (*Sacrificuli*,) & nec verbum proloqui poterant. Tum Magiſter: Atenim vobis dicam, quid mihi de hac re videatur. Nimirum quia videbant vitulum, ſua ſponte euntem, & in ulva paſcentem, prout ſcriptum (Pſ. 106, 20.) *Et permutaverunt gloriam meam, in ſimilitudinem bovis comedentis herbam*, in animo ſuo cogitabant, non eſt res magis nitida & pura in orbe univerſo quam aurum, fortaſſe Anima Numinis ſive Dei in eo viret, atque ineſt ipſi Spiritus

Ibidem

† Lege באחו

Sanctus

נוצצה בו ויש בו רוח הקודש : א
אמרו לו הכומרים יפה אמרת ב
בוודאי בזה טעו : אמר להן ארורי׳
עורים אשר עינים לכם ולא ת
תראו כמה אתם נידוני׳ ונתפסי׳
בגיהנם : והלא דברי׳ קו״ הם
שטעו בדברי נקי כמו הזהב נכתם
עונם לפני המקום (ר״ל לפני ה
הקב״ה) ואמר ביום פקדי ופקדתי
עליהם את עונם ולא רצה למחול
להם לגמרי : אתם שאתם מ
טועים ואומרי׳ שנכנס דבר כל
קדוש באשה באותו מקום הסרוח
שאין בכל העולם דבר מאוס כ
כבטן אשה שמליאה קיא צואה ו
ומימי רגליים ונוטפת זיבות ומ
ושופעת גידות וקולטת זרע האיש
על אחת כמה וכמה שתאכלתכם*
אש לא נופח וירדתם שאול תח
תחתיה :

* Fortasse שתאכל אתכם

Sanctus. Ad hæc Sacrificuli: Dixisti optime, certe in hoc lapsi sunt. Tum ille: Maledicti sunto cæci, qui oculos habent, & videre recusant. Vah! quantæ, & quam solidæ vestræ pœnæ erunt in gehenna! Annon enim valet hic argumentum a Comparatis, (*inferasq;*) Quod si eorum lapsum, qui circa rem purissimam, quale est aurum, errarunt, Deus pro scelere fœdissimo reputat, cum scriptum sit (Ex. 32, 34.) *Quo die visitaturus sum, utiq; visitaturus sum adversus eos peccatum ipsorum*, ita ut illud nullatenus condonare velit: Quanto magis vos torquebit ignis inextinguibilis, & in ima inferni descendetis, qui errore vestro eo prolabimini, ut dicatis rem sanctam intrasse fœminam, per locum tam obscœnum? Neque enim in orbe universo res magis fœda est, muliebri utero, qui plenus sordibus, imunditie, ac saccatis humoribus, sanguinis & mensium excretiam effluviaque patitur, ac semen virile recipit.

Exodi XXXIV. 33.

ויתן על פניו מסוה : המיני׳ או
אומרי׳ זהו רמז ליריעה שנתלה על
פנינו כלו׳ שאין אנו מביני׳ ציווי
הקב״ה ר״ל להאמין בישו : וטועי׳
הם אדרבא רמז הוא בלי להאמין
לתלוי שהרי משה רבינו ע״ה שהיה
בשר ודם ובשביל שדיבר עמו ה
הקב״ה פנים אל פני׳ נעשה עור
של פניו כל כך שהיו יראים מל
מפניו מגשת אליו קל וחומר לש
לשכינה עצמה שיהיו פני ישו מ

Imposuit faciei suæ velamen. Dicunt Infideles, hoc velamen innuere operimentum quod faciei nostræ obtenditur, ne possimus intelligere præceptum Numinis, hoc est credere in Jesum. Sed errant, & potius id hinc colligas, non esse fidem habendam Crucifixo. Ecce enim Moses Magister noster f. m. qui homo merus erat, quia Deus de facie ad faciem cum eo loquutus est, vultum tam lucentem retulit, ut vererentur Judæi accedere. Quanto igitur magis de ipsa Divini-

מאירין מסוף העולם ועד סופו
ועליו לא היה אורה כלל כי אם
כשאר בני אדם אלא בוודאי שלא
להאמין בו : כי כל מעשיו כישוף
היה * ;

Divinitate hoc tenere oportet, atque Jeſu faciem ab uno orbis cardine ad alterum fulgorem diffundere conveniebat. At, non præditus erat ullo ſplendore, ſed reliquis mortalibus fuit ſimillimus. * Lege היו

Quamobrem conſtat, non eſſe in eum credendum, & quicquid fecit, peractum eſt ab eo ope Magiæ.

ולא יכול משה לבא אל א
אוהל מועד וכבוד יי׳ מלא
את המשכן : מעשה ברי קלונימוס
בשפירא ששלח אחריו מלך הינריך
הרשע אחרי כלותו לבנות את ע
התהום המכוער (ר״ל בית הכנסת
היפה שקורין בל״א טום) בשפירא :
ואמר לו בניין בית המקדש מה ע
היה רבותא יותר מזה שכתבו ע
עליו כמה ספרים א״ל ארוני אם
תרשיני לדבר ותשבע לי שלא להרע
לי אבאר לך : א״ל בשבועתי סמוך
על אמונתי ועל ממלכתי שלא א
יאנה לך כל רע : ואמר לו אם
היה כל הממון אשר הוצאת כבר
וכל הזהב והכסף שבאוצרותיך לא
יכולת להשכיר הפועלי׳ ובעלי ע
המלאכה הרודי׳ בעם העושים
במלאכה שכן כתוב ויהי לשלמה
שבעים אלף נושאים סבל וש
ושמוני׳ אלף חוצב בהר : ובדברי

Et non poterat Moſes ingredi in Ex. XL. 35. *tentorium conventus &c. nam gloria Domini implebat tabernaculum.* Accidit aliquando Spiræ, ut R. Kalonimû accerſi juberet Imperator Henricus (*III. Niger*) homo ſceleratus, poſtquam finem impoſuerat informi illi fabricæ (Templum inſigne innuitur, quod Germani vocant Thum) Spirenſi, eidemque diceret: Ecquæ Templi Salomonis, de quo tot ac tanta edita ſunt volumina, fuit magnificentia, præ iſta (*baſilica quam ego condidi?*) Reſpondit ipſe: Domine, ſi facultatem mihi loquendi concedis, & jurejurando te mihi obſtringes, impune me id laturum, rem tibi exponam. Contra Imperator: Fidem juratam interpono; ita me veritas amat, & ita Imperii ſceptra moderor, nihil ſiniſtri tibi eveniet. Tum inquit Judæus: Si vel maxime in unum congerantur, omnes illi ſumtus, quos jamdudum feciſti, & omne illud aurum argentumque quod in theſauris tuis aſſervatur, non tamen ſufficeres, vel ad conducendos operarios, opifices, illorumq; Præfectos, (*quos Salomo adhibuit.*) Scriptum enim (1. Reg. 5, 15.) *Erant Salomoni ſeptuagies mille bajuli, & octuagies mille lapicida in monte.* Et (*poſteriore libro*) Chronicorum (cap. 2, 18. legimus:) *Ter mille*

 ſexcenti

הימי׳ ושלושים וששb מנצחיי להעביר העם ׃ ושמונה שנה טרחו בבית המקדש מה שאתה לא עשית לתהום הזה ׃ ולאחר שבנה שלמה את בית המקדש ויכלוהי ראה מה כתוב ולא יכלו הכהני׳ לעמוד לשרת מפני הענן כי מלא כבוד יי׳ את בית יי׳ ׃ ואילו היה מטעונין חמור קיא צואה והיו מוליכין אותו בתהום הזה לא היה מזיק לו דבר׃ אמר לו המלך הינרך אלמלא שנשבעתי לך הייתי גוזר עליך להכרית את ראשיך ׃

sexcenti qui praeessent adigendo populo. Octo insuper anni insumti fuere in condendo templo, quota te in ædificationem istius Tehom, minime sunt impensi. Condito autem perfectoque a Salomone templo, vide mihi quid Scriptura testetur (2. Chron. 5, 14.) *Non poterant Sacerdotes consistere ad ministrandum, propter nubem, quod implevisset gloria Domini, domum Dei.* At, si quis asinum fœdissimis sordibus oneraret, isque in hoc barathrum introduceretur, illæsus abiret. Ad quæ Henricus Imperator: Nisi (*impunitatem*) tibi sacramento promisissem, caput tibi amputari præciperem.

שאלה לכומרי׳ המלומדים׃

Difficultas, Sacrificulis eruditis proponenda.

Levit. XXII. 24.
** Delenda* hæc vox.

ומעוך וכתות ונתוק וכרות לא תקריבו אלה * לייי ׃ זה אני מקשה למיני׳ ולכומרי׳ שעושין את עצמן כאותן שמבטלין מפרייה ורבייה ואומרי׳ כה אמר יי׳ לסריסים וגו׳ ונתתי להם בביתי ובחומותי יד ושם טוב מבנים ומבנות שם עולם אתן להם אשר לא יכרת ׃ והלא אסור לסרס שני בארצכם לא תעשו ׃ ומאין הם אלו הסריסים כעת כזאת בעל כורחך אין לך אלא כומרים שמתכמרין ומסרסין עצמן מלהוליד ׃ אמור להן שוטים ועני׳ הדעת מה עניין סריס אצל

Compressum aut contusum, aut avulsum, aut excisum ne offertote Domino. Hoc dubium movere soleo Infidelibus Sacrificulis, qui a conjugio & liberorum procreatione abstinent, ac crepant illud (Es. 56, 4. seq.) *Sic ait Dominus de Eunuchis &c. Etiam daturus sum eis in domo mea, & intra muros meos, spatium & nomen melius quam filiorum aut filiarum, nomen perpetuum daturus sum eorum cuique, quod non exscindetur.* (Hic, minime veros Eunuchos intelligi posse inquiunt,) cum extet interdictum adversus evirationem (loco citato Levit. 22, 24.) *In regione vestra ne fieri sinatis istud.* Vnde igitur illi Eunuchi tantopere Prophetæ deprædicati? Oportet utique fateaaris

b Lege שלשת אלפים ושש מאות

כומרי' והלא יש להם ביצים ו
ואם אינם פרים ורבים בהיתר
ובגלוי ממ͏̇ הם שטופי זימה בסתר
ואין לשון סריס אלא שררה כמו
סריס דגבי המן : ומה דנקט לשון זה
שכך דרך התורה לדבר לשון צחות ;
ועוד כתי' אשתך כגפן פוריה וגו'
וקודם לכן אמר אשרי כל יראי
יי' וגו' אלמא למי שיש לו בני' ויש
להכיר שהוא ירא שמים :

aris, esse illos Clericos, qui sacros ordines suscipiunt, ne liberorum procreationi operam dent. Die illis : [illegible]us stulti & amentes, quid Eunuchi cum Sacrificulis commercii habent ? Annon enim his postremis testes sunt, atq; etsi neutiquam publice & licite matrimonia contrahunt, nihilo minus clam libidinibus suis indulgent. Enim vero סריס Dignitatis vocabulum est, atque sic (Esth. 1, 10.) de Hamane sociisque ejus prædicatur. Adhibetur autem a Propheta ea vox, quia sic solet Scriptura observare sermonis castimoniam. Amplius (Psl. 128, 3.) legitur : *Vxor tua sicut vitis fructificans &c.* præcedit autem : *Beatus omnis qui timet Dominum &c.* ut doceamur, ex eo quod quis liberos habet, cognosci, illum Dei timentem esse.

לא תעשה כן ליי' אלהיך כי
כל תועבת יי' אשר שנא ע
עשו לאלהיהם כי גם את
בניהם ובנותיהם ישרפו
באש לאלהיהם : תקשה לך
למיני' וכי היו שורפין בניהם ו
ובנותיהם ממש באש : ואם א
יאמרו לך הן : הקהא את שיניו
ואמור לו : ראו שאינכם יודעי'
פירוש התורה : וכי זה תועבת יי'
שישרפו בניהם באהבת האל י
יתי הלא מצות * היא כמו גם
שראינו באברהם שהעלה את בנו
לשוחטו : אלא כך הוא הפירוש
ששריפה זה הוא פירוש על גנו
הכומרי' וכומריות שנשרפין בזנות
ומתחממין ומתאוים בזנות וא

Ne facito sic Domino Deo tuo: Nam quicquid abominationi est Domino, quicquid odit, fecerunt Diis suis, cum etiam filios suos & filias suas comburant igne Diis suis. Deut. XII, 31. Injice scrupulum Hæreticis : Anne vere filios suos, & filias suas igne cremabant ? Quod si dicant, omnino : dentes illis hebeta, & inquito : Ecce vos sensum Scripturæ minime percipere. An enim Deo abominationi est, ut quis illius amore filios suos comburat? &, annon hoc factum bonum est? sic enim videmus Abrahamum in eo fuisse, ut filium suum offerret, atque mactaret. Quin igitur potius sic accipienda Scriptura, ut loquatur de ea ustione, qua Monachi vestri & Sanctimoniales uruntur libidinibus, ac calescunt, & venerem appetunt, nec desideria possunt explere. Atque hæc est illa ustio, quam De-

*Lege הקהה

* lege מצוה

ואינם יכולין וזהו שרפה שהיא תועבת
ייי אשר שנא ; וזנות נקרא שרפה
בתרי עשר בהושע דכתי׳ כולם
מנאפי׳ כתנור אש להבה בקרבם
וכתי׳ רשפיה רשפי אש שלהבת
יה ; ועוד כתיב בספר טיעותם
אמירת פאולוש טוב לקחת אשה
מלשרוף אחריה הרי לך ראייה ש
שניאוף יקרא שריפה :

us abominatur, oditque. Nam libido, in libro minorum Prophetarum, uſtio vocatur: uti apud Hoſeam (7, 4.) *Omnes adulterantur, ſimiles fornaci ardenti: ignem urentem intra vos habetis.* Scriptum quoq; (Cant. 8, 6.) *Pruna ejus, prunæ ſunt ignis, flammaq; divinæ.* Quin & in libro errorum ipſorum, hoc Pauli legitur dictum: Melius eſt uxorem ducere aliquam, quam adverſus eam exardeſcere. Hinc ſatis liquet, ſcortationem uſtionis venire vocabulo.

Levit. XXVI. 10.

ואכלתם ישן נושן וישן מפני
חדש תוציאו ; מכאן פוקרין שם
המינים על תורתם הפסולה שהיא
חדשה ויוציאו אותה מפני הישנה
וכתי׳ לא יחל דברו ככל היוצא
מפיו יעשה היאך יתן תורה חדשה:
וי״ל אב קשו קראי אהדדי ; דלעיל
אמר והקימותי את בריתי אתכם
זהו לקיים את התורה ; עוד הרבה
פסוקי׳ שבתורה שאינם יודעים
לפרש כאשר כתבתי בשינוי שם
החוקים ; ואם יקשו ויאמרו כ
כאשר יפטור איש את אשתו בגט
כשזנה כך גירש אותנו הקב״ה גם
ונתן תורה חדשה ; וי״ל איש הוא
יכול לגרש את אשתו שהרי לא
נשבע לה ; אבל הקב״ה נשבע לנו
כמה וכמה פעמי׳ ואיך יגרשינו :

Et comedetis vetus, valde vetus, & vetus propter novum deprometis. Hoc loco abutuntur Infideles, detorquendo eum ad Legem ſuam profanam, quam Novam vocant, eamque veteri anteferendam ajunt. At, cum (Num. 30, 3.) ſcriptum ſit: *Ne profanato verbum ejus, ſecundum omne verbum quod prodierit ex ore ejus facito*: ecquomodo Legem novam promulgare poſſet? Quod ſi ergo veſtra aſſertio vera fuerit, neceſſe eſt Scripturam ſibi ipſi eſſe contrariam: Scilicet, ante (Levit. 26, 9.) dixerat Deus: *Et ſtabiliam fœdus meum vobiscum.* Quod ſine dubio pertinet ad Legis ſtabilitatem. Sunt & in Scripturis plurima dicta alia, quæ, prout dixi, ſalvari nequeunt, ſi Legis innovatio concedatur. Quod ſi inſtent, dicantque: Vti maritus uxorem quæ fidem conjugalem fregit, libello repudii expellit, ſic vos Deus abegit, Legemque Novam conceſſit. Licet reſpondere: Viro conceditur divortium facere ab uxore, non enim jurisjurandi religione ei obſtringitur. At Deus cum toties totiesque nobis jurarit,

וכתי' איזה ספר כריתות אמכם
אשר שלחתיה : והושע * אמר הן
ישלח איש וגו' עד הרבה שובו א
אילי נאם יי' :

jurarit, quomodo nos a ſe expelleret? Vnde quærit quoque (Eſ. 50, 1. quaſi mirabundus:) *Vbi eſt libellus repudii matris veſtræ, quo dimiſerim eam?* Et apud Jeremiam (c. 3, 1.) ait. *An dimiſerit vir &c.* usque ad: *multis, revertimini ad me dictum Domini.*

* Lege וירמיה

שאל למין כתוב בתורת משה כ,
כי לא יראני האדם וחי והיאך
ראו ישו כל בני דורו וחיו שהרי א
אתם אומרי' מי שראה את הבן
ראה את האב וארת הרוח גם
ששלושתן קשורין ומחוברין יחד
שאין אחד נפרד מחבירו לפי גא
שאחד הם ואין להם פירוד : ואם
יקשה לך מישעיה שאמר ראיתי
את יי' יושב על כסא רם ונשא:
וכן מיכה אמר ראיתי את יי' גם
צבאות יושב על כסאו וכל צבא
השמים מימינו ומשמאלו : וכן ,
יחזקאל ראה את המראה ואמר
היא מראה דמות כבוד יי' : ואף
על משה עצמו נאמר ותמונת יי'
יבוט וחיה : ואף אנו † אומרי' ם
שראו אספקלרייא שאינה מאירה
ומשה ראה אספקלרייא המאירה
ויל" על מה שאמרו רבותינו בם
שבשעת מיתתו של אדם רואה
את השכינה ומיד מת : וזהו אם
שאמר כי לא יראני האדם וחי
שמיד כשראוהו מת ואינו חי יותר:

Move dubium hoc Infideli: Scriptum in Lege Moſaica: (Ex. 33, 20.) *Non poteſt me videre homo, & vivere.* Quomodo igitur Jeſum omnes æquales illius temporis intuebantur, & permanebant incolumes? Vos enim dicitis: Qui Filium videt, videt quoque Patrem & Spiritum, nam illi tres in unum colligati & combinati ſunt, ut unus ab altero divelli nequeat, ſunt enim unum, nec admittunt diviſionem. Quod ſi autem locum Eſaiæ (c. 6, 1.) objiciat, dicentis: *Vidi Dominum inſidentem ſolio excelſo & elato.* Item Michæ (1. Reg. 22, 19.) *Vidi Dominum inſidentem ſolio ſuo, & totum exercitum cœli adſtantem ei, a dextra ejus & ſiniſtra ejus.* Nec non Ezechielis viſionem, de qua ipſe (c. 1, 28.) teſtetur: *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Quin & quod de ipſomet Moſe (Num. 12, 8.) dicatur: *Similitudinem Domini conſpicit:* qui tamen ſalvus erat. Dicitis quoque Prophetas reliquos Deum per ſpeculum opacum, Moſen vero illum per ſpeculum pellucidum intuitum eſſe. Reſpondere licet, ſecundum ſententiam Magiſtrorum noſtrorum, hominem ſupremo vitæ momento Divinam Majeſtatem conſpicere, & illico mori: atque hoc velle verba illa: *Non poteſt me videre homo & vivere;* quamprimum enim homo Deum intu-

† Fortaſſe אתם

שנ, לפניו יכרעו ויפולו כל יורדי עפר ונפשו לא חיה : אבל בשעת שמדבר עם הנביא לצורך שליחותו רואים אותו וחיים ;

intuetur, moritur, nec est amplius superstes. Huc pertinet quoque illud (Ps. 22, 30.) *Coram eo procumbent & cadent, omnes qui descendunt in pulverem, & qui animam suam in vita non conservat.* At, cum Prophetis loquitur Deus, id mandati committendi causa fit, ideo vitam non amittunt.

Num. XX. 11. **ויך את הסלע פעמיים** : פעמיים שתי וערב : ואלמלא לא עשה כן לא היו המים יוצאים : וי"ל כן ע הוא כאשר דברתם ולפיכך כעס יי ואמר יען לא האמנתם בי וגו' :

Percussit petram bis. (*Dicunt Infideles:*) Bina (*percussione*) stamen & subtemen fecit, nec enim aliter aquæ promanassent. Responde: Sic omnino res se habet, prout dicitis, atque ideo succensuit Deus, dicitque (v. 12.) *Quia non credidistis mihi &c.*

Exodi XXXIII. 20. **לא תוכל לראות פני**: המינים שואלים והא כתי' ביעקב כי ראיתי אלהים פנים אל פנים ותנצל נפשי : אמור לו אלהים דיעקב זהו אפ מלאכים שהם נקראים אלהים כדאמרינן במנוח ויאמר מנוח אל אשתו מות נמות כי אלהים ראינו : ואומר אני אמרתי אלהים אתם:

Non potes videre faciem meam. Hæretici objicere solent: Atqui, de Jacobo (Gen. 32, 30.) scriptum est: *Quoniam vidi Deum de facie ad faciem, & erepta est anima mea.* Respondendum: Vox אלהים qua Jacobus utitur, Angelos notat, nam hi quoque אלהים vocari solent. Nam sic de Manoah (Jud. 13, 22.) legimus: *Et dixit Manoah uxori suæ, omnino morituri sumus, nam vidimus* אלהים Legitur quoque (Ps. 82, 6.) *Ego dixi* אלהים *vos esse.*

Num. XVII. 23. **והנה פרח מטה אהרן לבית לוי** : אומרים המינים שזהו רמז על חריא (ר"ל מריה) שהיתה ב בתולה כשילדה את ישו : תיפח רוחם כי נוח † מראות עיניהם ! ומהשכיל לבותם כי חריא גם משבט לוי לא היתה ולפי דבריהם מטה יהודה היה לו לפרוח שהר' מיחסין את ישו אחריו : ועוד מ. מי כתוב ופרח פרח אלא * כתי'

† L. טוח

* Malo יפרח אלא פרח

Et floruit virga Aaronis pro familia Levi. Dicunt Infideles, hæc respicere Mariam, quæ virgo fuerit, cum Jesum pareret. Male pereant homines illi, quippe nihil oculi ipsorum quicquam vident, aut corda intelligunt. Neque enim Maria ex tribu Levi fuit oriunda. Secundum ipsorum igitur placita, baculus Judæ florere debebat, nam inde Jesu stirpem deducunt. Amplius, anne de futuro, & florebit, floremque edet scriptum est? utiq;

floruit

שכבר פרח אלא וודאי הפרח ע״ל העסק קרח הייתה כדי לבטל המחלוקת: ועוד יש להשיב אם המטה היה הרמז לישו א״כ כשנתעבר חריא מיד בו ביום היה לה להוליד אותו כמו שהמטה פרח בליילה אחרת: ועוד כשם שהיו השקדי׳ נגמרים בגידולן כך היה לו להיות גדול ביום הולדו ולא היה לו להמתין עשרים או שלושי׳ שנה: ועוד למה כתי׳ ויגמול שקדי׳ לשון רבים ואם על ישו רמז היה לו להיות שקד אחד ועתה משמע שיהיו הרבה ישויים:

ואם ישאלך מין: נחש נחושת שעשה משה במדבר מי התיר לו והכתי׳ לא תעשה לך פסל וכל תמונה וגו׳ תאמר לא * פה שאסר הוא הפה שהתיר: וכן באיסור שבת כתי׳ לא תבערו אש וגו׳ וכתי׳ וביום השבת שני כבשי׳ לכן אין להרהר ולדקדק במצוות הבורא יתי׳ אלא מה שאסר אסור ומה שהיתיר מותר וע״ל כן הזהיר משה וכתב כל המצוה אשר אנכי מצוך לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו: וכן תאמר מן הכרובי׳ וזה שאמר הכתוב לא תעשה לך כלומר לדעתך אבל לדעתי תעשה: ומה

*florui*t, præterito tempore dicitur. Sane nimirum illa florum progerminatio, ob Koram evenit, ut controversia tolleretur. Porro respondendum: Si baculo isto Jesus significabatur, continuo eum Maria, postquam prægnans facta erat, in lucem edere debuisset, uti baculus una nocte effloruit. Item, sicut amygdala matura erant, cum prodirent: Ita jam justæ staturæ esse illum oportebat, cum nasceretur, nec exspectare annum vigesimum, aut trigesimum. Denique, quare scriptum est, *& educebat amygdala*, numero plurativo? nam si Jesus innuebatur, amygdalum unicum edendum erat: aut consequitur, plures uno esse Jesus.

Si quærat ex te Hæreticus, quis permisit Mosi facere in deserto Serpentem æneum? Atqui scriptum (Ex. 20, 4.) *Ne facito tibi sculptile, aut ullam imaginem, &c.* Responde: Illud ipsum os quod rem vetuit, eandem quoq; indulsit. Idem circa Sabbatum deprehendas: Nã de eo (Ex. 35, 3.) præcipitur: *Ne accendite ignem &c.* & tamen (Num. 28, 9.) in Sabbato bini agniculi offerri jubentur. Quapropter non rimandæ, aut curiosius explorandæ sunt præceptorum Divinorum rationes. Quod vetuit ille, pro vetito habendum; & quod concessit, pro concesso. Quamobrẽ hortatur Moses (Deut. 12, 32.) *Vnamquamq; rem quam ego præcipio vobis, eam observantes facite: ne addito ei, neq; detrahito ex ea.* Pari ratione Cherubinos in controversiam vocare quis posset. Nimirum quod Scriptura edicit: *Ne facito tibi*

* Lege לו

שעשה אותו משה לא עשה כ׳ג
להשתחוות לו ולא לטעות אחריו
אלא להראות להם כח נפלאותיו
של הקבה״ כי במה שלקה אותם
ריפא אותם :

tibi, sic capiendum: Ne facito *(sculptilia)* proprio ausu; at meo jussu tibi sunt conficienda. Quin & quem Moses paravit Serpentem, non ideo fecit, ut homines coram eo se incurvarent, aut ut erroris occasio esset, sed ut ostenderet illis vim potentiæ Divinæ, quæ eadem re qua ipsos percusserat, faciebat medelam.

Num. XXIV. 17.

אראנו ולא עתה אשורנו ולא
קרוב דרך כוכב מיעקב וקם שבט
מישראל וגו׳ : אומרי׳ המינ׳ ש
שעל ישו נאמר : תשובתו בצידו
הבתו׳ ומחץ פאתי מואב וקרקר
כל בני שת: ומתי היה זה והכתיב
והיה אדום ירושה והיה ירושה
שעיר אויביו אל עושה חיל :
כל עיקר תופס . והותם ארומיים
הם ולמה קרא אותם אויביו :
ועוד מה זכר ישו יש כאן או רמז:
הא וודאי הכתוב אין מדבר אלא
באותו גואל העתיד לגאול את
ישראל נלקבצם ממקום נידוחם
ואותו גואל יהיה מזרע דוד שבא
מיעקב ראה מה כתוב בירמיה וא
ואני אקבץ את שארית צאני מכל
הארצות והקימותי לדוד צמח צדיק
ומלך מושל והשכל וגו׳ בימיו ת
תושע וגו׳ :

Video illum non tamen nunc, contemplor illum, sed non propinquū. Procedit stella ex Jacobo, & exsurgit sceptrum ex Israële &c. Infideles contendunt hæc de Jesu enunciata esse. At responsio statim adjicitur: Scriptum enim: *Et franget Duces Moabitarum, vastabitq; omnes filios Seth.* Quando hoc eveniet? Id indicatur statim sequentibus: *Et erit Edom possessio, erit inquam Seir possessio hostibus suis; nam Israël faciet strenue.* Id palmarium adversus religionem illorum argumentum habendum: esse ipsos Edomæos, atque vocari hostes Numinis. Porro, quod indicium aut vestigium est hic Jesu? Nimirum, certo certius haud de alio Redemtore Scriptura loquitur, quam de eo, qui liberaturus est Israëlitas, & collecturus ex locis ubi sunt dispersi. Is autem Redemtor, oriturus ex semine Davidis, qui a Jacobo genus trahit. Vide mihi, quid Jeremias dicat (c. 23, 3.) *Et congregabo residuum ovium mearum, ex omnibus regionibus. &c Et excitabo Davidi germen justum, & imperabit dominator, secundabiturq; &c. In diebus ejus servabitur &c.*

וקרקר כל בני שת : זהו שניבא
עובדיה על אותן הימי׳ כי קרוב
יום יי׳ על כל הגוי׳ כאשר עשית

Et vastabit omnes filios Seth. Hoc est quod prædixit Obadias, de illo tempore, (quando commate 15. seqq. ait:) *Nam propinquus est*

כן יעשה לך וגו' כי כאשר שתיתם
על הר קדשי ישתו כל הגוי' וגו'
והיה בית יעקב אש ובית יוסף
להבה ובית אדום לקש וגו'
וירשו הנגב את הר שעיר וגו'
ועלו מושיעים בהר ציון לשפוט
את הר עשו : ובסוף נבואת עמוס
כתי' ביום ההוא אקים את
סוכת דוד הנופלת וגו' למען ירשו
את שארית אדום : ואם יאמר לך
אותו שניבא עליו ירמיהו הוא ישו
תשובתו תמצא מפורש בירמיהו :

dies Domini contra omnes gentes: quemadmodum feceris fiet tibi &c. Nam cum biberitis in monte sanctitatis meæ, bibent omnes gentes &c. Eritque domus Jacobi ignis, & domus Josephi flamma, domus autem Esavi in stipulam &c. Et hæreditario jure poßidebunt australem regionem, cum monte Seir &c. Et ascendent Servatores *in montem Zionis, ad judicandum montem Esavi.* In fine vero vaticiniorum Amos (c. 9, 11. seqq.) scriptum est: *Tempore illo erigam tugurium Davidis quod decidit, &c. ut hæreditate accipiant reliquias Edomi.* Quod si quis dicat: Per eum de quo vaticinatus est Jeremias, Jesum intelligere oportet: Responsionem hujus objectionis clare explicatam reperies in notatis ad Jeremiam.

נביא מקרבך מאחיך כמוני
יקים לך יי' אלהיך אליו תשמעון
אמרו המיני' כי זה היה ישו :
תשובה ראה מה כתי' בסוף
הפסוק לא אוסיף לשמוע בקול
יי' : והיאך אתם אומרי' שעתה
בא ודר בתוככם ודיבר עמהם
בכל עת : ועוד אף לדבריהם והא
כתי' נביא אקים להם מקרב
אחיך כמוך ונתתי דברי בפיו :
והנה שומע אני כי הנביא הזה
אין בו כח לדבר אלא מה שציוה
עליו בוראו ומה שישים בפיו :
אבל הוא בעצמו לא יכול לדבר
מדעתו ולא לצוות כלום : ועוד
כתי' איש אשר לא ישמע אל
דברי הנביא אשר ידבר בשמי
ולא כמו שידבר מדעתו : וזה
נביא ולא אלוה : ועוד : והא

Prophetam e medio tui, e fratribus tuis, sicut ego, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ei auscultate. — Deut. XVIII. 15.

Dicunt Infideles, Jesum significari. Respōde tu: Vide mihi, quid statim commate 16. subjiciatur: *Ne pergam audire vocem Domini:* Quomodo igitur vos asseritis, eum venisse, & in medio illorum commoratum esse, atque omni tempore cum illis sermones miscuisse? Ecce sequitur quoque (com. 18.) *Prophetā suscitabo eis e medio fratrum tuorum, sicut tu, & indam verba mea ori ejus.* Hinc audio, non habiturum Prophetam illum facultatem aliud loquendi, quam quod Creator ejus præcipiet, & ori ejus imponet: cæterum ex seipso, & sui animi sententia, non loquuturum aut præcepturum illum quicquam. Scriptum porro (commate 19.) *Erit autem, ut quisquis non auscul-*

כמוך מה אתא נביא ולא אלוה אף
הוא נביא ולא אלוה מה אתה נולד
מאב ואם אף הוא נולד מאב ואם :
Supplendum hic ex Munſtero in c. 18. Deuteron. והנה אומר משה
למעלה כי יקום בקרבך נביא או
חולם חלום ונתן אליך אות וג
ובא האות וגו׳ ועתה אין אמר י
ישו רק כי הוא נביא אבל עשה א
עצמו אלוה והסית אחיו ועל כן א
אמר אליו משה לא תאבה לו ולא
תשמע אליו כי הרוג תהרגנו וכן עשו
לו ותלוהו בעץ :] ועוד וכי על זה
שבא והפיר כל תורתו עליו יאמר
משה איליו תשמעון :

auſcultaverit verbis Prophetæ, quæ loquetur in nomine meo : non autem illis, quæ loquetur ex ſui animi ſententia. Ergo Propheta aliquis hic innuitur, non vero Deus. Amplius, illud, *ſicut tu*, (hoc utique nobis declarat:) Sicut tu Propheta es non Deus, ſic & ipſe non Deus, ſed Propheta erit : Sicut tu patre & matre genitus es; ita ipſe patre & matre generabitur. [Atque ecce, Moſes ſupra (c. 13. 1.) dixerat: *Quum ſurgens in medio tui Propheta, aut ſomnians ſomnium, ediderit tibi ſignum aut prodigium, quamvis eveniat ſignum illud &c.* Nunc autem Jeſus non tantum dixit ſe Prophetam eſſe, ſed inſuper fecit ſeipſum Deum, & ſeduxit fratres ſuos: Ideo de eo ait Moſes (com. 8.) *Ne acquieſcito illi, neq; auſcultato illi*; ſed omnino illum occidito. Atq; iſtud exequuti ſunt, eumq; in ligno ſuſpenderunt.] Deniq; an de eo qui venit omnemq; Legem Moſaicā evertit, Moſes dicturus erat: *Ei auſcultate?*

v. 10, נביא אקום להם מקרב א
אחיך כמוך : אומרי׳ המיני׳ זהו
ישו ויל אם על ישו אמר משה כך
אכ אמר שיהא נביא ולא אלוה :
ומאחר שעשה את עצמו אלוה וג׳
ודיבר סרה ומעל ביי׳ ראה מה א
אמר משה עליו כי יקום בקרבך
נביא או חולם חלום ונתן לך
אות או מופת ובא האות והמופת
וגו׳ ומת הנביא ההוא : וכל * ע
הענין ומסיים כי מנסה יי׳ א
אלהיכם אתכם : ועתה קו מה
על מי שאמר לעבור אלהי׳ אחרי׳
אמר משה ומת הנביא ההוא : כש
למי שעשה עצמו אלוה ; ועליו א

*Fortaſſe וכלה

Prophetam ſuſcitabo illis ex medio fratrum tuorum ſicut tu. Perhibent Infideles, hæc ad Jeſum attinere. Reſpondendum : Si de Jeſu Moſes iſta prædixit, tum Prophetam futurum ſignificavit, non Deum. Quia vero Deum ſe finxit, & nefanda prolocutus eſt, ac adverſus Deum ſe rebellem geſſit, vide mihi quid Moſes (Deut. 13, 1. ſeqq.) de eo ſcripſerit: *Cum ſurgens in medio tui Propheta, aut ſomnians ſomnium, ediderit tibi ſignum aut prodigium, & eveniat ſignum illud prodigium &c.* (usque ad) *Et moriatur Propheta ille.* Atque caput & ſumma rei in iſtis conſiſtit: *Quia tentat Dominus Deus veſter vos.* Jam argumentum a comparatis formare licet : Quod ſi de eo qui Deos

אמר משה כי יסתך אחיך בן א
אמך : זהו ישו שכפר באביו ואמר
שיש לו אם ולא אב : או הוא בן
אלהים והוא עצמו אלוה ועליו
אמר משה לא תאבה לו וגו׳ עד
בראשונה להמיתו וגו׳ וכן עשו לו*
ותלאוהו לקיים מה שכתוב לא
תלין נבלתו על העץ כי קבור ת
תקברנו כי קללת אלהי׳ תלוי : ו
ואתה אומר שפרח ועלה לשמי׳
הלא עליכם היה משה רבינו
מקניט ומקנטר אותנו ואמר הם
קנאוני בלא אל ע״כ מסרנו בידכם
כמו שהפסוק מסיים ואני אקניאם
בלא עם בגוי נבל אכעיסם :
הרי קרא אתכם לא עם וגוי
נבל כי אין לכם בשת פנים
שאתם אומרי׳ על מי שאמר
והיה העולם שהוא חי וקיים
לנצח אתם אומרים עליו שקיבל
מיתה ויסורין בשבילכם : והלא
משה רבינו מפי הגבורה אמר :
כי אשא אל שמים ידי ואמרתי
חי אנכי לעולם : ודוד ואליהו
ודניאל כולם נשבעו בחיי ״׳
וכתי׳ ראו עתה כי אני אני הוא

Deos alienos colere jubet, Moses pronunciavit: *Moriatur Propheta ille*: Quanto magis idem de eo valet, qui seipsum Deum facit? Atque de hoc scripsit quoque Moses (ibi commate 6.) *Si clam incitet te frater tuus, filius matris tuæ.* Hic Jesus innuitur, qui patrem suum inficiatus est, dixitque se matrem tantum habere, nequaquam vero patrem: aut se Dei filium esse, imo ipsum Deum. Cæterum, de eodem pronunciat Moses (commate 8.) *Ne acquiescito illi &c.* usque ad, *prima esto ad morte illum afficiendum &c.* Atque hoc quoque exequuti sunt Majores nostri, illumque suspenderunt, ut adimpleretur quod scriptum est (Deut. 21, 23.) *Ne pernoctato cadaver ejus in ligno, sed omnino sepelito eum, nam suspensus execrationi est Deo.* Dicitis quidem (*o Christiani,*) illum evolasse ascendisseque in cœlum. Sed annon vestri causa nos reprehendit & objurgat Moses Magister noster, (Deut. 32, 2.) inquiens: *Ipsi commoverunt me ad zelotypiam, per ea qua non sunt Deus.* Atque ideo in manus vestras tradimur, nam sic finiunt ibi verba: *Ego quoq; ad zelotypiam commovebo eos, per eum qui non est populus, per gentem stultam provocabo eos.* Ecce vocat vos, *non populum, & gentem stultam.* Etenim, nullus pudor inest vobis, quoniam de eo ad cujus verba orbis hic extitit, quiq; in æternum vivit ac perdurat, vos asseritis, illum vestri causa, calamitates & mortem pertulisse. At, annon Moses (*eodem loco, commate 40.*) Deum sic loquentem introducit: *Nam attollo ad cælum manum meam, & dico, vivo ego in seculum.* Hinc David, Elias, Daniel, omnes jurarunt per Deum vivum. Scriptum quoque (in ipso illo loco, commate 39.) *Videte nunc*

*Inserida ex Munstero ad Deut. 13. אבותינו

ואין אלהי״ עמדי : ואתם אומרי״ שיש לו בן זוג ואומרי״ שהם שניים ושלשה : דעו בבירור שהשם ינקום נקמתו מכם דכתי״ כי ידין יי״ עמו ועל עבדיו יתנחם הרנינו גוים עמו כי דם עבדיו יקום וגו׳ וירמיה אמר אל תירא עבדי יעקב ואל תחת ישראל כי אתך אני כי אעשה כלה בכל הגוי׳ אשר הדחתיך שמה ואותך לא אעשה כלה : ואותנו הבטיח ואתה אל תירא עבדי יעקב ואל תחת ישראל כי הנני מושיעך מרחוק ואת זרעך מארץ שביים ושב יעקב ושקט ושאנן ואין מחריד ולבית עשו לא יהיה שריד ופליט :

me meipſum eſſe, & nullum eſſe Deum mecum. Vos autem aſſeritis, illum habere ſocium, & eſſe duos, imo tres. Hoc pro certo habete, Deum vindictam de vobis ſumturum. Scriptum enim (ibi commate 37.) *Cum judicaverit Deus populum ſuum, tum propter ſervos ſuos pœnitebit ipſum &c. cantate gentes & populus ejus, nam ſanguinẽ ſervorum ſuorum ulciſcetur &c.* Jeremias quoque (c. 30, 10.) ait: *Tu ne timeto ſerve mi Jacobe, neq; conſternator Iſraël, nam tecum ego &c. nam faciã conſummationem in omnibus gentibus, quo te diſperſi, veruntamen in te non facturus ſum conſummationem.* Nobis autem contra pollicetur: *Tu ne timeto, ſerve mi Jacobe, neq; conſternator Iſraël; nam ecce ego ſervaturus ſum te e longinquo, & ſemen tuum e terra captivitatis: ut reverſus Jacobus quieſcat, ac tranquillus ſit, nemine perterrefaciente.* Et domui Eſavi non erit ſuperſtes, aut qui evadat.

נביא אקום מקרבך וגו׳ פותרין המיני׳ בישו וזה אי איפשר שהרי יוסף מעיד שמשעה שחרב בית ראשון שוב לא היה נביא שני אותותינו לא ראינו אין עוד נביא ואין אתנו יודע עד מה ואת והרי דניאל ועזרה היו נביאים לאחר החורבן : וי״ל אילו לא היו אלא בחזיון לילה : אינמי פותרין חלומות היו : ועוד י״ל כמוני מה אני יש לי אב ואם אף לנביאים † יהיה אב ואם ומה אני אינני מת במיתת מלכות : אף הנביא לא

† Maſo לנביא

Prophetam excitabo e medio tui. Hæc de Jeſu exponunt Infideles. Sed fieri non poteſt (*ut iſta interpretatio locum inveniat.*) Nam Joſephus teſtatur, poſt templi primi devaſtationem, non comparuiſſe amplius Prophetam, ſecundum illud (Pſ. 74, 9.) *Signa noſtra non videmus, non eſt ultra Propheta, nec eſt nobiſcum qui cognoſcat usq; quo.* Quod ſi quis objiciat: Atqui Daniel & Eſra Prophetæ fuere poſt excidium. Reſpondendum: Illi tantum nocturnas habuerunt viſiones. Aut, ſi mavis: Fuere modo Interpretes ſomniorum. Amplius urgenda vox, *ſicut ego.* Nempe, ſi-

ימות במיתת מלכות : וישו נצלב:
ורבי אברהם הגר אמר מכאן
שאמר מקרבך מה צריך לומר
מאחיך אלא לומר לך שיהיה ממש
דומה כאב * ואיליו תשמען :

pe, ſicut mihi pater eſt & mater, ſic Propheta quoque, patre & matre generabitur. Et ſicut ego ſummæ poteſtatis juſſu neutiquam tollar e medio: Sic nec Propheta ille, ſummæ poteſtatis juſſu morte afficietur. Atqui Jeſus cruci fuit *Malo כאח affixus. R. Abraham Proſelytus quoque ſcribit: Quia dixerat (Moſes,) *e medio tui* quid opus erat quoque addere: *e fratribus tuis?* Scilicet ſignificatur futurum illum fratris loco, atque huic auſcultandum eſſe.

שלח את האם והבנים
תקח לך : אומרים המינים שלח
את אמה של תורה כלומר אין
לך להבין את התורה ככתבה
אלא בפתרון רמזים בצייכנישא
והבנים תקח לך פירוש הקדשים :
תשובה על זה אמר ישעיה איזה
ספר כריתות אמכם אשר שלחתיה
וגו' ובפשעכם שולחה אמכם :
מדוע באתי ואין איש וגו' אלביש
שמים קדרות : על משלחת האם :
ועוד אפילו לדבריהם מנין אתה
יודע מאימתי תשלח את האם
וגם אני אומר שעל תורתם נאמר
שלח את האם ומה שנכתב להם
להטבילם רמז הוא שנכתב להם
כלומר שירחצו עצמן מעונות כמו
שאמר ישעיה רחצו הזכו הסירו
רוע מעלליכם וגו' אבל להשליך
בן אדם במים לא נכתב מעולם
כי למה זה היה לו לצוות לישו
טבילה זו ומה זה על מה זה:

Dimittito matrē, pullos vero accipies tibi. Deut. XXII. 7. Infideles iſta ſic interpretantur: *Dimitte matrem*, Legis ſcilicet: hoc eſt, non intelligenda tibi Lex ſecundum literas, ſed ſecundum explicationē eorum quæ indicantur, Der Zeichnüſſen. *Pullos vero accipies tibi.* Puta, expoſitiones Virorum Sanctorum. Reſponde: Hanc rem in mente habuit Eſaias, cum (c. 50, 1.) ſcriberet: *Vbi eſt libellus repudii matris veſtræ, quo dimiſerim eam? &c. & defectionibus veſtris dimittitur mater veſtra. Quamobrem veni & non eſt vir &c. Induo cælos atrore.* Nempe ob dimiſſionem matris. Amplius, eſto, vera ſit veſtra interpretatio, ſed unde ſcitis quorſum dimmittenda ſit mater? Enim vero, concedam ego quoque ad Legem pertinere iſtud, *Dimittito matrem.* Ergo, quod ſcriptum, homines baptizare ſe debere, hunc habet ſenſum, quod mundare ſe debeant a peccatis: prout Eſaias (c. 1, 16.) quoque ait. *Lavate vos, purificate vos, amovete malignitatem actionum veſtrarum.* At hominem aquis immergendum eſſe, nuſpiam præcipitur. Quare igitur Jeſus hunc baptiſmum imperavit, & pro myſtico, verum introduxit?

 Si

Deut. XXI. 18.

כי יהיה לאיש בן סורר ומורה וגו' רבי שלמה בן אברהם היה משיב למיני' מה שהם אומרי' נאם יי' לאדני שב לימיני אמר האב לבנו שב לימיני בשמים ועל תירד בין היהודי' אויביך עד שאכלם ואכניעם תחתיך ואשית אותם הדום רגליך : והבן היה בן סורר ומורה ולא שמע למצוות אביו וירד שלא ברצון אביו ועשה האב בכעסו שישראל דנוהו כדין כל בן סורר ומורה כי ישראלי' בני נביאי' הם וידעו שכך היה גזרת אביו שבשמי' והרגוהו על שעבר במצוות אביו : וכשלא יכלו לעשות לו משפט בן סורר ומורה מפני כשפיו קיימו בו משפט הסמוך לו : כי יהיה לאיש חטא משפט מות והומת ותלית אותו וגו' :

Si cui fuerit filius contumax & rebellis &c. R. Salomo Abrahami filius, Hæreticis, qui verba (Psalmi 110, 1.) *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam:* (de Jeſu accipiunt,) reſpondere ſolebat: (*Dixiſtis bene:*) Sic omnino Pater ajebat Filio: Sede ad dextram meam in cœlis, neque ad Judæos inimicos tuos in terram deſcendito, quoad eos conſumpſero, & tibi ſubjecero, atq; ad ſcabellum pedum tuorum redegero. Sed Filius erat rebellis & contumax, neq; obtemperabat præceptis paternis, verum contra voluntatem illius deſcendit. Quamobrem Pater iratus effecit, ut Judæi pœnam cujusque filii contumacis & immorigeri ei irrogarent. Sunt enim Judæi filii Prophetarum, unde ſciebant, ſic decreviſſe Patrem cœleſtem. Ergo morte illum affecerunt ob violatum præceptum paternum. Cum autem ſupplicium filii contumacis & rebellis de eo ſumere non poſſent, propter incantamenta ipſius, id in eum ſtatuerunt, quod ibi prope legitur: *Cum erit in aliquo peccatum adjudicandum morti, tradatur morti, & ſuſpendes illum.*

שאל למין כתי' לא יבא עמוני ומואבי בקהל יי' והתלוי בא מרות המואביה אם כן הוא פסול ואינו ראוי לבא בקהל ואם יאמר הלא דוד ושלמה וכל מלכי יהודה גם כן באו מרות המואביה :

Difficultatem propone Hæretico: Scriptum (Deut. 23, 3.) *Ne venito Ammonites aut Moabites in congregationem Domini.* Atqui Crucifixus genus derivat a Ruth Moabitide; igitur profanus erat, nec dignus, qui veniret in congregationem Judaicam. Quod ſi reſpondeat: Annon David, & Salomon omnesque Reges Judæ, a Ruth Moabitide deſcendunt? Reſponde: Nos dicimus: Ammonites, non Ammonitis; Moabites, non Moabitis, ſcriptum eſſe, (*atq; ſic facile Regum noſtrorum natales legitimos efficimus. Sed vos, quos hæc ſolutio*

dubii

תשיב לו אנו דורשין עמוני ולא עמונית מואבי ולא מואבית ;

dubii latet, quomodo Christum a macula liberabitis?)

משומר אחר פיקר בהאזינו ושאל למה ההא של הליהוה גדולה אלא שהיא רמז על ה' פצעים שפ שפצעתם לתלוי וכי לא תגמלו זאת אתם עם נבל ולא חכם: והשיב לו היהודי הנשאל ואמר לו כשם שדורשת הה״א כך תדרוש כמו כן הלמ״ד וזה פירושו ; אותו שנפצע בה' פצעיי לא אלוה הוא כי אם ילוד אשה בשר ודם ;

Quidam Apoſtata, nequitias ſuas exercens circa Moſis (quod Deut. 32. deſcriptum eſt) Canticum, quærebat: Quare (commate 6.) vox הליהוה literam He habet majuſculam? Nimirum quinq; innuuntur vulnera, quæ crucifixo inflixiſtis, & annon repenſuri eſtis illud, popule ſtulte & inſipiens? Reſpondit Judæus qui interrogabatur, inquiens: Vti literam He explicaſti, ſic expoſitionem quoque inſtitue τῦ Lamed, quæ talis eſt: Is, qui quinque paſſus fuit vulnera, non Deus eſt, ſed mulieris fœtus, carne & ſanguine conſtans.

שמע ישראל יי' אלהינו יי' אחד המיני' פוקרי' ואומרי' ש שלשה שמות הללו רמז על הש השלוש : וי״ל תשובתו בצידו ואהבת את יי' אלהיך הרי חיסר שם אחד ואין כאן אלא שניים כדי שלא יטעו ויאמרו שלשה ה הם:

Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt. Infideles hic nugantur, contendendo tria illa Divina nomina, Trinitatem innuere. At reſponſio ſtatim adjicitur, in verbis, *Et diliges Dominum Deum tuum.* Ecce hic deficit unum nomen, & duo tantum exprimuntur, ne quis erret, & Trinitatem fingat. *Deut. VI. 4.*

ויתד תהיה על אזנך: יש גלחים אומרי' למה אינכם מוליכי' כך בזמן הזה ; וי״ל הרי הוכחה לכם שא שאפילו לבשר ודם מצוה להיות נקיים כ״ש להקב״ה ואיך תאמר ישו היה בשר ודם וגם אלוה : ותו הפירוש אינכם יודעיכי' יתד על אזנך מצורה בשעת שתצורו למ למלחמה: אינמי יתד יהא לך כשיצא אחד מאחיך חוץ למחנה ליבדל

Et paxillus eſto tibi præter arma tua. Quidam Monachi quærere ſolent: Quare non obſervatis iſtud? Reſpondendum: Ecce, patet hinc vobis, etiam homines ſummopere decere, ut mundi ſint, quanto magis igitur idem Deo conveniet? & proinde, quomodo dici poteſt, Jeſum carne & ſanguine præditum, eundemque Deum fuiſſe? Enim vero, vos verum ſenſum verborum, *Et paxillus eſto tibi præter arma tua*, ignoratis; nam id præceptum *Deut. XXIII. 13.*

tantum

מן המחנה ויתפוש אמנה אחרת:
לערב יטבול מטומאתן דהיינו ב
טו״ף שלהם ויכנס למחנה ישראל
לכסות על זה: פירוש אחר ויתד
יהיה לך מזומן לך כדי לתלותו
ר״ל לתלות את ישו ואחר תכסה
את צאתך כי הוא צואה וחוטא
שרצה להחטיא אותך: וגם הם
מודי״ שכך היה בראשונה הקריי״ץ
שנתלה עליו ישו רק ג׳ רוחות
כזה * ועל זה תלאוהו והוא דומה
ליתד עד שבא אחד והיה לא בע
רחמנות שהיה תלה ראשו בלא ס
סמיכה ועשה לו רביעי בצד הראש
כמו זה *:

tantum ad militares expeditiones attinet. Aut, ſenſus eſt: Paxillus eſto tibi, cum quidam fratrem tuorum caſtra egreditur, caſtra tua deſerere, & aliam religionem amplecti volens Is veſperi mundet ſe, ab impuritate illorum, hoc eſt Baptismo, & caſtra Judæorum intret, ne ea de re conſtet. Alio modo ſic exponas: *Paxillus eſto tibi*: hoc eſt: Paratus ſit tibi ad eum ſuſpendendum. Ad ſuſpendendum nimirum Jeſum: *Et poſtea tegas excrementum tuum.* Eſt enim lutum & peccator, qui voluit te ad peccandum impellere. Ipſi quoque fatentur, crucem in qua Jeſus fuit ſuſpenſus, principio tria tantum crura habuiſſe, hoc modo * atque huic fuiſſe illum affixum, quæ paxilli refert imaginem: quoad quidam venit, qui miſertus caput ſic ſine fulcimento pendere, quartum crus e regione capitis ſuperaddidit, hac forma *.

*

*

Deut. XXVII. 26.

ארור אשר לא יקים את ד
דברי התורה הזאת אומרי״ המיני״
אם לא תקיימו את כל התורה
תהיו ארורי״: וי״ל כן אמת מי ש
שיעבור ולא ישוב בתשובה: מ
ומשומד אחד אמר כתי״ כי היא
חייך ואורך ימיך הרי התורה היא
קרויה חיים: וכתי״ והיו חייך ת
תלואי״ לך מנגד: אלמא רמז ש
הוא על ישו שתלאוהו שהוא ש
חיים: והשיב רבי אברהם מש
משפירא תשובתו בצידו לא א
תאמין בחייך פירו בחייך אלו ש

Maledictus qui non præſtiterit verba Legis hujus. Hinc Hæretici nos cavillantur, dicendo: Niſi ſervetis univerſam Legem, maledicti eſtis. Reſpondendum: Sic utique ſe res habet, de eo qui peccat, & non agit pœnitentiam. Quidam Apoſtata ſic nugabatur: Scriptum eſt (Deut. 30, 20.) *Nam ipſa eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum.* Ecce vobis, quod Lex vitæ nomine venit. Scriptū porro (Deut. 28, 65.) *Eritq; vita tua ſuſpenſa e regione.* Hæc ergo indicant, Jeſum qui ſuſpenſus fuit, vitam eſſe. R. Abraham Spirenſis regerebat, ſtatim adjectam eſſe in textu reſponſionem, verbis: *Non credes in vitam*

tuam

שנתלה ואל תאמין אלא בחיים
הוא אלהים חיים ומלך עולם
לאותו תאמין:

tuam, hoc est: Non credas in vitam tuam, scilicet in eam quæ fuit suspensa: non enim nisi in (*veram*) vitam credendum, Deum nimirum vivum, Regem universi, in hunc credere convenit.

כבד את אביך ואת אמך
למען יאריכון ימיך וכתיי למען
ייטב לך והארכת ימיו במה
הכתוב מדבר: אם באריכות ימים
בעולם הזה וכי מה הבטחה וטו
ותועלת ותוחלת יש נחמה * בזה:
והא רשעיי כמו כן מאריכין ימיי
שכן אמר שלמה ויש רשע מאריך
ברעתו וגם המקיים מצוות כיבוד
אב ואם סוף סוף לקבר יובל: ועל
זה אמר שלמה אילו חיה אלף
שנים וגוי עד אל מקום אחד הכל
הולך כמו שלא היה אלא יום או
יומים אלא בוודאי פירוש למען
ייטב לך ר"ל בעולם הזה והארכת
ימים לעולם הבא: ואם יאמר לך
והא כתיי למען ירבו ימיכם וגוי
והיה אם שמוע תשמע לקול ייי
אלהיך עד ונתנך ייי עליון על כל
גוי הארץ ובאו עליך כל הברכות
האלה וגוי וכל זה שכר העולם
הזה ומן הנשמה לא הזכיר כלום:
תשובה כך אמר משה לישראל
היום הזה ייי אלהיך מצוך לעשות

Honora patrem tuum & matrem tuam: ut prolongentur dies tui. Deut. V. 22.

His consonant illa, (Deut. 22, 7.) *Vt bene sit tibi, & prolonges dies.* De qua longævitate loquitur Scriptura? An de diuturnitate hujus vitæ? At, quæ spes, felicitas, aut utilitas, inest huic promisso? Atqui etiam impii vitam similiter producunt, unde Salomo (Eccles. 7, 17.) ait: *Est improbus, qui prolongat dies in malitia sua.* Atque honorans patrem & matrem tandem denique in sepulchrum defertur. Hinc Salomo (Eccles. 6, 6.) dicit: *Si viveret mille annos &c. in locum eundem omnes abeunt:* quasi unum solum diem, aut biduum hoc durasset. Quamobrem necesse est sic explicationem facere. *Vt bene sit tibi:* In hoc scilicet seculo: *& prolonges dies:* in seculo nimirum venturo. Quod si quis dicat: Ecce scriptum est (Deut. 11, 21. seq.) *Vt multiplicentur dies vestri &c.* (item Deut. 28, 1.) *Et erit si audiendo audiveritis vocem Domini Dei tui &c.* usque ad: *sublimem ponet te super omnes gentes terræ, & venient super te omnes benedictiones istæ &c.* Omnia hæc tantum attinent ad præmia hujus vitæ, sed animæ nullam facit mentionem. Responsio. Sic alloquitur Moses Judæos (Deut. 26, 16.) *Hodierno die Dominus Deus tuus præcepit tibi facere &c. ex toto corde tuo; & ex toto animo tuo. Et Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris.*

*Fortasse בנחמה

וגו' עד בכל לבבך ובכל נפשך: ויי' האמירך היום להיות לו לעם סגולה וכל מי שמסוגל ומחובב לפני בוראו רוחו ונשמתו אליו יאסוף: ואמר להן משה על הנשמה אין לי לומר לכם יותר כי גם דבר גלוי זה לכל בר שכל שמי שיקיים מצוות בוראו כי מחובב ונחשק הוא לפניו ולא יתן נפשו לרדת שאולה כמו שאמר דוד המלך ע"ה לא תתן חסידך לראות שחת וכי תאמר בלבבך מה שיהיה אחרי' מי יגיד לי: לכן הנני מודיעך כי אפילו בעולם הזה פרי שכר מעשיך עיניך רואות ובסוף הפרשה הוא מזכיר ומדבר על הנשמה ולהיותך עם קדוש לייי אלהיך ואדם שהוא קדוש אין למעלה הימנו כדכתיי לקדושיי אשר בארץ המה ואדירי כל חפצי בם:

Quemcunq; autem Deus ſibi proprium elegit, ac amat, ejus ſpiritum ac animam recipit. Hæc igitur Moſi mens: De anima opus non eſt, ut prolixius vobis loquar, nam notum eſt cuique intelligenti, eum qui præcepta Creatoris ſui obſervat, illi carum & in pretio eſſe, nec conceſſurum Creatorem, ut anima ejus in infernum deſcendat: dicente ſic quoque Rege Davide f. m. (Pſ. 16, 10.) *Non permittes ſanctum tuum videre corruptionem.* Qnoniam autem intra vos dicere poteſtis, quis indicabit mihi, qualem mercedem ſim ego relaturus? Ideo notum vobis facio, etiam in hac vita, oculos veſtros viſuros præmia factorum veſtrorum. In fine quoque capitis 26. Deuter. mentionem facit animæ & de ea loquitur, in iſtis: *Vt ſis populus ſanctus Domino Deo tuo.* Nam nulla major dignitas homine ſancto, ſecundum illud (Pſ. 16, 3.) *Ad ſanctos qui in terra ſunt, & fortes, in quibus tota oblectatio mea.*

יהושע:

המיני' שואלי' מה רמז הוא שמשה לא הכניס את ישראל לארץ כנען עד שבא יהושע וגו' והעבירם את הירדן ואומרי' שזה רמז על התורה שנתן משה לא הועילה להכניסם לגן עדן עד שבא ישו ששמו יהושע והעבירם בירדן כלומר שנטבלו בל * יוחן רשע תשיב לו ראה מה כתו' ויאמר יי' אל יהושע היום הזה אחל גדלך לעיני כל ישראל אשר ידעון

* F. ביד

Joſua.

Quærere ſolent infideles: Quid ſibi vult, quod Moſes Judæos non introduxit in terram Cananæam, ſed opus erat ut Joſua veniret, atq; Judæos trans Jordanem duceret? Dicunt autem, hoc ſignificari: Legem quam Moſes dedit, non profuiſſe ad introducendos homines in Paradiſum, ſed opus fuiſſe ut Jeſus, qui Joſua vocetur, accederet, eosque trans Jordanem duceret, hoc eſt baptizaret, miniſterio improbi Johannis. Reſponde: Videte

כי כאשר הייתי עם משה אהיה עמך ; כלומר על ידו גזרתי את הים וכן על ידך אגזור את הירדן ולא לטבול בו כמו שאומרי המיני׳ שהרי בהר עבל ובהר גריזים כ כשעברו הירדן אמר ארור האיש אשר לא יקים את כל דברי ש התורה הזאת וגם יהושע כתב ע על האבני׳ משנה תורת משה ;

Videte quid ſcriptum ſit. (Joſ. 3, 7.) *Et dixit Dominus Joſua, die iſto, incipiam magnificare te ante oculos totius Iſraëlis : ut agnoſcant, ſicuti fui cum Moſe, me futurum tecum.* Quaſi diceret (*Deus:*) Per ipſum diſcidi mare, & ſic per te diffindam Jordanem. Neque hoc ad ſuſcipiendum baptiſmum, ceu Infideles nugantur, nam in monte Ebal & Gariſim, cum tranſiviſſent Jordanem, pronunciatum eſt, (prout præceptum fuerat Deut. 27, 26.) *Maledictus qui non præſtiterit omnia verba Legis hujus.* Joſua quoque lapidibus inſcripſit exemplum legis Moſis: (*ceu memoria proditum* Joſ. 8, 31.)

ויענו בני ראובן ובני גד וחצי שבט המנשה וידברו את ראשי אלפי ישראל אל אלהי׳ יי׳ אל אלהי׳ יי׳ הוא יודע אם במרד ואם במעל ביי׳ עשינו זאת וגו׳ כאן אומרי׳ הגלחים ג׳ שמות הללו רמז הם על אב ובן ורוח ש הטומאה : ויל״ הוא הנולד מגוש עפר מהריה לפי דבריהם אין הוא הבן אלא כל שלשתן אלוהותה:

Reſponderunt Rubenitæ cum Gaditis, & dimidia tribu Manaſſe, ſic alloquuti ſunt primores millium Iſraëlis : Fortiſſimus Deus Dominus, Fortiſſimus Deus Dominus ipſe ſcit, ſi rebellione ſive prævaricatione in Dominum hoc fecimus, &c. Hic inferunt Monachi, quod tria iſta Divina nomina, Patrem, Filium & Spiritum im̃undum deſignent. Reſpondendum: Ille qui ipſorum opinione ex gleba pulveris, Maria, natus eſt, non fuit Filius, ſed omnia tria (*nomina*) ad Deum unum pertinent. c. XXII. 21. ſeqq.

ספר ירמיה ;

Liber Jeremiæ.

בטרם אצרך בבטן ידעתיך ובטרם תצא מרחם הקדשתיך וגו׳ ראה הפקדתיך היום הזה על הגוים ועל הממלכות לנתוש ולנתוץ ל להאביד ולהרוס לבנות ולנטוע: אומרי׳ המיני׳ על ישו נאמר : ש תשובתו בצידו תחלת הפרשה

Cum nondum formaſſem te in ventre agnovi te, & cum nondum produxiſſes ex utero, ſanctificavi te: &c. Vide, præficio te hodierno die gentibus, & regnis, ad exſtirpandum, & ad demoliendum, ad perdendum, & ad deſtruendum; ad ædificandum, & ad plantandum. c. I. 5. ſeqq.

ויהי דבר יי׳ אלי לאמור מי אמר הפסוק הזה ירמיה״ אומרו שאם תאמר ישו אמרו אכ׳ לא היתה אותה הפרשה לכתב באותן ט׳ הימי׳ אלא על כורחך ירמיה א אמרו ולכן הוא אומר בסמוך ויהי דבר יי׳ אילי שינית לאמר מה אתה רואה ירמיהו וגו׳ ולפי דבריהם כשתאמר ירמיה במקום הקב״ה הוא עומד ומתנבא ואפילו הכי בטרם נוצר בבטן ידעתיו וג׳ ובטרם יצא מרחם הקדשתיו היה לו לומר : אבל אצרך בבטן וגו׳ והקדשתיך למי נאמר והא ישו איננו עומד לפניו : ועוד ואמר אהה יי׳ אלהי׳ לא ידעתי דבר ; וכי דרך של אלוה לדבר כן : ועוד וישלח יי׳ את ידו ויגע על פי ויאמר הנה נתתי דברי בפיך הוי אומר כי עד עתה לא היה בו דיבור וכ״ש אף אלוהות ; ובספר טיעותם כתוב כי גבריאל בישר למרים שתלד א אלוה והנה זה בושתם כי מן מהוולדו היה אלוה ומלפנים לא היה ואם יאמר מפני ענוותנותו אמר לה כן : שבור את שיניו וא ואמור לו וכי מפני מה היה נוהג ענווה בינו ולבין אביו : והא כתי׳ נביא לגוי׳ נתתיך ואם נביא אין

Infideles contendunt, hæc de Jesu dicta esse. At responsio statim adjicitur. Sic enim præcedit: *Et fuit verbum Domini ad me dicendo.* Quis hæc enunciavit? Vtique Jeremias ea enunciavit. Quod si enim dicas Jesum ista protulisse, non debebant verba illo tempore in literas redigi. Necesse igitur est, ut Jeremias ista dixerit. Hinc quoq; paulo post sequitur: *Et fuit verbum Domini ad me secundo, dicendo: Quid vides Jeremia. &c.* At, si ipsorum interpretationẽ sequendo, dicas, Jeremiam loco Numinis stare, & vaticinari, (*nondum tamen quicquam efficitur.*) Nam hac ratione, *Cum nondum formatus esset in ventre, agnovi eum, & cum nondum produsset ex utero,* dici oportebat. Cæterum, *formavissem te in ventre, sanctificavi te,* quomodo quadrabunt? neque enim Jesus coram stabat. Amplius ibi (*commate 6.*) legitur: *Et dixi: Ahah Domine Deus, ecce nescio loqui.* Anne Dei consuetudo sic loqui? Sequitur (*commate 9.*) *Et extendens Dominus manum suam, tetigit os meum, dixitq́: ecce indo verba mea ori tuo:* Vnde dicas, hactenus nondum verba (*Divina,*) nedum ipsam Divinitatem in eo fuisse. In libro quidem errorum ipsorum scriptum est, Gabrielem nunciasse Mariæ, illam Deum parituram. At hoc ad confusionem eorum pertinet, nam consequitur, ex quo natus erat, Deum illum fuisse, sed non ante. Quod si dicat (*Adversarius:*) Propter modestiam ejus, hoc ad illam sermone usus est. Infringe illi dentes, respondendo: Ecquæ modestia intercedit inter ipsum & patrem ejus? Scriptum

אלוה ואם אלוה אין נביא שאין נביא אלא זה שמביא ומגיד דבר שליחות לבריות מאת יוצרם; ועוד במקום אחר הם אומרים כי בטרם אצרך בבטן על יוחנן באפתישטא נאמר; ואם כן היה לו לומר בטרם נוצר ידעתיו; וגם שאמר הפקדתיך היום הזה זהו בימי ירמיהו; ועוד אפילו לכשתודה לכל דבריהם בזה תוכל לביישם שתאמר להם לדבריכם מצינו שאביו מסרו והא אמר לו אל ת תירא מפניהם וגו' ונלחמו אל איליך ולא יכלו לך כי אתך אני להצילך נאם יי'; והלא יכלו לו ותלאוהו ולא היצילו מידם: אלא בוודאי פתרון הפרשה בירמיה מדבר;

Scriptum inſuper (commate 5.) *Prophetam gentibus conſtitui te.* Quod ſi Propheta eſt, Deus eſſe nequit: &, ſi Deus eſt, Propheta eſſe nequit, nam Propheta, is tantum dicitur, qui perfert & indicat verba legationis ſuæ ad Creaturas, nomine Creatoris. Adde, quod alibi aſſerunt, verba: *Cum nondum formaviſſem te in ventre*: de Johanne Baptiſta dicta fuiſſe. Quæ ſi ita ſe habent, ſic efferenda erant: *Cum nondum formatus fuiſſet, novi eum.* Porro, verba, *Præficio te hodierno die*, declarant, de Jeremiæ temporibus ſermonem eſſe. Denique ſi maxime omnia quæ poſtulant iis largiaris, hoc ſolo illos in ruborem dare potes, ut dicas: Secundum opinionem veſtram reperimus, Patrem illum tradidiſſe (*in manus hoſtium.*) At vero ſcriptum (v. 8.) *Ne timeto ab iſtis &c. Qui oppugnabunt te, ſed non prævalebunt tibi, nam adſum tibi ad eripiendum te, dictum Domini.* An vero non prævaluere ei, ipſumque ſuſpenderunt, Numine illum nequaquam eripiente? Manifeſtum igitur eſt, de Jeremia Scripturæ ſermonem eſſe.

שובו בני' שובבים נאום יי' כי אנכי בעלתי בכם ולקחתי א אתכם וגו' ונתתי לכם רועי' כלבי וגו' על לב וגו' אם תשוב נאם יי' אילי תשוב ואם תסיר שיקוציך מפני ונשבעת חי יי' בא באמרת וגו' המולו לכם והסירו ערלות לבבכם איש יהודה ויושבי ירושלים פן תצא כאש חמתי; אומרי' המיני' כל הפרשה אמר ירמיהו לישראל להוכיחן ולהושיבן;

Revertimini filii averſantes, dictum Domini, nam ego conjugio junctus ſum vobis, & recipiam vos &c. Et daturus ſum vobis paſtores ex ſententia animi mei &c. in animum &c. Si reverſurus es, dictum Domini, ad me revertere: & ſi amovebis abominationes tuas a facie mea. Et jures vivit Dominus vere &c. Circumcidite vos, & amovete præputia cordis veſtri, viri Judæ, & habitatores Hiero- c. III. 14. & ſeqq.

לאלוהות ולאמונת ישו: והנך רואה בעיניך כי אין ממשות בדבריהם: חדא שאין ישו כתוב ורמוז בכאן: ועוד וכי ירמיה אמר על ישו שעדיין לדת נולד עד אלף דור היה לו להוכיחן שילכו בתורת והלא עד היום הזה * נודעה תורתו ומה היה לו להוכיחן עליה ולאיימם ולומר פן תצא כאש חמתי: וגם לפי דבריהם עד שירמיה היה מוכיח את ישראל על תורת ישו את עצמו למה לא היה מוכיח עליה ולמה לא הלך הוא בעצמו בתורתו בטיבול שקץ מים ובימי אידיהם ואם יאמר לך ירמיה האמין באלוהות ישו אבל לא נטבל כי עדיין לא נתנה תורתו ולא הגיע עיתת עד יום בואו: אמור לו עתה תשמע לאזניך מה שאתה מוציא מפיך ואכ״ הוא ולמה היה מאיים את ישראל עליה דכתי׳ פן תצא כאש חמתי: ואם יחזור ויאמר לך על העולם הבא כשיבא אליהו הוא מתנבא להם שאז יבואו ישראל וישובו אחרי טעות ישו: הנה הפרשה מכחשת ומכזבת אותו כי בוודאי ירמיה לא אמר אלא להוכיח אותו הדור שילכו בדרכי ״׳ כדכתי׳ בתחילת הפרשה ויאמר

Insere אל

Hierosolymorum, ne prodeat tanquam ignis excandescentia mea. Contendunt Infideles, omnem hanc exhortationem ad Israëlitas Jeremiam fecisse, ut eos admoneret, atque ad Divinitatem ac religionem Jesu perduceret. At, tu oculis cernis, nullum fundamentum inesse verbis illorum. Principio, quia Jesu nec nomen nec indicium hoc loco continetur. Porro, quomodo loqueretur Jeremias de Jesu, qui mille annis post natus fuit (*tanquam de præsenti?*) Monere eos debebat, ut futuris temporibus Legem ejus sequerentur. An non enim illo ævo nondum inotuerat Lex ipsius? Quare igitur eos hoc nomine increpat, terretq;? dicens: *Ne prodeat tanquam ignis excandescentia mea.* Jam amplius, quia secundum mentem illorum Jeremias Israëlitas propter Legem Jesu increpat, quare non seipsum corripuit? & quare ipse non sequutus est Legem ejus, ut aquis nefandis ablueretur, & profesta illorum festa celebraret? Quod si regerat Adversarius. Jeremias in Divinitatem Jesu credidit, sed baptizatus non fuit, quia nondum promulgata erat Lex ejus, hæc enim tantum sub adventum illius obtinere debebat. Responde: Nunc quidem auribus tuis percipies, quantam absurditatem proferant labia tua. Etenim si res ita se habet (*ut tute dicis*,) quare hoc nomine Judæis terrorem incutit, comminando: *Ne prodeat tanquam ignis excandescentia mea?* Quod si pergat Adversarius, dicendo: Vaticinatur Propheta de futuro tempore, quo Elias adventabit, tum enim Judæi sectabuntur, & amplectentur errores Jesu. Ecce to-

יי' אלי בימי יאשיהו המלך הראית
אשר עשתה משובה ישראל הלא
היא הולכה על כל הר גבוהה
וגו' ואמר אחרי עשותה כל א
אלה אלי תשוב וגו' ואמר כב
בפרשה אחרת מי האיש החכם
ויבין את זאת ואשר דבר יי'
אליו ויגידה על מה אבדה הארץ
וגו' ויאמר יי' על עזבם את ת
תורתי וגו' הלא תראה שלא
הוכיח ירמיה ולא היה מזהיר
אותם אלא על העבר ולא על ה
העתיד : וכן באליהו הוא אומר
קנוא קנאתי ליי' אלהי ישראל
כי עזבו בריתך בני ישראל ; וכן
בתורת משה כתיב ואמרו כל ה
הגוי' על מה עשה יי' ככה לארץ
הזאת ואמרו על אשר עזבו ברית
יי' אלהי אבותם וגו' הנה משמע
שעל ברית תורת משה היה מו
מזהירן ירמיה ומוכיחן ולא על דבר
אחר : ואם ישאלך מהו לא יאמרו
עוד ארון ברית יי' תשובה לפי
שהיו ישראל נוהגי' כשהיו הולכי'
למלחמה היו מוליכין את הארון
עמהם ועתה אמר הנביא להם
ונתתי לכם לעתיד רועי' ולא ת
תצטרכו לדבר הזה ולא תאמרו

ce totus contextus ista falsitatis mendaciique coarguit : certe enim Jeremias sermonem tantum componit, ad monendum suæ ætatis homines, ut viis Domini insistant. Nam sic incipit : *Et dixit mihi Dominus temporibus Josiæ Regis, vidistine quid fecerit aversa Israël ? annon profecta est illa super omnem montem altum &c. Cumq; dicerem, postquam fecit omnia hæc ad me revertatur. &c.* Alibi deinde (c. 9, 12. seqq.) dicitur: *Quis est vir ille Sapiens qui doceat istud, & id quod edixerit sibi os Domini indicet ? Propter quid pereat hæc terra ? &c. Et dixit Dominus, quia deserunt legem meam. &c.* Annon vides, Jeremiam Judæos tantum corripere & monere de præterito, nequaquam autem de futuro ? Atque simili phrasi de Elia scriptum est (1. Reg. 19, 10.) *Zelo affectus sum pro Domino Deo Israëlis, eo quod dereliquerunt fœdus tuum Israëlitæ.* Et de Lege Mosis quoq; (Deut. 29, 24. seq.) *Et dicent omnes gentes : quamobrem affecit Dominus sic terram istam ? Et respondebunt : Quia dereliquerunt fœdus Domini Dei majorum suorum.* Consequens est igitur, ob fœdus Legis Mosaicæ Jeremiam illos monuisse, & objurgasse, non vero ob rem aliam. Quod si quis percontetur : Quis ergo sensus verborum (c. 3, 16.) *Non dicent amplius arca fœderis Domini.* Responsio. Quia consuetudo erat Israëlitarum, ut in bellum profecturi, Arcam secum deferrent, nunc ait Propheta (*nomine Dei* :) Dabo vobis olim pastores, neque amplius re hac indigebitis, nec dicetis, Arca fœderis prodibit nobiscum in bellum, neque cogitationem de illo instituetis, non enim bella amplius

עוד ארון הברי׳ ילך עמנו למלחמה
ולא יעלה על לב לעשות כן ולא
ילחמו עוד כדאמר בימיו תושע
יהודה וישראל ישכון לבטח ;

plius gerentur, secundum illud infra (c. 23, 6.) *Diebus ejus servabitur Juda, & Israël habitabit secure.*

c. XVII. 13. מקוה ישראל ה׳ קווי של
ישראל זהו ה׳ : כל עוזביך אילו
שפוני׳ מאחריו ללכת אחרי אלהי׳
יבושו כשיראו תשועת ישראל :
יסורי בארץ יכתבו כי עזבו מקור
מים חיים את ה׳ ובוחרי׳ וגו׳
ודורשי׳ במים מכונסי׳ ומסורחי׳
ר״ל בשיקוץ טבילתם שקורין בה
טויף ;

מקוה *Israëlis Dominus*: (hoc est:) Spes Israëlitarum Dominus. *Omnes derelinquentes te:* (hoc est,) Qui ab eo divertunt, & Deos alienos sequuntur, ignominia confundentur, cum videbunt salutem Israëlis. (Sequitur:) *Castigationes meæ in hac terra conscribantur, quia dereliquerunt scaturiginem aquarum perennium Deum:* atq; eligunt quæruntque aquas collectas, & fœtidas, nefandam nimirum ablutionem illorum, quam Baptismum appellitant.

c. XVI. 19. ה׳ עזי ומעוזי ומנוסי ביום
צרה אליך גוי׳ יבואו מאפסי ארץ
ויאמרו אך שקר נחלו אבותינו וגו׳
הבל ואין בהם מועיל : אומרים
המיני׳ שכן אמר ישו כשתפסוהו
היהודים אז אמר ה׳ עזי ומעוזי
וגו׳ אלי יבואו גוי׳ מאפסי ארץ
ויאמינו בי : תשובתו בצידו היעשה
לו אדם אלהים ר״ל היכול לעשות
אדם את עצמו אלוה ולומר אני
אלהים אני ואם הוא אלהי׳ א
אינו אדם ואם הוא אדם א׳
אינו אלהי׳ כי אין אלוהות שורה
באדם שנ׳ לא ידון רוחי באדם
לעולם בשגם הוא בשר כמו
שפירש בבראשית וזהו היעשה
לו אדם אלהי׳ המה לא אלהים :
וזהו הלטיין נוז פירי׳ יריא׳ בם

Dominus robur meum, & munitio mea, perfugiumq; meum in die angustiæ: ad te gentes venient e finibus terræ, & dicent: utiq; falsum poßidebant majores nostri, vanitatem & inutilia. Dicunt Infideles, hæc Jesum protulisse, cum a Judæis caperetur, erupisseque in ista verba: *Dominus robur meum, & munitio mea, &c. ad me gentes venient, e finibus terræ,* & credent in me. Responsio ibi adjecta est, (in his proxime præcedentibus:) *An facturus esset sibi homo Deos?* hoc est: An potest homo seipsum Deum efficere, & dicere: Ego Deus sum? Nam si Deus est, non est homo; &, si homo est, non est Deus, nec enim Divinitatem humanitas complectitur: unde scriptum est Gen. 6, 3. *Non judicabit Spiritus meus in homine, in seculum, eo quod isti*

שפירִיטוּס מאוּס אין אומיני קויא קָרוֹ אֶשְׁט ; וכן בדניאל הוא אומר אלהין די מדרהון עִם בשרא לא איתוהי ; וְעַל זֹאת הוא כתב בסוף הפרשה ארור הגבר אשר יבטח באדם : ולפי דבריהם הרי כיזב במאמרו שאמר ומנוסי ביום צרה ומה מנוס היה לו והלא נתלה : וכתיב ביום צרה וכי מה צרה היתה לו במה שעשו לו והלא זה הכל נהייתה לו ברצונו כמו שהם אומרים ולפי דבריהם מה היה לו לעצב על כך ואם שלא כ ברצונו עשו לו כך למה לא מיחה בידם והיה בלא צרה אלא בוודאי פתרון הפרשה בענין אחר* :

isti etiā caro sunt. Atq; hoc est illud quod (Jeremias ait:) *An facturus esset sibi homo Deos? atqui isti non sunt Dii.* Priorem locum, Latinus Interpres sic expressit: Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est. Eodem modo apud Danielem (2, 11.) scriptum: *Dii quorum habitatio cum carne non est.* Hanc ob causam apud Jeremiam deinde c. 17, 5. legitur: *Maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine.* At, secundum doctrinam Christianorum, mentitus ipse est, cum diceret: *perfugium meum in die angustiæ*: Quod enim perfugium ille habuit, & annon suspensus est? Scriptum quoque signanter, *in die angustiæ.* Quam autem angustiam passus est, in iis, quæ illi intu- * F. אחר
lerunt? Annon hæc omnia voluntate sua ei evenere? uti ipsi produnt. Quæ si vera sunt, quare eapropter dolebat? Aut, si invito illi hæc fuere illata, quare non cohibebat ipsos, ne se angustia afficerent? Nempe igitur de alio negotio Scriptura interpretanda venit.

עד עולם תוקד : ואם בעל דין משיבך לא כי אלא עד עולם תוקד משמע כי עד עולם לא ישוב חרון אפו ; שבור את שיניו ואמור לו הלא לפי דבריך גם אתה מודה שכל היהודים אשר ימצאו לכשיבא אליהו ינצלו הנה לך כי אפילו לדבריך האי עד עולם לאו לעולם ועד משמע :

Usq; in seculum inflammabitur. c. XVII, 4.
Quod si Adversarius dicat, verba *usq; in seculum inflammabitur*: haud alium sensum progenerare, quam in æternum non cessaturam iram illius; confringe illi dentes, respondendo: Annon tute propriæ hypothesi innitendo, etiam fateris, omnes Judæos qui vivi deprehendentur, tempore adventus Eliæ, liberandos? Ecce igitur tibi, vel secundum propriam tuam sententiam, illud *in seculum*, non significare omnimodam æternitatem.

כהאמר ײ ארור הגבר אשר יבטח באדם ושם בשר זרועו

Maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine, & statuit carnem v. 5.

ומיי׳ יסור לבבו לפי שאמר בנ
הנביא למעלה היעשה לו אדם
אלהי׳ חזר והזהירם עליו וקילל
כל הזוני׳ אחריו אשר יבטח באדם
ר״ל באותו אדם שמשי׳ עצמו א
אלוה וכן ניבא בלעם ואמר אוי
מי יחיה משומו אל: כשמשים אדם
את עצמו אלוה: ודוד אמר כמו
כן טוב לחסות בי״י מבטוח באדם:
ואין אתא יכול לומר כי באחד
הבוטח במלך או באחד מן השרים
הכתוב מדבר שאין לך אדם שלא
יהא בוטח בשר או במי שהוא
עשיר ממנו שיעזור לו: בוודאי על
זה לא היה ירמיה מקלל הא אין
הכתוב מדבר אלא בבוטח באלוהות
אדם על עסק נשמתו כדכתי׳
ומיי׳ יסור לבו מגיד עליו ריעו כי
באלוהות הכתוב מדבר: כדכתי׳
ברוך הגבר אשר יבטח בי״י

nem brachium suum, a Domino autem recedit animus ejus. Quia paulo supra dixerat Propheta: *An facturus esset sibi homo Deos?* nunc rursus eandē facit dehortationem, omnesq; idololatras diris devovet. *Qui fiduciam habet in homine*; id est, in eo homine, qui seipsumDeum facit. Atque sic Bileamus vaticinans (Num. 24, 23.) ait: *Eheu quis vivet, ex quo posuerit Deum?* (hoc est:) Cum posuerit homo seipsumDeum. David quoq; eodem modo (Ps. 118, 8.) ait: *Melius est sperare in Dominum, quam sperare in hominem.* Non licet autem dicere, de eo qui inRegem aut Principem aliquem spem collocat, Scripturam loqui; nemo enim homo reperitur, qui non in Principem, aut se ditiorem, fiduciam habeat repositam, illum se adjuturum. Haud igitur tali maledicit Jeremias, sed eum intelligit, qui in rebus ad animam attinentibus, hominis divinitati confidit: unde addit Jeremias: *& a Domino recedit animus ejus.* Atque indicat locus parallelus (*comma nimirum 7.*) de Divinitate sermonem esse, cum dicitur: *Benedictus vir, qui fiduciam habet in Domino.*

v. 9. עקוב הלב וגו׳ ואנוש הוא מי
ידענו עקבות מיליהם שאומרי׳
את אלהי׳ השמי׳ אנו יראים ואין
בפיהם נכונה כי סוף סוף המה
אומרי׳ שאלוהותם ר״ל ישו נולד
מחרידה הנדה אנוש הוא לפיכך
אנושי׳ הם לפי דבריהם: ואני
יי׳ חוקר לב וגו׳ ר״ל ממ״ אני יודע

Fraudulentum cor ipsum supra omnia, & mortiferum est, quis cognoscat ipsum? (Hoc est:) Fraudulenta sunt illorum verba, qui dicunt: Deum cœli veremur, nec ori ipsorum inest veritas. Tandem enim huc prolabuntur, quod Deus eorum, hoc est Jesus, natus sit ex Maria. Est igitur is homo, atq; eapropter ipsi mortiferi sunt, propria confessione. (Sequitur apud Prophetam commate 10.)

Ego

שמאמיני בישו שהוא בן נג
חריא :

Ego Dominus ſcrutor corda: hoc eſt: Nihilominus ſcio ipſos credere in Jeſum, qui fuit filius Mariæ.

קורא דגר ולא ילד עושה עושר ולא במשפט בחצי ימיו יעזבנו ובאחריתו יהיה נבל הנה מרמה הנביא אות ישו בן חריא לעוף שמו קורא ומנהגו לאסוף ביצי׳ של עופות אחרי׳ ויושב א עליהם כדי לחממן כאילו הם שלו וכשיוצאין האפרוחי׳ רואה שאינו דומי׳ לו פורח מעליהם ועוזבן לאבד : וזהו ובאחריתו יהיה נבל ר״ל אז יבין כי נבלה עשה : כן ישו הסית והטעה ואסף אליו את הבריות ועשה עושר זה בלא משפט ושלא כדין: ובחצי ימיו עזבו שלא חיה אלות לכ * שנה וגם ושנותיו של אדם על הרוב ע׳ שנה כדכתי׳ ימי שנותינו בהם שבעי׳ שנה והוא לא חיה אפילו עד חצי שבעים : ובאחריתו יהיה נבל : כאשר יתעיבו בו יאמרו אך שקר נחלו אבותינו הבל ואין בהם מועיל וכן היעשה לו אדם אלהי׳ והמה לא אלהים אבל לא כן אלוהותם של ישראל כי אין אם אמונתם אלי * במי ששם משכנו בכסא כבוד מרום וגו׳ :

Perdix fovit quæ non peperit, ita ע. 11.
comparans divitias ſed injuria; medius diebus ſuis derelinquet eas, tandem erit ſtultus. Ecce Propheta comparat Jeſum Mariæ filium, avi, quam perdicem vocant. Ei mos colligere ova aliarum avium, atque iis incubare, & illa fovere, quaſi eſſent propria. Cum autem pulli prodeunt, videtq; ipſa eos ſibi diſſimiles eſſe, avolat, & perditioni illos exponit. Atq; huc tendunt verba: *tandem erit ſtultus*, hoc eſt: tũ agnoſcit ſe facinus ſtultũ operatum eſſe. Sic Jeſus ſeduxit, & decepit, collegitque ad ſe mortales, paravitq; has divitias per nefas & injuriam. Cæterum in dimidio dierum illas deſerere coa- *Lege לג
ctus fuit, non enim vixit ultra triginta tres annos, vitæ autem humanæ terminus plerunque ſunt anni ſeptuaginta, uti ſcriptum (Pſ. 90, 10.) *Dies annorum noſtrorum, in quibus vivimus ſeptuaginta anni*: atqui ipſe ne quidem dimidium ſeptuaginta annorũ attigit. *Tandem erit ſtultus.* Poſtquam circa eum errarunt, dicent (verbis Jeremiæ c. 16, 19) *Vere mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem quæ eis non profuit.* Item, (ceu * אלא Lege
mox ſequitur:) *An facturus eſſet ſibi homo Deos? atqui iſti non ſunt Dii.* Sed de Deo Iſraelitarum aliter ſe res habet, non enim credunt niſi in eum, qui habitaculum ſuum poſuit, *in throno gloriæ altiſſimo &c.*

c. XXIV. 5 seqq. כה אמר יי' אלהי ישראל כט
כתאני' הטובות כן אכיר את ז
גלות יהודה אשר שלחתי' וגו'
ושמתי עיני עליהם לטובה וגו'
ונתתי להם לב לדעת אותי כי
אני יי' והיו לי לעם ואני אהיה
להם לאלהים כי ישובו אלי בכל
לבבם אומרים המיני' כי זה נאמר
לעתיד כשישובו ישראל לאלוהותם
תשובה : וביום ההוא מה ט
תהא עליהם דהא כתי' בפרשת
שנית ביחזקאל כה אמר יי'
אלהי' וקבצתי אתכם מן העמים
ואספתי אתכם מן הארצות אשר
נפוצותם בם ונתתי לכם את
אדמת ישראל ובאו שמה והסירו
את כל שיקוציה ואת כל תועבותיה
ממנה : הנך רואה כי ביום ט
ההוא שיחזור הקב"ה ויקבץ ישראל
לירושלים יפנה מפניהם כל א
אלוהותם שהם עכשיו בתוכה : ועתה
השמע לאזניך מה שאתה מוציא
מפיך הנה יחזקאל מעיד שאמר
יי' להסיר ולפנות אלוהותם זה
שהוא עתה באדמת ישראל מפני
בני ישראל ואתם אומרים כי ביום
ההוא ישובו בני ישראל לאותו א
אלוהות : ועוד עד שירמיהו היה
מתנבא על אותן שעתידין לשוב
לאלוהות ישו ולמה לא היה כט
מתנבא על אותן שהאמינו בה כבר :

Hæc dicit Dominus Deus Israëlis: Sicut ficus hæ bona, sic agnoscam deportatos Judæos, quos emisi &c. Et ponam oculos meos super eos ad bonum &c. Nam inditurus sum illis cor ad cognoscendum me, me esse Dominum, eruntq; mihi populus, & ego ero illis Deus : nam revertentur ad me ex toto corde suo. Dicunt Infideles, hæc de futuro tempore pronunciari, quo Judæi ad Deum eorum convertentur. Responsio : Enim vero quid illo die de ipso fiet ? Scriptum enim c. 11, 17. seq. Ezechielis : *Sic ait Dominus Deus: Et congregabo vos ex populis, & recipiam vos e regionibus in quas dispersi estis, & dabo vobis terram Israëlis. Et venient illuc, & amovebunt omnia detestabilia ejus, omnesq; abominationes ejus ab ea.* Ecce vides, quod illa die, qua reducet Deus congregabitq; Judæos Hierosolymas, remoturus sit ante illorum adventum omnia falsa Numina, quæ nunc ibi reperiuntur. Nunc vero, percipite mihi quæso auribus, quid proferant labia vestra! Ecce Ezechiel testatur, dixisse Deum, sese sublaturum Divinitates quæ nunc coluntur in regione Israëlitica, Judæorum in gratiam : Vos vero contenditis, tum Judæos recepturos se ad illas Divinitates. Porro, quoniam vaticinatus est Jeremias de iis, qui olim Jesum pro Deo culturi erant, quare eorũ nullam facit mentionem, qui pridem illum sunt venerati? Amplius: Si

vera

ועוד לפי דבריהם למה אינו מ
מזכיר כאן אלא יהודה ולא שאר
ישראל : והיה כי יאמר איליך כל
ישראל נקראים על שם יהודה
בכמה מקומות : תשובה הרי זה
מעיד ומוכיח שאין הכתוב מדבר ב
בעשרת השבטי' אלא ביהודה
ובנימין שנגלה עמו דכתי' את
גלות יהודה אשר שלחתי מן ה
המקום הזה אל ארץ כשדים
ועשרת השבטי' לא נשתלחו אל
ארץ כשדים אלא לעבר נהר ס
סמבטיון ויהיו שם עד היום ה
הזה : אלא בוודאי פתרון הדבר
בחזרתם לבית שיני הכתוב מדבר
כי שם היה גלות יהודה ולא
גלות עשרת השבטים :

vera sunt, quæ ipsi perhibêt, quare solius Judæ hic meminit, non autê reliqui Israëlis? Quod si vero quis dicat, omnes Israëlitas Judæ nomine venire in multis Scripturæ locis: Responde: Ipse contextus arguit, non loqui Prophetam de decê Tribubus, sed tantum de Juda, & Benjamine, qui cum eo fuerat deportatus, sic enim (v. 5.) legimus: *Deportatos Judæos, quos emisi ex loco hoc in terram Chaldæorum.* At, decem Tribus non exulatum missæ sunt in regionem Chaldæorum, sed ultra fluvium Sambatjon, ibique etiamnum morantur. Omnino igitur verba Prophetæ capienda sunt de reditu ad templum secundum, nam is ad Domum Judæ attinebat, non autem ad exules decem tribuum.

כי כה אמר ײ' אנוש לשברך
נחלה מכתך ואמר והיה אדירו
ממנו ומושלו מקרבו יצא והקרבתיו
ונגש אלי אומרי' המיני' שזה
נאמר על ישו שנולד מקרב ישראל
מחריא והא דכתי' בזאת הפרשה
כל אוכליך יאכלו וכל צריך בשבי
ילכו והיו שאסיך למרמס וכל ב
בוזזיך יהיו לבז : אומרי' אילו
ישראל שנגלו על שתלאוהו : ת
תשובתו בצידו שני כי כה אמר
ײ' אנוש לשברך נחלה מכתך
כל מאהביך שכחוך אותך לא י
ידרשו כי מכת אויב הכיתיך מוסר
אכזרי על עוונך עצמו חטאתיך מה
תזעק על שברך אנוש מכאובך על

Sic ait Dominus: mortifera est con- c.XXX.12.
fractio tua, ægerrima percussio tua. Sequitur deinde (commate 21.) *Et erit magnificus ejus ex ipso, & dominator ejus e medio ipsius prodibit, quem jubebo accedere, ut appropinquet ad me.* Contendunt Infideles, hæc de Jesu prolata esse, qui natus fuerit ex Judæis, matre Maria, scriptumque esse (v. 16.) in hanc sententiam: *Quicunq; consument te consumentur, & omnes prementes te in captivitatem abibunt: & erunt conculcantes te conculcationi, & omnes diripientes te exponam direptioni.* Volunt nimirum ista ad Israëlitas pertinere, qui in exilium pulsi sint, eo quod ipsum suspenderunt. At, responsio ibi adjicitur, dicitur enim: *Sic*

רוב עוונך עצמו חטאתיך עשיתי אלה לך ולפי דבריכם שאתם אומרים בישו הפרשה מדבר ו ועתה ראה והבן במי הכתוב מ מעיד אשר הכהו דכתיב כי מכ מכת אויב הכתיך הנה לך כי השם עשה זה ליהודי' בשביל פשעם: וכתי' על רוב עונך עצמו חטאתיך עשיתי אלה לך הרי מצינו כי ב בדין נעשה להם כי חטאו לאלהי': ועוד וכי זה אלוה שהכתוב מעיד עליו שיש בו עון וחטא:

ait Dominus, mortifera eſt confractio tua, ægerrima percuſſio tua. Omnes amantes tui obliviſcuntur tui, te non requirunt: nam plaga inimici percutio te, caſtigatione inimici ſævi, propterea quod multa eſt iniquitas tua, numeroſa peccata tua. Quid exclamas propter confractionem tuam, mortiferum eſſe dolorem tuum? propterea quod multa eſt iniquitas tua, numeroſa ſunt peccata tua, facio iſta tibi. Jam igitur ſi ſecundum veſtram aſſertionem de Jeſu loquitur hæc pericope, videte nunc & intelligite, de quo dicat Scriptura, quod illos percuſſerit, & quis innuatur per verba: *plaga inimici percutio te.* Nimirum, Deus Judæos caſtigat, idque propter peccata eorundem: unde ſubjicitur: *Propterea quod multa eſt iniquitas tua, numeroſa ſunt peccata tua, facio tibi iſta.* Agnoſcimus proinde, jure hoc illis eveniſſe, quia adverſus Deum peccaverant. Denique, an is Deus fuerit, cui Scriptura peccatum & delicta ineſſe prædicat?

c. XXXI. 30. הבן יקיר לי אפרים אומרי' המינים כי הם נקראים אפרי' על שם שפרו ורבו: תשובה כדבריכם כן הוא סבבוני בכחש אפרי': ועוד וכי כל האומות כגון קדר ופלשת וישמעאלים ושאר אומות אינם מתרבים כמו כן:

An filius carus mihi eſt Ephraim? Dicunt Infideles ſe nomine Ephraim venire ob generationis fœcunditatem. Reſponde: Sic omnino ſe res habet, (eſtis Ephraimitæ, itaque fatemini de vobis quoque Hoſeam 12, 1. enunciaſſe:) *Circumdederunt me mendacio Ephraimitæ.* Porro annon Nationes omnes, uti Kedareni, Philiſtæi, Iſmaëlitæ, & reliquæ gentes, ſimiliter ſunt fœcundiſſimæ?

v. 31. וכרתי את ישראל ואת בית יהודה ברית חדשה כאן פוקרין המינים ואומרי' על ישו נתנבא שמשנולד נתן להם תורה חדשה ושמץ טבילתם תחת ברית מילה ויום ראשון שהוא זונטאג תחת השבת· תשובה לפי דבריהם הנה

Et pangam cum domo Iſraëlis, & cum domo Judæ fœdus novum. Hoc loco abutuntur Infideles, ajuntque, de Jeſu vaticinari Prophetam, quod is cum natus fuerit, daturus ſit ipſis Legem novam, & nefandum Baptiſmum pro Circumciſionis fœdere, & celebrationem

הם מכזבים את תורתם שכן
כתוב בספר טיעותם כי ישו בע
בעצמו אמר לא באתי לבטל תו
תורת משה ודברי הנביאים אלא
להשלימם ויחלופו שמים וארץ ולא
יחסר דבר מתורת משה וכל המ
המבטל דבר אחד מדברי תורת
משה חסר יקרא במלכות השמים
ואם כן הוא לדבריהם הרי הוא
חיסר תורת משה כשביטל את
המילה ושמירת שבת והרבה מצוות
כי הם אומרים וכרתי להם ב
ברית חדשה זו היא תורה חדשה
ולא כברית אשר כרתי בהוציאי
אותם מארץ מצרים ולא כתורה
אשר נתתי להם כבר בהוציאי א
אותם מארץ מצרים כן המה א
אומרים שישו ביטל כל תורת מ
משה ׃ והנה מצינו שדוד משבח
תורה הראשונה דכתיב במזמור
אשרי תמימי דרך ההולכים בת
בתורת יי׳ וגו׳ ראש דברך אמת
ולעולם כל משפטיך צדק ועוד כ
כשהוא אומר כי זאת הברית
אשר אכרות את בני ישראל שם
היה לו לכתוב בפרהסיא אותה
תורה חדשה של ישו ואינו אומר
אלא ונתתי את תורתי בקרבם
משמע שזהו נאמר על התורה מ

onem diei primi hebdomadis ſive diei Solis pro Sabbati cultu ſit introducturus. Reſponſio. Iſtis dictis propriam Legem ſuam mendacii inſimulant. Etenim ſic ſcriptum in Libro qui errores eorum continet, ipſummet Jeſum dixiſſe: Non veni ad ſolvendum Legem Moſaicam, dictaq; Prophetarum, ſed ad hæc implenda. Atque immutabuntur cœlum & terra, neq; tamen deficiet verbum ex Lege Moſaica. Quisquis verbum unicum ex Legis Moſaicæ dictis irritum reddit, is parvus vocabitur in regno cœlorum. Quod ſi igitur vera ſunt quæ perhibent, caſtravit is utique Legem Moſis, abrogando circumciſionem, & cultum diei Sabbatici, aliaque plurima præcepta; quare & verba Jeremiæ ſic interpretantur: *Et pangam cum illis fœdus novum*: Legem ſcilicet novam: *Non ſecundum illud fœdus quod pepigeram, cum educerem eos e terra Ægypti*: Id eſt: Non ſecundum Legem quam quondam illis dedi, cum educerem ipſos ex terra Ægypti. Sic ergo fatentur, Jeſum omnem Legem Moſaicam ſuſtuliſſe e medio. Enim vero reperimus Davidem celebraſſe Legem priorem, ſic enim ſcriptum Pſalmo (119, 1.) *Beati perfecti via, qui ambulant in Lege Domini.* (& infra v. 160.) *Principium verbi tui veritas; & in ſeculum, omnia judicia tua juſta.* Porro poſtquam Propheta dixiſſet: *Atq; hoc eſt illud fœdus, quod pangam cum filiis Iſraëlis*, dilucide deinde ſignificare debebat, eſſe hanc Legem novam Jeſu. Cum autem tantum dicat: *Indam Legem meam menti eorum*: conſequitur, de Lege pridem illis

data,

שנתן להם כבר ושכחוה שיחזור ויכתבנה על לבם שלא תשכח עוד : ועוד כשהוא אומר בית ישראל ובית יהודה מה היה לו להזכיר יותר משאר אומות:

data, & quam oblivioni tradiderant, hæc enunciata esse, quod nimirum eam denuo cordi illorum sit inscripturus, ne illius porro oblivisci queant. Amplius, (*si Chrianorum vera est expositio*,) quare *domus Israëlis*, & *domus Judæ*, magis quam aliarum gentium facit mentionem?

c.XXXIII. 14.seqq. הנה ימים באי' נאום יי' והקימותי את ברית הטוב אשר כרתי את בני ישראל ואת בית יהודה בימים ההם ובעת ההיא אצמיח לדוד צמח צדיק ומלך מלך והשכל ועשה משפט וצדקה בארץ: זה פותרין המיני' בישו שנולד מדוד : תשובה : מהיכן הם למדין שישו נולד מבית דוד והלא בספר טעותם אינו כתוב כן כי מתיאוש ולוקש שכתבו היחוס לא כתבו אלא יחוס יוסף בעלה של מרים שהן מתחילין ליחס מאברהם אברהם הוליד את יצחק ויצחק הוליד את יעקב וגו' עד ואלעזר הוליד את מתן ומתן הוליד את יעקב ויעקוב הוליד את יוסף ארוסה של מרים : אבל יחוסה של מרים אינו נמצא בכל ספריהם ועתה הבן ושמע כי גם בדבריהם הם מוכזבי' שאם ישו נולד בלא אב כמו שהם אומרים א"כ לא מצינו שישו מבית דוד

Ecce dies veniunt dictum Domini, cum erigam fœdus istud optimum, quod percussi cum filiis Israëlis, & cum domo Judæ. Diebus illis, & tempore isto, faciam ut efflorescat Davidi germen justum, & imperabit Rex ac prospere aget, atq; exercebit jus & justitiam in terra. Hæc Infideles de Jesu explicant, quasi qui natus fuerit ex domo Davidica. Responsio: Vnde iis constat Jesum e domo Davidica prosatum fuisse? Vtiq; in Libro errorū ipsorum nihil tale scriptum reperitur. Nam, Matthæus & Lucas qui genealogias texunt, Josephi tantum, mariti Mariæ, genealogiā texunt, quam ipsi ab Abrahamo deducunt, hoc modo, Abraham genuit Isaacū, Isaacus genuit Jacobum, & reliqua, donec finiunt: Eleasar genuit Mattanem; Mattan genuit Jacobum, Jacobus genuit Josephum, sponsum Mariæ. At Mariæ genealogia non reperitur in ullo ipsorum libro. Nunc autem disce, & audi, quomodo propria eorundem dicta ipsos mendacii reos faciant. Quod si enim Jesus sine patre genitus est, ceu dictitant, ex eo liquido inferimus, non fuisse illum oriundum ex prosapia Davidis. Quod si vero ideo per Josephum Jesu genealogia conditur, ut appareat hunc ex domo Davidica descendere, relinquitur, Josephum illius patrem fuisse.

בא ׃ ואם אחר יוסף מיחס לישו
לפיכך נתיחס מבית דוד נמצא
שיוסף היה אביו ולמה אתם
אומרים כי נולד בלא משכב זכור׃
וגם תשובה של הפרשה דלע״ל
כתובה בצידו דכתי׳ ועשה משפט
וצדקה בארץ וכי מה משפט וצדקה
יש בעולם מימות ישו יותר מאשר
היה לפנים ׃ וכתי׳ כי כה אמר
יי׳ לא יכרת לבית דוד איש יושב
על כסא ישראל ומכאן שהכתוב
קוראו איש איך תאמר אלוה הוא׃
ואם תאמר זהו לפי שלקח עליו
הבשר והיה דר בתחתוני׳ הא
אפילו לפי דבריך * בעוד שהיה
איש לא משל ולא מלך ומעולם
לא ישב על כסא בית ישראל ׃
ועוד לדבריהם ואם אלוה הוא
מעל כסא יי׳ היה לו לומר ׃ וא
ואומר ולכהני׳ הלוים לא יכרת
איש מלפני מעלה עולה וזבח כל
הימי׳ והיכן נתקיים זה ׃ וגם
סמוך לו ועשה משפט וצדקה ב
בארץ וכתי׳ בימיו תיושע יהודה
וישראל וירושלים ישכנו לבטח
ודבר זה גלוי בעוונותינו ובאור לכ
לכל כי מהיום ההוא והלאה לא
נושעו יהודה וישראל וירושלים לא
שכנה לבטח כי באו הישמעאלים
ולכדוה וקלקלו השוחה (ר״ל ל
קבר של ישו) ועד היום הזה
לא שכנה לבטח אלא בכל יום

fuisse: Quomodo igitur asseritis, ipsum citra viri concubitum genitum esse? Porro responsio, ad supra prolatum locum, statim ibi habetur adjecta. Scriptum enim: *Atq; exercebit jus & justitiam in terra.* Ecquod vero jus ac justitia post Jesu adventum nunc magis in orbe floret, quam ante illum vigebat? Scriptum quoque (v. 17.) *Nam sic ait Dominus: Non exscindetur e domo Davidis, vir sedens in solio Israëlis.* Videmus hic Scripturam ipsum *Virum* vocare, quis igitur audeat asserere, illum Deum fuisse? Quod si regerat Adversarius, id ideo fieri, quia carnem assumsit, & in terra versatus est; tum dictis eorundem propriis id * repugnat. Cum enim Vir esset, non dominabatur, nec imperabat, nec unquam sedit in solio domus Israëlis. Amplius: Si, ceu volunt, Deus erat, *in Solio Dei*, dicendum fuisset. Cumque porro (v. 18.) legatur: *Etiam Sacerdotibus Leviticis non exscindetur vir a conspectu meo, offerens holocaustum, & sacrificans omnibus diebus*: (jure quæras,) quando hoc impletum fuerit? Quin & statim post verba: *Atq; exercebit jus & justitiam in terra*: succedit: *Diebus illis servabitur Juda, & Israël, atq; Hierosolymorum civitas habitabit secure.* Est autem, proh dolor! omnibus notum manifestumque, inde ab illo usque tempore, non servatum fuisse Judam & Israëlem, nec Hierosolymorum civitatem degisse secure. Venerunt enim Ismaëlitæ, & ceperunt, ac profanarunt,

* Inserendū fortasse בזב

Zzzz fove-

ויום הם נלחמי׳ בה ואיך תו
תוכל לומר בישו פרשה זו נבנ
נתנבאת:

foveam, (Sepulcrum Jesu intellige,) neque ad hunc diem usque ibi quiete vivitur, sed semper belligerant. Quomodo igitur quis asseveraret, de Jesu Prophetam vaticinatum esse?

יחזקאל:

Ezechiel.

c. XVI. 9. וארחצך מים ואשטוף דמיך
מעליך ואסוכך בשמן: אומרים
המיני׳ שזהו רמז על מי טינופם
ועל שמן שסכין במצחן שקורין
וירמן: ותשובתו בצידו דכתי׳ וא
ואעבור עליך ואראך מתבוססת
ברמייך ואומר לך ברמייך חיי וא
ואומר לך ברמייך חיי: הנה לך
שהדמי׳ מוטבי׳ מן המים דכתי׳
ברמייך חיי: ואיזהו דם האדם
שחי בו הוי אומר זה דם המילה:
וזהו שאמר זכריה גם בדם בר
בריתך שלחתי אסיריך מבור ואין
כאן זכר מים: וכבר פירשתי גם
הפרשה המול ימול: ועוד מי כת
כתיב כאן ורחצת במים לשון
עתיד: וארחצך כתי׳ לשון עבר מ
משמע כי הנביא הוא מוכיח את
ישראל על פי הדיבור על אשר
סרו מאחרי ייי על כל הטובה
אשר עשה להם: ועוד כשיאמר לך
וארחצך מים זהו נאמר על טינוף

Lavi te aqua, ut eluerem sanguinem tuum a te; & unxi te unguẽto. Dicunt Infideles, istis innui aquas impuras illorum, & oleum quo frontem inungunt, quodque Confirmationem vocant. Responsio habetur adjecta: præcedit enim (v. 6.) *Transiens juxta te, cum viderem te præbentem conculcandam te in sanguine tuo, dixi tibi, in sanguine tuo vive, iterumq; dixi tibi, in sanguine tuo vive.* Ecce tibi, sanguinem præstare aquis; nam dicitur: *In sanguine tuo vive.* Quis autem est ille sanguis hominis quo is vivit? Vtique sanguis circumcisionis. Hinc quoque Zacharias (c. 9, 11.) ait: *Etiam in sanguine fœderis tui, emisi vinctos tuos e cisterna*: nulla hic aquæ facta mentione. Plura in hanc rem notavi supra occasione dicti Gen. 17, 13. *circumcidendo circumciditor*. Porro, an ורחצת במים hic scriptum est, ut de futuro sermo sit? Atenim וארחצך legitur, sensu præteriti. Scilicet, objurgat Propheta Israëlitas, jussu Divino, quia non obstantibus tot bonis, quibus Deus eos affecerat, ab illo recesserant. Amplius, cum contendet Adversarius, verba, *Lavi te aqua*, de profana illorum ablutione enunciata esse: (Sequentia quoque 7, v. 14.) *Vt prodiret de te fama in gentes &c.* (item quod v. 13. præcedit) *Pulchra fuisti supra modum,*

טבילתם : ויצא לך שם בגוים
וגו' ותיפי במאוד מאוד ותצלחי
למלוכה זהו נאמר על ישו שכן
אמר האב לבנו לישו : אמור לו
כן דברת : וקרי לקמך ותבטחי
ביופיך ותזני על שמך ותשפכי
את תזנותיך על כל עובר ותקחי
כלי תפארתך מזהבי ומכספי אשר
נתתי לך ותעשי לך צלמי זכר לכן
זונה שמעי דבר יי' וגו' ושפטתיך
משפטי נואפות ושפכת דם ונתתיך
דם חימה וקנאה : וכתי' ואחתך ממך
היושבת בימינך סדום ובנותיה
וגו' בזו התשובה יהיה המין בוש
ונכלם משאלתו : ואם יעלה על
לב כופרי' לומר לך הא דכתי'
בן אדם חוד חידה וגו' הנשר
הגדול גדול כנפים אורך האברה
מלא נוצה אשר לו הרקמה וגו'
ויקח את צמרת הארז אל שדה
טוב ואל מים רבים היא שתולה
לעשות ענף ולשאת פרי להיות
לגפן אדרת : ואם יפרש המקרא
על אלוהותו : תשיב ותאמר לו כן
דברת קרי לקמך התצלח הלא
נגעת בך רוח קדים תיבש יבש
על ערוגת צמח תיבש וגו' הנה
לך כי כל גדולות שעושה אותו
נשר תיבש ותלך לו :

dum, & prosperata in regno: ad Jesum attinere, hisque verbis Patrē, Filium Jesum allocutum esse: Responde: Dixisti bene: Sed lege mihi etiam, quod (v. 15. seqq.) subjicitur: *Tum confisa pulchritudini tuæ scortata es cum nomine tuo, & profudisti scortationes tuas omni viatori. &c. Etiam sumens instrumenta ornatus tui, ex auro meo & ex argento meo, quæ dederam tibi, fecisti tibi imagines masculi &c. Idcirco o scortum, audi verbum Domini; &c. Et judicabo te judiciis adulterarum, & effundentium sanguinem; exponens te cædi proficiscenti ab excandescentia & zelotypia.* item (v. 46.) *Soror tua minor te, sedens a dextra tua, Sodom cum filiabus suis &c.* Hac responsione pudefiet, & confusus abibit Hæreticus, cum dictis suis. Quod si Infidelis præsumat dicere: Ecce (c. 17, 2. seq.) scriptum est: *Fili hominis propone ænigma &c. Aquila quædam maxima, magna alis, alatissima, plena plumis, cui est species artificiosissima; desumsit calamum summum cedri, &c. Ista in agro bono ad aquas multas plantata, editura ramos, & latura fructum, futura vitis magnifica.* Atque si ista ad Deum suum accommodet, responde, & dic illi: Recte loquutus es; verum subjunge his tantum, quod (v. 10.) sequitur: *Prosperabiturne? an non attingente ipsam Euro exsiccabitur prorsus? cum areolis germinationis suæ exsiccabitur.* Vides, omnem magnificentiam, quam Aquila illa consequitur, tandem exarituram, & abituram in nihilum?

פסוק זה כתוב בסוף ענין
משכנו של יחזקאל: וישב אותי דרך
שער המקדש וגו' עד יי' אלהי
ישראל בא בו והיה סגור · כאן פיקר
מין אחד ואמר שהוא רמז לישו שנולד
מבתולה שלא נזקקה לאיש ורחמה
היה סגור ולא נפתח בית הרחם
שלה ואיש לא יבא בו כי יי' בא
בו וגו' ומאז והלאה היה סגור
כלומר שלא נבעלה אמו של ישו
מעולם לא לפני לידתו ולא לאחר
לידתו: והשיב לו היהודי קרי לקמך
הפסוק הסמוך אחריו: את הנשיא
נשיא הוא ישב בו לאכל לחם לפני
יי' משמע שבאותו השער ישב בו
הנשיא לאכול לחם ואילמלא
שהיה מיירי בבית הרחם של
אשה וכי שם יאכל הנשיא את
לחמו: ועוד למה קורא אותו שער
החיצון: ולפי דבריך שאתה אומר
שמיירי באותו מקום שער הקדים
מאי משמע שקורין לשער הרחם
שער הגרדון* מבעי ליה:

*L. הגיד

Circa finem descriptionis Templi apud Ezechielem (c. 44, 1. seq.) legitur. *Tum reduxit me via porta Sanctuarii &c.* usq; ad *Dominus Deus Israëlis ingressus est ea: est igitur clausa*. Hæc verba nonnemo ex Infidelibus male tractans, persuadere satagebat, eadem Jesum respicere, qui natus fuerit ex virgine, quam vir non cognoverat, & quæ in partu clausum habuerit uterum, & minime aperta naturalia. Illa, *Et vir non ingreditur per eam, quia Dominus Deus Israëlis ingressus est ea*, sic explicans; quod semper postea clausa manserit: hoc est: quod ætatem nunquam mater Jesu virum experta fuerit, neque ante partum, neque post partum. Respondebat Judæus: lege obsecro ea quæ succedunt: *Penes principem est, princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino.* Ergo significatur, sessurum in ea porta Principem, ad comedendum panem. Quod si de verendis muliebribus sermo haberetur, an ibi comesturus esset Princeps panem suum? Porro, quare vocat eam portam *exteriorem*? Quin, si vera tua sit expositio, qua uterum innui contendis, quid sibi vult, quod is porta orientalis vocatur? magis conveniens erat, ut porta nervi vocaretur.

c. XXXVII. 1. היתה עלי יד יי' ויוציאני
ברוח יי' אל תוך הבקעה וגומ'
וחוזר ומתנבא אף אל המתי' שנא'
והיא מלאה עצמות: וכתי' ויאמר
אילי בן אדם הנבא על העצמות
וגו' ואומר העצמו' האלה עצמות
ישראל המה לכן הנבא ואמרת

Supervenit mihi manus Domini, & eduxit me Spiritus Domini, in medium cujusdam convallis: vaticinando deinde de mortuis quoq; ait: *& erat plena ossibus.* Succedit: *Et dixit mihi: Fili hominis propheta de ossibus istis &c.* Item: *ossa ista, ossa Israëlitarum sunt, &c. idcirco propheta*

כה אמר ייי אלהיי הנני פותח
את הקברותיכם והעליתי אתכם
מקברותיכ׳ עמי והבאתי אתכם
על אדמת ישראל : ואם יאמר לך
הן אותן שהעלה ישו מגיהנם
ועליהם ניבא יחזקאל תשובתו
בצידו דכתיי ונתתי אליכם
גידים והעליתי עליכם בשר
וקרמתי עליכם עור ונתתי בכם
רוח וחייתם : ואם עושה ישו כמו
כן האמת אתכם ואם לא עשה
כן הנה יש להבין שאין בדבריכם
כא משאות שוא ומדוחים :

propheta & dic: Sic ait Dominus Deus: ecce ego aperio tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, popule mi: &c. & collocabo vos in terram Israëlis. Quod si dicat Infidelis: Hi sunt ii, quos Jesus eduxit ex inferno, & de iis vaticinatur Ezechiel: Ecce adjecta ibi responsio. Scriptum enim (commate 6.) *Addam vobis nervos, & obducam vobis carnem, & superindam vobis cutem, ponamq; in vobis spiritum, & vivetis.* Quod si Jesus ista fecit, veritas est penes vos: quod si autem ea non patravit, facile intelligitur, mera mendacia esse verba vestra, confictosq; dolos.

וגם אני נתתי להם חוקים
לא טוביי ומשפטים לא יחיו
בהם : ולמעלה כתיי יען משפטי
לא עשו וחקותי מאסו וגו׳ אלא
כן אמר הנביא להן מפי הגבודה ;
יען משפטי לא עשו אתן להם
משפטיי אחריי : כלומר אני אעשה
זארת להם כי חוקיי ומשפטיו
שנתתי להם לטובה ולחיים
כדאמרינן למען תחיו וטוב לכם
ועתה שאינם שומרים אותן כראוי
לא ייטב להם ולא יחייו
בהם :

Atq; etiam ego dederam ipsis statuta non bona, & jura per quæ non viverent. Præcedit paulo ante: *Eo quod jura mea non facerent, & statuta mea spernerent &c.* Scilicet, hoc ex ore Divino illis ait Propheta: Quia jura mea non fecerunt, dabo iis jura alia. Quasi dicat: Ego hoc in illos statuam: Quippe leges, & statuta quæ illis dederam, boni, vitæque causa esse debebant, prout (Deut. 5, 33.) legitur: *Vt vivatis, & bene sit vobis.* Nunc autem, quia illa non servant, non procurabunt illis bona, nec vitam per ea consequentur. c. XX. 25.

וברותי מכם המורדים
והפושעיי אילו המשומריי המתרציו
לשמץ טבילתם ומורדיי וכופרים
בהקבה״ כי בהר קדשי בהר
מרום אלהי ישראל נאום ייי

Et seligam ex vobis eos qui rebellant, & qui deficiunt a me. Significantur Apostatæ, qui admittunt nefandam ablutionem illorum, & adversus Deum rebelles se præstant, eumque abnegant. (Sequitur v. 38.

עלהיי שם יעבדוני כל בית ישראל
ר״ל המאמיניי בי בכל לב ובכל נ
נפש ושם ארצם :

tur v. 40.) *Nam in monte sanctitatis meæ, in monte celsitudinis Dei Israëlis, dictum Domini Dei, ibi colent me tota domus Israëlis.* Hoc est: Credent in me toto corde, totaque anima, & tum benigne illos suscipiam.

ישעיהו :

c. I. 14. **חדשיכם ומועדיכם שנאה**
נפשי וגו׳ אומרי׳ המיני׳ לפי ש
שבא ישו ונתן תורה חדשה לכן
אמר להם זה כלומר די לכם בא
באותה תורה שהייתה עד הנה
ומעתה תיבטל : תשובה והא כתי׳
לעולם יי׳ דברך נצב וכן דוד אמר
ראש דברך אמת ולעולם כל מש
משפטיך צדק באשרי תמימי דרך :
ומה שפוקרין המיני׳ ואומרים
שהקב״ה שונא אותנו ואת שבתותינו
ואת מועדינו ואין לנו עוד לשמור
השבת ושאר מועדי׳ שכן אמר
ישעיה חדשיכם ומועדיכם שנאה
נפשי וגו׳ ואין לכם להחזיק עוד
באותה תורה הדבקו בנו ושמרו
יום ראשון ר״ל זונטג כמונו ולכו
אחרי דת החדשה שלנו כך הם
אומרי׳ לנו : ויש לנו להשיב להם
כי דתם החדשה אין בה חפץ ש
שהרי ישו בעצמו לא בא לסתור
את הישן אלא לקיימו כדבר א
אמת ואמר אם, שמים וארץ יתבטלו
דברי משה ושאר נביאים לא ,ע
יתבטלו : ומשה וכל הנביאי׳ ציוו
והזהירו על זכירת שבת ושמירתו

Esaias.

c. I. 14. *Novilunia vestra, & statas ferias vestras odit anima mea &c.* Perhibent Infideles, quia venerit Jesus, legemque novam dederit, hæc ideo dicta esse. Quasi significaret: Sufficiat Legem illam hactenus obtinuisse, nunc cessabit. Responde: Atqui vero scriptum: *Domine verbum tuum in seculum permanet.* Et sic David quoque ait Ps. 119, 160. *Principium verbi tui veritas: & in seculum omnia judicia tua sunt justa.* Quod autem ogganniunt Hæretici, dicuntq;, Deum odisse nos, & Sabbata nostra, Feriasque nostras, neque colendum nobis amplius esse Sabbatum, cæteraque festa. Nam, ajunt, diserte dicit Esaias: *Novilunia vestra, & statas ferias vestras odit anima mea &c.* Nolite igitur amplius adhærere illi Legi, quin potius ad nos secedite, & diem hebdomadæ primam sive Dominicā nobiscum colite, Legemque nostram novam amplectimini. Hi illorum ad nos sermones sunt. Respondere licet: Lege vestra nova minime delectamur. Etenim ipse Jesus non venit ad destruendum Legem veterem, sed ad implendum illam, tanquam rem verissimam: unde ejus fertur vox: Si maxime cœlum & terra pereant, non tamen

אכ״ אתם עוברי' על דת התלוי
כי אינכם שומרי' את השבת:
ועוד כי זאת הנבואה חדשיכם
ומועדיכם וגו' נאמרה בימי ישעיהו
והתלוי נולד אחרי כן כמה שנים:
ועוד אם היה שונא השבתות
והמועדים והחדשים ולמה קיבל
עליו דת יהודית מילה ושבת וכל
הדת כולה כל ימיו: ולא עוד
אלא אפילו יום ראשון אינכם ש
שומרי' כראוי ואינכם שובתים בו
כהוגן אך אתם עושי' בו מלאכה
אתם ובהמתכם ואינם נחים: אך
פתרון הפרשה כדמפורש בפני'
והמועדים שבראו מלבם שלא צ.
ציווהו יי' על זה נאמר חדשיכם
ומועדיכם שנאה נפשי וגו':

tamen peribunt verba Mosis & reliquorum Prophetarum. At Moses, omnesq; Prophetæ, præceperunt & hortati sunt, in memoria habere diem Sabbati, illamque colere. Quæ cum ita se habeant, vos quidem Legem Crucifixi transgredimini, quia Sabbatum non observatis. Porro, illud vaticinium, *Novilunia vestra, & statas ferias vestras &c.* in diebus Esaiæ editum est, nec nisi multis post annis Crucifixus natus fuit. Amplius, si aversabatur (*Jesus*) Sabbata, ferias, ac novilunia, quare suscepit Legem Judaicam, Circumcisionem, omniaque reliqua præcepta, tota vita sua? Quin, nec ipsam Dominicam diem, uti decebat, colitis, nec enim in illa, prout conveniebat, feriamini, sed peragitis in ea opera, vos, & jumenta vestra, nec ulla quies. Cæterum verus sensus verborum Esaiæ, est is, quem ante indicavimus: Nimirum, de Noviluniis & feriis, quas citra Dei præceptum ex animo suo finxerant, dicitur: *Novilunia vestra, & statas ferias vestras odit anima mea.*

הדבר אשר חזה ישעיהו
בן אמוץ על יהודה וירושלים והיה
באחרית הימי' נכון יהיה הר בית
יי' בראש ההרי' ונישא מגבעות
ונהרו איליו כל הגוים והלכו ע
גוים רבים ואמרו לכו ונעלה
אל הר יי' ואל בית אלהי יעקב
וגו' עד כי מציון תצא תורה ו
ודבר יי' מירושלים: אומרי' ה
המיני' כי על זאת שיבואו האומות
לשוב לתורת ישו נבואה זו זא
נאמרה: תשובה; כן דברת כי בישו

Verbum quod visione percepit Esaias filius Amozi, de Juda & Hierosolymis: Et erit in novissimus diebus constitutus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & confluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, &c. usq; ad, *quia de Zion exibit Lex, & verbum Domini de Jerusalem.* Hæretici contendunt, vaticinium hoc

c. II, 1. seq.

העניין מדבר קרי לקמד עיני זה
גבהות אדם שפל ושח רום אנשים
ונשגב יי׳ לבדו ביום ההוא : ׳
ואומר חדלו לכם מן האדם אשר
נשמה באפו כי במה נחשב הוא:
הלא אתה רואה כי הנביא מזהיר
את הבריות שלא יחטאו ויטעו
אחר ישו כי אין בו ממש : והא
דכתי׳ עיני גבהות אדם שפל וגו׳
על כורחך בישו הכתוב מדבר שאם
תאמר בשאר בני אדם הכתוב
מדבר כגון מלכי׳ ושרי׳ א״כ וכי על
זה הוא אומר ונשגב יי׳ לבדו ביום
ההוא וכי עד היום ההוא ועד
שלא ישפל איש ולא ישח לא היה
הקב״ה מושגב לבדו אלא ודאי
בישו הכתוב מדבר : וזה שאמר
הנביא באחרית הימי׳ נכון יהיה
וגו׳ ואז עיני גבהות אדם שפל
וגו׳ ר״ל ישו שהגביה את עצמו
מכל האדם והרי׳ עצמו מכל אנ
אנשי׳ שעשה את עצמו אלוה
אז יהיה שח ושפל מפי כל ברייה
עם שאר אלוהות של אומות
העולם ונשגב יי׳ לבדו כדאמר
ביום ההוא יהיה יי׳ אחד ושמו אחד
שלא יזכר עוד בפי כל ברייה שם
אלוה בעולם לא ישו ולא מחמט
כי אם יי׳ יתברך לבדו:חדלו לכם
מן האדם שעשה את עצמו אלוה

hoc de Gentilium ad Legem Chriſti converſione prolatum eſſe. Reſponde. Probe dixiſtis : De Jeſu agunt verba illa. Sed cum his conjungendum (quod ſequitur v. 11.) *Oculis altis homo demittetur, & deprimetur altitudo hominum; editusq; erit Dominus ſolus die illa.* Et alterum (v. 22.) *Abſtinete vos ab homine, cui halitus eſt in naſo ipſius : nam quanti æſtimandus eſſet?* Annon vides Prophetam hortari mortales, ne peccent, & Jeſum errabundi ſectentur, nec enim boni quicquam illi ineſſe? Signanter quoque dicitur: *Oculis altis homo demittetur.* Quæ verba neceſſe eſt fatearis Scripturam de Jeſu enunciaſſe. Nam ſi contendas, de reliquis hominibus, verbi cauſa, Regibus aut Principibus ibi ſermonem eſſe, quæſo an in tales quadrant iſta: *Editusq; erit Dominus ſolus die illa*: An enim ad illam usque diem, & priusquam deprimitur Vir ille, & de gradu dejicitur, Deus non eſt ſolus editus? Omnino igitur de Jeſu Scriptura loquitur. Atque hinc Propheta ait: *Erit in noviſſimis diebus conſtitutus &c. Et tum oculis altis homo demittetur, &c.* hoc eſt : Jeſum qui ſeipſũ extulit præ cunctis reliquis mortalibus, & omnibus hominibus ſuperiorem ſeſe fecit, fingendo ſe Deum, tum humilis erit & contemtus, nec ejus mortales ultra mentionem facient, uti nec reliquorum Deaſtrorum Gentilium, Dominus autem ſolus excelſus erit. Quo ſenſu dicitur (Zach. 14, 9.) *Die illo erit Dominus unus, & nomen ejus unum.* Non enim enunciabitur ultra ore cujusquam cre-

aturæ

אשר הוא איננו חי ולא שומע ולא
יוכל לדבר כי אם בעוד שהנשמה
באפו : אבל לאחר יציאת ממנו
במה נחשב הוא : כי מה שהם
אומרים שאחר מיתתו עלה לשמים
על זה אמר שלמה המלך מי יודע
רוח בני האדם העולה היא גם
למעלה או יורדת היא לארץ : והנה
אתה רואה בעיניך כי הנביא מעיד
בהם שלא להאמין בישו בסוף ג״
הענין : וכן במזמור קמ״ג כתוב יי׳
מה אדם ותדעיהו ובן אנוש וגו׳
ותחשביהו וישו בכל עון גליון לו
קרוי בן אנוש פיליא הומא * ועוד
מה רמז יש בכל הענין : ופתרון
הפרשה בענין אחר : .

aturæ nomen alicujus Deaſtri, non Jeſu, nec Muhammedis, ſed ſolius Dei benedicti. *Abſtinete vobis ab homine*: Qui fecit ſeipſum Deum, & nec vivit, nec audit, nec fari poteſt, niſi quamdiu per nares reſpirat. Poſtquam autem exſpiravit, quanti æſtimandus venit? Quod enim ipſi aſſerunt, eum poſt mortem in cœlum aſcendiſſe, (*illud oppido incertum,*) & vere dixit Rex Salomo (Eccleſ. 3, 21.) *Quis ſcit an ſpiritus hominis aſcendat ſurſum, an deſcendat in terram?* Atque ecce, cernis oculis, Prophetam in fine capitis illos monere, ne in Jeſum credant. Sic quoque Pſalmo 143, (*vel potius ſecundum Hebraicam veritatem* 144, 3.) ſcriptum eſt: *Domine quid eſt homo ut agnoſcas eum: filius hominis, ut reputes eum?* Atqui Jeſus in univerſo Evangelio vocatur *Filius hominis.* Denique, ecquod in tota illa pericope Jeſu indicium? agit enim Scriptura de re plane alia.

* פיליאוס הומינים

והגלחים פותרין ושח גבהות אדם
וגו׳ בגסי הרוח : תשובה כי על
אלוהותם נאמרה זה הפרשה
כדכתיב בסמוך ושח גבהות אדם
והאלילים כליל יחלוף ועוד דלגבי
גסי הרוח מה היה לו לומר ונשגב
יי׳ לבדו אלא ודאי לגבי אלהים
אחרים הוא אומר כן כדאמר ב
ביום ההוא ישליך אדם את אלילי
כספו ואת אלילי זהבו אשר עשו
לו להשתחוות לחפור פירות ול
ולעטלפ - אשר עשו להם לא נא
נאמר אלא אשר עשו לו כלומר
האליל שזהו הצלם אשר עשו לו

Flamines verba (c. 2, 17.) *Et demittetur celſitudo hominum*: de hominibus ſuperbis exponunt. Reſponde: Vtique de Deo veſtro agit ibi Scriptura. Nam hæc: *Et demittetur celſitudo hominum*, propemodum conjunguntur cum iſtis: *idolaq; penitus conterentur.* Porro, ſi de ſuperbis ſermo, quid opus erat addere: *Dominusq; ſolus editus erit*? Perſpicue igitur Scriptura de Diis alienis iſta enunciat: unde (v. 20.) ſequitur: *Tempore illo abjicient homines idola argentea ſua, & idola aurea ſua, quæ fecerunt ei ad incurvandum ſe talpis & veſpertilionibus.* Non dicitur, *quæ fecerunt ſibi ipſis*, ſed, *quæ fece-*

דמות לאלוה שלהם כמו שעושין
עובדי ישו להם יהיו משליכין א
אותן אלילי' להפור פירות ולע
ועלטלפי' ולא יהיו נחשבי' בעיניהם ;

fecerunt ei : Quaſi diceret : Deaſtrum ſuum, hoc eſt imaginem quam effinxere ad repræſentandum formam Numinis ſui, prout cultores Jeſu ſibi fingere ſolent, eum projicient talpis & veſpertilionibus, nec in ullo amplius apud ipſos erit pretio.

c. V. 8. הוי מגיעי בית בבית וגו'
וגם פרשה זו בעובדי ישו תוכל
לפותרן אילו הגלחי' והכומרי' ש
שתפסו בידם כל הארץ ומגיעי'
בית בבית ומקריבים * שדה
בשדה עד שלא השאירו אפס
מקום : והושבתם לבדכם בקרב
הארץ זהו ישיבות קלושטר שלהם:

*Lege ומקרבים

Væ conjungentibus domum domui &c. Etiam hunc locum de cultoribus Jeſu licet interpretari : ut nimirum ſignificentur Monachi raſi, & Flamines, qui manibus ſuis omnes terras arripiunt, junguntque ædes ædibus, & agros agris, ut nullus locus (*illorum rapacitatem*) evadat. *Et ſedebitis ſoli in medio terræ.* Hæ ſunt manſiones illorum in Monaſteriis.

v. 11. הוי משכימי בבוקר שכר וג'
ירדופו מאחרי בנשף יין ידליקם ;
כמו כי דלקת אחרי : אילו הגלחי'
והכומרים שמשכימין ומערבים
בבית תרפותם בשביל חוקם
שקורין פפרונדא * : לכן גלה
עמי הם שאומרי' שהם עמו ב
מבלי דעת אותי כי כשאר ישליכו
איש את אלילי-כספו אשר עשו
לו לחפור פירות ולעטליפי' אז
ילכו כולם גולים ומטולטלי' בלא
לחם ושמלה ;

*Lego פריבונדא

Væ ſurgentibus ſummo mane, ut potum inebriantem ſectentur, prorogantibus ad crepuſculum usq; : ut vinum incendat ipſos. Simili phraſi (Gen. 31, 36. dicitur :) *Inſectatus es me fervide.* Sermo eſt de Monachis raſis, & Flaminibus, qui mane & veſpere in delubris ſuis agunt, ut opimos reditus, quos Præbendas vocant, conſequantur. (Sequitur v. 13.) *Idcirco migrat populus meus.* Scilicet illi, qui ſe populum meum vocant, ſine ut me cognoſcant. Poſtquam enim quisque talpis & veſpertilionibus projecerit idola ſua argentea, quæ ſibi effinxere, tum omnes exules & vagi discurſabunt, pane & veſtibus deſtituti.

v. 18. הוי מושכי העון בחבלי השוא:
אילו החבלין שמושכין בהן את
הקלוקן בבית תועבותם לעבודת
אלוהותם כשמקשקשין בהן ;

Væ trahentibus iniquitatem funibus vanitatis. Innuuntur funes, quibus Campanas in delubris ſuis, ad cultum Numinis trahunt, edentes illis ſonitus.

Væ

הוי אומר לרע טוב ולטוב רע׃
אותם שמחלפין את אלהי השמי׳
באלהי תועבותם : שמים חושך
לאור ר״ל שמים את ישו שירד
לגיהנם לאור׃

Væ dicenti de malo bonum esse, & *de bono malum.* Quales sunt, qui Deum cœli conditorem permutāt cum profano Numine. *Statuentibus tenebras pro luce.* Hoc est: Jesum, qui in infernum descendit, pro luce colentibus. *v. 20.*

הוי חכמים בעיניהם וגו׳
זהו נאמר על שארית עם של ישו
שקורין בל״א לייאן ובלטיין בר
ברברי׃

Væ sapientibus in oculis suis, &c. *v. 21.* Hæc ad reliquum cœtum Christianorum attinent, qui Germanice Leyen, Latine Barbari, appellantur.

הוי גיבורי׳ לשתות יין וגו׳
מצדיקי רשע עבור שוחד וגו׳ כל
הנזכר ועוד יותר יש בהן׃

Væ fortibus ad potandum vinum, *v. 22. 23.* *&c. absolventibus improbum propter munus &c.* Omnia quæ hic memorantur, & his etiam majora, ipsis insunt.

מה שאין הגוים יכולין לנו
להוציא לא ח״ית ולא ע״ין מגרונם
י״א לפי שאין מאמיני׳ בחי עולמי׳ :
ועוד י״ל מקללת דוד היתה זאת
להם על שהם משתחווים לעצבים
ולצלמיו שני׳ ולא יהגו בגרונם
כמו הם יהיו עושיהם וגו׳ וזהו
הלטיין מפסוק ישראל נושע ביי׳
וגו׳ אישראל סלווטוס אין דומינו
סלוטי איטירנא נון קופצרימיני ;a
איט נון אירשטיס b אוסקווי אין
סיקולא שיקולורום;

Rationem, cur οἱ ἔξω non possint efferre gutture neque literam *Chet*, neque *Ain*, hanc quidam reddunt, quia non credant in Deum æternum. Amplius dicere licet, hoc provenire ex imprecatione Davidis, quia terriculamenta & idola colunt. Nam sic ait (Ps. 115, 7.) *Non mutiunt gutture suo, similes iis sunt, qui faciunt ea.* Atq; ipsi locum (Es. 45, 17.) ישראל נושע ביי׳ Latine sic expresserunt. *Israel salvatus est in Domino salute æterna: non confundemini & non erubescetis usq; in secula seculorum.*

הנה העלמה הרה וילדת בן
וקראת שמו עמנואל אומרי׳ המיני׳
שזה נאמר על ישו ואומרי׳ איזה
חידוש הוא שעלמה הרה כדרך
כל הארץ על ידי בעילת איש : א

Ecce העלמה *concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Immanuel.* *c. VII. 14* Infideles dicunt, hæc de Jesu pronunciata esse, clamitantque: Ecquod mirum foret, ut mulier concipiat, secundùm

a Legendum קונפונדימיני b L. אירובשציטיס

אלא על כרחך הכתוב מדבר בב
בבתולה שלא נבעלה לאיש :
תשובה : הרי שלמה המלך אמר
ששים המה מלכות ושמונים
פלגשים ועלמות אין מספר : ואף
במשלי כתוב דרך גבר בעלמה
מכאן שאפילו בעולה נקראת נ
עלמה : וכן נמי אשה נקראת בת
בתולה דכתי' אלי כבתולה נת
חגורת שק על בעל נעוריה ועוד
מאחר שפותרין נבואה זאת על
ישו ולמה לא קראוהו עמנואל :
והלא לא נקרא בכל תורתם כי אם
ישו : אלא בוודאי פירוש הפרשה
כך הוא : ישעיהו נשא לו נערה
בתולה לאשה והרתה לו : שכך
אמר ישעיהו לאחז יתן יי' לכם
אות וכשיבא האות אז תדעו
שדברי אמתיים והקב"ה מבטיחך
משני המלכים האלה מיד פקח
ומיד רצין : ומה האות הנה זאת
העלמה שהיא יניקה ובחורה ואין
ידוע אם היא עקרה או לאו תהר
מיד בבואי אליה ותלד בן : וזהו
דכתי' ואקרב אל הנביאה ותהר
הלא תראה כי על ידי קירוב נ
הרתה : והיא הנביאה קראה שמו
עמנואל ע"י רוח הקדש כלומר יי'

naturalem ordinem, per viri concubitum? Neceſſe eſt igitur fateamini, Scripturam loqui de virgine, quæ virum paſſa non fuit. Reſponde: Ecce Salomo Rex (Cant. 6, 7.) ait: *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, &* עלמות *non eſt numerus.* Et in Proverbiis (30, 19.) ſcripſit: *Viam viri in* עלמה Vnde patet, etiam a viro compreſſam עלמה vocari. Sic vice verſa אשה de Virgine uſurpatur (Joelis 1, 8.) *Ejula ut virgo accincta cilicio propter virum adoleſcentiæ ſuæ.* Porro, quia locum de Jeſu accipiunt, quare non vocant eum Immanuel? & annon in univerſa lege ipſorum haud aliter quam Jeſus appellatur? Scilicet, clarum eſt, hunc eſſe loci illius ſenſum, quod nimirum Eſaias virginem juvenculam uxorem duxerit, & quod illi ea pepererit. Nam hoc ait Eſaias: Mox vobis Deus ſignum daturus eſt, & cum aderit illud ſignum, cognoſcetis vera eſſe verba mea, Deum præſidio vobis futurum adverſus duos Reges iſtos, erepturumque e manu Pekach, & e manu Rezin. Quale autem hoc ſignum? Ecce virgo hæc tenera & juvencula, & de qua nemo ſcit, utrum ſterilis futura ſit, an minus, actutum poſt meum cum illa congreſſum, concipiet, parietque filium. Atque hinc (c. 8, 3.) ſcriptum eſt. *Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit.* Nunquid non vides ex concubitu gravidam factam? Hæc autem prophetiſſa, Spiritus S. inſtinctu filium ſuum vocavit Immanuel, quaſi diceret: Deus nos liberabit a duobus illis Regibus, Nam ſic ſcriptum eſt (c. 7, 16.) *Antequam ſciat puer reprobare*

יעזור לנו משני המלכיי האלה
כמו שני כי בטרם ידע הנער מ
מאוס ברע ובחור בטוב תעזב ה
הארץ אשר אתה קץ בה משני
מלכיה ותתעשר הארץ מכל טוב
ולא יחסר חמאה ודבש בארץ שני
חמאה ודבש יאכל לדעתו כי ב
בהולדו ילכו שני המלכים האלה
לדרכם ויעזבו את הארץ בשלום
וכתיי ויאמר אילי קרא שמו מהר
שלל חש בז כי בטרם ידע הנער
קרוא אביו ואמו שמע מיני שהיה
לו אב ואם ישא את שלל דמשק
ואת שלל שומרון לפני מלך אשור
וכל זה היה יותר מגי מאות שנה
קודם שנולד ישו : והיכן מצינו ש
שאשת ישעיהו נקראת נביאה שני
ואקרב אל הנביאה אם לא מן
הוולד הראשון ששרתה עליה רוח
הקודש וקראה שמו עמנואל: והיינו
דכתיי הנה אנכי והילדי' אשר
נתן לי אלהיי לאותות ולמופתים
בישראל מעם ייי צבאות השוכן
בהר ציון : והיכן היו לו שני בנים:
ואת שגם עמנואל היה בנו וש
ושניהם היו לאותות האחד להצלת
הארץ והשיני למפלת רצין ופקח:
והנה אם כדבריהם הוא שזאת
העלמה אם אישות הזימה (ר"ל אם
של ישוע משיחנו) היתה מה אות
הירה זה לאחז הלא מעשה ישו

bare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris, a facie duorum Regum suorum. Hoc est: Abundabit terra omnibus bonis, neque in ea butyrum aut mel deficient. Vnde præcedit: *Butyrum & mel comedet, ut sciat.* Simul ac enim natus erit, discedent duo Reges isti via sua, & regionem in pace relinquent. Scriptum quoque (c. 8, 3.) *Et dixit mihi: voca nomen ejus Maher-schalal-chasch-bas: Quia antequam sciet puer vocare patrem suum & matrem suam.* Consequitur ergo hinc, fuisse illi patrem & matrem. *Auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ, coram Rege Assyriorum.* Omnia hæc acciderunt annis amplius trecentis ante nativitatem Jesu. Vnde vero constat uxorem Esaiæ vocari Prophetissam? Ex illo (c. 8, 3.) *Et accessi ad Prophetissam.* Cum primam prolem edidisset, requievit super ea Spiritus S. vocavitque ipsa nomen prolis Immanuel. Hanc ob rem subjicitur (ibi v. 19.) *Ecce ego, & nati quos dedit mihi Dominus, in signa & in ostenta apud Israëlitas: a Domino exercituum habitante in monte Zionis.* Vnde nactus est duos illos filios? Nempe etiam Immanuel erat illius filius, atque ambo fuerunt in signa, unus liberationis terræ, alter ruinæ Rezin & Pekach. Quod si vero secundum illorum opinionē העלמה de matre infausta (h. e. de matre Iesu Messiæ nostri) accipi debeat, quale signum id futurum erat Achaso, & annon Jesus ultra trecentos

 post

היה יותר מג' מאות שנה לאחר
מיתת אחז : אלא כששאל חזקיהו
אות ואמר מה האות כי אעלה
אל בית יי' מיד נתן לו אות ש
שראה בעיניו : הנני משיב צל ה
המעלות וגו' : וכן לגדעון ויהי ה
חורב על הגיזה : וכן משה ה
הפך המטה לנחש וידו נהפכה ל
לצרעת כשלג : וכן דרך כל נותני
אותות :

post morté Achasi annos primum prodiit? Atqui eum Hiskias (*apud eundem Prophetam Esaiam c. 38.*) interrogaret, dicens: *Quod est signum me ascensurum esse in domum Domini?* Illico datum ei signum, quod oculis suis usurpabat: *Ecce ego reducturus sum umbram graduum &c.* Sic in Gideonis vellere siccitas apparebat (Jud. 6, 40.) Sic Moses baculum in anguem convertit. Sic manus illius leprosa facta tanquam nix (Ex. 4.) Eadem omnium quæ exhibentur Signorum ratio.

c. IX, 6. כי ילך יולד לנו בן ניתן לנו
ותהי המשרה על שכמו : אומרי'
המיני' זה היה השתי והערב שהיה
נתקע בו : ויקרא שמו פלא
יועץ אל גיבור אבי עד שר שלום :
כך תשיב לו אכ" לפי דבריכם היה
לו לכתוב ויקרא שמותיו שהרי
ארבע או חמשה שמות יש ל
לדבריכם : ועוד היאך נקרא שמו
של ישו פלא יועץ : והלא יהודה
סיכל את עצתו : וגם יש להשיב
גיבור לא היה כיון שנהרג : אבי
עד לא היה כי מת בחצי ימיו :
וגם שר שלום לא היה כי כל
ימיו היה תגר ומאז והלאה לא
נשקט העולם ממלחמות : ועוד
כתוב אחריו מיד למרבה המשרה
ולשלום אין קץ על כסא דוד ועל

Quoniam puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus. Infideles dicunt ista Crucem respicere, cui fuit affixus. *Et vocabit nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis,* (de eodem explicant.) Responde: Quod si vestra obtinere debet opinio, dicendum erat: Et vocabit nomina ejus: secundum vos enim quatuor, aut quinque nomina exprimuntur. Porro, quomodo Jesu conveniunt, nomina *Admirabilis, Consiliarius* ? & , annon Judas (*Discipulus*) consilium ejus amens reddidit? Sic porro respódere licet: Non fuit *Fortis*, nam occisus est. Nec fuit *Pater æternitatis*, quippe in medio dierum periit. Sed nec *Princeps pacis* fuit, nam quamdiu superstes vitam agebat, gerebantur bela, neque ab eo deinde tempore usque in hanc diem, orbis ab illis requievit. Sequitur mox: *Multiplicabitur ejus imperium, & paci non erit finis: in solio Davidis & in regno ejus, stabiliendo illud, & fulciendo illud justitia, ab isto tempore usque*

in se-

ממלכתו להכין אותה ולסעדה ב
במשפט מעתה ועד עולם : מכאן
שלא תוכל לאומרו על ישו כי
ישו נולד בג' מאות שנה לאחר
כך שנתנבאת נבואה זו והנביא
אומר מעתה ועד עולם : וגם
כתוב בעוון גליון שלהם שאמר
ישו לא באתי לשום שלום בארץ
כי אם חרב : מכאן שדבריהם ם
סותרין זה את זה : ואם ישאלך
על מי נאמר פסוק זה : תשיבנו
על מפלת סנחריב מתנבא שהיתה
על ידי תינוק זה שהוא חזקיהו ל
לכך הוא אמר ויקרא שמו ר"ל
הקב"ה שהוא פלא יועץ וגיבור
ואבי עד הוא קרא לו שר שלום :
כדכתי' ויאמר טוב אך כי יהיה
שלום ואמת בימי :

in seculum. Patet hinc, locum de Jesu explicari non posse. Jesus enim universis trecentis annis post editum hoc vaticinium natus fuit, Propheta autem ait: *Ab isto tempore usq; in seculum.* Scriptum quoque in Evangelio eorundem, dixisse Jesum: Non veni ad constituendum pacem in terra, sed gladium. Vnde constat, eorundem verba, destruere sese invicē. Quod si autem quærat Adversarius, de quo igitur verba enunciata sint? Responde: De ruina Sennacherib agit vaticinium, quam infans iste qui fuit Hiskias, procuravit. Vnde dicitur quoque: *Et vocabit nomen ejus:* Deus Benedictus scilicet, qui est *Admirabilis, Consiliarius, fortis, & Pater æternitatis,* ipse vocabit eum *Principem pacis.* Nam sic (*de Hiskia* 2. Reg. 20, 19.) legitur: *Et dixit: Bonum est, quoniam pax & stabilitas futura est diebus meis.*

כי ילד יולד לנו : אומרי' המיני'
כי זהו נאמר על יחוס הזימה (ר"ל
משיחנו) תשיב להם הלא בזה
הבן כת'' שהוא מכין כסא דוד
וממלכתו א"כ דבריהם סותרין זה
את זה שהם אומרי' לא יסור שבט
מיהודה עד כי יבא שילה : ופותרין
הפסוק שלא יפסוק שררה ומלכות
מיהודה עד כי יבא שילה ר"ל ה
משולח וזהו ישו ואז תפסוק גם
המלכות והשררה מבית יהודה
ואף כן אמר בבוא קדש הקדשים.

Quoniam puer natus est nobis. Infideles dicunt hoc ad nefandā illā nativitatem attinere. Responde illis: Annon de hoc puero scriptū est, stabiliturum ipsum Solium Davidis, & regnum ejus? Quæ cum ita sint, pugnant dicta eorundem secum invicem. Etenim solent urgere verba (Gen. 49, 10.) *Non recedet Sceptrum a Juda, donec veniat Schilo:* locumque explicant, non cessaturum Dominatum & Regnum in Juda, donec veniat Schilo, sive, qui mittendus est, Jesus nimirum, atque tum finem futurum Regni & Dominatus

tus

ימשח משיחכם א״כ אינו מכין אלא סותר מלכות ·וכסא דוד:

tus Domus Judaicæ. Dicunt quoque venturum Sanctum Sanctorum uncturumque Messiam. Quæ si ita se habent, non stabiliet ipse, sed destruet regnum soliumque Davidis.

ואמרו המיני הנה העלמה הרת ויולדת בן זהו נאמר על חריא ם שהיתה בתולה וילדת בן דאם לא כן לא היה חידוש ואורת ונקרא שמו עמנואל כי לכשיולד יהיה ת עמנו אל כלומר שהוא יהיה א אלוה: ואקרב אל הנביאה זו היא חריא: רועו עמיי וחותו עוצו עצה ותופר וגו׳ אילו היהודיי שהיו מ מיעצים עליו להאבירו: הנה אנשי לבב שמעו והבינו דברי תהפוכם וסותרין דברי אלהיי חיים: כי הנה ספר ישעיהו בידינו המעיד לנו שאין המקראורת הללו ביחד נכתבו כי אם בבי׳ או בגי׳ מק מקומורת וע׳ל שני בנים ניבא ישעיהו אחד ששמו עמנואל ואחד שמו מהר שלל חש בז: ואם ת תרצה להשיב בקוצר דבריי תאמר לו: לו יהי כדבריך שהנביא א אמר שעתיד בתולדת לילד בן ומה בכך והא ודאי לא קצרת יד יי׳ מלקיים רצונו וחפצו ושליט ע הוא ומי יאמר לו מה תעשה אבל סוף סוף מניין אתה יודע שזו היא חריא היכן תמצא שמה ושם בנה כי תדע: אומר אני כי בתולה א אחרת הייתה או עדיין עתיד לבא

Contendunt Infideles, verba *Ecce* העלמה *concipiet, & pariet filium*, de Maria prædicta esse, quæ fuerit virgo & filium pepererit, neque enim aliter constare miraculum, ac signum: nomen ejus quoque vocatum Immanuel, quia ex quo natus erat, fuisse Deum nobiscum, hoc est fuisse illum Deum. Porro verba quoque: *Et accessi ad Prophetissam*, de Maria exponunt: illa vero: *Consociamini o populi, & conterimini: inite consilium & irritum fiet: &c.* de Judæis interpretantur, qui consilium iniverint, de illo occidendo. Vos vero quibus mens inest, audite mihi, & videte istas contorsiones, quæ verba Dei viventis evertunt. Ecce enim liber Esaiæ est in manibus nostris, qui testatur nobis, illa dicta nequaquam contigue scripta esse, sed in duobus aut tribus diversis capitibus, atque de duobus pueris vaticinatum esse Esaiam, quorum unus vocatus fuit Immanuel & alter appellatus est Maher-schalal-chas-bas. Quod si paucis verbis respondere velis, dicas licet: Si maxime obtineatis quod vultis, atq, concedatur, hoc dicere Prophetam, parituram virginem filium, quid inde consequitur? Ecce enim, nequaquam abbreviata est manus Domini, ad exequendum voluntatem & sententiam suam, est enim universi hujus gubernator,

ואם מפני השם שקרא לו גם
עמנואל השם איננו ראייה ; אכ״
בישמעאל בן הגר גכ״ תוכל לומר
כל כך שהוא אלוה שהרי גם
כן אמר לה המלאך הנך הרה
ויולדת בן וקראת שמו ישמעאל
ותוכל לפרש ישמע אליו כל בריה
לפי שהוא אל ; וכן בחנה הוא
אומר ותקרא שמו שמואל תוכל
לפרש גכ״ שם אל : ואם יאמר הגר
וחנה לא היו בתולות אבל הריא
היתה בתולה אכ״ אתה מכחיש
את שלמה שאמר אין חדש תחת
השמש מה שהיה הוא שיהיה וגו׳
ועוד היכן מצינו שהזהירו אותנו
הנביאי׳ על תורתו ואל אמונת
אלוהותו כאשר הוזהרנו בסיני על
ידי משה כדאמר אנכי יי׳ אלהיך
וגו׳ לא יהיה לך אלהי׳ וגו׳ לכן
יש להבין שאין ממשות בדבריך
וכי לא על אלוהות נתנבאו כל
הדברי׳ האלה : וגם בזה תוכל
לנצחו ולהשיב דברי׳ נכוחים ואמרי
יושר וכן תאמר לו : לדבריך שאתה
אומר שעל הריה ובנה ישו ניבא
ישעיהו הנה העלמה הרה וכל גם
הפרשה : בא וראה לשון המקראות

tor, & quis dicat ei quid facis? Tandem igitur huc summa rerum redit, unde scias, Mariam ibi innui? ubi enim nomen ejus reperies? &, quale nominis filii ejus indicium? Dicam ego, significari virginem aliam, quæ jam olim fuerit, aut quandam, quæ adhuc sit futura. Quod si ex eo probationem arcessas, quod filium vocaverit Immanuel, noveris ex nomine solo argumentum peti non posse. Nam cæteroquin de Ismaële Hagaris filio, similiter concludere posses, ipsum Deum esse, nam (*ceu Gen. 16, 11. legitur,*) eodem modo Angelus quoque matri ejus dixerat: *Ecce tu prægnans es, & paries filium, ac vocabis nomen ejus Ismaël.* Quod nomen sic explicare queas: Obediat huic omnis creatura, quia Deus est. Similiter de Channa (1. *Sam. 1, 20,*) dicitur: *Et vocavit nomen ejus Samuel*: quod nomen itidem de Deo interpretari licet. Quod si objiciat adversarius, Hagarem & Channam non fuisse virgines, at virginem fuisse Mariam. (*Respondendum*:) Tu quidem si in his persistas, mendacii arguis Salomonem, qui (*Eccles. 1, 9.*) ait: *Non est novi quid sub Sole, id quod fuit, idem est quod fiet. &c.* Porro, ubi reperitur, Prophetas nos monuisse de illius Lege, & amplectenda Divinitate, uti in monte Sinai, per Mosen admonebamur, cum diceret: *Ego sum Dominus Deus tuus &c. Non erunt tibi Dii &c.* Proinde manifestum evadit, nihil veri inesse verbis tuis, neque ad Divinitatem pertinere vaticinium. Sequenti quoque ratione confutare potes Adversarium, verbaque solida & proba illi opponere: Inquito: Tu

ושמע באזניך מה שאתה מוצא
מפיך : הא דכתי' הנה העלמה
הרה : אין תוכל לפרש הרה אלא
לשעבר הוא משמע ר"ל שכבר שו
הרתה ואילו חריא לא הרתה עדיין
אלא לאחר כך באלף שנים : לף
ולדבריך תהר היה לו לומר שהיה
משמע לעתיד ולמה נאמר הרה :
וגם ראה מה כתוב בסמוך כי ב
בטרם ידע הנער מאוס ברע ובחור
בטוב תעזב הארץ אשר אתה קץ
בה משני מלכיה : ואם אלהי'
הוא מהו שנאמר בטרם ידע הנער
כו' הלא מיום הולדו היה לו ל
לידע ולהבין בין טוב ובין רע אם
אלהי' בקרבו : וגם אמנם שאתה
אומר כי לבסוף עשה אותות שיאמינו
בו שהיה אלהי' : אם מתחילתו
היה עושה האות הזה כי משיצא
מבטן אמו מיד היה מבחין בין ט
טוב לרע והיה בלא אכילה ובלא
שתייה אין לך גדול מזה והיו מא
מאמינים בו ; אלא מכאן שלא
ראינו בו בימי עלומיו אלא כדרך
כל התינוקות לא נאמין באותן ט
שעשה בגדולתו : הוי אומר כי על
ידי כישוף עשה כמו שעושין חוברי'
וקוסמי' ומעוננים : ועוד והיכן אנו
למידים שהריא בתולה היתה
בשילדה את בנה והא מילת עלמה

to: Tu qui contendis, de Maria, filioq; ejus Jesu, Prophetam verba, *Ecce* העלמה *pariet*, & reliqua, quæ sequuntur, extulisse; veni obsecro & vide ipsam ibi loquendi adhibitam rationem, atq; perpende auribus tuis, quæ proloquatur lingua tua. Heus, scriptũ est: *Ecce* העלמה הרה. Illud autem הרה necesse est in præterito exponas, ut sensus sit, pridem illam concepisse. Atqui Maria tum nondũ conceperat, sed id mille demum annis post evenit. At secundum tuam explicationem תהר dicendum erat, ut futuri significatio locum haberet. Quare igitur dicitur הרה? Amplius, vide quid prope scriptum sit: *Antequam noverit puer spernere malum & eligere bonum, relinquetur illa terra, cujus causa tædet te, a duobus regibus suis.* Quod si Deus est, quid sibi volunt verba: *Antequam noverit puer &c.* Annon statim a die nativitatis nosse & intelligere debuit discrimen bonorum, & malorum, si Divinitas ei inerat? Enim vero, cum asseras illum postea miracula edidisse, ut homines in illum tanquam Deum crederent, utique si a principio statim hoc miraculum patrasset, ut ex utero materno prodiens illico bonum a malo distingueret, & sine cibo ac potu viveret, quo majus nullum miraculum edere poterat, tum quidem homines in eum credidissent. Quoniam igitur nulla ejus videmus miracula in pueritia, sed hanc more reliquorum puerorum omniũ transegit, nec illis fidem habemus, quæ adul-

אינו משמע אלא שם נערה גם
בחורה בעלמא כמו שאפרש לפני׳
כי עלמה בלשון עברי לא בתולה
דוקא היא : וגם וירגו בלשון
לטיין לאו בתולה משמע כי אם
פואלא והוא אשה יניקה:

adultus patravit: ſed videntur arte magica fuiſſe edita, qualia ſolent magi incantatores, & venefici peragere. Denique, unde conſtabit nobis Mariam virginem fuiſſe, cum filium pareret? Nam vox עלמה generatim tantum juvenculam denotat, prout infra explicabo, neque in lingua Hebraica proprie ac unice virginem innuit. Sic adeo nec vox *Virgo* in Latina lingua, nulli viro cognitam ſignificat, quippe de tali vox *Puella* adhibetur, qua puera tenera notatur.

עוצו עצה ותופר דברו דבר:
לדבריהם וכי מה שיעצו עליו מי
הפר ומי ביטל : והלא כל עצתם
עליו השלימו : ואקרב אל הנביאה
שאתם אומרי׳ זו היא חריא וכי
מה נבואה נבאה שנקראת נביאה:
ועוד ואקרב-זהו לשון בעילה כך
כדכתי׳ אשר תקרב אל כל בהמה
לרבעה אותה : ואל אשה בנדת
טומאתה לא תקרב וגו׳ וכמו כן
אתה מוצא הרבה תיבות וגם
שמוכיחין ומגידין על מלת תקרב
שהוא לשון בעילה כדכתי׳ לרבעה
לגלות ערותה כמו שתמצא כאן
ואקרב אל הנביאה ותהר ותלד
בן כעניין שני׳ ויבא אל הגר ותהר:
וכל זה יש להשיב לפי סדר גם
המקראות כלומר והלא בתחלת
הפרשה כתיב שאמר הנביא לאחז
שאל לך אות מעם ייי : והשיב
לו אחז לא אשאל ולא אנסה את
ייי והשיב לו הנביא לכן הנה יתן
ייי הוא לכם אות הנה העלמה

Inite conſilium, & irritum fiet. c. VIII, 10.
Loquimini verbum. Atqui, ſi vera fuerit Chriſtianorum expoſitio, quis quæſo adverſus illum meditata irrita reddidit, ac impedivit? Annon hoſtes ejus omnia conſilia ſua perfecere? *Et acceſſi ad Prophetiſſam.* Vos, qui aſſeritis, Mariam ſignificari, quod, quæſo, illa vaticinium edidit, ut Prophetiſſa audire mereretur? Adde, quod vox *acceſſi*, concubitum notat. Nam ſic dicitur (*Lev.* 20, 16.) *Quæ acceſſerit ad ullum jumentum, ut incubet ſibi.* (Item: c. 18, 19.) *Et ad mulierem in ſeparatione immunditiei ſuæ ne accedito, &c.* Similes locutiones multæ reperiuntur, quæ evincunt ac docent, τὸ *accedere*, de concubitu exponendum eſſe: quales ſunt, inire, retegere nuditatem. Atque cum phraſi: *Et acceſſi ad Prophetiſſam, & concepit ac peperit filium:* plane convenit illa, (Gen. 16, 4.) *Et venit ad Hagarem, & concepit.* Ad hæc ſecundum ſequelam contextus ſic reſpondere licet: Annon in principio capitis ſcriptum, dixiſſe Prophe-

הרה וגו׳ הנה עיניך רואות ואזניך
שומעות כי לאחז שהיה מבית דוד
לו ניתן האות הזה הנה העלמה
וגו׳ למען יאמינו בו כל העם ב
בדבריו אשר דיבר יי׳ להציל א
את ירושלים מפני רצין ופקח
אמור מעתה אם בחריא הכתוב
מדבר מה אות היה זה לאחז ולבית
דוד הלא חריא בימי אחז לא
הייתה ולא נולדה אלא לאלף שני׳
אחר כך: אלא בכל מקום שהנביא
נותן אות על דברי יי׳ הקב״ה
יעשה אותו האות מיד למען יאמינו
בו שיתקיימו דבריו מאחר שהוא
שלוחו של הקב״ה כמו שעשה מ
משה רבינו ויעש האותות לפני
העם ובגדעון כתי׳ ויהי חורב על
הגיזה ועוד הא כתי׳ בסמוך ביום
ההוא יחייה אדם עגלת בקר ושתי
צאן כי חמאה ודבש יאכל כל ה
הארץ: וכי היכן מצינו שאירע
דבר זה בימי ישו שהיה העולם
משתנה ממנו · ויאמר יי׳ אילי קח
לך גליון גדול וכתוב עליו בחרט
אנוש מהר שלל חש בז ואעידה
לי עדי׳ נאמנים את אוריה הכהן
ואת זכריה בן ברכיהו ואקרב אל
הנביאה וגו׳ ואם לדבריך אשר
בחריא הכתוב מדבר אוריה ו
וזכריה מה עדי׳ היו בדבר הזה
והלא בימי חריא לא היו: וגם
אפילו שניהם לא ראו זה את

Prophetam Achaso: *Pete tibi signum a Domino.* Cum responderet Achas: *Non petam, neq; tentabo Dominum*, subjicit Propheta: *Idcirco ecce dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce* העלמה *concipiet, &c.* En, vident oculi tui, audiuntque aures, Achaso, qui ex Domo Davidica erat, datum fuisse signum illud, *Ecce* עלמה *&c.* ut omnis populus fidem haberet verbis quæ proloquutus fuerat Deus, de liberandis Hierosolymis a Rezin & Pekach. Proinde dic: Si de Maria Scripturæ sermo est, quale hoc signum futurum Achaso & Domui Davidicæ? utique Maria non fuit in diebus Achas, sed mille demum annis post nata fuit. Scilicet, ubicunque Propheta signum aliquod jussu Dei editurus, continuo fit illud signum, ut credant homines verba sua fore implenda, cum sit Dei nuncius. Sic de Mose (Ex. 4, 30.) legitur, *ipsum fecisse signa sua coram populo*: Et de Gideone (Jud. 6, 40.) scriptum: *Et fuit siccitas in vellere.* Adde, quod apud Esaiam quoque subjicitur: *Nutriet homo buculam armentariam, & duas pecudes: nam butyrum & mel comedet omnis terra.* Vbi autem reperimus in diebus Jesu id factum esse, atque orbem ab antiquo more suo recessisse? *Et edixit Dominus mihi, sume tibi volumen magnum, & scribe in eo stylo humano Maher-schalal-chas-bas. Quamobrem adhibui mihi testes fidos, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, & accessi ad Prophetissam &c.* Quod si secundum tuam opinio

זה כי אוריה היה בבית ראשון וזכריה בבית שני ואקרב אל הנ הנביאה ותהר ותלד בן: וכי ישעיה היכן קרב לאותה נביאה שילדה לישו והלא לא ראה את מריא מ מימיו וגם לא הייתה בזמנו: וכי ילד יולד לנו שכתו' בפרשה אם באלוה הוא מדבר מהו זה שאמר למרבה המשרה ולשלום אין קץ על כסא דוד ועל ממלכתו וכי זה גדולתו של אלוה שישתרר על כסא דוד וממלכתו: כל כך עשה שלמה המלך כמו שכתוב ושלמה ישב על כסא דוד אביו אבל בה בהקב"ה כתי' ואראה את יי' יושב על כסא רם ונשא ועוד מדכתי' על ממלכתו שומע אני שאותו ה הילד לא מלך כי אם במלכות דוד בלבד ולא יותר וכי על זה ראוי לומר שהוא אלוה שאין ש שררותו וממשלתו מרובה משל בני אדם שהם בשר ודם: לכן אנשי לבב שמעו שמוע וגם תבינו ראו ראו וגם תדעו כי אין בדבריהם ממש ועליהם אמר ישעיהו הוי ה המעמיקי' מיי' ולסתור עיצה והיה במחשך מעשיהם כי הם סותרים ומהפכי' דברי אלהים חיים ועצמו ואומרי' על הנביאי' דברי' אשר לא דיבר יי' כי כל הקורא הענין

pinionem, de Maria verba exponenda sint, quomodo Vrias & Zacharias huic negotio testes intervenerunt, qui utique tempore Mariæ non fuere superstites? Quin ex his ipsis quoq; neuter alterum vidit. Nam Vrias vixit durante adhuc primo templo; Zacharias autem in secundo vitam egit. *Et accessi ad Prophetissam, & concepit ac peperit filium.* Quomodo Esaias accedere poterat ad Prophetissam illam ut pareret Jesum? utique tota vita nunquam vidit Mariam, nec vixit illa ævo ipsius. Quod si verba, *Puer natus est nobis*, quæ ibi leguntur, ad Deum attinent, quid sibi vult illud quod sequitur: *Multiplicabitur ejus Imperium, & paci non erit finis, in solio Davidis, & in regno ejus.* Anne Dei is honor, ut potestatem exerceat super solio Davidis in regno ejus? Omne hoc fecit quoque Rex Salomo, de quo (1. Reg. 2, 12.) scriptum est: *Et Salomo sedit in solio Davidis patris sui.* At de Deo (Es. 6, 1.) legitur: *Et vidi Dominum insidentem solio celso & elato.* Insuper, quia expresse dicitur: *In regno ejus*: hinc liquet mihi, illum puerum non imperaturum nisi in regno Davidico, nec ultra extensurum potestatem. At, an illum Deum vocare convenit, cuius potestas misella hominum potestate, qui caro & sanguis sunt, non est amplior? Proinde cordati omnes audite, palam cognoscite, cernite clarissime, & palpate, carere verba illorum fundamento. Nimirum de illis enunciavit Esaias (c.29, 15.) *Væ iis, qui profundi sunt a Domino, ad evertendum consilium, quorum sunt in tenebris opera.* Ipsi enim destruunt & evertunt ver-

מתחילהו וסופו יבין וישכיל כי אין בדבריהם כי אם עמל ואון : כי אין להם דבר כקרות שלא תמצא תשובתו בצדו : ופתרון הפרשה על חזקיהו נאמרה :

verba Dei viventis, & audacissime Prophetis sermones affingunt, contra Dei sententiam. Quisquis enim vaticinia illa a principio ad finem usq; perlegit, intelliget ac agnoscet, verbis Adversariorum meras inesse ineptias, & perversitatem. Nec enim possunt nequam aliquod argumentum e sacro textu formare, cujus responsio non statim e latere adjecta reperiatur. Omnino autem Scriptura de Hiskia agit.

.II,1.seq. ויצא חוטר מגזע ישי וגו' ונחה עליו רוח יי' רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יי׳ והריחו ביראת יי' וגו' כל הפרשה פותרין המיני' בישו וא ואומרי' שהוא היה שורש ישי : תשובה : מניין הם אומרי' שישו בן חריא מישי ומדוד בא : אם מפני היחוס הכתוב בעון גיליון ש הלא כל אותו היחוס איניו מתייחס אלא ביוסף דכתי' בספר טיעותם פלוני הוליד פלוני עד שבא בסוף ואומר יעקב הוליד את וירום מרים כלומר בעלה של מרים : ומכאן שאתה אומר שיוסף לא היה אביו אכ היכן מצינו שישו בא מדוד כי באמו חריא לא מצינו שום יחוס ואין אנו יודעים מאיזה משפחה הייתה : והיה אם יאמר איליך דבר זה מסורת בידינו כי כך דרך היהודים היה לישא כל אחד קרובתו וג

Et prodibit virgula e trunco succiso Isai &c. Et quiescet super eo spiritus Dei; spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilii & potentiæ, spiritus scientiæ & reverentiæ Domini; cujus odoratus erit conjunctus cum reverentia Domini &c. Totam hanc Pericopen Infideles de Jesu interpretantur, & dicunt ipsum esse Radicem Isai. Responsio: Vnde ipsi probabunt, Jesum Mariæ filium ab Isai & Davide descendere? Quod si enim Genealogiam allegent, quæ scripta est in eorundem Evangelio, annon omnis illa generis recensio, tantum ad Josephum attinet? Scriptum in libro errorum ipsorum: ὁ δεῖνα genuit τὸν δεῖνα, donec tandem postremis verbis subjicitur: Jacobus genuit Josephum *Virum Mariæ.* Quoniam vero ipsi dicunt, Josephum non fuisse ei patrem, eo admisso, quomodo deprehendemus Jesum a Davide genus ducere? Matris enim ejus Mariæ non reperitur ulla genealogia, neque scimus ex qua familia fuerit oriunda. Quod si dicat tibi Adversarius: Id traditione antiqua tenemus, eam inter Judæos obtinuisse consuetudinem,

ut

זחריא קרובתו של יוסף הייתה
ויחוס יוסף זהו יחוס של חריא וגם
ושניהם מדוד נולדו : אף אתה
תשיב ותאמר לו וכי בדברי׳ בידוי
ופקפוקי׳ אתה בא לחוד חידה
ולעשות אלוה : הא וודאי זה מנהג
תורתינו שכל אחד נושא-את
אשר ישרה בעיניו בין רחוקה ב
בין קרובה המותרת לו מן עט
התורה כי אעפ״י שהתורה התירה
קרובות מ״מ לא אסרה רחוקות :
וגם בני שבט זה היו נושאי׳ ל
להם נשי׳ משבט אחר כמו גם
שמצינו בפלגש בגבעה שגזרו ע
השבטי׳ ארור האיש אשר יתן א
את בתו לבנימין מכלל שדרכן ע
היה לפנים לעשות כן : והואיל
וכן הוא מניין אתה אומר שחריא
ויוסף ממשפחה אחת היו : ועוד א
אם כדבריכם שגם חריא בא
מאותו היחוס היא א״כ מה היה ל
להם לייחס אחר יוסף עד חריא היה
להם לייחס : הרי מצינו כי ואין
בפיהם נכונה לידע מאיזה משפ
משפחה יצתה חריה :

ut quisque duceret agnatam suam, fuit autem Maria agnata Josephi, itaque genealogia Josephi æque est genealogia Mariæ, & ambo a Davide orti sunt. Tum responde, & inquito: Tu tantum verbis mendacibus & intricatis instructus accedis, ad nectenda ænigmata, & fingendum tibi Numen. Enim vero, citra controversiam hæc Legis nostra instituta sunt, ut cuique ducere liceat eam, quæ oculis illius perplacet, atque sive aliena ea fuerit, sive cognata, per Legem ipsi conceditur. Etsi enim Lex propinquas ducere permittit, tamen non prohibet alienas, atque una tribu orti, ex tribu alia uxores sibi legebant. Vnde cum illud de pellice in Gibea, (*quæ historia Jud. XIX. seqq. descripta*) successisset, reperimus hoc sacramentum fecisse Israelitas: *Maledictus esto vir, qui dabit filiam suam Benjaminitæ.* Vnde consequitur, antidhac sic consuetudine fuisse receptum, ut id fieret. Quæ cum ita sint, unde fidem facies, Mariam & Josephum ex eadem familia fuisse prognatos? Denique si ita se res habet, prout dicitis, atque Maria ejusdem fuit cum Josepho familiæ, quare secundum Josephum generis instituitur recensio? secundum Mariam eam instituere oportebat. Hinc patescit, destitui illos vera ratione ad indagandum Mariæ genealogiam.

ונחה עליו רוח י״י מכלל דאיהו
לאו י״י הוא : רוח דעת ויראת י״י
וכי כדבר הזה יתכן לומר באלוה:

Et quiescet super eo spiritus Dei. Non igitur ipse Deus est. *Spiritus scientiæ ac reverentiæ Domini.* An sic de Deo loqui decet? Porro an

signa

ועוד וכי הסימני׳ שנכתבו בפרשה
זו מי היו בימי ישו : דכתי׳ וגר
זאב עם כבש ונמר עם גדי ירבץ :
ואם יאמר זה יש להבין על דרך
משל ר״ל שאז יגורו וידורו החטאים
והזכאים יחד והצדיקים והרשעים
יחד גם זה אינו חידוש וכי מ״מ
מימות העולם לא היה כן ש״מ
העולם נוהג : וכתיב לא ״
ירעו ולא ישחיתו בכל הר קדשי׳
וכי מאז והלאה לא הרעו בירושלי׳
ולא נשחתה הארץ הלא כמה מ״
מלחמות נעשו שם לאחר מכאן
בעוד שישראל היו שרוים שם ובין
לאחר מכאן כדכתי׳ בספר יוסף בן
גוריון כי לאח״כ באו הישמעאלים
וקלקלו השוחה : ועוד אפ׳
אפילו כי הייתי * מודה לכל ד
דבריו סוף סוף אתה יכול לומר
לו ומניין אתה אומר כי בבן חריא
הכתוב מדבר הרי אני יכול לומר
בבן אשה אחרת הכתו׳ מדבר :
שהרי כל סימני הנבואות לא מצינו
בו גם אחד : ופתרון הפרשה ב
ביחזקיהו וסנחרב הכתו׳ מדבר :

* Lego היית

signa, quæ hoc capite memorantur, in diebus Jesu evenere? Scriptum enim (commate 6.) *Et commorabitur lupus cum agno, & pardus cum hædo recubabit.* Quod si dicat Adversarius, hæc allegorice intelligenda esse, atque hoc significari, tum simul moraturos & habitaturos peccatores ac justos, bonosque malis permixtos futuros; nihil in ea re novi, & annon inde a creato hoc universo, ista orbis fuit conditio? Scriptum deinde: *Non afficient malo neq; corrumpent in toto monte sanctitatis meæ.* Nunquid post illa tempora nullo malo amplius, affecerunt Hierosolymas nec terra fuit corrupta? Annon postea plurima ibi bella gesta sunt, tum morantibus adhuc ea in urbe Israëlitis, tum post eos inde expulsos? Legitur enim apud Josephum Gorionidem, venisse Ismaëlitas & profanasse Sepulchrũ. Denique si maxime omnes ejus explicationes admittas, postremo dicere licet: Vnde evinces, de Mariæ filio Scripturam loqui? Possum ego asserere (*eadem facilitate,*) de alterius fœminæ filio sermonem institui. Nam ex omnibus signis quorum in Esaiæ vaticinio fit mentio, ne unum quidem in Jesu impletum deprehendimus. Cæterum in hoc capite Propheta proprie de Hiskia & Sancheribo agit.

ויצא חוטר מגזע ישי וגו׳ : כד
תשיב להם רוח עצה לא הייתה
בו שהרי יהודה סיכל עצתו : וגם
רוח גבורה לא הייתה בו שהרי
נהרג רוח דעת ויראת.י״י מדקאמר

Et prodibit virgula e trunco succiso Isai &c. Sic urge homines: *Spiritus consilii* non fuit in eo, nam Judas ejus consilium stultum reddidit. Sed nec *Spiritus potentiæ* ei inerat; fuit enim occisus. Porro

quia

שהוא ירא את השם מכלל דלאו
אלוה הוא ; ועוד כתוב באותו עניין
וגר זאב עם כבש וגו' ועדיין לא
בא שלום בעולם ; וארת נבואה
זו דמיון על התלוי שהיה דר בא
בארץ בין הרשעי' כלומר הוא
כבש וגדי ועגל. וזאב ונמר וכפיר
הם הרשעי' : תשיב ותאמר לו אב
מהו ופרה ודוב תרעינה יחדיו
יבוזו בני קדם אדום ומואב ב
משלוח ידם וגו' מכאן שתהא יד
היהודי' תקיפה על האומות ומתי
נתקיימו כל הנבואות הללו:

quia *Spiritus ſcientiæ & reverentiæ Dei*, mentio fit, atque Deum vereri dicitur, conſequens eſt, ipſum non eſſe Deum. Additur porro: *Et morabitur lupus cum agno &c.* Atqui nondum fruitur orbis pace. Quod ſi dicat Adverſarius: Vaticinium illud Crucifixi habet imaginem, qui inter ſceleſtos degebat. Etenim ipſe cum agno, & hœdo & vitulo comparari poteſt, per lupum autem & pardum, & juvenem leonem, innuuntur ſceleſti. Reſponde, & percontare, quod ſi ita res habeat, quid igitur ſibi velint illa: *Vacca & urſa compaſcentibus &c. una diripiant populos Orientis, in Edomæos & Moabitas immittant manum ſuam &c.* Nimirum, patet hinc, Judæos ſuperiores futuros reliquis nationibus: quando autem omnia illa vaticinia fuere impleta?

ותהי המשרה על שכמו ; דרך
שכם לסבול ולשאת משאוי ; אף
הוא נושא על כתיפו החבל בג
שקורין ריפא שנתלה בו ; וכן
פירו' ההגמון עצמו בעת התפלה
ואומר שאול שקורין פאולוש וגם
וישעיה אמר דבר אחד לכך אנו
אומרי' שהיו אחים בדיבר וגם
ובמעשה: ישעיה אמר ותהי המשרה
על שכמו ולא אמר העטרה על
ראשו ; וכן אמר שאול בשעה גם
שהוליכו התלוי לתלורת לא
היה לו נושא קרוץ ורייפא שלו
אלא הוא עצמו נשאו על שכמו
אבל למרבה המשרה לכשיצא

Atq; erit principatus ſuper humero ejus. c. IX. 6. Humero onus geſtare & portare ſolemus. Etiam ipſe tulit humeris ſuis funem, quem Raif Germani vocant, quo fuit ſuſpenſus. Hanc explicationem fecit quidam Præſul pro concione, inquiens: Saulus, qui Paulus dicitur, & Eſaias, rem eandem proloquuti ſunt, itaque eos ſermone & factis fratres appellare poſſumus. Eſaias enim ait: *Et erit principatus ſuper humero ejus*; neque dicit, Coronam illum capite geſtaturum. Pariter Saulus ait: Tum cum ad ſupplicium duceretur Crucifixus, non habebat qui crucem aut funes illius deferret, ſed ipſe humeris ſuis hæc pertulit. At verbis, *amplitudini illius principatus*, (non adjicitur illa προσθήκη;) cum enim prodibit Meſſias Rex ad imperan-

מלך המשיח למלוך בשרה רבה ולשררתו ולשלומו אין קץ אין כאן כתוב על שכמו ׃

perandum magna inſtructus poteſtate, dominatui, ac paci illius haud futurum terminum prædicitur, nec ulla hic humeri mentio.

c. XVI. 5. **והוכן בחסד כסא וישב עליו** באמת באוהל דוד שופט ודורש מ משפט׃ פותרין המיני׳ בישו׃ תש תשובה׃ מנא לך הא ומה רמז ישו יש כאן׃ ועוד אם בישו הכתוב מדבר נמצאת אומר דעד השתא לא היה בו כל הכבוד הזה אלא אלהי׳ מקרוב באו הוא ולא יוצר בראשית׃ ועוד והיכן מצינו שהיה ישו יושב באוהל דוד והיה דורש משפט ואם יאמר לך אלא במי הכתוב מדבר תוכל להשיבו הנה אתה רואה ומבין שאין בדבריך ממש אם תרצה לידע במי הכתוב מדבר בא וראה מתחילת הפרשה שבחזקיהו הכתוב מדבר׃

Et ſtabilietur benignitate ſolium, cui inſideat conſtanter in tentorio Davidis, judex & procurans jus. Hæc Infideles ad Jeſum accommodant. Reſponde. Vnde vobis iſta? &, quodnam Jeſu hic indicium? Porro, ſi de Jeſu Scriptura loquitur, neceſſe eſt fatearis, hactenus ipſum omni illo honore non fuiſſe præditum. Eſt proinde Deus recens, neque Creator hujus univerſi. Inſuper, ubi reperimus, Jeſum ſediſſe in tentorio Davidis, & jus docuiſſe? Quod ſi autem Adverſarius interroget, de quo igitur Scriptura loquatur? Reſpondere licet: Ecce vides & intelligis, nihil veri ineſſe tuæ explicationi. Quod ſi vero ſcire deſideras de quo Scriptura loquatur, adesdum ac perpende initium capitis, atque patebit, Scripturæ de Hiskia ſermonem eſſe.

c. XXV. 9. **ואמר ביום ההוא הנה א** אלהינו זה קוינו לו ויושיענו וגו׳ אומרי׳ המיני׳ ביום ההוא כשיבא ישו לירושלים אז יאמר הנה אל אלהינו זה וגו׳ תשובתו בצידו מה כתי׳ אחריו׃ כי תנוח יד הש׳ בהר הזה ונדוש מואב תחתיו כהדוש מתבן במי מדמינה ופרש ידיו בק בקרבו כאשר יפרוש השוחה לש לשחות ומבצר משגב וגו׳ והיכן נתקיימה זה ביום ההוא׃ ובסמוך

Et dicet tempore illo: Ecce Deus noſter hic eſt, exſpectavimus eum, & ſervabit nos &c. Infideles exponunt: Eo die quo veniabit Jeſus Hieroſolymas, fiet acclamatio: *Ecce Deus noſter hic eſt.* At reſponſio ſtatim adjicitur: Quid enim ſuccedit? (Iſta nimirum:) *Et quieſcet manus Domini in monte hoc: triturabitur vero Moab in loco ſuo, ut trituratur palea ad ſtercorationem. Expandet enim manus ſuas in medio ejus, ſicut expandere ſolet natator ad natandum. Ita muniti-*

כתיב ביום ההוא יושר השירה הזאת בארץ יהודה עיר עוז לנו ישועה וגו׳ ואומר פתחו שערי׳ ויבא גוי צדיק שומר אמוני׳ ואם יאמר שכן אמר ישו לשערי ירושלים כשנכנס לתוכם : הלא תראה כי כל דבריהם דברי בידוי וכזב הם דמה רמז חריא ובנה מצינו כאן ועוד אם בישו הכתוב מדבר וכי מה עוז וישועה הושת בחומות ירושלים בביאתו הלא אח״כ וגלתה ב׳ פעמים אחד בימי טיטוס הרשע ואח״כ החריבוה הישמעאלי׳ וקלקלו השוחה:

munitionem editumq; locum &c. Quando hæc die illo impleta fuerunt? Prope ſcriptum eſt: *Tempore illo cantabitur canticum hoc in regione Judæ: Civitas fortis eſt nobis, ſalutem &c.* Sequitur mox: *Aperite portas, & ingrediatur gens juſta conſervans omnem fidem.* Quod ſi dicat Adverſarius, ſic affatum eſſe Jeſum portas Hieroſolymorum, cum per eas ingrederetur: cernis utique omnia illorum verba falſa & conficta eſſe: quod enim Mariæ aut Filii ejus veſtigium hic deprehenditur? Porro, ſi de Jeſu Scriptura ſermonem inſtituit, quale robur qualisque ſalus tributa mœnibus Hieroſolymorum adventu ejus? Annon bis poſtea capta fuit? Semel per Titum nequam, & iterato devaſtarunt eam Iſmaëlitæ, profanaruntque tumbam.

נפשי איויתיך בלילה אף רוחי בקרבי אשחריך : אומרי׳ שניבא הנביא על ביאת ישו: תשובה וכי מה רמז ישו יש כאן ומניין אתה אומר שזה מיירי בישו לדבריכם כל כך הישמעאלים יכולי׳ לומר כי על אלוהות מחמט אלוה שלהם אמר כן : ועוד אם כדבריהם כן הוא שתורת ישו וביאתו היה ידוע לנביאים ולמה לא שמרו הם את תורתו ולמה לא הטבילו את עצמם כתורת ישו: ואם יאמר לך באמנה שהאמינו בו היו * נטבלין א״כ ולמה ירדו לגיהנם שהרי הם אומרי׳

Animo meo deſidero te per noctem, etiam ſpiritu meo qui eſt in te, tempeſtive quaram te. c.XXVI.9. Perhibent (*Chriſtiani*) vaticinari hic Prophetam de adventu Jeſu. Reſponde: Ecquod Jeſu hic indicium? & unde probabis hæc de Jeſu fuiſſe pronunciata? Pari facilitate affirmaverint Iſmaëlitæ, de Deo Muhammede, Numine ipſorum, ſermonem inſtitui. Porro, ſi, ceu pertendunt, Legem Jeſu, illiusq; adventum cognita habebant Prophetæ, quare ipſi non obſervarunt præcepta ejus? &, quare ritum baptiſmi non admiſerunt ſecundum Jeſu inſtituta? Quod ſi dicat Adverſarius: Omnino in ipſum crediderunt, fueruntque baptizati. Quæ ſi ita ſunt, quare in infernum deſcen-

* Lege והיו

כל הנבראי' ירדו לגיהנם עד שבא
ישו והצילם : ועוד וכי מה זה ועל
מה זה אשר לא פרשו את שמו
ואת שם אמו בכל הנביאי' : אלא
ודאי על ישו ועל כיוצא בו ניבא
ישעיהו ואמר מתי' בל יחיו רפאים
בל יקומו לכן פקדת ותשמידם
ותאבד כל זכר למו : ופתרון כל
הפרשה על העתיד שקורין רומיש
רייך באחרית הימים :

descenderunt? Docent enim omnes Prophetas in inferno degisse, quoad veniens Jesus illos inde liberaret. Denique, quis in istis nexus, quæ sequela? Neque enim aut ejus, aut matris illius nomen, a quoquam Prophetarum fuit expressum. Quamobrem plane de Jesu, suique similibus (v. 14.) vaticinatur Esaias, dicens: *Mortui non reviviscent, expertes vitæ non resurgent; propterea visitans perdidisti eos, & profligasti omnem memoriam eorum.* Agit autem vere hoc capite Esaias de tempore futuro, Monarchiaque novissima, quam Romanam vocant.

c. XXXII. 1. הן לצדק ימלוך מלך ולשרי'
למשפט ישורו : פותרים המיני'
בישו : תשובה : לדבריהם ישו לאו
אלוה מקדם הוא דימלוך מהשתא
משמע מכלל דעד עכשיו לא מלך :
וגם עליו נאמר חדשי' מקרוב ב
באו ועוד גם הישמעאלי' יכולי'
לומר באלוהות שלהם הכתוב
מדבר כי אין ראייה לזה יותר
מזה : כי רמז אלוהות אין כתיב
כאן אלא בחזקיהו הכתוב מדבר :

En juste regnaturus est Rex, & Principes jure principatum gerent. Hæc quoque ad Jesum applicant Infideles. Responsio: Sequitur ex verbis ipsorum Jesum nequaquam Deum æternum esse, eo quod ex hoc tempore tantum regnaturus: non igitur antidhac regnavit. Quamobrem in eum valet illud (Deut. 32, 17.) *Novis qui e propinquo advenerant.* Insuper possunt quoque Ismaëlitæ dicere, de ipsorum Numine loqui Prophetam. Neque enim illi magis quam huic verba conveniunt. Enimvero nulla Divinitatis apud Esaiam mentio, sed de Hiskia is loquitur.

c. XXXV. 10. ופדויי יי' ישובון ובאו לציון
ברנה : פירו' ישראל שיפדה אותם
הקב"ה מן האומות : והמיני' אומרים
כי בנפשות שהוציא ישו מן הגיהנם
הכתוב מדבר : תשובה : והא כתיב
ובאו לציון ברינה וכי אותן כל
הנפשות לציון יחזרו : ואם יאמר

Et redemti Domini revertentur, pervenientq; Zionem cum cantu. Israëlitæ nimirum, quos Deus ex gentium ergastulo liberabit. At Infideles dicunt, de animabus quas Jesus ex inferno eduxit, Scripturam accipiendam. Responde: Atqui adjicitur: *Pervenient Zionem cum cantu.* An autem il-

לך כי ציון הוא דוגמא לשמי״ רל״
לציון של בשמי״ הם יחזורו ; ויל״
והא כתו׳ ציון שדה תחרש הכי
נמי דבציון בשמי״ הכתוב מדבר :
הא ודאי אין ציון בשמי״ ;

læ animæ, Zionem reversæ sunt? Quod si regerat Adversarius: Per Zionem μεταφορικῶς cœlum intelligi, sensumque esse, quod in cœlestem Ziona fuerint translati: Responde: (Jerem. 26, 18. & Mich. 3, 12.) scriptum est: *Zion ut ager arabitur.* Ergo hic quoque de cœlesti Zione sermo. (*Quod cum nemo sanus dixerit,*) non est igitur Zion in cœlis.

כה אמר יי למשיחו לכורש:
פותרין המיני׳ כל אותו הענין ם
בישו ואומרי׳ כורש זהו ישו : גם
תשובתו בצידו : דכתי׳ מתני מלכי׳
אפתח : הרי לך כי בידו היכולת
ולא בישו מדלא כתיב יפתח : גם
כתיב אני לפניך אלך והדורים א
אושר דלתות נחושת אשבר ובריח
ברזל אגדע ; אומרי׳ שזהו דלתות
של גיהנם ואומרי׳ ונתתי לך א
אוצרות חשך ומטמוני מסתרי׳
אילו נפשות שבגיהנם : וגם
ולדבריהם ישו מתי הלך לגיהנם
לקחת הנפשות משם הוי אומר
לאחר מותו : ולאחר מותו מי היה
הולך לפני מי כדכתי׳ אני לפניך
אלך״ את האב הלך לפני הבן אב״
הרי כאן שני״ ונמצא אתם גם
מכזבי׳ את תורתכם שכתוב בה
כי האב והבן אחד הם : כי אע״פי
שאתה דוחה בשאר מקומות ותאמר
אב ובן אלוה אחד הוא אע״פי כן
הכתו׳ מחלקן ומשמיען כשניים
כגון יי׳ אמר אלי בני אתה : וכגון
נאום יי׳ לאדוני : וכל זה תוכל

Sic ait Dominus uncto suo Cores. c. XLV. 1.
Infideles omnem hunc locum de Jesu interpretantur, atque per Cores Jesum intelligunt. Responsio ibi adjecta habetur. Sequitur enim: *Lumbos Regum dissolvam.* Ecce in Dei non vero Jesu manu robur esse, non enim *Dissolvet* scriptum est. Quod, porro scriptum: *Ego tibi praiturus sum, & inæqualia æquaturus; valvas chalybeas fracturus, & vectes ferreos succisurus,* de Inferni foribus accipiunt; adduntque, verba, *Et dabo tibi thesauros abstrusissimos, & repositas opes abditissimas*: ad animas in inferno attinere. Quando vero, secundum ipsos descendit Jesus in infernum, ad liberandum inde animas? Vtique post mortem. Post mortem autem quis præcessit, & quis sequutus est? Scriptum enim: *Ego praiturus sum.* Quod si dicat, Patrem præcessisse filium: Relinquitur igitur duos esse, atque suammet Legem mendacii arguunt, in qua scriptum reperitur, Patrem & Filium unum esse. Enim vero aliis locis si quis eos urgeat, objiciatque ipsos Patrem & Filium Deum unum facere, cum tamen Scriptura eos disjungat, & quasi

בדברי׳ שנאמרו ונהיו קודם מיתה
מפני שתוכל לומר הבן בשר ואביו
בשמי׳ הוא אבל בדברי׳ שנהיו
לאחר מיתתו והבשר שב אל בא
הארץ כשהידה : וארת״ רוח שהיה
בו אלוהות הוא אכ״ יש לומר לא
לאחר שמת ובא ונכנס בגיהנם
ליקח הנפשורת הרי הוא בעצמו
היה אלהים ואין כאן אלהי׳ אחר
ולמי אמר אני לפניך אלך וכתי׳
למען תדע כי אני יי׳ הקורא בש
בשמך אלהי ישראל נמצאת אומר
שכורש זה שאתה אומר עליו ש
שהוא ישו כי עד עתה שנעשה
לו כל זארת לא היה יודע את יי׳
ואיך תוכל לומר אחרי זאת שהלך
רוח אלהי׳ ונכנס בחריא אמו
ולקח לו בשר אכ״ אפילו קודם ל
לידתו היה לו לידע ארת יי׳ כי
לדבריך כך היה לו לומר למען
ידעו ארת יי׳ כלומר כי מאז ידעו
כי יי׳ פדאם ; אבל כשהוא אומר
למען תדע כי אני יי׳ שומע אני כי
מקודם לכן לא ידע את יי׳ ; וכן
בסמוך הוא אומר אכנך ולא ידע
ידעתני ; ואומר הקורא בשמך אלהי
ישראל : וישו אינו אלהי ישראל כ
כי אם אלהי קריסטנה״יט עד ה
היום הזה ; ואם יאמר הכופר אנו

de duobus loquatur, uti (Pſ. 2, 7.) *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.* Item (Pſ. 110, 1.) *Dixit Dominus Domino meo:* paratum effugium, hæc de ſtatu qui mortem præceſſit, ſic dicta eſſe, tanquam de quo affirmare licet, Filium carne indutum, Patrem autem in cœlis fuiſſe. At, de ſtatu poſt mortem, cum caro in terram, unde originē habebat rediiſſet, alia res eſt. Sed, regerere poteſt Adverſarius: Spiritus qui ei inerat, is fuit ipſa Divinitas. Hæc ſi ita ſe habent, neceſſe eſt illum poſt mortem, cum in infernum ſe contuliſſet, ad liberandum animas, ex ſeſe Deum fuiſſe, nec alii Deo locum relictum: de quo igitur capienda verba, *Ego tibi præiturus ſum?* Inſuper mox deinde ſcriptum: *Vt cognoſcas me Dominum, qui voco te nominatim, Deus Iſraëlis.* Proinde neceſſe eſt fatearis, quod ille Cores, quem tu Jeſum fingis, priusquam omnia hæc illi evenirent, non cognoverit Dominum. Quomodo autem aſſerere ſuſtines, poſt iſta Spiritum Dei in Mariam matrem ejus ingreſſum eſſe, & aſſumſiſſe carnem? nam, ſi id verum, etiam ante nativitatem ſuam Deum cognoviſſe debuit, & proinde ſic concipiendus erat ſermo: *Vt agnoſcant Dominum.* hoc eſt: Tum cognoſcent Deum ipſos redemiſſe. At, cum diſerte dicatur: *Vt cognoſcas me Dominum*: ex eo datur intelligere, pridem illum non cognoviſſe Dominum. Vnde & paulo poſt ſubjicitur: *Cognominavi te, & non cognoviſti me.* Amplius ſignanter dicitur: *Quia voco te nominatim Deus Iſraëlis.* At Jeſus, non fuit Deus Iſraëlis, ſed eſt tantum Deus Chriſti-

קרויים ישראל: תשובה: אם כן כל אומה ולשון יאמרו כן: כי אנו על שם ישראל אבינו נקראו * כן אבל אתם כולכם למה: וגם מקודם שנולד ישו היה לנו השם הזה מימות יעקב אבינו: וכתי' למען יעקב עבדי וישראל בחירי הרי זה הפסוק מכזב ספריהם שכתוב בהן כי לכך בא ישו ופדאם לאילו הנפשות לפי כי עד היום ההוא היו הכל יורדין לגיהנם בין טוב ובין רע עד שבא הוא ופדאם בין נפשות בני יעקב בין נפשות בני עשו וישמעאל ופלשתי' וקדרי' ומואב ולודי' והגרי' וכושיים וכל שאר האומות נמצאת אומר שלמען כולם בא: והכתוב מעיד כי לא בא אלא בשביל יעקב לבדו: ואומר אכנך ולא ידעתני הנה הכתוב מעיד כי זה כורש שאתה אומר עליו שהוא ישו לא ידע את יי': וכתי' למען ידעו כי ממזרח שמש ועד מבואו כי אפס בלעדי אני אל ואין עוד: ולדבריהם עתה להיפוך כי עתה יאמרו ב' רשויות הם האב והבן:

Christianitatis in hanc usque diem. Quod si instet Infidelis, contendatque, tribules suos Israëlitas vocari. Responde. Si id valet, quævis gens & natio idem de se prædicare potest. Enim vero, nos quidem, secundum Israëlem patrem nostrum sic vocamur; vobis vero, unde hoc nomen? Atque adeo ante Jesu nativitatem, inde a temporibus Jacobi patriarchæ sic appellabamur. Denique scriptum (*hoc ipso capite 45, v. 4.*) *Propter servum meum Jacobum, & Israëlem electum meum.* Ecce verba hæc erroris convincunt libros illorum, in quibus docetur, ideo Jesum venisse, easque animas redemisse, quia ad hunc usque diem omnes in infernum descenderant, sive boni sive mali. Redemisse autem illum tam animas filiorum Jacobi, quam Edomitarum, Ismaelitarum, Philistæorum, Kedarenorum, Moabitarum, Lydorum, Hagarenorum, & Æthiopum, omniumque reliquarum gentium, quasi qui omnium istorum causa venerit. At contra Scriptura testatur, ipsum solius Jacobi causa venisse. Cumque hic dicatur: *Cognominavi te, & non cognovisti me*: ecce manifestat Scriptura illum Cores, ex quo Christiani Jesum efficiunt, non cognovisse Deum. Scriptum quoque (v. 6.) *Ut cognoscant ab ortu Solis, usq. ad occasum ejus, nullum esse præter me, me Deum esse, & nullum præterea.* Quod si autem illorum vera sit sententia, nunc contrarium obtinet, faciunt enim duas summas potestates, Patrem, & Filium.

*Lege נקראנו

כי נחם יי' ציון: אומרי' המיני' ציון זה קרישטנהייט שהוציא מגיהנם:

c. XLIX. 13. *Quia consolatus est Dominus Zionem.* Contendunt Infideles per Ziona

תשובה : וכי כל המתי׳ שמתו עד שלא נולד ישו קרישטנהייט היו ; ואומר ניחם כל חרבותיה וכי מה חורבות יש לקרישטנהייט ; ועוד מה ענין ציון לענין קרישטנהייט ; אבל ישראל מצינו שנקראו ציון שני ונותרה בת ציון כסכה בכרם ועוד תשובה אחרת כשיאמר לך שהם נקראים ציון ; תאמר לו כן דברת ועתה ראה מה ניבא עליו מיכה המורשתי בונה ציון בדמי׳ לכן ציון שדה תחרש : הרי לך שעתידין להתבטל : ועוד כתוב קרוב מצדיקי הלא כל מצדיקיו רחוקים היו ומרשיעיו קרובי׳ היו כי לפי דבריהם אפילו אביו שבשמי׳ היה רחוק ממנו בעת צרתו מלהושיעו דכתיב אלי אלי למה עזבתני רחוק מישועתי וכל אותו המזמור מפרשי׳ בישו ואמר ואתה יי׳ אל תרחק אילותי לעזרתי חושה הלא תשמע כי רחוק ממנו הישועה : ותדע כי פרשה זו ללמד לישראל תשובה למיני׳ נכתבה :

Ziona intelligi hoc loco Christicolas, quos eduxerit (*Christus*,) ex inferno. Responsio: Anne omnes qui ante nativitatem Jesu mortem obiverunt Christicolarum nomine veniunt? Atqui (*mox c. 51, 3. de Zione*) scriptum: *consolabitur omnes vastitates ejus*: Quas autem vastitates passi sunt Christicolæ? Porro, quæ inter Zionem & Christicolas affinitas? Enim vero, Judæos reperimus venire nomine Zionis, prout scriptum est (Es. 1, 8.) *Et reliqua facta est filia Zionis ut tugurium in vinea.* Est quoque in promtu alia responsio adversus eos qui se Zion vocari perhibent. Dicendum nempe illis, dixistis recte, sed videte quid de Zione vaticinatus sit Micha Moraschthites (c. 3, 10. seq.) *Ædificat Zionem cædibus &c. Idcirco Zion ut ager arabitur.* Ecce igitur, quod vos maneat vastitas. Insuper (*apud Esaiam 50, 8.*) scriptū: *Propinquus est qui justificat me.* At, annon omnes qui justificare debebant Jesum procul aberant, accusantes vero illum erant in propinquo? Nam secundum doctrinam illorum ideo etiam pater ejus cœlestis remotissimus erat in tempore calamitatis ipsius ab eo juvando. Vnde verba (Ps. 22, 1.) *Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me, longinquus a salute mea?* & totum illum Psalmum de Jesu interpretantur. Cum autem ipse dixisse (v. 20.) deprehendatur: *Tu autem Domine, ne procul absis: virtus mea, ad auxilium meum festina*: annon exinde intelligitur procul ab eo abfuisse salutem? Vnde patet, pericopen hanc ideo literis consignatam esse, ut Judæi ex illa adversus Infideles responsionem depromerent.

Quoniam

כי עין בעין יראו בשוב יי׳
את ציון : המיני׳ אומרי׳ ופותרים
כל המראות הללו בישו :ותשובתו
בצידו כי הכתוב מעיד כי מיום ש
שגלו ישראל מציון לא שרתה
שכינה שם כדכתי׳ ועתה מה ליפה
נאם יי׳ כי לוקח עמי חנם וגו׳
ועוד דכתי׳ בשוב יי׳ את ציון
וכי מתי היה ישו בציון והלך משם
שעתה בא לומר בשוב לציון ;
וכתי׳ וראו כל אפסי ארץ את
ישועת אלהינו אומרים הם שזו
היא הישועה שלקח הנפשות
מגיהנם ; וכי ראיה יש להם
בדבר זה ;

Quoniam oculo ad oculum videbunt, cum revertitur Dominus Zionem. Infideles omnes iſtas viſiones ad Jeſum accommodant. At, reſponſio habetur adjecta: teſtatur enim Scriptura inde a die quo ex Zione in exilium deportati fuerunt Judæi, non commoratam ibi amplius eſſe divinam majeſtatem. Nam, ſic dicitur (v. 5.) *Nunc autem quid mihi hic eſt? dictum Domini, nam captus eſt populus meus gratis &c.* Porro, cum ſcriptum ſit: *Cum revertitur Dominus Zionem*: Ecquando fuit Jeſus in Zione, atque inde egreſſus eſt, ut de eo dici poſſit, ipſum illuc reverſum eſſe? Scriptum quoque (v. 10.) *Et videbunt omnes fines terræ ſalutem Dei noſtri.* Ipſi, ſalutem, de liberatione animarum ex inferno accipiunt. Verum, quod ſuppetit illis hujus aſſertionis argumentum? c. LII. 8.

הנה ישכיל עבדי ירום ונשא
וגובה מאוד כל אותן † הפרשה מ
מפרשי׳ המיני׳ בישו שנתייסר וה
והומת וסבל יסורין בשבילם וגו׳ :
ותשובתו בצידו : דכתיב ירום
ונשא מכלל דעד עתה לא היה
כן ; * כי משחת מאיש מראיהו
ותוארו מבני אדם ואם אלהים
הוא למה נפלו פניו ; ואם תאמר
מפני שהיו מכין אותו ומצערו אם
אלהי׳ הוא מה היה לו להשחת על כך:
כן יזה גוים רבי׳ עליו יקפצו מלכי׳
פיהם כן יקרב אליו גוים רבי׳
היה לו לומר ר״ל שיקבוץ עמים
רבי׳ לאמונתו ; אשר לא ספר

Ecce proſperabitur ſervus meus, extolletur, & elevabitur, & altus erit valde. Totum hoc dictũ, cum iis quæ ſequuntur, Infideles de Jeſu exponunt, quod nimirum ipſe afflictus fuerit, mortemque perpeſſus ſit, & calamitates ſuſtinuerit ipſorũ in gratiam. Reſponſio habetur adjecta, quia ſcriptum; *Extolletur & elevabitur*: unde colligas, talem eum hactenus non fuiſſe. Scriptum quoque hoc loco: *Corrupta ſupra quemlibet ſpecies iſtius, & forma ejus præ filiis hominum*: At, ſi Deus erat, quare periit forma ejus? Quod ſi dicant, id ideo eveniſſe, quia plagis & doloribus afficiebatur: (*Inſta tu quærendo*,) quomodo Deus exiſtens detri-

v. 13.
† Lege אותה
* Inſere וכתוב

להם ראו : והלא הם אומרי' כי כל הנביאי' נבאו עליו : וזרוע יי' על מי נגלתה הרי לך שלא נגלה מעשה ישו מעולם לא לחכמי' ולא לנביאי' : לא תואר ולא הדר לו נבזה וחדל אישים וגו' והלא הם אומרי' דהא דכתיב בספר תהילי' במזמור רחש ליבי דבר טוב יפיפית מבני אדם זרת ישו וכאן הוא אומר * נבזה וחדל אישי' : ואם יאמר בחייו היה יפה תואר אבל במותו הוא שאמר בו לא תואר ולא הדר לו : תשובה: ואם אלהים הוא מה מיתה הייתה בו ומאי שינוי הידור פני' היה ראוי להיות לו : וכמסתר פנים ממנו נבזה ולא חשבנוהו הרי א אילו דברי תהפוכות כי דבר זה ידוע לכל הוא כי קודם שהומרת ונסתר מן הבריות לא היה נחשב למאומה בעיני האדם אלא לאחר שמרת טעו אחריו לומר לשמים עלה : וכאן הוא אומר אם לא שהסתיר פניו מבני אדם לא חשבנוהו :

* Insere עליו

detrimentum inde capere potuerit? (Sequitur apud Esaiam:) *Sic asperget gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suum.* Enimvero, *sic congregabit gentes multas*, dicendum erat, ut significaret, perducturum illum populos multos ad cultum suum. (Succedit:) *Quando quod non narratum fuerat eis videbunt.* Annon vero ipsi dicunt, omnes Prophetas de ipso esse vaticinatos? (Subjicitur amplius c. 53,1.) *Et brachium Domini cui revelatur?* Inde manifestũ evadit, negotiũ de Jesu haud unquam Sapientibus aut Prophetis fuisse manifestatum. (Porro additur v. 2.3.) *Non est forma ei, neq; decor. Contemtus & abjectissimus virorum.* Atqui annon prædicant ipsi, illud, quod Psalmo 45. scriptum est: *Pulcher es admodum præ filiis hominum*, ad Jesum attinere? hic autem dicitur, ipsum esse *contemtum & abjectissimum virorum.* Quod si regerat Adversarius, eum dum superstes erat fuisse formosissimum, de morte vero enunciari, quod non fuerit ei forma nec decor. Respondendum: Si Deus erat, quomodo mortem oppetiit, quæque formæ immutatio in eo locum habere poterat? (Pergit Propheta:) *Velut abscondens faciem suam a nobis: contemtus ita ut non æstimemus illum.* Hæc verba prorsus illorum placitis sunt contraria. Constat enim inter omnes, ipsum, antequam moreretur, & e mortalium conspectu subduceretur, nihili ab hominibus æstimatum fuisse. Sed postquam vita excessit, is error multos cepit, quod in cœlum ascenderit, (& tum demum honore affectus est.) At, hoc loco dicitur, recessum ejus a mortalibus, contemtus causam illi fuisse.

v. 4. אכן חליינו הוא נשא : במה הכתו' מדבר אם תאמר שנשא

Veruntamen morbos nostros ipse pertulit. Quorsum ista? Si dicas

עונם וכי מקודם שנולד ישו מי
לא היה נשיאות חטא : והא כתי׳
נושא עון ופשע וגו׳ וגם לגבי
קרבנות כתי׳ וכפר עליו מחטאתו
ונסלח לו : וכתיב ויאמר יי׳ ס
סלחתי כדבריך : ואת״ בנשיאות
חטא לא הוצלו מגיהנם אלא
מפורענות ויסורין הוצלו בסליחה
זה והרי מצינו כי בחייהן נפרע
מהם דכתי׳ ויאמר משה שימו
איש חרבו על יריכו וגו׳ ואומר
ויפול מן העם ביום ההוא כ
כשלושת אלפי׳ איש הרי לך כי
בסליחה זו לא הוצלו מן הפורענות
ואכ״ סליחה זו למה : אלא ודאי
להנצל מגיהנם : והוא מחולל מ
מפשעינו מדוכא מעוונותינו אומרי׳
שבשביל עונותיהם סבל כל ה
היסורי׳ כדי לפדותם מדינה של
גיהנם : והלא לפי דבריהם לא
מפני פשע ועון של בריות היה
צריך לכך שהרי מה אומרים בא
שאפילו בני אדם שהם בלא פשע
ועון היו יורדי׳ לגיהנם נמצא כ
כי לא מפני פשעינו הוצרך לסבול
המיתה אלא כדי לבטל גזירתו ש
שגזר שירדו הכל לגיהנם בין ט
טוב ובין רע : ואת״ כל אודות ה
המאמיני׳ הוא כי מפני עוונותיהם

(*id velle Scripturam,*) ipſum peccata pertuliſſe. Atqui, nunquid priusquam Jeſus naſceretur, nulla erat peccatorum remiſſio? Enim vero, (Ex. 34, 7.) ſcriptum: *Condonans iniquitatem & defectionem.* De Sacrificiis quoque (*Levit.* 4, 26.) ſcriptum eſt: *Et expiabit eum Sacerdos a peccato ejus, & remittetur ei.* Item (Num. 14, 20.) legitur: *Et dixit Dominus: condono ſecundum verbum tuum.* Quod ſi dicat Adverſarius, illa remiſſione peccatorum non liberatos ipſos fuiſſe ex inferno, ſed tantum eam ad id profuiſſe, ut ab hujus ævi calamitatibus & punitione immunes eſſent: (*Reſpondendum:*) Atqui vero reperimus (*Deum*) ab etiamnum ſuperſtitibus pœnas ſumſiſſe: Scriptum enim (Ex. 32, 27.) *Et dixit Moſes: apponite quisq; gladium ſuum femori ſuo &c.* Additur mox: *Et ceciderunt de populo eo ipſo die, ad tria millia virorum.* Ecce tibi remiſſionem non id operatam eſſe, ut a caſtigatione liberarentur. Quæ cum ita ſint, ecquid tandem proderat illa remiſſio? Nempe neceſſe eſt, ut ab inferno induxerit liberationem. (Subjungit Eſaias:) *Nam ipſe dolore afficitur propter defectiones noſtras, atteritur propter iniquitates noſtras.* Perhibent Chriſtiani, ipſum ob peccata illorum has pertuliſſe afflictiones, ut a judicio inferni liberarentur. Atqui, annon ſecundum illorum hypotheſin, minime propter peccata & ſcelera mortaliũ ea re opus erat? Contendunt enim etiam illos homines, qui peccatorum ſcelerumq; puri erant, in infernum deſcendiſſe. Relinquitur igitur, non neceſſe fuiſſe, ut propter delicta noſtra mor-

 tem

סבל כל זה שמיתתו מכפרת כל
עונות מאמיניו א״כ כל מאמיניו
לאו בני מצוה הן ואין להם לע
לחוש על גזל גניבה ורציחה וג
וניאוף הרי במיתתו הכל מכופר
ונמצא שטובתו היא רעה וקללה
לבריות:

tem pateretur, ſed tantum ut irritum redderet decretum, quo omnes, ſive bonos, ſive malos, morti adjudicaverat. Quod ſi excipiat Adverſarius, illud eorum, qui in ipſum credunt, gratia factũ eſſe, nam propter horum peccata illum tam gravia pertuliſſe, ut mors ejus in ſe credentium ſcelera expiaret. Quæ ſi vera ſunt, tum quidem omnes ejus ſequaces neutiquam præceptis ſubjacent, nec tenentur abſtinere a rapina, furto, cædibus, adulterio: omnia enim morte illius remiſſa ſunt. Vnde conſequeretur, bonum, quo mortales affecit, in ipſorum damnum & maledictionem cedere.

c. LV. 6. דרשו את יי׳ בהמצאו וגו׳
המינים כופרי׳ ואומרי׳ דהא פס
שכתוב שמעו שמוע אלי זה אומר
ישו: תשובה: והיכן נזכר שמו של
ישו והיכן נרמז: ועוד והלא כל
הענין בגלות ישראל מדבר; ול
ולדבריהם ישראל למה גלו על
כל יראת ישו יותר משאר אומות;
הן גוי לא תדע תקרא: וכתי׳
למען יי׳ אלהיך מכלל דעל ישו
היה אלוה גדול ממנו וכתי׳ ולקדוש
ישראל לדבריהם קרישטן היה לו
לומר: ואם יאמר לך הם נקראי׳
ישראל תשיב ותאמר לו מקודם
שנולד ישו מי לא קראנו ישראל:
וגם מה שני׳ ואתה אל תירא ע
עבדי יעקב ואל תיחת ישראל כי
הנני מושיעך מרחוק ואת זרעך

Requirite Dominum cum præſto eſt &c. Depravant hunc locum Infideles, contenduntque, illud quod (v. 2.) ſcriptum eſt: *Auſcultate indeſinenter mihi*; Jeſum enunciaſſe. Reſpondendum: Vbi hic nominis Jeſu mentio aut veſtigium? Porro, annon totus orationis contextus ad exilium Iſraëlitarum pertinet? Quam cauſam autem fingent, quare Judæi magis ob Jeſum exilio plectantur, quam Nationes reliquæ? (Subjicit Eſaias:) *En gentem, quam non agnoveras, vocabis:* & additur mox: *Propter Dominum Deum tuum.* Vnde conſequens, eſſe ſuperiorem aliquem Deum pro Jeſu. Cumq; ſequatur: *Et propter Sanctum Iſraelis:* præ Iſraëlitis Chriſtiani nominari debuiſſent, ſi illorum vera opinio. Quod ſi contendat Adverſarius, ſuos tribules vocari Iſraelitas; Reſponde, & dic: Ecquis ante Jeſu nativitatem non vocavit nos Iſraëlitas? (Denique illud Jerem. 46, 27.) *Tu autem ne timeto, ſerve mi Jacob, neq; conſternator, o Iſraël, nam ecce ſervaturus ſum te e longinquo, & ſemen tuum e terra captivitatis*

tatis

מארץ שביים במי נאמר הלא
בנו כי הם להיכן נגלו ;

tatis suæ: de quibus enunciatum est? Vtique de nobis: nam ipsi, quo gentium fuere deportati?

ובא לציון גואל : פותרין המינים
בישו : תשובה : ישו היכן נרמז כאן :
ואומר ויראו ממערב בלשון ראייה
כלומר שיראו את ישו בעין : והלא
את שם יי' כתי' ושם לאו בר
ראייה הוא : ולשבי פשע ביעקב
ומה להזכיר יעקב אצל ישו : ועוד
לדבריהם שאומרי' ציון זהו בל'
קרישטנהייט : והלא הנביא אומר
ציון שדה תחרש כלומר שיתבטל :
אלא ודאי על גאולתינו הוא אומר
כן וכל הפרשה בסמוד מסייעת
לי קומי אורי כי בא אורך וגו' ;

Et adveniet Zioni Redemtor. *c. LIX. 20.*
Hæc de Jesu interpretantur Infideles. Responsio. Quale Jesu hic indicium? Si vero urgeant illud, quod præcedit: ויראו *ab occasu*: atque יראו de visione exponant, quasi dixerit Propheta, visum iri Jesum oculis: (*Responde*:) Annon illis verbis proxime subjicitur: *nomen Domini*: Atqui Nomen sub visum nõ cadit. (Habetur eodem hoc loco:) *Et conversis a defectione in Jacobo.* Quid autem conveniebat in negotio Jacobi de Jesu facere mentionem? Porro, cum contendant Zionis appellatione Christianitatem significari, inculcanda verba Prophetarum (Jerem. 26, 18. & Mich. 3, 12.) *Zion ut ager arabitur*: hoc est, desolatum iri (*Ziona*.) Omnino igitur de nostra liberatione hæc dicuntur, confirmatque istam assertionem tota sequens pericope (c. 60.) *Surge, luce, quandoquidem advenit lux tua, &c.*

רוח יי' אלהי' עלי יען משח
אלהי' אותי לבשר ענוים שלחני
לחבוש לנשברי לב לקרא לשבויים
דרור ולאסורי' פקח קח : פותרין
המיני' בישו : תשובה : קרי לקמד
לקרא שנת רצון ליי' ויום נקם
לאלהינו במי נקם ובמי בא להנקם :
ועוד הוא אומר רוח יי' עלי וכתיו
יען משח יי' אותי הרי מודה שא
שאיננו שוה : ואף כאן יש לומר
מה רמז ישו יש כאן : כמו כן יכולין

Spiritus Domini Dei super me, ideo *c. LXI. 1.*
unxit Dominus me ad evangelizandũ mansuetis, misit me ad obligandum fractos animo, ad proclamandum captivis libertatem, & vinctis aperturam ergastuli. Hæc de Jesu accipiunt Infideles. Respondendum: Lege mihi quod statim subjicitur: *Ad proclamandum annum acceptum Domini, & diem ultionis Dei nostri.* Quis hic ultionem sumsit, & de quo fuit sumta? Porro, cum dicatur: *Spiritus Domini super me*: additumque sit: *ideo unxit Dominus me*: eo ipso innuitur, non esse illos æquales. Insuper hic quoque percontari licet, ecquod

הישמעאלים או גם כן שאר האומות
לומר שעל אלוהותם נאמר
זה :

Jesu deprehendatur indicium? Nam eodem jure Ismaëlitæ, aut gentes reliquæ asserere possunt, de suis Numinibus sermonem haberi.

c. LXII. 2. **וראו גוים צדקך וכל מלכי'**
כבודך : פותרי' המיני' בישו : לא
קרי לקמך : וצניף מלוכה בכף א
אלהייך : מכלל כי ישו לא היה אלא
כשאר בני אדם : ואומר לא יאמר לך
עוד עזובה מכלל דעד השתא היה
עזוב ואם אלוה הוא מי עזבו :
נשבע יי' בימינו ובזרוע עוזו אם
אתן את דגנך עוד מאכל לאויביך :
וגו' : ואם בישו הכתוב מדבר מה
דגן היה לו : ועוד אם אלהי' הוא
מהו שאמר אם אתן את דגנך
עוד מאכל לאויבייך וכי אין לא
הקב"ה נותן דגן למורדי' בו כמו
למאמיני' בו : וכתי' אשר יגעת
בו והלא בהקב"ה כתי' לא ייעף
ולא ייגע :

Et videbunt omnes gentes justitiam tuam, & omnes Reges gloriam tuam. De Jesu hæc interpretantur Infideles. Iubendi sunt legere, quod succedit: *Et cidaris Regia in manu Dei tui.* Non igitur Jesu alia quam reliquorum mortalium fuit conditio. Dicitur quoque (v. 4.) *Non vocaberis ultra derelicta.* Quamobrem necesse est, hactenus derelictus fuerit. Quod si autem Deus est, quis illum deseruerat? (Sequitur v. 8.) *Iuravit Dominus per dextram suam, & per brachium roboris sui: Si dedero frumentum tuum amplius cibo inimicis tuis &c.* Quod si de Jesu sermo, quale frumentum erat ei? Porro, si Deus est, quorsum illud: *Si dedero frumentum tuum amplius cibo inimicis tuis?* Annon enim Deus frumentum tam adversus sese rebellibus, quam sibi morigeris ex æquo concedit? Denique dicitur (ibidem:) *In quo laboraveris.* At, annon de Deo (*idem Propheta supra c. 40, 28.*) testatus fuerat: *Non defetiscit, neq; defatigatur.*

c. LXV. 1. **נדרשתי ללא שאלו נמצאתי**
ללא בקשו אותי פירשתי כל היום
ידי אל עם סורר : פותרי' המיני'
כי כן אמר ישו ליהודים אשר אינם
שומעין לו : ותשובתו בצידו כל
דכתי' העם המכעיסי' אותי על
פני תמיד נראים הדברי' דכל זה
לא נאמר אלא על היהודים אשר

Expositus sum eis qui non interrogabant, inventus sum ab eis qui non quærebant me: Expanderam manus meas toto die ad populum rebellem. Volunt Infideles his verbis Jesum Judæos alloquutum esse, qui morem illi gerere recusabant. Responsio habetur adjecta: Scriptum enim: *Populus qui provocant me in os jugiter.* Nempe

hæc

תפשו אחר ישו ואמונתו : ואומר ע
הזובחי׳ בגנות : זהו ישובת לס
קלוסטר שלהם : ומקטירים על
הלבני׳ זו היא הבמה שקורין
אלטרשטיין : היושבים בקברים
שמסבבין את קברי פגרים
אוכלים בשר חזיר מרק פגולי׳
אשר נתבשל בו : שמי׳ בכליהם
ללפת בו את הפת מפני שומנו :
ועורכים לגד שולחן ומסדרין גם
שולחנות בחבורות כעין מלכי׳
וממלאין הכוסות יין עד אין מעיין
זהו שאוכלין בבית אחר זהו לס
קלושטר :

hæc omnino in Judæos quadrant, qui Jesum Legemque ejus sectantur. Quod vero sequitur: *Sacrificantes in hortis*: id ad vitam monasticam eorundem pertinet. Verba: *& adolentes in lateritiis*, lapides altarium eorundem innuunt. Ista: *Qui sedent in sepulchris*, (iis conveniunt,) nam circumeunt sepulchra extinctorum. *Qui comedunt carnem porcinam, jusculum profanum*, in quo scilicet fuerat excocta. *Ponunt in vasis suis.* Intingentes nempe illic panem in pinguedine. *Qui ponitis turmæ mēsam.* Instruunt enim sociales mensas Regum instar, & replent pocula vino ad summas usq; oras. Atq; hæ commessationes in cœnobiis fiunt.

והוצאתי מיעקב זרע : המיני׳
פותרי׳ ואומרי׳ זהו ישו : תשובתו
בצידו וירישוה בחירי ועבדי ישכנו
בה אם ישוים הרבה יש : כי אם
בישו בלבד לא אמר כן : ועוד מי
כתוב והוצאתי מיעקב זרע והוא
יהיה אלהי׳ או בו תאמינו וגם
ובמצותיו : ומי יש להזכיר כזה גם
שהוזכר כאן וכל הפסוקי׳ עד סוף
הפרשה תשובה לדבריהם : כן
הוא אומר ביחזקאל והוצאתי א
אתכם מן העמים וקבצתי אתכם
מן הארצות וגו׳ והבאתי אתכם
ונשפטתי אתכם והבאתי אתכם
במסרת הברית וברותי מכם ה

Et educam de Jacob semen. Infideles hæc de Jesu accipiunt. Responsio habetur adjecta in istis: *Et possidebunt hæreditatem illam electi mei, & servi mei habitabunt in ea*: nam sic consequeretur, multos esse Jesus, non enim de uno solo sermo instituitur. Porro, num scriptum est: Et educam de Jacobo semen, atque illud erit Deus: aut: ipsi illiusque præceptis fidem habebitis? Atque, num ita concipiendus erat sermo, prout hoc loco, & ad finem usque capitis concipitur? quippe, quæ meram continent refutationem eorundem doctrinæ. Sic pariter apud Ezechielem (34, 13.) legitur: *Et educam vos e populis, & congregabo vos ex regionibus &c.* (itemque c. 20, 35, seqq. scriptum:) *Et educam vos, atq; disceptabo vobiscum. Et inducam vos ad exhibitionem fœderis: Seligensq; ex vobis eos qui rebellant, & qui deficiunt a me &c.* Similiter in prophetia Hoseæ (cap. 9, 11.) prædi- v. 9.

המורדים והפושעי׳ וגם וכן הוא
אומר בנבואת הושע אפרי׳ כעוף
יתעופף כבודם מלידה ומבטן וה
והריון כלומר משהאמינו בלידת
ישו שהיה בבטן כניהוג הריון וה
והיה בו מרי חדש בחדשו ומרי שב
שבת בשבתו:

prædicitur: *Ephraimitarum, tanquam volucris, evolabit gloria, inde a partu, & ab utero, & a conceptu.* Quasi dicat, (*tum in nihilum abituram gloriam,*) cum credent in nativitatem Jesu, qui in ventre secundum conceptionis consuetum morem delituit, ibidemque menses multos & hebdomadas complures moratus est.

Hos. XIII, 14. מיד שאול אפדם ממות א
אגאלם: פותרין המינים בישו שה
שהוציא הנשמות מגיהנם: תש
תשובתו בצידו אהי דברך מות
אהי קטבך שאול הרי מצינו שה
שהחזירן למקומן: ואומר תאשם
שומרון כי מרתה באלהיה: וכי שו
שומרון בלבד מרתה בישו שאינו
מזכיר כאן אלא שומרון שהיא בני
מלכי ישראל ולא בני מלכי יה
יהודה: ואומר שובה ישראל
עד יי׳ אלהיך כי כשלת בעוניך
וגו׳ אשור לא יושיענו ועל סוס
לא נרכב ולא נאמר עוד אלה
אלהינו למעשה ידינו הרי שלא
הזהירן הנביא ולא היה מוכיח
אותם אלא על ע״ז שעשו בידים
ולא על אלוה אחר: ועוד דהא
לא כתיב כי מרתה בישו או כי
מרתה באלהי׳ אלא באלוהיה
דמשמע באלוהיה שהיה לה כבר
וזה לא היה ישו: ואומר למעלה

E potestate inferni redimam eos, a morte vindicabo eos. Hæc Infideles de Jesu animas ex inferno educente, interpretantur. Responsio habetur adjecta, cum dicitur: *Ubi sunt pestes tuæ o mors? ubi exitium tuum infernus?* unde colligas, ipsum eas in pristinum locum restituisse. Subjungitur mox (c. 14, 1.) *Desolabitur Samaria, quia rebellavit contra Deum suum.* Atqui, num sola Samaria cujus unius hic fit mentio, hoc est, soli subditi Regum Israëlis, adversus Jesum rebellarunt, & non quoque subditi Regum Judæ? Sequitur apud Prophetam: *Convertere Israël ad Dominum Deum tuum, quia impegisti in iniquitate tua &c. Assyrius non potest servare nos, equo non vehemur, neq; dicemus amplius o Deus noster, operi manuum nostrarum.* Ecce tibi, quod Propheta, haud alius idololatriæ mentionem facit, nec ob aliam eos corripit, quam eam, quæ manibus fingitur, de alieni Dei cultu altum silentium. Adde, quod non dicitur: *Quia rebellavit contra Jesum:* aut, *Quia rebellavit contra Numen:* sed signanter: *Contra Deum suum.* S. ilicet contra eum quem ex antiquo coluerat, is autem non fuit Jesus. Quo sensu præcedit apud Prophetam (c. 13, 4.)

Ego

ואנכי יי' אלהיך אשר הוצאתיך מארץ מצרים ואלהים זולתי לא תדע ומושיע אין בלתי וישו לא העלנו ממצרים:

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Ægypti; & Deum præter me non expertus es, ac Servator nullus est præter me. At, Jesus non eduxit nos ex Ægypto.

כאן שייך התשובה על מכרם בכסף צדיק וכתובה לעיל:

Huic loco conveniebat vindicatio (Dicti apud Amosum 2, 6.) *Quia vendunt pecunia justum:* sed, quæ supra fuit adducta.

עלה הפורץ לפניהם פרצו ויעבורו שער ויצאו בו ויעבור מלכם לפניהם ויי' בראשם פותרי' המיני' על ישו שפרץ שערי גיהנם והוציא הנשמות משם והוא עבר לפניהם: תשובתו בצידו: ראה מה כתוב למעלה ולמטה: למעלה הוא אומר אסוף אאסוף יעקב כולך קבץ אקבץ שארית ישראל יחד אשימנו כצאן בוצרה כעדר בתוך הדברו וגו' עלה הפורץ וגו' הנה הענין מעיד שאין הפורץ זה מדבר אלא באסיפת יעקב ובקיבוץ ישראל ומימי ישו נפוצו הם ולא נקבצו: ואומר ויעבור מלכם לפניהם ויי' בראשם הנה לך כי בשניים הכתוב מדבר במלך ובי"י ולדבריהם מי היה מלך ומי יי': ולמטה הוא אומ' שמעו נא ראשי יעקב וקציני בית ישראל הלא לכם לדעת את דבר המשפט ואם בישו הכתוב מדבר ישראל ויעקב מה היה להם לדבר ישו

Ascendit effractor in conspectu eorum, perruperunt transeuntes portam qua egrediuntur: transitq; Rex eorum ante ipsos, & Deus in principiis illorum. Mich. II, 13. Hæc Infideles de Jesu explicant, quod nimirum effregerit is portas inferni, & eduxerit inde animas, easque præcesserit. Responsio habetur adjecta. Vide enim quid præcedat, quidve sequatur. Nempe præcedit: *Omnino recipiam te, Jacob, totum, omnino congregabo reliquias Israëlis; simul disponam eum ut oves Bozræ; ut grex in medio ovilis sui.* Jam proxime succedunt ista: *Ascendit effractor &c.* Ecce contextus docet, istum effractorem tantum pertinere ad receptionem Jacobi, & collectionem Israëlitarum: at inde a tempore Jesu hi dispersi sunt, & minime collecti. Additur: *Transitq; Rex eorum ante ipsos, & Deus in principiis illorum.* Ecce de binis Scriptura loquitur, nimirum de Rege aliquo, & de Deo. Quem vero ipsi Regem, quem Deum interpretabuntur? Succedit nunc (c. 3, 1.) *Audite obsecro primores Jacobi, & ductores Domus Israëlis; annon vestrum est scire judicium?* Quod si de Jesu Scriptura loquitur, quid Israël & Jacob magis ad negotium de Jesu attinent,

יותר משאר אומות : ואם יאמר אליך מה שהוא מזכיר יעקב וישראל על תורת ישו ולא שאר אומות זהו משום כי לפני' מזה היו חביבין למקום שכן מצינו בכל תורת משה שאינו מזכיר על המצוות אלא ישראל כדכתי' דבר אל בני ישראל וגו' : תשובה: לפני' מזה מה היתה חביבתם של הקב"ה לישראל : אלא כשחזר הקב"ה על כל אומה ולשון לתת להם את התורה ולא מצא אומה שהייתה חפץ לקבלה אלא ישראל בעניין שנ' כל אשר דבר י"י נעשה ונשמע וזה הייתה חביבתם של ישראל להקב"ה כמו שנ' כה תאמר לבית יעקב ותגיד לבני ישראל ; ואם עכשיו שאתם אומרי' שלכך בא ונולד ישו כ"ו להודיע שכל המאמין בלידתו ינצל מדינה של גיהנם ויזכה לחיי עד א"כ לכל אומה ולשון היה צריך להודיע ולהזהיר אותם כדי שינצלו כולם כי כל הבריות מעשה ידיו של הקב"ה הם ועל כולם היה לו לרחם ולזרזם לדרך ישרה והנה לא מצינו בכל הנביאי שהיה מזהיר אלא ישראל בלבד וכל כך

nent, quam reliquæ nationes? Excipiente vero Adverſario, dicenteque: Ideo, cum de Lege Jeſu ſermo eſt, Jacobi & Iſraëlis tantum, non vero cæterorum populorum mentio fit, quia olim Deo dilecti erant, atque ſic in univerſa Lege Moſaica, Præcepta tantum Iſraëlitis ferantur, unde illud tritum: *Edic filius Iſraëlis &c.* Reſpondendum. Ecquæ antiquiſſimis temporibus Iſraëlitarum præ reliquis nationibus apud Deum prærogativa erat? (*Nulla certe.*) Sed cum circumiens, omnibus populis nationibusque Legem ſuam obtuliſſet, nec ullam gentem reperiſſet, quæ illam acceptare vellet præter Iſraëlitas, quorum hoc (Ex. 24, 7.) legitur propoſitum: *Quicquid edixerit Dominus, faciemus & auſcultabimus*: tum quidem peculiari aliqua apud Deum gratia fruebantur, fuitque ejus vox (ceu Ex. 19, 3. relatum eſt in literas:) *Sic dicito familiæ Jacobi, & enunciato filiis Iſraëlis.* At nunc, quia ſecundum veſtram opinionem eam ob cauſam Jeſus venit, natusque eſt, ut omnibus nativitati ſuæ fidem habentibus annunciaret redemtionem ex inferno, & vitæ æternæ poſſeſſionem; ſane quidem omnibus gentibus nationibusque hæc revelare & inculcare neceſſe erat, ut univerſæ liberationem conſequerentur. Omnes enim creaturæ, Dei manuum figmentum ſunt, unde par erat, ut omnium miſereretur, & in viam rectam illas perduceret. Atqui non reperimus in ullo Prophetarum, Deum alios, quam Iſraëlitas admonuiſſe: quod haud temere factum. Denique (v. 3.) ait (Michæas:) *Oſores ſunt boni, & amantes mali; rapientes cutem iſtorum*

למרה : ואומר שונאי טוב ואוהבי רע גוזלי עורם מעליהם ושארם מעל עצמותם הנה שמענו כי על גזל וחמס היה הנביא מוכיחן ולא על אלוהות כעניין שני למעלה הוי חושבי און ופועלי רע על משכבותם באור הבוקר יעשוה כי יש לאל ידם וחמדו שדות וגזלו ובתים ונשאו ועשקו גבר וביתו ואיש ונחלתו :

ואתה בית לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ממך יצא לי להיות מושל בישראל ומוצאותיו מימי עולם · אומרים המיני' זהו ישו שיצא מבית לחם להיות מושל : תשובה : כן דברת אלא דכתיב בתלחת נבואת נחום ממך יצא חושב על יי' רעה כמו כן תאמר כי בישו נאמר : וגם הנה התשובה דכתיב להיות מושל בישראל וכי מה אלוהות יש בזה שאינו מושל כא" בישראל : וקרי לקמך דכתי' ויתר אחיו ישבון על בית ישראל : וכי יש לו אחים לאלוה : ואומ' ועמד ורעה בעוז יי' בגאון שם יי' אלוהיו : הנה גם שמענו כי למושל הזה יש לו אלוה דכתי' בגאון שם יי' אלוהיו : ואם אלהי' הוא מי הוא אלוה

rum ab eis, & carnem eorum ab ossibus ipsorum. Ecce, quod ob rapinas & violentiam illos Propheta increpat, non vero ob negotium de Divinitate. Eadem ratione supra (c. 2, v. 2.) dixerat: *Væ cogitantibus iniquitatem, & dantibus operam malo in cubilibus suis; quod illucescente mane faciant, cum est in potestate manus ipsorum: Qui concupiscunt agros quos rapiant, & domos quas adimant: opprimentes virum cum domo ejus, quemq; cum possessione sua.*

Ait tu Bethlehem Ephrata, minima ut sis in Ducibus Judæ, ex te *cap. V, 1.*
mihi prodibit futurus Dominator in Israële; cujus exortus a diebus seculi. Contendunt Infideles, istis Jesum innui, qui ex Bethlehem prodierit, futurus Dominator. Respondendum. Dixisti probe: At, legitur quoque sub initium prophetiæ Nahumi (c. 1, 11.) *Ex te prodiit cogitans contra Dominum malum*: quod & ipsum pari ratione de Jesu dictum esse fatearis oportet. Continetur quoque in ipsis Michææ verbis responsio, cum enim dicatur: *futurus Dominator in Israële*: ecquæ obsecro illi inesse potest Deitas, qui solis dominatur Israëlitis? Legenda quoq; sunt mox sequentia: *Et residuum fratrum ejus habitabit cum domo Israëlis.* At, num Deus fratres habet? Additur: *Et permanebit, ac pascet robore Domini, in excellentia nominis Domini Dei sui.* Ecce, quod Dominator ille Deum agnoscat, quia diserte dicitur: *in excellentia nominis Domini Dei sui.* Quod si igitur Ipse Deus est, ecquem habet De-

um

שלו : ואומר והיה זה שלום אשור כי יבא בארצינו וכי בשביל דבר זה בא ישו ונולד מחריא כדי להשלי' להם מאויביהם : ופתרון העניין בבית דוד הכתוב מדבר:

um ſuperiorem ? Denique (v. 5.) ſubjicitur : *Eritq; ille pax, cum venerit Aſſyrius in terram noſtram.* An vero eapropter venit Jeſus, natusque eſt ex Maria, ut pacem illis ab inimicis ipſorum concederet? Cæterum vera loci hujus Prophetici interpretatio eſt, qua Scriptura de Domo Davidica loqui docetur.

Nahum. I, 11. ממך יצא חושב על יי' רעה יועץ בלייעל אומרי' המיני' כי זהו נאמר על יהודה שקורין יודש אישקאריוט על שמסר את ישו כמו שכתוב בספר טיעותם : תשובה : אדם באדם תוכל לומר זה מסר את זה לפי שאין אדם יודע מה שיש בלבו של חבירו אבל מה מחשבה ועיצה יכול אדם לחשוב על יי' והא כתי' אין חכמה ואין עיצה ואין תבונה לנגד יי' : ואם ישו אלוה היה מי היה יכול למוסרו אם לא היה יודע מה בלבו של אדם הבא למוסרו אב"ל אין זה אלוה : אבל נראין הדברי' כי ם בישו עצמו הכתוב מדבר על שם שחשב על יי' לעשות עצמו אלוה כמו שאתה אומר שזה שכתוב למעלה ואתה בית לחם אפרתה ממך יצא לי להיות מושל בישראל אתה אומר זהו ישו : ועוד לפי דבריך יהודה אישקאריוט מה רעה חשב או מה מסירה עשה הלא ישו לכך בא בארץ למסור את

Ex te prodiit cogitans contra Dominum malum, conſultor nequam. Perhibent Infideles de Juda, quem Iſcarioten vocant, hæc dicta eſſe, qui Jeſum prodiderit, ceu in libro errorum eorundem ſcriptum habetur. Reſpondendum: De duobus hominibus affirmari poteſt, quod unus alterum prodiderit, nec enim quis noſſe poteſt, quid in corde clauſum gerat ſocius. At, quam cogitationem, quod conſilium, meditari homo adverſus Deum poteſt? Nimirum (Prov. 21, 30.) ſcriptum. *Nulla eſt ſapientia, nullumq; conſilium, & nulla intelligentia, adverſus Dominum.* Enim vero, ſi Deus fuit Jeſus, quis illum prodere poterat? Si autem perſpectum non habuit, quæ in corde erant hominis ipſum prodere volentis, utique Deus dici nequit. Cæterum omnino veriſimile eſt, de ipſo Jeſu Scripturam hæc enunciaſſe, quia adverſus Deum id cogitavit, ut ſeſe Numen efficeret. (*Non minus igitur iſta in Chriſtum quadrant,*) quam quod ſupra ex Michæa allatum: *At tu Bethlehem Ephrata, ex te mihi prodibit futurus Dominator in Iſraële*: quæ (*tute Chriſtiane*) de Jeſu explicas. Porro, ſi hypotheſi veſtra ſtandum, quale malum meditatus eſt Judas Iſcariotes,

עצמו בידי אדם ליהרג ויהודה מה רעה עשה ׃ ועוד מנא לך ממך 'צא דוהו מישראל הלא אין ישראל נזכרי' בכל זאת הפרשה ׃ ופתרון הפרשה בעניין אחר׃

tes, aut quam proditionem commisit? Annon Jesus ideo in mundum venit, ut se occidendum traderet mortalium manibus? quod ergo scelus Judas commisit? Porro, unde constat tibi, verba, *ex te prodibit*, Israëlitas respicere, quorum sane in universo illo capite nulla occurrit mentio, ejusque scopus alio dirigitur.

רני עקרה לא ילדה ׃ כאן פוקרי' המיני' ואומרי' שהיא אם הצלוב ׃ וי"ל הלא אין כתוב כאן רני בתולה שאין נקראת עקרה כ"א אשה בעולה שאינה יולדת׃ וכל הפרשיות של מעלה מוסבות על כי לא בחפזון תצאו וגו' הנה ישכיל עבדי ישראל כאשר יצא מן הגלות ׃ ועוד שבזה האיש האמור כאן כי נגזר מארץ החיים ׃ וגם ויתן את רשעים קברו ואת עשיר במותיו וירמיהו מעיד על האל שהוא אלהי' חיים ומלך עולם ׃ וגם חבקוק הנביא אמר הלא מקדם אתה יי' אלהי קדושי ולא נמות ׃ והוא תיקון סופרים כי לא רצה לומר ולא תמות כי אין מיתה כלפי מעלה ׃ ומה שאומר לעיל הבו לי שכרי ואם לא חדלו וישקלו לי שכרי שלושים כסף ׃ כאן המיני' פוקרי' ואומרי' שזהו נאמר על התלוי שנמכר בכל פשיטי' ׃ וי"ל שמוסב לעיל שאמר

Canta sterilis quæ non parit. Hunc locum depravant Infideles, contenduntque matrem Crucifixi eodem innui. Respondendum: Vtiq; non hic scriptum est, *Canta Virgo*: Namque *sterilis*, tantum ea vocatur, quæ juncta viro non parit. Enim vero, omnia quæ præcedunt, collimant, ad illud (quod c. 52, 12. scriptum est:) *Quia non cum festinatione exibitis, &c.* (Sic enim quod mox v. 13. sequitur:) *Ecce prosperabitur servus meus*, ad Israëlitas ex captivitate reduces pertinet. Adde, quod is vir, de quo hic sermo, (c. 53, 8.) *dicitur excisus e terra viventium.* Item, (v. 9.) *quod exposuerit improbis sepulchrum ipsius, & diviti in mortem suam.* Atqui Jeremias (cap. 10, 10.) de vero Numine testatur, quod *Deus vivus sit & Rex sempiternus.* Sic quoque Propheta Habakuk (c. 1, 12.) ait: *Nonne tu ab æterno es, Domine Deus meus, sanctus meus, & non moriemur.* Vbi Masoretæ notant, *καὶ ἐυφημίαν & non moriemur*, pro, *& non moreris*, scriptum esse, cum de Deo mors prædicari non possit. Atenim, id quoque, quod (*apud Zachariam 11, 12.*) scriptum est: *Date mihi mercedem meam; sin minus, desistite: qui appenderunt mercedem meam triginta argenteos*: Infideles perversa interpretatione de Es. LIV, 1.

ואכחיד את שלושת הרועים בירח
אחד : פירוש כך המשל שאמר
הרועה אני רעיתי את הצאן
ז' ימי' ובעבור מורדם ורוע
מעלליהם לא יכולתי לסבול טורחם
ומסרתי אותם לרועה אחר תחתי :
וגם אותו הרועה לא היה יכול
לסבול טורחם יותר מז' ימים
והחזיר לי הצאן ומסרתי עוד
הצאן לרועה אחר וגם אותו
הרועה לא יכול לרעותם
יותר מז' ימי' ומסרם לי ואני
מסרתי אותם לרועה אחר שלישי
ורעה גם ז' ימים הרי הכחדתי
שלושת הרועי' בירח אחד ואני
עמהם לא יכולנו לרעותם יותר
מחודש ימי' שהם ל' יום ובקשתי
מהם שכרי ואמרתי אם טוב
בעיניכם הבו לי שכרי ואם לא
חדלו וישקלו לי שכרי שלשים
כסף הרי פשוט אחד ליום שלשי'
כסף לשלשי' יום שרעינו אני ורעיי :

ne de Crucifixo accipiunt, qui triginta obolis venditus fuerit. Dicendum, reſponſionem contineri in his quæ (v. 8.) præcedunt verbis: *Et excidi tres paſtores menſe uno.* Eſt autem allegoria, atque ſic quaſi loquens introducitur paſtor: Ego pavi gregem ſeptem diebus, verum ob contumaciam & pravitatem ejus, non potui hoc onus ſufferre, itaque illum alii mihi ſubdito paſtori commiſi. Verum, nec iſte ultra ſeptiduum moleſtiam perpeti poterat, ſed reſtituit mihi gregem, quem proinde rurſus alii paſtori commendavi. At, hic quoq; ultra dies ſeptem, non erat illi paſcendo, eumq; reddidit. Quamobrem tertio paſtori gregem paſcendum dedi, qui & ipſe per ſolum ſeptiduum operam locavit. Sic ergo tres paſtores menſe uno excidi, neque una cum his ultra menſem unum, ſive dies triginta gregem paſcere potui. Proinde petii ab illis mercedem meam, ac dixi: Si ita vobis viſum, date mihi pretium laboris, ſin minus, deſiſtite: ii vero appenderunt mihi mercedem, triginta argenteos, denarium nempe in ſingulos dies, atque ſic denarios triginta pro triginta diebus, quibus ego & ſocii paſtioni vacavimus.

Amos II, 6. כה אמר יי' על שלושה פשעי
ישראל ועל ארבעה לא אשיבנו
מפרשי' המיני' ואומרי' ר"ל לא
אשוב אתכם מגלות רביעי
לארצכם עוד : והשיב הר' דוד
איפכא מסתברא : על שלושה
הייתי משיב אתכם למקום
גלותכם ועל ארבעה פושעיהם

Sic ait Dominus: propter tres defectiones Iſraëlis, etiam propter quatuor non convertam eum. Infideles hanc faciunt expoſitionem, quaſi ſenſus ſit: Non reducam vos amplius poſt quartam deportationem in regionem veſtram. At, reſpondet R. David, contrarium potius ſignificari, ſenſumque eſſe: Ob tria reverti vos feci, in locum

שגלו לכשיתקבצו עוד לא אשיבנו
עוד לעולם למקום גלותם כאשר
אמרו הנביאים ולא ינטשו עוד
מעל ארמתם : וכן ראייה לדבר
שאל אותו וכי בא גוג מגוג; ואם
יאמר לך לא : ואתה תשיב לו
ותאמר והלא כתי' בביאת גוג
מגוג וידעו כי אני יי' אלהיכם ב
בהגלותי אותם אל הגוים וכי
וכינסתים אל ארמתם ולא אותיר
עוד מהם שם ולא אסתיר עוד
את פני מהם: אמנם כך הוא יש
הפירוש על שלושה פשעי ישראל
כל כך מחלתי להם ועל ארבעה
לא אשיבנו ר"ל בתמיהה וכי לא
אמחול לו : אלא בוודאי אמחול
לו כבראשונה : ואינמי יש לפרש
על שלשה פשעי ישראל וגו'
עד הנה הנחתיך עד שבעצמך נו
הייתה שב ואחר כך קבלתיך אבל
עתה בפעם רביעית לא אספיק
בידך עד שתשוב בעצמך אלא ל
קודם שתשוב אקבל אותך ואפדה
אותך כי כבר ניסיתיך הרבה:

locum exilii veſtri, ſed cum ob quartum peccatum deportabuntur, ex quo ſemel redemti erunt, nunquam concedam, ut amplius redeant in locum captivitatis ipſorum. Atque ſic idem Propheta vaticinatur (poſtremis verbis libri ſui:) *Non evellentur amplius e terra ſua.* Hoc inſuper ita confirmari poteſt: Quærendus Adverſarius, num pridem venerit Gog & Magog? Quod ſi id perneget, reſpondens illi, inquito: Annon de Adventu Gogi & Magogi (Ezech. 39, 28. ſeq.) ſcriptum eſt: *Vt cognoſcant me Dominum Deum ipſorum eſſe, qui deportavi ipſos in gentes, colligam eos in terram ipſorum; neq; relinquam amplius ullum ex eis ibi. Neq; abſcondam amplius faciem meam ab eis.* Cæterum, ſic locum Amoſi interpretari oportet: *Propter tres defectiones Iſraëlis*, ſcilicet, indulſi iis veniam. *Etiam propter quartam non convertam eam.* Interrogative accipe, (*quaſi dicatur:*) Annon (*propter quartam*) veniam quoque indulgerem? Imo vero non minus ac olim veniam impertiar. Licet quoque ſequenti modo facere expoſitionem: *Propter tres defectiones Iſraëlis &c.* Hactenus te tibi reliqui, & tua ſponte converſum recepi in gratiam. Sed hac quarta vice, non hoc tibi concedam, ut per temet ad bonam frugem te recipias, ſed priuſquam converteris, recipiam te, & redimam te, nam ſæpe te pertentavi,

תפילה לחבקוק הנביא וגו'
יי' שמעתי שמעך יראתי יי' פעלך
בקרב שנים חייהו אומרי' המינ'
זהו ישו שנולד ברפת בקר במקום
עמידת שני בהמות שור וחמור:

Oratio Habakuki Prophetæ, &c. O Domine audiens auditionem tuam timeo; Domine opus tuum in medio duorum vivifica illum. Contendunt Infideles, Jeſum ſignificari, Habakuk III, 1. ſeq.

תשובה : וכי מפני מה היה חבקוק
מתיירא על כך דכתי' יי' שמעתי
שמעך יראתי וגם מה היה לו
להתפלל על כך וכי על חיי אלוה
יש לו לאדם להתפלל דכתי' ט
חייהו : ואומ' יי' מתימן יבא : ל
לדבריהם אלוה מבית לחם יבא
היה לו לומר : ועוד תשובה אחרת
אמרת הוא בישו הכתוב מדבר
על כן היה מתיירא חבקוק ונתחלחל
על ביאתו ועל שמועתו והיה גם
מתמיה עצמו על ביאת אלוה כזה
שיולד מאשה ויהרג ואמר איך
יתכן דבר זה הלא מקדם כשנגלה
הקב"ה בסיני לא כדרך זה בא:
אלא אלוה מתימן יבא וקדוש מהר
פארן כיסה שמיי' הודו וכו' בדרך
כבוד והגון וראוי לאלוה : ואמר
שמעתי ותרגז בטני : שמעתי שמעו
של ישו : ותחתי ארגז אשר אנוח
ליום צרה כי איך אמצא מנוח
מפני יום צרה כזה שעתיד ישו
לעשות עצמו אלוה ולעשות לו גז
גדודים גדודי' וכל מעשיו אינם
דומיי' אלא כתאינה לא תפרח
אין יבול בגפני' כחש מעשה זית
ושדמות לא עשה אוכל כן יכחשו
כל המושכין אחריו בכל מעשיהם:
גזר ממכלא צאן ואין בקר ברפתים

ficari, qui natus fuerit in ſtabulo pecuario, ubi duæ pecudes recubabant, bos nimirum, & aſinus. Reſpondendum : Ecquid igitur Habakuk hanc ob cauſam ſibi metuebat? Nam dicitur diſerte: *O Domine audiens auditionem tuam timeo.* Porro, quare ideo preces fundit ? Anne enim fas eſt, ut homo pro Dei vita precetur? Quippe ait: *vivifica illum.* Additur deinde (v. 3.) *Deus ab auſtro venit.* At, ut obtineant, quod volunt, potius, *Deus e Bethlehemo venit*, dicendum erat. Alia reſponſio. Verum eſt, de Jeſu Scriptura loquitur, atque ideo Habakuk metu corripiebatur, & horreſcebat ob adventum illius, ejusque famam; multum miratus talem Dei adventum, quo naſci debebat e muliere, & mortem oppetere : quare ſecum ajebat: Nunquid iſta res convenit? &, annon cum olim ſe Deus in Sinai manifeſtaret, non hunc in modum adventavit? Verum enim vero, *Deus ab auſtro venit, & Sanctus de monte Pharan, operuit cælos gloria ejus, &c.* (Scilicet, venit) magnifice, uti Deum par eſt, decetque. Subjicitur (v. 16.) *Audivi, & conturbatus eſt venter meus.* Nempe, audivi famam de Jeſu. *Commoveor in loco meo, quomodo quieſcendum mihi in die anguſtiæ.* (Id eſt:) Qua ratione quietem reperire poſſem, ob diem illum horrificum quo venturus eſt Jeſus fingendo ſe Deum, & ſeducendo immenſas hominum catervas. Atenim omnia illius opera ſimilliſma ſunt *ficui non effloreſcenti, & cum nullus proventus eſt in vitibus, cum mentitur opus olivæ, & agrorum nullus edit cibum*: atque ſic quoque omnes ejus ſequaces, in ſuis

כי באחרית הימי׳ יהרג אותו א
אלוה שנולד ממכלא זרפת ואיננו:
ואני בי״י אעלוזה ולא באלוה כזה:

suis factis mentiuntur. *Abscindetur de ovili pecus, & non erit armentum in præsepibus:* Nam tandem occidetur Deus ille qui in stabulo & præsepi natus est, nec erit superstes. *Ego autem in Domino gaudebo,* non vero in Deo ejusmodi.

לכן חכו לי נאום י״י ליום
קומי לעד ואומרי׳ המינ׳ כי זה
אמר ישו : תשובה : ולדבריך
ולמה לא נתקיימה הנבואה דכתי׳
בסמוך כי אהפוך אל עמים שפה
ברורה לקרא כולם בשם י״י א
אחד : והנה עדיין לא נתקיים זה
כי כל אומה ואומה קוראת בשם
אלוה שלהם ואף תוכל להשיב כן
דברת ישו אמר חכו לי ליום ל
קומי לעד : ובזה תדע שלא עמד
בדבורו ולא הקים אמרי פיהו
דכתי׳ בסמוך כי אז אהפוך אל
עמים שפה ברורה משמע עד
בבואי וזה כמה שנים עברו
והלכו להם משבא ישו ועדיין לא
נתקיים זה :

Idcirco præstolamini me, dictum Domini, in diem quo surrecturus sum ad prædam. Hæc, Jesum dixisse Infideles perhibent. Respondendum. Si ita se res habet, quare non impletū est vaticinium, quod prope scriptum: *Quia mutabo in populis labium ut purum sit; quo invocent omnes nomen Domini unius.* Atqui nondum hoc evenit, quæq; enim gens nomen Dei sui invocat. Respondere quoque licet, dixisti recte, pronunciavit omnino Jesus verba: *Præstolamini me in diem quo surrecturus sum in prædam.* Hinc vero cognoscis, non stetisse illum promissis suis, nec implevisse enunciatum oris, mox enim adjicitur: *Quia tum mutabo in populis labium ut purum sit,* sub adventum nimirum. Sed enim multi anni post adventum Jesu elapsi sunt, effluxeruntque, neque tamen illud contigit. Zephan. III,8.

רני ושמחי בת ציון כי הנני
בא וגו׳ הפסוק ונלוו גוים רבי׳
אל י״י וגו׳ פותרים המינים
בישו : תשובתו בצידו דכתי׳
ושכנתי בתוכך נאום י״י : וישו
נהרג ונסתלק משם : ואם תאמר
הרוח שורה בתוכה : הא אין שכינה

Cane & lætare filia Zionis, quia ecce venturus sum &c. Succedit mox, *& adjungent se gentes multæ Domino &c.* Hæc verba de Jesu accipiunt Infideles. Responsio habetur adjecta. Scriptum enim: *Et habitabo in medio tui, dictum Domini.* Atqui Jesus occisus fuit, & inde recessit. Quod si regerat Adversarius, Spiritum tamen ejus ibi adhuc degere. (*Respondendum;*) ex quo Hierosolymis pulsi fuerunt Judæi, non degisse ibi Divinam majesta- Zach. II, 14.

בירושלי׳ משגלו ישראל מתוכה
שני׳ ועתה מה לי פה נאום יי׳ כי
לקח עמי חינם : אלא פתרון
הפרשה על בית שיני נאמר :

c. IIX, 20. ſeq. כה אמר יי׳ צבאות עד אשר
יבואו עמים ויושבי ערי׳ רבות
והלכו יושבי עיר אחת אל אחת
לאמור נלכה הלוך לחלות את
פני יי׳ ולבקש את פני יי׳ צבאות
בירושלים ולחלות את פני יי׳
וגו׳ פותרין המיני׳ בישו שישב
בירושלים ובקשוהו האומות וטעו
אחריו : תשובה בצידו : דכתי׳ כה
אמר יי׳ צבאות בימיו ההם
יחזיקו עשרה אנשי׳ מכל לשונות
הגוים והחזיקו בכנף איש יהודי׳
לאמר נלכה עמכם כי שמענו כי
אלהים עמכם הנה הכתוב מעיד
כי לאלוהי היהודי׳ יבואו ולא
לאלהי קרישטנהייט : ובאלוהינו
שבשמים הכתוב מדבר ובאחרית
הימים הוא מתנבא : וכן הוא
אומר בישעיה נכון יהיה הר בית
יי׳ בראש ההרי׳ וגו׳ ונהרו אליו
כל הגוים והלכו גוים רבים
ואמרו לכו ונעלה אל הר יי׳ אל
בית אלוהי יעקב ויורינו מדרכיו
ונלכה באורחותיו : ואם יאמר לך
שהם נקראי׳ יהודי׳ לפי שהם מודי׳
בישו ומתודי׳ כנגד הגלח בייכתא

jeſtatem, ſecundum illud (Eſ. 52, 5.) *Nunc autem, quid mihi hic eſt? dictum Domini, nam captus eſt populus meus gratis.* Vere autem Zacharias de templo ſecundo agit.

Sic ait Dominus exercituum; adhuc erit cum venient populi, & habitatores civitatum multarum: Et adibunt habitatores unius alteram, dicendo: eamus indeſinenter ad deprecandum faciem Domini, & ad quærendum faciem Domini exercituum Hieroſolymis, & ad deprecandum faciem Domini, &c. Hæc Infideles de Jeſu explicant, quod Hieroſolymis moratus ſit, quærentibus ipſum variis gentibus, eique adhærentibus. Reſponſio habetur adjecta. Sequitur enim: *Sic ait Dominus exercituum, in diebus illis prehendent decem ex omnibus linguis gentium, prehendent inquam alam viri Judæi, dicendo: ituri ſumus vobiscum, quia audivimus quod Deus ſit vobiscum.* Ecce, quod Scriptura teſtatur, ad Deum Judæorum venturos illos, non vero ad Deum Chriſtianorum. Loquitur enim de Deo noſtro, qui in cœlo reſidet, atque vaticinium ad poſtrema tempora attinet. Simili modo apud Eſaiam (2, 2.) legitur: *Conſtitutus erit mons domus Domini in vertice aliorum montium &c. & confluent ad eum omnes gentes, ibuntq; populi multi dicentes: venite, ut aſcendamus in montem Domini, in domum Dei Jacobi, ut doceat nos de viis ſuis, & ambulemus in itineribus ſuis.* Quod ſi regerat Adverſarius, ſuos tribules Judæos, (*hoc eſt Confeſſores*,) vocari,

והא כתיי בירמיה הדבר אשר ה
היה אל ירמיהו הנביא על כל ה,
היהודים היושביי בארץ מצרים
הנה לך ראייה כי אנו היינו קרוים
יהודיי עד שלא נולד ישו וגם כ
בכל ספרי טיעותם אינם נקראים
יהודיי וישראל ויעקב כי אם לכ
קרישטן : ועוד ואם הם קרויים
ישראל ויהודה ואמונתם אמת
וישר א״כ על מה זה שאמר הושע
בן בארי הנביא וענה גאון ישראל
בפניו וישראל ואפריי יכשלו בעוונם
כשל גם יהודה עמם : ואומר ע
חטאת יהודה כתובה בעט ברזל
וגוי א״כ נמצאת אומר שאין לה
להם תקנה : ואם יאמר לך כמו
כן יש לנו לומר עליכם כי אין ל
לכם תקנה כי אתם מודים כי
עליכם נאמר : וי״ל הא וודאי לנ
עלינו נאמר דבר זה וגם הרבה
פורעניות שבמקרא : אבל זהו על
עוזבינו את תורתו ועל שעבדו אב
אבותינו אלהיי אחריי וחרה אף ייי
בנו ובאבותינו והגלדת אותנו לם
למרק עוונותינו ובאחרית הימיי
עתיד הקב״ה לנחמינו ולקבצינו ככל
הכתוב בתורה ובנביאיי ובכתוביי
כדכתי׳ והבאתי אתם בארץ או
אויביתם אז יכנע לבבם הערל
ואז ירצו את עוונם וזכרתי את

vocari, quod Jeſum Deum profiteantur, & confeſſionem peccatorum edant coram Sacrificulo. Verum enim vero, apud Jeremiam ſcriptum: *Verbum quod fuit ad Jeremiam contra omnes Judæos qui in Ægypto morantur.* Hinc argumentum ſuppetit, vocatos nos Judæos ad nativitatem usque Jeſu. Adde, quod nec in ullo libro, qui errores ipſorum complectitur, Judæi, aut Iſraëlitæ, vel Jacobæi vocantur, ſed tantum Chriſtiani. Denique, ſi ipſi Iſraëlitæ aut Judæi appellantur, atque vera eſt ac proba eorundem religio, quorſum igitur illud quod Propheta Hoſeas filius Beeri (5, 5.) pronunciavit. *Et teſtificatur faſtus Iſraëlis in faciem ipſius: quamobrem Iſraël Ephraimq; corruent in iniquitate ſua, corruet etiam Juda cum illis.* Item (quod apud Jerem. 17, 1. legitur:) *Peccatum Juda ſcriptum eſt ſtylo ferreo &c.* Oportet igitur fateamini nullum gratiæ locum vobis ſupereſſe. Quod ſi excipiat Adverſarius: Idem in vos retorquere poſſumus, vobis gratiæ nullum locum ſupereſſe, cum fateamini ad vos hæc dicta attinere. Reſpondendum. Sane quidem & iſtud effatum, & comminationes in Scripturis aliæ, nos petunt. Verum hæc ideo adverſus nos pronunciata, quia Legem ipſius deſeruimus, & quia patres noſtri Deos alienos coluerunt. Hinc igitur exarſit ira Domini adverſus nos patresque noſtros, & captivitati nos dedidit, ut peccata noſtra abſtergat. Cæterum, poſtremis temporibus ſolabitur nos Deus, congregabitque nos, ceu Lex, Prophetæ

&li-

בריתי יעקב וגו' אבל הם שלא
נקראו יהודה וישראל עד שבאו
לאמונה זו ומשבאו לכלל זה ש״
השם שיכשלו בעוונם א״כ למתי
יקומו : ועוד ההוא למעלה בסמוך
כתי' כה אמר יי' צבאות צום
הרביעי וצום החמישי וצום השביעי
וצום העשירי יהיה לבית יהודה
לששון ולשמחה ולמועדי' טובי' במי
נאמר אם תאמר בכם † נאמר
וכל הפרשה בישו נאמר א״כ למה
אתם לא צומים אילו ד' תעניות
עד אחרית הימי' הלא הצומות ש״
הללו בביארת זה הכתוב מדבר
בענין תלאו הכתוב ואם בישו
הכתוב מדבר הלא ישו כבר בא
ואילו הצומות לא נעשו לכם
ימים טובים : אלא ודאי בנו הם
שנקראי' יהודה נאמר זה ויש לנו
לצום עד אחרית הימי' עד אשר
ישוב יי' אלהינו וירחמינו : ואם
יאמר לך זה יהיה לכם אחרית
הימי' כשתכירו האמת ותשובו אל
אלוהות ישו כדכתי' בסופיה דקרא
למועדי' טובים והאמת והשלום
אהבו : תשיב לו לא כן דברת לא
דאין אמת זה אלא אמיתת דברי'
שבין אדם לחבירו וקרא דבסמוך
לו מעיד עליו דכתי' אלה הדברים

† Lege בנו

& libri Hagiographi passim testantur. Inter cætera scriptum (Levit. 26,41.) *Et inducam ipsos in terram inimicorum suorum : tunc abjicietur cor istud præputiatum, & tunc acquiescent in pœna iniquitatis suæ. Tum recordabor fœderis mei cum Jacobo &c.* At ipsi, qui haud prius Judæi aut Israëlitæ vocati sunt, quam ex quo fidem istam admiserunt, postquā autem in appellationem hujus nominis admittebantur, in peccata fuere prolapsi, ecquomodo igitur resurgere poterunt ? Novissime, proxime ante locum Zachariæ de quo disquirimus, scriptum est : *Sic ait Dominus exercituum, jejunium quarti mensis, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi, futurum est domui Judæ gaudio, & lætitiæ, & in solemnitates hilares.* Ecquos ista respiciunt ? Quod si dicat Adversarius, de Christianis ista prædici, atque totum vaticinium de Jesu prolatum esse : Respondendum : Si hæc ita se habent, quare non celebratis ista quatuor jejunia ad tempora usque postrema? annon enim jejunia hæc Scriptura ad certos aliquos eventus usque duratura determinat? Quod si vero de Jesu loquitur, annon is pridem venit? neque tamen illa jejunia in dies festos vobis conversa sunt. Nempe, omnino de nobis qui Judæi vocamur, hæc dicta sunt, atque cogimur jejunare ad sera usque tempora, quibus Dominus Deus noster nostri rursus miserebitur. Regerente vero Adversario; hoc eveniet in postremis temporibus, cum veritatem agnoscetis, & Divinitatem Jesu admittetis, nam comma illud in hæc verba de-

אשר תעשו דברו איש אל רעהו
וגו' ושבועת שקר אל תאהבו כי
אלה שנאתי נאום יי : תדע שכל
תשובה הכתובה בישראל אינו אלא
לשוב לאלוהות שקבלנו בסיני ו
ולתורתו דכתי' ושבת עד יי' א
אלהיך וגו' ולא לתורה שלאחר
זמן את זהו שנשוב אליכם ונהיה
לעם אחד : ראה מה כתוב בסמוך
ונתן יי אלהיך את האלות הא
האלה על אויביך ועל שונאיך א
אשר רדפוך והרי אתם בכלל הזה
לכן לא יתכן להיותינו לעם אחד
כי אילו כתובי' לחיים ואתם ל
למיתה כי שונאינו ורודפינו אתם:

ba definit: *Et in solemnitates hilares: Sed veritatem & pacem amate.* Respondendum. Non recte verba interpretaris. Nam per veritatem hoc loco haud alia intelligitur, quam quæ in contractibus humanis obtinet; cui assertioni ea quæ præcedunt, sunt testimonio, quibus dicitur: *Hæ sunt res, quas facturi estis: loquimini alter cum altero &c. & juramentum falsum, ne ametis, nam hæc odi, dictum Domini.* Sciendum autem, omnem conversionem quæ Judæis imperatur, ad illam solam Divinitatem directam esse, quam in monte Sinai recepimus, & ad illius præcepta. Nam, sic (Deut. 30, 2.) *Et conversus fueris ad Dominum Deum tuum*, dicitur: neutiquam vero legis quæ olim ferenda erat, injicitur mentio.

Quod si excipiat Adversarius, inquiens: Imo vero istis verbis significatur, nos ad vos secessuros, futurosque gentem eandem: jube illum legere, quod mox (v. 7.) loco allegato subjicitur: *Et indet Dominus Deus tuus omnes istas imprecationes, inimicis tuis, & osoribus tuis, qui te persequuntur.* Atqui vos in horum estis numero, itaque non convenit ut gentem unam nobiscum faciatis, nam nobis vitam pollicentur verba, vobis mortem minantur, estis enim nostri osores persecutoresque.

בריתי היתה אתו החיים
והשלום ואתנה לו מורא וייראני
מפני שמי נחת הוא תורת אמת
היית בפיהו ועולה לא נמצא ב
בשפתיו בשלום ובמישור הלך
איתי ורבי' השיב מעון כי שפתי
כהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מ
מפיהו כי מלאך יי' צבאות הוא
ואתם סרתם מן הדרך הכשלתם

Fœdus meum fuit cum illo vitæ & pacis, & dedi eas ipsi propter reverentiam qua reveritus est me: & propter nomen meum contritus fuit. Lex veritatis fuit in ore ipsius, & iniquitas non est inventa in labiis ejus; in pace & in æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate. Nam labia Sacerdotis observant scientiam, & Malach. II, 5. seq.

 lex

רבי' בתורה שיחתם ברית הלוי
אמר יי' צבאות וגם אני נתתי
אתכם נבזים ושפליי לכל העם
כפי אשר אינכם שומרים את
דרכי ונושאים פניי בתורה ; כל
זה הפרשה מפרשיי המיניי בישו ;
תשובה ; כן הוא בישו הכתוב מ
מדבר ולפי שהוא יתעה את בנ
הבריות הקדים הכתוב וכתב כי
מלאך יי' צבאות הוא : שליח ע
הוא ולא אלהיי : ועוד דהא כתיב
לחיות בריתי את לוי ; ומה עניין
ישו אצל לוי ; החיים והשלום
הנה בישו לא היה לא חיים ולא
שלום : ועוד דהא כתיי ואתנה
לו מורא וייראיני הנה מצינו כי
ישו עובד אלהיי . ולא נעבד ; וכ
ופתרון העניין בכוהניי הכתוב
מדבר ;

lex requiritur ab ore ipsius: quia Angelus Domini est. At vos recessistis ab illa via, fecistis ut impingerent multi in legem; corrupistis fœdus Leviticum, ait Dominus exercituum. Ideoq; etiam ego reddidi vos contemtos, & abjectos toti populo; prout vos minime observatis vias meas, sed attollitis faciem contra legem. Omnem hanc pericopen de Jesu explicant Infideles. Respondendum. Utiq; sic se res habet, de Jesu sermonem ibi Scriptura instituit. Quia vero seducturus erat mortales, ideo signanter monet Scriptura: *Angelus Domini est*: (quasi diceret:) Minister est, nequaquam vero Deus. Porro, cum præmittatur quoq; (v. 4.) *Ut sit fœdus meum cum Levi*: ecquod Jesu cum Levi negotium? Fit quoque *Pacis & vitæ* in verbis allatis mentio. At, penes Jesum, nec vita fuit, nec pax. Porro, cum dicatur quoque: *Et dedi eas ipsi propter reverentiam qua reveritus est me*: inde consequens, Jesum Deum coluisse, nec pro tali fuisse cultum. Cæterum, vero sensu, illa pericope de Sacerdotibus accipienda est.

Prov. XXX. 4.

מי עלה שמים וירד וגו' אז
אומריי המיניי זהו ישו ; תשובה;
ומה הוא אומר מה שמו וכי לא
נודע ששמו ישו ומה שם בנו וכ
וכי היה לו בן לישו כי מי עלה ב
בשמים וירד מתי היה דבר זה בא
בעולם שירד האל לדור עם בנ
הבריות שאמר גם לעתיד יהיה
כן וככר אמר שלמה המלך : מה

Quis ascendit in cælum atq; descendit? &c. Afferunt Infideles, Jesum id fuisse. Respondendum: Atqui post pauca sequitur: *Quod est nomen hujus*? An vero non notum erat ipsum Jesum vocari? *& quod nomen filii ipsius*? nunquid ergo filium habuit Jesus? Proinde *quis ascendit in cælum & descendit*? (sensum habet:) Quando illud unquam in orbe factum, ut Deus descenderit ad habitandum cum hominibus

שהיה הוא שיהית אין כל חרש ת
תחת השמש וכיון שלא היה כבר
לא יהיה לעולם ; מי אסף רוח
בחפניו מי היה בן אדם מעולם
שאסף את הרוח המנשב בחפניו
ותפשו ; ואם אין הרוח הזה כ
יכול לתופסו ולאספו האל שהוא
רוח הקדש איפשר שיאסף באשה:
מי צרר מים בשמלה ; דבר שאין
יכול להיות הוא: מי הקים כל א
אפסי ארץ ; מי הוא אדם מעולם
שהקים את הארץ ונשאה זה לא
היה מעולם : ואיך תשא את רוח
הקדש שנאמר בו הנה שמי׳ ושמי
השמי׳ לא יכלכלוך ; אלא וודאי
שקר הוא ונער הייתי אם הייתי
מאמין : ואם תאמר אין חדש ת
תחת השמש וכבר היה לעולם
שירד ודר עם הבריות מה שמו ו
ומה שם בנו שארע בדבר זה :
אלא מדלא יודע בן אדם בוודאי
לא היה מדבר הזה מעולם ולא י
יהיה : כל אמרת יי׳ צרופה : ש
שאמר השמי׳ שמים ליי׳ ולא יגור
בארץ עם בני האדם ; מגן הוא
למאמיני׳ דבר זה ; אל תוסף על
דבריו לומר ירד האל לגור בארץ

minibus, quo id imposterum quoque evenire queat? Nam sic alibi (in Eccles. 1, 9.) ait Rex Salomo: *Id quod fuit, idem est quod futurum est, neque est quicquam novi sub Sole.* Quia autem pridem id non contingit, ideo nec unquam id est futurum. (Legimus amplius in Proverbiorum allegato loco:) *Quis colligit ventum pugillis suis?* hoc est: Ecquis mortalium unquã ventum spirantem pugillis colligere & prehendere potuit? Quod si vero venti spiramina prehendi & colligi non possunt, quomodo Deus, qui sanctissimus est spiritus, intra fœminam colligeretur? *Quis ligat aquas suo pallio?* Est enim hoc ex numero impossibilium. *Quis stabilit omnes fines terræ?* Quis unquam inter mortales constituit terram, eamque tulit? utique id nunquam factum est. Quomodo igitur Spiritum Sanctum sustineres, de quo (2. *Paral.* 6, 18.) scriptum est: *Ecce cæli, & cæli cælorum non te capiunt.* Hoc igitur manifesto falsum est, & puer forem, si id crederem. Quod si dicas, est quidem nihil novi sub Sole, sed fuerat jam pridem in orbe (*is ipse qui cælitus deinde*) descendit, & inter homines versatus est. Quale igitur illius nomen, & quale nomen filio ejus, ut rem hanc cognitam habeam? Cum igitur nullum hominem indicare queas, nec accidit unquam hoc, & nec imposterum est futurum. (Pergit Salomo in Proverbiis:) *Totus sermo Dei purgatissimus est.* Huc pertinet illud quo (Ps. 115, 16.) dicitur: *Ipsi cæli, cæli sunt Domini:* unde inferas, non moraturum eum in terris cum filiis hominum. (Addit Salomo:) *Scutum est*, iis nimirum qui ista credunt: *Ne adjicito ad verba ejus:* scilicet, ut dicas, descendisse

Deum

פן יוכיחך לעתיד על שכזברת ב
בו :

Deum ad habitandum in terra; *ut non corripiat te*, olim nimirum, quia adverſus eum es mentitus.

Ecclef. VI. 10.

מה שהיה כבר נקרא שמו ונודע שהוא אדם: פוקרים המיני' ואומרי' זה על התלוי נאמר ואתה שפיל לסיפיה דקרא ולא יוכל ל לדין עם שתקיף ממנו נמצא ע"יש אחר תקיף וגיבור ממנו :

Qui futurus eſt, jam vocatum eſt nomen ejus, & ſcitur, quod homo ſit. Calumniantur hæc verba Infideles, eaque de Jeſu exponunt. At legendus finis illius commatis: *Neq; poteſt contendere cum eo, quia valentior eſt ipſo.* Conſequens igitur, reperiri alium ipſo fortioré & magis valentem.

Job. XIV. 1.

איוב אמר : אדם ילוד אשה קצר ימי' ושבע רוגז כציץ יצא וימל ג ויברח כצל ולא יעמוד : אף על זה ב פקחת עיניך אכ" שהתלוי לפי דבריך ילוד אשה ולא בן איש כבר נתנבא עליו איוב שאין בו תועלת ועל זה ב פקח המקום את עיניו וידע כי יטעו בו העולם ויבא * במשפט כל ג התועים אחריו :

* Lego ויבאו

Jobi dictum eſt: Homo natus muliere, brevis ætate, & ſatur commotione, ut flos ſimul ac egreſſus eſt, ſucciditur; & fugit velut umbra, neq; conſiſtit. Valent hæc ad illuſtrandum tibi oculos. Quod ſi enim Crucifixus, ceu contendis, ſolius mulieris natus eſt, non autem viri, pridem de illo prædixit Jobus, nullum ex eo peti poſſe commodum. Aperuit igitur, (*ceu ſequentia indicant*,) Deus Jobo viſum, ut agnoſceret, magnam mortalium partem circa eum erraturam, atque omnes illius ſequaces judicandos fore.

c. XXV, 4.

ואליפז התמני אומר מה אנוש כי יזכה ומה יצדק ילוד אשה : כ כל זה נאמר על ישו שהיה אומר שהוא בן אשה ולא בן איש ועליו אמר אליפז כי לא יצדק מאחר ש שהוא ילוד אשה :

Et dixit Eliphas Themanites: Quid eſt mortalis ut purus ſit, & quomodo juſtus eſſet natus muliere? Totum hoc de Jeſu dictum eſt, qui ſe filium mulieris non viri prædicabat. De ipſo igitur pronunciat Eliphas, non juſtum futurum, cum ſit natus muliere.

מה שאומרי' המינים שמפילים ת תחנה ובקשה לפני הקדשי' פגרי' מתי' כדי שיתפללו עליהם לפני האלהי' : תשובה ; והא כתיב לא

Dicunt Infideles, ſe preces & vota apud Sanctorum demortuorum cadavera concipere, ut iis apud Deum pro interceſſoribus utantur. Reſpondendum: Atqui (Pſ.

המתי' יהללו יה ׃ ואם יאמר לך
אילו הם שהם מתים בגיהנם ׃
אמור לו והא כתי' ולא כל יורדי
דומה אילו הן שנמסרו לשר של
גיהנם שדומה שמו ׃ אבל הראשון
אינו כי אם המתים ושוכבים ב
בקברותם באדמה ׃ ובסוף מזמור
שיר חנוכת הבית כתי' היודך עפר
היגיד אמונותיך ׃ והם אומרי' כי
ישו אמרו למזמור זה ׃ וכתיב ב'
בישעיה בתפילת חזקיהו כי לא
שאול תורד ומות יהללך לא ישברו
יורדי בור אל אמתך חי חי יודך
כמוני היום ׃ הנה מצינו שאין צ
תורה * ותפילה כ"א מפי בעלי ג'
חיים כרכתי' חי כמוני הוא יודך
ועוד כי הם סבורי' שהמתי' ג'
שומעי' ויודעי' מה שהם מתפללין
לפניהם והא כתי' מי יגיד לאדם
מה שיהיה אחריו תחת השמש ׃
וגם הנה ישעיהו מזהיר שלא ל
להתפלל ולהשתחוות בלתי לי"י
לבדו בכמה מקומות ומה שהם
אומרי' כי הקב"ה עושה נפלאות
בשביל חקדשי' לאחר שהם מתים ׃
והא כתי' בתהילים במזמור שיר
מזמור לבני קרח ׃ הלמתי' תעשת
פלא אם רפאי' יקומו ויודוך סלה ׃
הלא שמעת שאין הורייה * ותפלה
אלא בבעלי היים ׃ וכתי' היסופר

Selah. Annon audis nec laudem

115,17.) scriptum est: *Non mortui laudabunt Dominum.* Quod si regerat Adversarius, hic loci de illis mortuis qui in inferno degunt sermonem esse: urgendus iis quæ adduntur: *Nec omnes qui descendunt in silentium*: nam his proprie illi qui inferorum Principi, cui Duma nomen, traditi sunt, significantur. At priora verba, simpliciter mortuos, & in sepulchris sub terra cubantes respiciunt. Prope finem quoque Psalmi 30. scriptum: *Nunquid laudabit te pulvis? nunquid annuntiabit veritates tuas?* Atqui hunc Psalmum Jesum recitasse affirmant. Scriptum insuper apud Esaiam (38,18. seq.) in precibus Hiskiæ. *Non enim sepulchrum celebrat te, aut mors laudat te: non habent* * *expectationem in fide tua qui descendunt in sepulchrum. Vivens, vivens, ipse celebrabit te, ut ego hodie.* Ecce, patet hinc laudem & preces vivos tantum peragere, cum diserte dicatur: *Vivens tanquam ego te laudabit.* Porro, existimant ipsi defunctos audire & percipere quæ coram illis precantur. Atqui (Eccles. 6, 12.) scriptum: *Quis indicare potest homini, quid post eum futurum sub sole sit?* Graviter quoque hortatur Esaias in multis locis, neminem præter Deum invocandum aut colendum esse. Quod autem ajunt, Deum propter Sanctos demortuos miracula edere, ei assertioni adversatur quod Ps. 88, 11. scriptum est: *Num* * *mortuis facies miraculum? num mortui resurgent & celebrabunt te?* nec precationem nisi apud vivos locum

* Lege חודה

* Lege אוראה

בקבר חסדך וגו' ואני אליך ה'
שועתי כלומר לפי כי אני חי ועומד
לפניך : וכל אילו הפסוקים ביחד
כתובים במזמור לבני קורח בם
משכיל להימן האזרחי : וגם כ
כתי' לא אמות כי אחייה ואספר
מעשה יה : הנה לך כי אין אדם
מספר שבח להקב"ה אלא בעוד
שהוא חי :

המיני' שואלין אותנו ואומרי' מדוע
אינכם מבקשין פני גדול כמו שאנו
עושין שהם מבקשין לקדשי' : תשיב
להם : שוטים כל מה שאתם מ
מבקשים ועושי' להקציף הקב"ה ה
הוא וכי טובי' הם מן המלאכים
ראו מה אומר המלאך למנוח כ
כשרצה לכבדו אמר לו : אם ת
תעלה עולה לה' תעלינה ולא רצה
שיכבד אותו : ואם יאמר לך הרי
קדוש פלוני ופלוני מפליא לעשות
כגון מאיר עיניים עורים ומחזיק
ברכיים כושלות ומתיר אסורים
כך תשיב לו : הנה אמשול לך מ
משל למה הדבר דומה לאיש נא
נאמן שרגילין להפקיד אצלו בלא
עדים : ובא אחר והפקיד לו בעדי'
ומתו עדיו : אמרה אשת הנפקד
מאחר שזה הפקיד לנו בעדי' וה
ועשה לנו בושת נכפור לו : אמר

locum habere? Scriptum quoque. *Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua &c. Ego vero ad te clamo.* Quasi dicat: Dum superstes, & coram te constitutus sum: atque hæc verba quoque in ante allegato Ps. 88. habentur. Insuper (Ps. 118,17.) scriptum: *Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.* Ecce, hinc quoque constat, hominem tantum dum adhuc in vita agit, laudem Dei enarrare.

Solent Infideles ex nobis percontari, dicendo: Quare vos non utimini deprecatoribus ad placandum Numen, ceu nos facimus, qui Sanctos imploramus? Responde illis: O homines stulti! quicquid vos precamini agitisque, pertinet tantum ad Deum irritandum. Nunquid enim Sancti Angelis sunt præstantiores? At, vide mihi quid dicat Angelus ad Manoham cum se cultu prosequi vellet: His nimirum (*ceu Jud. 13,16. scriptum,*) eum affatus est verbis: *Si parare vis holocaustum, Domino offeres illud:* neque permisit, ut se honore afficeret. Quod si regerat Adversarius: Ecce, ὁ δεῖνα Sanctus edit miracula, restituendo, verbi causa, cæcis visum, roborando genua nutantia, solvendo ligatos: Responde illi: Equidem docebo te comparatione quadam, cui rei ista videantur similia. Nimirum prorsus ita se habent, uti cum homine fido, cui deposita vulgo sine testibus credebantur. Venit autem aliquis depositum illi præsentibus testibus committens. Hi cum paulo post fato functi essent, ait uxor depositarii: Quia iste testes adhibuit cum depositum nobis crederet, atque ignominia nos affecit, inficiabimur

הנאמן לאשתו : וכי בשביל זה ג
שעשה לנו שלא כהוגן נאבד א
אמונתינו : כך החולי יש לו זמן
ונאמן לא יעבור זמנו ולא ישקר
באמונתו אע״פי שאם ילד לע״ז ע
הוא ירפא : והיינו דכתי׳ מחלאי׳
רעים ונאמני׳ דיליתנו : שהצילנו
הקב״ה שאין אנו זבים ומצורעים
ושרופי אש כמותם כי יי׳ רופאינו :
ואם ישאל למה לא היה קיצו של
חולי קודם בואו לקדוש זה ומיד
בבואו לקדוש נרפא : תשיב ותאמר
לו אין זה רק להשגיא אתכם כ
כמו שאמר איוב משגיא לגוים
ויאבדם שוטח לאומים וינחם :
פירו׳ שוטח פורש מצודה וינחם
בתוכה להתפש : ועוד ניבא ישעיה
נדרשתי ללא שאלו לי נמצאתי ללא
בקשוני : ואומר הנני אל גוי לא
קורא בשמי פרשתי ידי כל היום
אל עם סורר הולכים דרך לא ט
טוב אחר מחשבותם האוכלים ב
בשר חזיר ומרק פיגולים כליהם
וגו׳ וכל זה נאמר עליכם ולא ע
תוכלו לכפור כי אין אומה בכל
האמות אוכלת חזיר בלעדיכם :

mur depositum. Cui maritus fidelis : An quia iste incivilius nobiscum egit, ideo bonam fidem decoquemus? Sic pariter cuiq; morbo suum est tempus, (*suusq; terminus,*) atque ille, qui summe verax est, non migrat terminum, aut fidem fallit, sed etiamsi ægrotus idolis supplicet, tamen convalescit. Notanter autem scriptum (Deut. 28,59.) *A morbis magnis & infestissimis eripuisti nos.* Servat enim nos Deus, ne gonorrhæa, lepra, febribus ardentibus, (quos morbos ipsi patiuntur,) laboremus, quia ipse medicus noster. Quod si sic instet Adversarius : Quare igitur morbus finem non habuit antequam adiretur Sanctus iste, & cur extemplo cum ad Sanctum ventum esset, sanitas reddita? Responde, inquiens : Hæc tantum eveniunt, ad vos in erroribus confirmandos. Quo pertinet illud Jobi (12,23.) *Qui errare facit gentes, & perdit eas; qui expandit gentes & abducit eas.* Sensus est : Expandit rete, atque eos in illud inducit, ut capiantur. Esaias quoque (c. 65,1.) vaticinatur : *Expositus sum eis qui non interrogabant, inventus sum ab eis qui non quærebant me.* Addit mox : *Ecce, ego expando manus meas tota die genti quæ non invocat nomen meum, populo rebelli; qui ambulat via non bona, sequendo cogitationes suas. Qui comedunt carnes porcinas, & jus profanum in vasis eorum.* Totum hoc de vobis scriptum est, nec potestis id diffiteri. Non enim ulla ex omnibus quæ in orbe reperiuntur Nationibus, suilla vescitur, præter vos,

כתוב להם שכומרייא אחת הייתה
ובתכוה כומריות וכולן בתולות ו

Scriptum in illorum libris, fuisse Fanum quoddam, in quo Vestales con-

וכל רומיים מחזיקיי בהן פרישות
והנה אחת מהן זינתה ואמת
הדבר היה : ויאספו רומיים ורצו
להמית הזונה : ואמרו כל שאר
הכומריות לא זינתה אחותינו :
ואמרו הרומיים בזה נדע שלא זינתה
אם תמלא הכברה מלאה מים
ותביאנה מנהר טיבר ולא תצא
טיפה דרך הנקבים אז תיבחינו a
כי כניי דבריכם וברור הוא שהיא
נקייה ונתנו לה זמן לבקש על
נפשה וגם הכומריות בקשו עמה
שיעשה לה נס ונשתחו לפני ע״ז
שלהן ונעשה לה נס והביאה
כמצוותן הכברה מלאה מים מן
נהר טיבר ואע״פי שברור היה
שזינתה וזה היה קודם שנולד
ישו : הרי מטועתם יש הוכחת
שמתרפאין b מקדישות שלהן ;
וזה אין מכוח הע״ז אלא כך הוא
גזירה לפני המקום (ר״ל הקב״ה)
להתרפאות בזה הדבר ובזה
העניין ובזה הזמן שהרי הזונה
הזאת נושעת קודם שנולד ישו :

concludebantur : eæ virgines erant, omnesque Romani cives castimoniæ illarum acerrimi fuere exactores. Cæterum, ſcortabatur una, atque innotuit ſcelus; ibi congregabantur omnes Romani ad illam occidendam. At Veſtales reliquæ, nequaquam, inquiunt, ſcortata eſt ſoror noſter. Tum Romani: Hac re experiemur ipſam ſtuprum paſſam non eſſe, ſi cribrum aqua replere ipſa poteſt, atq; ex flumine Tiberi huc afferre, ita, ut nulla gutta per foramina effluat: ſic enim agnoſcemus, vera eſſe quæ dicitis, & liquido conſtabit illæſam eam habere virginitatem. Concedebant igitur illi ſpatium, ut pro ſalute ſua preces funderet, quin & reliquæ Veſtales cum ea ſupplicationes faciebant, ut miraculi gratia fieret, coram idolis ſuis proſtratæ. Atenim voti damnatæ ſunt, atque Veſtalis rea prout imperatum fuerat, cribrum aqua plenum ex flumine Tiberi apportat, quamvis minime dubium eſſet, illam fuiſſe ſcortatam. Atque hoc contigit ante Jeſu nativitatem. Ecce ex propriis, eorundem erroribus argumentum peti poteſt, non eos a Sanctis ſuis morbo liberari. Neque enim hoc fit ob vim quæ illorum Deaſtris ineſt, ſed ſic decretum fuit vero Numini, ut iſta re, iſtoque modo, & iſto tempore medicina iis fiat : unde ſcortum illud, ſervatum fuit, etiam ante Jeſu nativitatem.

ומה שאומרים כי הקדושים
שקורין אפושטלא שהם היו שלוחי
ישו ותלמידיו והלכו בעולם להפיד

Cæterum, multa omnino de Sanctis ſuis, quos Apoſtolos vocant, tradunt; quod nimirum nuncii fuerint Jeſu, ejusque Diſcipuli, & per

a Apud Munſterum in Evang. Matth. p. 107. eſt ותבחננה b Fortaſſe legendum שאין מתרפאין

orbem

האומות אחר אלוהות ישו : אם ממש בדבריהם ומאת יי' נהיה הדבר איך היתה יכולת ביד שנו המורדי' בהם להמיתם : ראה מה כתוב במשה ואהרון שהלכו בשליחותו של מקום (ר"ל הקב"ה) לפרעה ועשו כמה נפלאות ומכות בו ובעמו ובכל עבדיו ויצאו בשלום: וכן ירמיה אשר כמה פעמים בק בקשו את נפשו להמית והקב"ה הצילו כדכתי' ואני נתתיך היום הזה לעיר מבצר ולעמוד ברזל ולחמות נחושת על כל הארץ למלכי יהודה לשריה ולכוהניה ולעם הארץ : וכן ביחזקאל כתוב ואתה אל תירא מהם כי סרבי' וסלונים אותך ואל עקרבים אתה יושב ב מדבריהם אל תירא ומפניהם אל תיחת כלומר אעפ"י בם שבירת מרי המה לא תיראום כי לא יהיו רשאין להרע לך : וכן מצינו בירובעם כשעשה את עגלי הזהב וישם אחד בביתאל ואחד בדן ויעש חג לבני ישראל ויעל המזבח להקטור והנה איש האלהי' בא מיהודה בדבר יי' לביתאל וירובעם עומד על המזבח להקטיר ויקרא על המזבח בדבר יי' ויאמר מזבח מזבח כה אמר יי' הנה בן נולד לדוד יאשיהו ש שמו וזבח עליך את כהני הבמות

orbem circumiverint ut gentes ad Jesu Divinitatem amplectendam pellicerent. Quod si autem veri quid inest narrationibus illorum, atque Deo autore ista evenerunt, quomodo adversariis eorundem concessa potestas ipsos trucidandi? Vide mihi, quo modo de Mose & Aarone qui legatione divina apud Pharaonem fungebantur, multaq; miracula ediderunt, quin adeo plagis, ipsum, populumque ejus, & omnes servos illius affecerunt, sacris literis proditum sit, ipsos semper illæsos discessisse. Sic Jeremiam quoque, cui toties necem inferre volebant, Deus liberavit; secundum id quod fuerat pollicitus (cap. 1, 18.) *Ego ponam te hodie velut civitatem munitam, & velut columnam ferream murosque aheneos toti huic terræ, Regibus Judæ, principibus ejus, Sacerdotibus ejus, & populo hujus terræ.* Ezechiel quoque (*ceu apud eum c.* 2,. 6. *scriptum*) audivit: *Tu ergo ne timeto ab istis, quod refractarii & spinei sint in te, & apud scorpiones habites: a verbis eorum ne timeto, & a facie eorum ne consternator.* Quasi dicat: Etiamsi domus rebellis sint, non tamen eos formidato, nec enim poterunt tibi nocere. Sic quoque de Jeroboamo (1, Reg. 13.) proditum, cum fecisset (*binos*) vitulos aureos, unumque in Dan, alterum in Bethel constituendo festum indixisset filiis Israëlis, accessissetq; altare ad faciendū suffitumq;, venisse virum Dei e Juda cum verbo Domini Bethelem, Jeroboamo adstante altari ad adolen-

המקטירי׳ עליך וישלח ירובעם את ידו לאמור תפשוהו ותיבש ידו א אשר שלח איליו ולא יכול להשיבה איליו : ואם אילו האפושטלוס ב בדבר יי׳ באו ולמה נעשה להם כך וכך :

dolendum, clamaviſſeque contra altare illud per verbum Domini, dicendo: Altare, altare, ſic ait Dominus: Ecce filius naſciturus eſt domui Davidis nomine Joſchaja, qui mactabit ſuper te Sacerdotes excelſorum adolentes ſuper te: ibi tum extendiſſe Jeroboamum manum ſuam dicendo, prehendite illum; manum vero exaruiſſe quam porrexerat, neque potuiſſe ipſum eam reducere. Quod ſi igitur illi Apoſtoli Dei juſſu itabant, quare tantis objecti fuerunt ſuppliciis?

ומה שאומרי׳ כי הפסילי׳ אשר בבתי תרפותם לפי שהם אלוהותם לפיכך הם מכברין אותם כאל כאלהים ; והלא הוא אומר אני יי׳ הוא שמי וכבודי לאחר לא אתן ותהלתי לפסילים : ואומר ה התקבצו ובואו התנגשו יחדיו פ פליטי הגוים לא ידעו הנושאי׳ עץ פסלם ומתפללים אל אל לא יושיע הלא אני יי׳ ואין עוד אלהי׳ בלעדי אל צדיק ומושיע אין בלתי פנו אלי והושעו כל אפסי ארץ כי אני אל ואין עוד בי נשבעתי יצא מפי צדקה דבר ולא ישוב כי לי ת תכרע כל ברך תשבע כל לשון פ פתרון המקרא אין עוד אפילו אל אלהים כלומר אפס הקב״ה אין עוד אלהי׳ שמתפללי׳ ומשתחווים לפניו : ופירוש אלהי׳ ר״ל שר ורב וגאון כגון חקדישי׳ : ודומה לו

Quod dicunt Infideles, ſeſe imagines quas in delubris habent, ideo divino cultu afficere, quia imaginē Numinum ſuorum referant, ei adverſatur dictum (Eſ. 42, 8.) *Ego ſum Dominus, illud eſt nomen meum, & gloriā meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.* Item illud (apud eundem c. 45, 20.) *Congregamini & advenite; appropinquate una qui evaſiſtis ex gentibus, qui ignari erant geſtantes lignum ſculptilis ſui, & deprecantes Deum qui non valet ſervare. Annon ego ſum Dominus, nullusq; alius Deus præter me, Deus juſtus, & Servator nullus præterquam ego. Reſpicite ad me, & ſervemini omnes fines terræ: nam ego ſum Deus, & nullus præterea. Per me juravi, prodiit ex ore meo juſte verbum quod non revocabitur: mihi incurvaturum iri omne genu, juraturam omnem linguam.* Significat nimirum Scriptura ne quidem אלהים dari; hoc eſt, præter Deum benedictum non eſſe אלהים quem invocare & colere conveniat. Notat autem mox אלהים principem, magiſtrum, virumque inſignem, quales ſunt ipſorum Cinædi (*Sancti, dicere volebam.*)

ואתה תיהיה לו לאלהים תרגומו
לרב :

bam.) Nam sic, pro eo quod est (Ex. 4,16.) *Tu eris ei* לאלהים Chaldæus substituit, לרב *in magistrum.*

הנושאי' עץ פסלם : זהו שתי
וערב ופסל מצוייר עליו והם
נושאי' את העץ ומתפללי' אל
אלוה אשר שתי וערב זה עשוי
בדמותו והוא לא יושיע : ואין לך
לומר שבאומה אחרת שנושאת עץ
פסלם ומתפללין לעץ עצמו
הכתוב מדבר : דאם כן הנושאים
עץ פסלם ומתפללים לו היה לו
לומר : אלא בוודאי על אומה זו
של אמנת ישו הכתוב מדבר לפי
שהם נושאים העץ והצלם להראות
דמות יראתם אבל אינם מתפללין
לעץ ולצלם עצמו אלא למי
שנעשה זה העץ והצלם אחריו
בדמותו ובצלמו : והנה הנביא
מעיד שהוא אל אשר לא יושיע :

Gestantes lignum sculptilis sui. Es. XLV, 20.
Innuitur stamen & subtemen, ac figura quæ his affingitur. Circumgestant (*Christiani*) ligneas (*suas cruces,*) adorantque Deum, cujus imaginem crucifixi icuncula refert; sed is eos non servabit. Nec est quod dicas, de gente alia, quæ lignum idolorum suorum circumferat, & ad ipsummet lignum preces dirigat, Scripturam loqui: nam si is sensus esset, tum, *gestantes lignum sculptilis sui, & adorantes illud,* dici oportebat. Omnino igitur, de gente quæ Jesu religionem profitetur, Scriptura sermonem instituit; qui gestant lignea crucifixi simulacra, ut effigiem terriculamenti sui ostendant, non tamen ipsum lignum, & imaginem adorant, sed illum, ad cujus similitudinem formamque lignum, quodque ei affixum est signum, confecta. Atque ecce Propheta testatur, esse ipsum Deum, qui servare nequit.

כי לי תכרע כל ברך : לי לבד
ולא למתים : ועל שהם אומרי'
דמיון אלוהות הם נושאין לכך
אמר הכתוב למי תדמיוני ותשוו
ותמשילוני ונדמה הזלים זהב
מכיס וכסף בקנה ישקולו ישכרו
צורף ויעשהו אל יעסוד ואף ישתחוו:
כלומר יעשהו דמות אל ישאוהו
על כתף יסבלוהו וגו' וממקומו
לא ימוש אף יצעק אליו ולא

Mihi incurvabitur omne genu. vers. 23.
Scilicet, mihi soli, non autem demortuis. Quia vero ipsi dicunt, se similitudinem Dei sui gestare, ideo (c.46,5.) sequitur: *Cui assimilaretis me & æquaretis; aut compararetis me ut similes essemus? Qui prodigunt aurum e marsupio, & argentum scapo appendunt, mercede conducunt conflatorem qui faciat ex eo Deum, cui procumbentes etiam incurvent sese,* hoc est, conficiunt exinde Dei similitudinem. (Addit

יענה : ואומר זכרו זאת והתאוששו השיבו פושעי' על לב זכרו ראשונות מעולם כי אני אל אבל זה שבא מקרוב ומחודש אינו אל דכתי' ה האלהי' מקרוב אני :

dit Propheta:) *Gestant eum, humero portant eum &c. e loco suo non recedit, etiam si quis clamet ad eum, non exaudit.* Subjicit deinde: *Recordamini hujus, & præbete vos viros; revocate o defectores in animum. Recordamini primorum a seculo, nam ego Deus:* at iste novus, qui nuper adventavit, neutiquam Deus est. Quo sensu scriptum quoque (Jer. 23,23.) *An Deus e propinquo ego sum?*

בבא קדש קדשי' יכרת המשיח ואין לו : הם עושין פסוק שאין פ פסוק שהרי בכל ספר דניאל לא תמצא פסוק זה : אלא בפסוק א אחד כתי' ולמשוח קודש קדשי' ובפסוק שלישי למטה ממנו כתי' ואחרי השבועי' ששים ושנים יכרת משיח ואין לו : והם עושין משני פסוקי' פסוק אחד ואומרי' לכשיבא יחוס הזימה (ר"ל משיחנו) יפסוק מלכות מבית דוד ומיהודה : ענה תשיבם כאיולתם : א"כ סנתרי' דבריהם זה את זה שבפסוק א אחד אתם אומרי' למרבה המשרה ולשלום אין קץ על כסא דוד ועל ממלכתו להכין אותה ולסעדה ב מעתה ועד עולם : וכאן אתם א אומרי' שיפסוק אז אינו מכין אלא סותר : ועוד איך יוכל אדם לפ להפסיד מה שאין בידו והלא כ קודם ביאת ישו נפסקה המלכות מיהודה יותר ממאתים שנה ומשועבדים היו למלכות יון : כי

Cum veniet Sanctus Sanctorum, excindetur Messias, nec erit superstes. Ipsi pro Scripturæ dicto hoc allegant, quod neutiquam tale est. Nam sane in universo Daniele non reperitur hoc effatum, sed (c. 9, 24. *apud illum Prophetam*) legitur: *Et ungendo sanctum sanctorum.* Deinde tribus versibus interjectis sequitur: *Post septimanas autem sexaginta duas excindetur Christus, nec erit superstes.* Ipsi vero ex duobus Scripturæ dictis unum conficiunt, & explicant: Simul ac genus facinorosum (Messias noster intelligitur.) adventabit, deficiet regnum Judaicum Domus Davidicæ. Responde illis secundum amentiam eorum: Si hæc ita se habent, vestra placita ipsa sese mutuo evertunt. Nam, alias crepatis illud (Es. 9, 7.) *Amplitudini illius principatus, & paci nullus erit finis, in solio Davidis & in regno ejus, stabiliendo illud, & fulciendo illud, ab isto tempore, in seculum usq.* Nunc vero dicitis cessaturum, sic ergo non stabilit illud, sed evertit. Porro, quomodo potest quis efficere, ut deficiat id, quod non habet in potestate? Annon vero ducentis amplius annis ante Jesu adventum defecit

גם ישו נידון על פי מלכות יון : ועוד תרחם ותשאל להם מי היה דניאל יהודי או ישמעאלי או גוי : ויאמר יהודי היה : תשיב לו : למה לא אמר דניאל נבואה זו על גם ישראל אלא על שאר אומות כי כבר קודם הנבואה לא היה מלך בישראל : וכך אמר דניאל בבא קדש הקדשים הוא הקב״ה לשפוט את הארץ אז ישבות משיחותכם שלא יהא שום מלך בעולם וגם ושום משוח והיה יי למלך על כל הארץ ונשגב יי צבאות לבדו ביום ההוא : ולפי דבריכם שהיה דניאל יהודי למה אמר ישבות משיחותכם משיחותינו היה לו לומר :

fecit regnum Judaicum, coactiq; ſunt Judæi ſervire Regibus Græcorum? Jeſus quoque Græcanici Regis condemnatione ſupplicium luit. Amplius illos urge, & percontator: Daniel, fuitne Judæus, aut Ismaëlita, aut Chriſtianus? Quod ſi reſpondeant, fuiſſe Judæum, inquito: Quare Daniel vaticinium ſuum non in Judæorum, ſed aliarum gentium gratiam edidit? pridem enim, antequam id protuliſſet, deſierant Reges eſſe in Iſraële. Cæterum, hic ſenſus eſt verborum Danielis: Cum veniet Sanctus Sanctorum, Deus nimirum benedictus, ad judicandam terram, tum ceſſabit unctio veſtra, (*quæ Regibus inaugurandis adhibetur*,) non enim ullus Rex aut unctus in orbe erit ſuperſtes, ſed Deus Rex erit univerſæ terræ, illoque die Deus Zebaot ſolus excelſus erit. Quod ſi veſtra obtinere debeat opinio, cum Judæus fuerit Daniel, quare dicit? *ceſſabit unctio veſtra:* utique, *ceſſabit unctio noſtra*, dicendum ei erat.

תשאל להם : בת כמה שני׳ הייתה מריא כשילדה התלוי : הלא בעון גליון כתוב שבת שלוש עשרה שנה הייתה : ואם כדבריכם גם שנולד בלא אב ולמה הראה כוחו בבת י״ג שנה הראויה לעיבור ולגם ולהיריון היה לו להראות כוחו גם בבת ג׳ שני׳ או ד׳ שאינה ראויה לעיבור ואז יוכלו העולם להכיר בנס שנעשה דבר חדש שלא נשמע מעולם : אך דעו בבירור שיוסף

Interrogato. Quot annorum fuit Maria, cum pareret Jeſum? Annon in Evangelio veſtro ſcriptum eſt, egiſſe illam annum decimum & tertium? Quod ſi, ceu veſtra fert opinio, ſine patre natus eſt, quare vim ſuam exercuit in fœmina annorum tredecim, apta ad concipiendum pariendumque? debebat eam circa trimam aut quadrimam, ineptam ad pariendum, oſtentare, tum ex hoc miraculo potuiſſet orbis agnoſcere, rem novam, nec ullis prius ſeculis auditam, fieri. Omnino igitur tenendum, Joſephum more omnium mortalium

בא עליה כדרך כל הארץ והולידו ממנו :

cum ea consuevisse, atq; sic Ipsum ex illa procreasse.

Ps.XV,1. מי יגור באהליך מזמור זה נא נאמר להזהיר ולזרז בני אדם ל להדריכם בדרך הישר :

Quis commoraturus est in tentorio tuo? Psalmus iste confectus est, ad hortandos incitandosq; homines, ut in via recta ambulent.

Ps. XVI,1. שמריני אל כי חסיתי בך G פותרים המינים בגלישייא שהיא אומרת כן (ר״ל בישו שהוא א אומר כן) תשובה : ורבו עצבותם אחר מהרו הלא הן ממהרים לאל אחר : ופתרון המזמור דוד על עצמו אמר כן :

Serva me Deus, quoniam spero in te. Infideles de Ecclesia hæc accipiunt, voluntque eam loquentem introduci. (i.e. Iesus sic loqui fingitur.) Responde: (Commodum v. 4. subjicitur:) *Multiplicabuntur dolores eorum, qui post alium festinant.* Annon autem ipsi Deum alium sectantur? Vera autem sententia est, ista Davidem de seipso dixisse.

מי יגור באוהליך ומי ישכון בהר קדשך הולך תמי׳ ופועל צ צדק ודובר אמת בלבבו לא רגל על לשונו וגו׳ עד ימוט לעולם : מתוך זה המזמור מחרפין אותנו המיני׳ ואומרי׳ מדוע אתם לוקחי׳ ריבית והלא כתי׳ במזמור זה כס כספו לא נתן בנשך בסתם ולא הוציא מן הכלל לא ערלי׳ ולא מ מולים : תשובה: מי נתן תורה ל לישראל : הוי אומר הקב״ה ביד מי ביד משה : ומשה אמר לנכרי ת תשיך ולאחיך לא תשיך ; ואם תאמר גם בני עשו נקראי׳ אחי׳ שנ׳ לא תתעב ארומי כי אחיך הוא וי״ל אמת הוא שהיו אחים מקדם ונאסרה להרב ית מהם עד זמן שפסל את עצמו ועתה כע

Quis commoratus est in tentorio tuo? quis habitaturus in monte sanctitatis tuæ? qui ambulat integre, exercetq; justitiam, ac loquitur veritatem in corde suo: non detrahit lingua sua: & reliqua usque ad finem Psalmi. Ex hoc Psalmo dictis nos incessunt Christiani, ajuntque: Quare vos usuras accipitis? Annon in isto Psalmo scriptum est: *Pecuniam suam non dat in usuram,* verbis generalibus, nullo inter præputiatos, & apellas facto discrimine? Respondendum: Quis dedit Israëlitis Legem? Deum hoc fecisse fateare necesse est. Cujus ministerio usus est? utique Mosis. At Moses (*Deuter.* 23, 21.) scripsit: *Extraneo dabis in usuram, fratri autem tuo ne dato in usuram.* Quod si regerat Adversarius: Etiam filii Esau (*a quo nos genus ducimus, Judæorum*) fratres vocantur:

Scri-

נחשבו לזרי' בראותם שחרב בית
המקדש ולא באו לעזרה שני ביום
עמדך מנגד וגו' עד כאחד מהם
וכ"ש אשר הם בעצמם עזרו ל
להחריבה שני זכור יי' לבני אדום
את יום ירושלים וגו' וגם ג
שמחשבין עצמן לבני נכר שאינם
נמולים וכתי' כל בן נכר אשר
לא ימול בשר ערלתו וא"ת אם
אבות חטאו בני' מה חטאו : וי"ל
דלעולם דכל זמן שעומדים במורדם ;
ואפילו אם ישובו להיות ג
גרים אפילו הכי עד דור שלישי לא
יבואו בקהל יי' : ועוד יש לומר
על הריבית שממון כשר הוא שהרי
אומר שלמה מרבה הונו בנשך
ובתרבית לחונן דלים יקבצנו כלומר
בצדקה יכופר העון שיש לו ואילו
היה גזל מה היה מועיל הצדקה
הלא כתוב זבח רשעי' תועבה וגם
כתי' לאחיך לא תשיך אבל לנכרי
ר"ל שאינו נימול תשיך :

Scriptum enim (Deut. 23, 8.) *Ne abominare Edomæum, nam frater tuus est.* Respondendum. Verum est, fuerunt olim Edomæi fratrum loco, atque tum pecuniam illis fœnori dare nefas erat, quoad ipsos se exortes fecerunt istius privilegii. Postea vero pro peregrinis habiti, quia viderunt Templũ devastari, neque advenere ad ferendam opem. Quo pertinet dictum (Obad. 11, 11.) *Eo die quo stas ex adverso*, & cætera usque ad finem commatis. Quanto vero magis tales censendi, postquam ipsimet suppetias tulerunt ad Sanctuarium desolandum? secundum illud (Ps. 137, 7.) *Recordare Domine filiorum Edom, die Hierosolymorum &c.* Adde, quod peregrinos se faciunt ob neglectam circumcisionem; scriptum autem: *Omnis alienigena qui nõ circumciderit carnem præputii sui.* Pergente Adversario, dicenteque: Si patres peccarunt, quid deliquerunt filii? Respondendum: Æternum semper in rebellione sua persistunt. Quod si maxime ad religionem Judaicam accedant, non tamen nisi tertiæ eorundem generationi in congregationem Domini venire conceditur. Amplius, de fœnore respondendum quoque, eo paratas opes licite possideri, nam sic Salomo (Prov. 28, 8.) ait: *Qui auget substantiam suam usura & fœnore, gratiose largituro tenuibus congregaverit eam:* Quasi dicat: Eleemosynis expiat iniquitatem illi adhærentem. Si vero usuræ æquali cum rapina jure essent, quid prodessent ex iis factæ eleemosynæ? Annon enim scriptum (Prov. 15, 8.) *Sacrificium impiorum abominationi est.* Scriptum quoque signanter (Deut. 23, 8.) *Fratri tuo ne dato in usuram. At extraneo*, hoc est incircumciso, *dabis in usuram.*

על מכרם בכסף צדיק ואביון
בעבור נעליים אומרי' המיני' כי

Quia vendunt pecunia justum, & egentem pro pari calceorum. Dicunt Amos II, 16.

cunt

זה היה ישו שמכרוהו היהודי' בלי
פשיטי' והגיע לכל אחד ואחד מ
מהם דמי נעלים ; תשובה ; וכי
אלהים ראוי לקרותו אביון הכתי'
ואביון בעבור נעליים ועוד אם
במכירתו מצאו עון למה לא השיב
את לבם אחרונית וימחה על י
ידם מלעשות אם אלהים הוא
ואת חפצו היה אב״ מצינו בישו ש
שחפץ במות המת ; ויחזקאל אמר
כי לא אחפוץ במות המת : ובתהילי'
הוא אומר כי לא אל חפץ רשע
אתה : ואם אלהי' הוא ולמה
הביא לידם דבר תקלה שנכשלו
בו : כי על דבר מיתתו תוכל יש
לומר משום שעל ידי מיתתו הוציא
את הנשמות מגיהנם ולכן כתרצה
בה במיתה אבל מכירה זו מה ט
הועילה לנשמות שעליה הענישׁ את
ישראל אלא בוודאי פתרון הפרשה
בעניין אחר ;

cunt Infideles, hæc Jeſum reſpicere, quem Judæi triginta obolis vendiderint, unde quisque eorum pretium calceorum ſit conſequutus. Reſpondendum. Æquumne eſt, ut Deus, *egens* vocetur? cum dicatur: *Et egentem pro pari calceorum.* Porro, ſi venditio iſta tam iniqua erat, quare non ab ea animum illorum avertit, atque id facere eos prohibuit, ſi Deus erat? Quod ſi regerant Adverſarii: Hæc eo volente ſic eveniſſe: tum conſequitur Jeſum expetiviſſe mortem pereuntis. At vero apud Ezechielem (c. 18, 32.) legitur: *Quia non delector morte morientis.* Pialmo quoque (5, 5.) ſcriptum: *Quia non Deus volens impietatem tu es.* Quod ſi igitur Deus fuit, quare iis offendiculum hoc objecit, in quod impegerunt? Nam de morte quidem, dicere licet, ideo ipſum hanc deſideraſſe, ut animas ex inferno educeret. At, venditio iſta, quid proderat animabus, ut ob eam Iſraëlitæ tam acerbe luerent? Nimirum certiſſime ad alia longe pertinet Jeremiæ vaticinium.

ישׁ לשאול למיני' למה אתם
מעקרי' אפילו אות אחת מתורת
משה הלא ישו בעצמו הוא אומר
שלא בא לעקור תורת משה ולא
דברי הנביאי' כי כל זמן ששמים
וארץ קיימין לא תעקר ולא תאבד
אפילו אות אחת ואפילו סוף פסוק
אחד ואב״ היאך אתם מניחים
כל מצוות שבת ומילה ;

Interrogandi ſunt Infideles: Quare vos quædam ex Lege Moſaica tollitis? Annon ipſe Jeſus dixerat, non veniſſe ſe exſtirpatum Legem Moſaicam & dicta Prophetarum, quamdiu enim ſuperfuturum ſit cœlum & terra, non perituram inde vel literulam unam, aut apicem unum? Quæ ſi ita ſunt, quare vos abrogatis omnia præcepta de Sabbato & circumciſione?

כתיב להם : כשם שהבשר
והנשמה יחד הם אדם כך אלוהו׳
ואדם יחד הם משיח קרישטוס
וזה תלשיין סיקוט אנימא עט קארו
אונוס אישט אומא איטא דיאוש
עט אומו אונוס אישט קרישטוס
א״כ כשנהרג האדם נהרג גם
האלוהות :

אהללה את יי׳ בחיי : בעוד
שאני חי אבל לאחר מותי אין
אומר ואין דברי׳ : כך ישו לאחר
פגירתו היה רימה ותולעה ולא
שוה לכלום : אל תבטחו בנדיבי׳
בבן אדם שאין לו תשועה :
פירוש : הקדישי׳ שהתנדבו את
עצמם למות על יראת ישו אל
תבטחו בהם שיתפללו בעדכם כי
אין תפלה לאחר מיתה בבן אדם
שאין לו תשועה : גם אל תבטחו
בישו שהוא בן אדם ונתלה כי
לא יושיע כי לא יוכל להושיע את
עצמו ואיך יוכל יהושיע את
אחרי׳ : תצא רוחו ישוב לאדמתו :
ר״ל רוח של אותו בן אדם
שתבטחו בו ותאמרו עליו שהוא
בן אלהים : ביום ההוא אבדו
עשתנותיו : וכל רעותיו ומחבשותיו
ויכלמו ויבושו כל הבוטחים
בו אבל אשרי לו שאלהי׳ יעקב
בעזרו שברו על יי׳ אלהיו כי הוא

Scriptum tenent: Sicut caro & anima ſimul conſtituunt hominem ſic ex Divinitate & Humanitate junctis, fit Meſſias ſive Chriſtus. Atq; hæc propria ſunt eorundem verba Latina: Sicut anima & caro unus eſt homo: ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Quæ ſi vera ſunt, tum pereunte homine, periit quoque Divinitas.

Laudabo Dominum in vita mea. *Pſ. CXLVI. 2.* Quamdiu nimirum vivus dego, nam poſt mortem meam, nec ſermo mihi nec eloquium. Sic Jeſus quoque poſt fata vermis erat, & lumbricus, nec ullius pretii. *Ne fiduciam habetote in ingenuis, in filio hominis penes quem nulla eſt ſalus.* Senſus: Nequaquam confidatis cinædos (Sancti apud nos audiunt.) qui capita ſua devoverunt pro religione Jeſu, pro vobis oraturos, non enim poſt mortem ullæ preces locum inveniunt. *In filio hominis penes quem nulla eſt ſalus.* Sed nec in Jeſum confidite, qui filius eſt hominis, & ſuspendio periit, non enim ſervare poteſt. Quippe non poterat ſeipſum ſervare, quomodo igitur ſervabit alios? (Sequitur in Pſalmo:) *Exit ſpiritus ejus, revertitur in terram ſuam.* Spiritus puta illius hominis, in quem fiduciam collocatis, & quem Dei filium fuiſſe contenditis. *Die eodem pereunt cogitationes illius*, meditata nimirum ejus & conſilia, atque pudore & ignominia ſuffundentur omnes qui ſpem in eum habebant repoſitam Sed vero, *Beatum, cui auxilio eſt Deus Jacobi, cujus exſpectatio eſt in Domino Deo ſuo.* Ipſe enim verus Deus eſt,

אל אמרת אלהינו חי וקיים לעד
ומלך עולם עושה שמים וארץ :

est, Numenq; nostrum vivit, ac in æternum perdurat: Rex est hujus universi, fecitq; cœlum & terram.

כתיב להן בספר לוקש בעין ז׳
גיליון מי שחטא לאב ימצא גם
מחילה ; לבן ימצא מחילה : לרוח
הטומאה לא ימצא מחילה לא בם
בעולם הזה ולא בעולם הבא :
ואם שלושתן אחד למא לא ימצא
מחילה לרוח הטומאה :

Scriptum tenent in Evangelio Lucæ. Si quis adversus patrem peccet, remissionem consequi potest; sic & remissionem consequitur, peccans adversus filium. At peccans adversus Spiritum immundum, non consequitur remissionem neque in hoc neque in futuro seculo. At, si tres illi unum sunt, quare remissionis spes illi præclusa qui peccat adversus Spiritum immundum?

כתוב להם בספר אלכסנדרוס :
לכשילדה חריא את בנה ישו גם
בבית לחם בחור אחד ושם היה
חשיכה גדולה יותר מן האורה :
ובא יוסף בן פנדירא ולקח הנער
ושם אותו ברפת בקר שקורין לה
קריפא ששם היו אוכלין ביחד גם
שור והמור ובאו לשם ג׳ מלאכי׳ *
ובאתה אמו וצותה להמולו וענו
לה המלאכי׳ לא נמול אותו כי
אלהי׳ הוא : וענתה להם חריא
אמו ואמרה כיון שיצא מזרע ש.ש
היהודי׳ מארבע יריכים צריך לג
להימולו :

*Fortasse hic & paulo post legendum מלכים

Scriptum tenent in libro Alexandri: Cum Maria enixa esset filium suum Jesum Bethlehemi in spelunca quadam tenebrosa lucisque experte, venit JosephusPanderæ filius, acceptumque puerum in præsepe jumentorum, quod Krippen Germani vocant, reposuit, ex quo simul bos & asinus comederant. Venere deinde Reges tres, jubebatque mater puerum circumcidere: Reges vero dicebant, nequaquam eum circumcidere licet, quia Deus est. At mater, quandoquidem inquit semine Judaico bis geminorum laterum oriundus est, oportet circumcidatur.

שאל להם אם הלילה הולכת
אחר היום שאחריו שכן כתוב ו׳
ויהי ערב ויהי בוקר יום אחד :
וכתי׳ מערב ועד ערב תשבתו גם
שבתכם א״כ ביום ששי תענית
שלהם מדוע אוכלים בשר בלילה
שלפניו : ועוד תשאל להם למה

Quare ex illis, annon Nox referatur ad diem qui præcessit? Etenim scriptum (Gen. 1, 5.) *Sic fuit ex vespera & mane dies primus*. Scriptum quoque (Levit. 23, 32.) *A vespera usq; ad vesperam celebrate cessationem vestram*. Hæc cum ita sint, quare ea nocte quæ diem hebdomadis sextum, quo jejunium

הם מתענין ביום השישי אם כ
בעבור שישו נתלה בו ביום אכ״
היה להם לעשות יום משתה ו
ושמחה כי לפי דבריהם על ידי
תלייתו ויסוריו נוצלו מגיהנם : אך
הם מתאבלי׳ כי ידיע להם שכל
המאמיני׳ בו ירדו לעליקה למכשול
ולפוקה :

junium celebrant, carne vescuntur? Amplius quærendum, quare die illo sexto jejunent? Si enim ideo hoc fit, quia Jesus eo die fuit suspensus, convivium potius & hilaria agitare debebant, nam, ceu tradunt, suspensione & cruciatibus ejus, ab inferno liberati fuerunt. Nimirum ipsi lugent, quia certo sciunt, omnes in ipsum credentes manere exitium, offendiculum, & titubationem.

מעשה: בקיסר אחד שרצה לנסות
ולידע איזה אמנה טובה ומעולה
ואיזו יראת יי׳ אם אמנת ישראל
או אמנת נוצרים או אמנת ישמעאלים
מה עשה : לקח אחד מישראל ואחד
מנוצרים ואחד מישמעאלים ויתן
אותם בבית הסוהר כל אחד לבדו
וילך לכל אחד ואחד לבדו להחליף
אמונתו באמנה אחרת ואם לאו
יחתוך ראש כל הממאן : וילך תחילה
אל היהודי ויאמר לו לבחר דרת
נוצרי׳ או חוק ישמעאלי׳ או נתקו
אותו אבר לאבר : ויען היהודי
ויאמר לקיסר חס וחלילה לי שאניח
אלהי מחוללי צורי ואלי אלהים ח׳
חיים ומלך עולם ואדבק באמונת
פגר ומת : דע כי על תורת אלהינו
ועל יחוד מלכנו ועל קידוש שם
יוצרינו אסבול אלף מיתות זה אחר
זה ואקיים מה שנ׳ כי עליך הורגנו
כל היום כשראה הקיסר כי לא כ

Accidit, ut Cæsarum aliquis experiri vellet, & cognoscere, quænam religio bona, ac laudabilis esset, verumque Dei cultum doceret, Religione Judæorum, an Christianorum, an denique Ismaëlitarum. Quid cœptat? Capit Judæum quendam, itemque Christianum, nec non Ismaëlitam, & quemque seorsim in carcerem compingit. Deinde singulos adit, jubetque eos religionem suam cum alia commutare, ultimum supplicium comminans, si id facere recusarent. Convenit autem primo Judæum, jubetque hunc legem Jesu, aut instituta Ismaëlitarum amplecti, nisi frustatim mallet concidi. At respondebat Judæus Cæsari, inquiens: Absit a me quam longissime, ut relinquam Deum meum, qui me formavit, rupem meam, Numenq; meum, Deum vivum, Regem universi, & religionem assumam cadaveris demortui. Imo vero scias, me ob Legem Dei nostri, & unitatem Regis nostri, atque in honorem nominis Creatoris nostri, paratum esse ad mille mortes, una aliam semper excipiente, sufferen-

das,

יכול לו ולהעבירו על דתו ולא קם
ולא זע מתורתו ויביאו על פתח
קברו וחרבו של הקוסטינר a
שלופה על צווארו לאיימו ולצערו
ולא חש על דבריו לשכח צורו :
אז הינחו הקיסר וילך אל הגלח
הנוצרי ויאמר לו כדבריו האלה
לשנות דתו ולבחור לו להיות יהודי
או ישמעאלי או ישא מיתה קשה :
ניאץ בלייעל דבר זה לעשותו
וידבק מאוד בשקר אמונתו ויבך
ויתחנן לקיסר להניחו בדתו כי
האמת והישר אתו ועל כן סבל
ישו מיתתו לפדות אותו ושאר
חוטאים כמוהו להביאם במחיצתו b
וצווח מאוד ויוסף דברתו : והקיסר
זעף לקראתו ויאמר לקצר אמרתו
ולגלות לו עצתו אם ישנה יכתב
להחייתו ואם לאו אחרת דינו
להמיתו : כשראה הגלח כי הקיסר
העיר את חמתו וכי כלתה אליו
רעתו ובחר לו בחיים ויאמר
מאחר שהזכרת לעזוב דתו רצה
להיות יהודי ולא ישמעאל : כי
אין תועלת וממשות באמנת
ישמעאלית כי מחומט אלוה שלהם
נשתכר ביין ונשלך באשפות
ובאו החזירים ועברו באשפות
(הגהה : על כן לא יאכלו בני

das, & ad implendum illud, quod (Psal. 44,23.) scriptum: *Propter te occidimur tota die.* Cum videret Cæsar, nihil se adversus eum valere, nec posse se illum a religione sua dimovere, esseque hominem penitus immobilem, deduci eum jubet ad locum supplicii, ibi cum carnifex, ad metum illi incutiendum, strictum gladium ejus cervicibus intentaret, non tamen quicquam curabat verba Cæsaris, ad religionem suam deserendam. Tum illum missum faciens Cæsar, ad Sacrificulum Christianum se confert, & paribus illum verbis alloquitur, imperans, ut religionem mutet, & aut Judæus, aut Ismaëlita evadat, aut sævissimo supplicio luendo se pararet. Recusabat principio exequi mandatum homo nequam, firmiterque amplectebatur pravam religionem suam. Proinde multum flens deprecabatur Cæsarem, concederet sibi permanere in religione sua, quæ vera sit, & proba, atque ideo Christum morte affectum fuisse, ut se suique similes peccatores redimeret, & in habitacula sibi propria introduceret. Sic ejulabat multa addens alia. At Cæsar ira adversus eum exardescens, jubebat paucis se expediret, & sententiam indicaret; si ad religionem mutandam paratus sit, vitam ei salvam futuram, sin minus, stare sententiam de eo trucidando. Cum videret Sacerdos Cæsarem ad iram concitatum, & exitium sibi imminere, vitam eligendo, quandoquidem, inquit, fidem meam deserere cogor, Judæus fieri-

rive-

a Apud Munsterum in Evang. Matth. Heb. p. 94. est tantum חרבו שלופה

b Munsterus legit ולהביאם לחיים העולם הבא

ישמעאל את בשר החזיר) ומצאוהו
וגררוהו וסבבוהו וימיתוהו ואכלוהו
ואיך יתכן שיהיה אלהי׳ ועל כן א
אמנת ישראל טוב מזה : אז הניח
הקיסר אותו והלך לישמעאל ואמר
לו לעשות כמשפט הראשון לעזוב
יראתו ולברור לו או אמנת ישראל
או אמנת נוצרי׳ או יסבול מיתה
משונה ; אז נשתנו רעיוניו ודמעות
נזלו מעיניו ופירש ידיו לנגד הקיסר
ובכה ויאמר למה עשה ארוני ככה
להכריח אותי ולהעבירני מעל דתי
שבה נולדתי ונתגדלתי ונתרוממתי
ותורתי אמרת וישרה זכה וגם
וטהורה יפה וברה ואין כל התורות
צרופות ויקרות כתורתינו המעולה
ועליה אעשה כלה : ויחר אף הקיסר
על מיליו ויצו להסיר את ראשו
מעליו וירא כי שלף הקוסטינר ט
חרבו ותבא חרדה בלבו ויבקש ל
להרחיב לו זמן עד למחר ואז יבחר :
וניתן לו שאילתו ונעשה בקשתו ;
למחר צעק בקול רם ואמר יי׳
אלהי אברהם אבי אבי ישמעאל
אלהי ישראל הוא הצור תמים ;
בורא כס והרומים * אותו אבחר
לחלקי ולגורלי : אני עבדו והוא א
אלי : ואמנת ישו היא עול וזימה
אינה שוה למאומה ; ואין תורת

ri velim, minime vero Ismaëlita, quoniam religioni Ismaëlitarum nec utilitas ineſt nec fundamentū. Muhammedes enim Deus eorum cum aliquando vino temulentus eſſet, projectus fuit in fimetum, tum adventantes forte porci percurrunt fimetum, (Nota, iſtam ob cauſam Ismaëlitas ſuilla non veſci.) illoque reperto, eum miſere huc illuc raptant, lacerant, enecant, devorantque: quomodo igitur Deus eſſe poſſet? Multo melior proinde Judæorum religio. Tum relicto illo accedit Cæſar Ismaëlitam, jubetque illum more cæterorum linquere & deſerere ſacra ſua, & aut religionem Iſraëlitarum, aut Chriſtianorum dogmata amplecti, ſin minus, periturum illum morte ſæviſſima. Ad hæc obſtupuit is homo, & oculis ubertim flens, manus ad Cæſarē tendit, ac cum lacrumis ait: Quare, Domine, hoc facere inſtituis, ut me cogas ad deſerendam religionem meam, in qua natus & educatus ſum, & in qua adolevi? Eſt hæc religio vera, & proba, pura ac ſincera, pulchra & munda, neque ulla reliquarum religionum cum ſanctitate & præſtantia optimæ noſtræ religionis poteſt comparari, proque ea libens mortem oppetam. Ibi ira excandeſcens Imperator ob reſponſum hoc, illi caput amputare præcipit. At Ismaëlita ubi carnificem cum evaginato ſibi imminere videt gladio, metum concipit, & in craſtinum dilationem ſibi concedi petit, tum novam ſe fidem electurum pollicens. Damnatus eſt hujus voti, conceſſumque quod petierat. Poſtridie vociferavi occipit voce magna,

* lege השמים

clami-

מאמיניו תמימה ׃ רק בושת וכלימה
ושקר ומעילה ׃ כי הוא נצלב ונ
ונתלה ׃ ולא יכול להציל את עצ
עצמו ואיך יושיע את עמו ׃ ובעודנו
חי לא נמלט ׃ ומיד רודפיו לא פ
פלט ׃ ואיך יעבוד כל במותו שגו
העובדים אותו† הרימותי את ידי ׃
די שאהיה יהודי ׃ כששמע הקיסר
כך שהיהודי רצה למות על תורתו
ולא רצה לזוז מאמונתו הנה
והנה ׃ והגלח והישמעאל שניהם
כפרו בהבלם והודו לאמונתינו
אז בחר לו הקיסר את אמונת
ישראל בעצמו ונתגייר הוא והגלח
והישמעאל והיו גירי צדק ואמת ׃

†Dele העובדים אותו

clamitans: Dominus Deus Abrahami, quo patre Ismaël meus pater genitus fuit, Deus Iſraëlitarum, is verum præſidium, is cœli creator eſt, hunc ego mihi in ſortem & portionem eligo. Ego ſervus ſum illius, & ipſe Deus meus. At, religio Jeſu inepta eſt & adulterina, nihil valet quicquam, nec qui eum ſequuntur, fidem rectam tenent, ſed tantum turpitudo illos manet & ignominia, mendacium ac iniquitas. Namque cruci affixus & ſuspenſus fuit, nec potuit ſeipſum ſervare, quomodo igitur populum ſuum ſervaret? Cum adhuc ſuperſtes eſſet, non ſalvus erat, nec quivit evadere manus perſecutorum; quomodo igitur mortuus tanta patraret? Tollo manus meas: ſufficit me Judæum eſſe. Cum ſic Cæſar animadvertiſſet Judæum paratum eſſe mori pro religione ſua, nec voluiſſe huc aut illuc declinare, Sacrificulum autem & Ismaëlitam ambos renunciaſſe erroribus ſuis, & noſtram profiteri cœpiſſe religionem, tum ipſe quoque Cæſar religionem Judaicam amplexus eſt, & una cum ſacrificulo ac Ismaëlita Judaicis ſacris initiatus fuit, atque in his pie & conſtanter perſtiterunt.

Zach. XIV. 9.

ביום ההוא יהיה ײ׳ אחד
ושמו אחד וגם עכשיו בוודאי הוא
אחד אבל שמו איננו אחד ׃ שאין
הכל קורין אותו ײ׳ והמינ׳ הארורי׳
קורין אותי ישו ׃ וכן כל אומה וא
ואומה קורין את האלוהות בשם
ע״ז שלהם כגון מחומט וכו׳ ׃

Die illo erit Dominus unus, & nomen ejus unum. Sane quidem jam quoque ipſe unus eſt, verum nomen ejus non eſt unum, non enim omnes hunc vocant ADONAI, ſed Chriſtiani exſecrabiles vocant ipſum Jeſum, atque ſic quæq; gens, Numen, nomine Deaſtri ſui nuncupat, ~~uti~~ Muhammed, & ita de reliquis.

שאל למין ׃ והלא אתם מאמינים
שײ׳ נוהג רחמי׳ עם כל בריותיו
וכל מדותיו הם חסד ואמת נגד

Sic alloquere Infideles: Annon vos creditis Deum erga omnes creaturas ſuas miſericordia duci,

& quan-

יצוריו : ובבטחון המדות הללו אנו
באים בכל יום לפניו : כמו שאמר
דוד חנני יי' כחסדך כרוב רחמיך
מחה פשעי : ועוד כי נאמר כי לא
אחפוץ במות המת כי אם בשובו
מחטאתו וחייה : וגם אתם מאמיני'
כי בגודל רחמיו ידו פשוטה לקבל
שבים : ואם כן היאך תעלה על
לבבכם שבא הקב"ה כל כך אא
באכזריות על אדם הראשון לתופשו
בעלילה מועטת בשביל נשיכת ג
תפוח אחד לאבדו מן העולם הזה
ולעולם הבא : ולא הוא בלבד
אלא כל הנולדים אחריו וגם כל
הצדיקי' והישרי' אשר היו מעולם
ועוד שהיה שוגג בדבר שלא היה
בו דעת עדיין כמו שנ' ותפקחנה
עיני שניהם וידעו כי ערומים הם
וזה היה פקיחת עין החכמה : וג
ועוד רחיצת הבל היתה אלף ,ג
ידות גדולה מעבירה זאת ולא נג
נתלה בו עונש כזה : ועוד ששים
ריבוא שכפרו בהקב"ה ועשו העגל
ראה מה כתוב בצידו ; והוא רחום
יכפר עון וגו' והואיל שהמקום
רחמן לבלתי השחית את אדם ב
בעבור חטאיו היאך תאמינו גם
שהשחית ויטול לגיהנם לשחת כל

& quantus quantus eſt, nil niſi benignitatem ac veritatem circa figmenta ſua exercere? His illius attributis freti, nos eum quotidie accedimus, dicente ſic quoque Davide (Pſal. 51,3.) *Miſerere mei Deus ſecundum miſericordiam tuam, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele pravaricationes meas.* Porro, (Ezech. 33,11.) ſcriptum: *Non delector morte morituri, ſed ut revertatur a peccato ſuo & vivat:* Vos quoque creditis, illum præ nimia miſericordia manum extenſam habere ad pœnitentes recipiendos. Quæ cum ita ſe habeant, quomodo in mentem vobis venire poteſt, Deum tam crudeliter cum Adamo protoplaſto egiſſe, ut in exiguo delicto, quale eſt morſus unius pomi, deprehenſum, ideo hujus & futuræ vitæ exſortem faceret? Neque hoc tantum, ſed & ut omnes poſt eum natos, univerſosque adeo ſanctos & pios qui unquam extiterunt, (*eidem reatui involveret*?) Adde, quod tum ceſpitaſſe deprehenditur, cum intellectu adhuc careret. Nam ſic (Gen. 3,7.) legitur: *Tunc aperuerunt ſeſe oculi amborum, noveruntq; ſe nudos eſſe*: quibus verbis apertio oculi ſapientiæ ſignificatur. Vtique cædes Habelis millies gravius erat ſcelus quam iſtud peccatum, neque tamen illi tanta pœna fuit irrogata. Inſuper vide mihi quid de ſexcentis millibus Iſraëlitarum qui Deum Benedictum abnegaverant, & vitulum conflaverant, (Pſal. 77,38.) ſcriptum ſit: *Ipſe tamen miſericors condonavit iniquitatem: &c.* Cum igitur Deus tam miſericors ſit, ut noluerit perdere Adamum propter peccata illius, quomodo credere poteſtis ipſum ex-

itio

הנשמות שנולדו מאדם עד ביאת
ישו: גם באלה תנגח המין בשאלך
ממנו היאך תאמר שהנולד היה א
אלוה: והלא אין ילוד אשה בלא
חטא כי כן אמר דוד הן בעון ע
חוללתי ובחטא יחמתני אמי:

itio destinasse, & in gehenna torquere voluisse omnes omnium animas quæ ab Adamo ad adventum usque Jesu extiterunt? Hac quoque re arietabis hominem infidelem, si eum perconteris, qua ratione is qui natus fuerat, Deus esse potuerit? cum nemo muliere editus, a peccato immunis sit, dixeritque David (Psal. 51,7.) *Ev, in iniquitate formatus sum, & in peccato fovit me mater mea.*

לעדת של אדום אין בהם אמונה
כמו גרעין של חרדל כשהן מטמאין
ומטנפין לחם המגואל אומרי' זה:
הוק עישט ענים קורפוס מיאום:
וזה העברי: אני לבדי גוף ודם:
כשמטבילים השקצים (ר"ל הילדי')
שלהם במי הטומאה אומרי' אין
נומיני פאטרים איט ויליי את ב
שפיריטוס סנקטי אמן: פירוש מנחה
יהי לשטן: זהו קרוי בלשונם ל
קרידא: קרידא אין דיאום פאטרים
אומניפוטינטים וגו' וזה פתרונו:
הנני מאמין באלוה אב שליט ב
בורא שמים וארץ ואף בישו בנ
מיוחד ארונינו וגו' שהוא סבל מ
מאת השר פילאטוס הייסורין הוא
נתייסר והומת ונקבר וביום השלישי
קם מאת המתים היושב לימין
אלוה אב ושליט וגו' בלשון א
אשכנז: איך גלויבא אן גוט באטר
גוואלטיג שופפר הימל אוני ערדא
אוני אן זיינן זון ישו דער האט ג
גליטן בון דעם בורשטן פילאטוס

Congregationibus Edomitarum, (*quales audiunt Christiani,*) ne inest quidem tantillum sanæ fidei, quod granum sinapis æquet. Cum profanant & inquinant abominabilem panem, inquiunt verbis conceptis: *Hoc est enim corpus meum.* Quod verbis Hebraicis idem valet ac: *Ego tantum corpus sum & sanguis.* Cum proluunt insecta sua, (Infantes dicere vult) aquis immundis, ajunt itidem conceptis verbis: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Amen.* Quod nostro sermone valet: *Esto sacrificium Satana.* Sequentem formulam sua lingua vocant *Credo:* (cujus initium:) *Credo in Deum Patrem omnipotentem &c.* In nostro idiomate hunc habet sensum: Ecce ego credo in Deum Patrem potentissimum creatorem cœli & terræ. Et quoque in Jesum filium ejus unicum, Dominum nostrum &c. qui a Principe Pilato pertulit afflictiones. Ipse passus est, fuitque trucidatus ac sepultus, & tertia die resurrexit a mortuis, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, &c. Verbis Germanicis sic concipitur: Ich glaub an Gott Vatter gewaltigen Schöpffer Himmels und Erden. Und an seinen Sohn Jesu/der hat gelitten von dem Fürsten Pilatus den Marter:

דען מרטיר ער אישט גפינגט א
אונו גיטודיט אוני ביגראבן אם
דריטן טאג שטונד ער אויף בון
זיינם טודא דער זיצט צו דער
רעכטן זייטן גוטש ואטר גיווילטיג:
ועתה יש להקשות שאומרים
שמאמינים באלהים ובישו משמע
שישו לאו אלוה הוא : ועוד
שאומרים שיושב לימין האלהים
משמע דלאו אלהי׳ הוא : כי היה
להם לומר היושב על כסא רם
ונישא אז היה משמע שהיה לעצמו
אלוהות :

Marter: Er ist gepeinigt und getödtet und begraben. Am dritten Tag stund er auf von seinem Tod/ der sitzt zu der rechten Seiten Gottes Vatters (des) gewaltigen. Jam, movere illis licet difficultatem, cum dicant se credere in Deum & in Jesum, hinc igitur consequens esse, quod Jesus non sit Deus. Similiter ipsum Deum non esse, ex eo quoque inferas, quia dicitur sedere ad dextram Dei. Dicendum potius erat: Qui sedet in throno excelso & elevato: atque sic significaretur, quod Deus sit ipsissimus.

זה אומרים בכל שטיל מיס ואינו
מוסרין אותו אלא להנסמכים
להיות כהן והן מלחשים אותו
בחשאי בבית התפילה : וזהו
הלטיין אופירימוס טיבי דומיני
קליצם סלוטארים סקונדום א
אורדינם מלכיסדק עט סקונדום
אורדינם מויזי עט אארון עט
סאצרדוטיבוס עיוש עט סמואל א
אינטר עיוש קוי אינבוקאנט נומן
דומיני : ואיך תאמר שהוא אלוה
והגלח בעצמו אומר שאינו רק
זבח ואתה עשית את היין ואפית
את הלחם ואיך תאמר כי הוא
עשך ובוראך : ובשעת בליעת
הלחם הוא אומר : כוס ישועות
אשא ובשם יי׳ אקרא וזהו הלטיין
קאליצי׳ סאלוטרים אקציפיאם
עט נומן דומיני אינבוקאבו : ואז
ישתה היין שהריח בו את הכלב
(ר״ל הכוס)

Quod sequitur, mussitant in omnibus Missis secretis, nec tradunt id nisi sacerdotio initiatis; sic inquam clanculum murmurant in templis, verbis Latinis: *Offerimus tibi Domine calicem salutarem, secundum ordinem Melchisedek, & secundum ordinem Mosis & Aaronis & Sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen Domini.* Ecquomodo dici potest id Deum esse, quod ipse Sacrificu'us tantum sacrificium prædicat? Tu vero, mi homo, ipse parasti vinum, & excoxisti panem, qua igitur ratione affirmare audes esse ista factorem tuum creatoremque tuum? Cum panem deglutit, hæc verba Latina profert: *Calicem salutis accipiam, & nomen Domini invocabo.* Postea haurit vinum cui canis nares admovit. (Intelligit calicem.)

כתוב להם: אם יכך יהודי בלחי נטה לו לחי האחרת ואל תכהו אותו כלל:

Scriptum tenent: Si percusserit te Judæus in una maxillarum, porrige ei alteram quoque, neque ipsum ullo modo repercutito.

מים של שמד נקראו המים הזדונים:

Aquas baptismatis, *aquas superbas* vocare solemus, (*petita ex Psalmo 124, 5. appellatione.*)

Psal.II.1. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת רשעים וגו' אומרים המינים כי זה אמר דוד על אותן שחטאו והרשיעו על עצמן בישו ותלאוהו ואמר דוד אשרי לאיש שלא היה בעצתן: וי"ל לדבריך ישו לאו אלוה הוא כי באלהים כתוב כי לא אל חפץ רשע אתה: וכן הוא אומר ביחזקאל חי אני נאום יי' אם אחפוץ במות הרשע: וזה חפץ במות הרשע שכן אתה אומר כי למות בידי אדם בא א"כ אותן שהרגוהו עשו רצונו ועל ידם נעשת עצתו ונגמרה גזירתו אשר חשב לפדות הנפשות מגיהנם ואותם שלא נגעו בו לא נעשת על ידם כלום ואם היו גם אילו מושכין את ידיהם ממנו כאילו נמצא שכל ביאתו הבל ואין בו מועיל ועל כן היה לך להפך דבריך ולומר אותם שעשו חפצו ועל ידם נתקיימו עצתו הם הצדיקים ואותם שלא נגעו בו הם

Beatus vir qui non ambulavit in consilio impiorum &c. Contendunt Infideles hæc Davidem de iis enunciasse, qui fœdum & abominabile facinus crucifigendo Jesum in se admiserunt, quasi dixerit David: O beatum virum, qui illo consilio non interfuit. Respondendum. Si hæc obtineat explicatio, nequaquam Deus fuerit Jesus. Scriptum enim (Ps. 5, 5.) *Non es Deus qui delectetur improbitate.* Sic quoq; (Ezech. 32, 11.) legitur: *Vivo ego dictum Domini, si delector morte improbi.* Enim vero, iste delectatus est morte improbi, dicitis enim ideo illum venisse, ut ab hominibus necaretur. Interim relinquitur, eos qui ipsum trucidarunt implevisse voluntatem ipsius, atque interventu illorum effectum redditum fuisse consilium, transactumq; decretum, quod conceperat de animabus ex inferno redimendis: eos autem qui ipsum non tetigerunt, nihil quicquam ad id contulisse. Quod si igitur priores æque ac posteriores manus ab eo abstinuissent, omnis ejus adventus inanis & frustraneus evasisset. Quamobrem omnino contrario modo sermonem concipere oportet, ac dicere: Ii qui voluntatem ipsius exequuti sunt, & quorum per manus stabilitum fuit consilium ejus, pro

הרשעי׳ יען אשר לא נזדרזו
לעשות ולגמור עצתו כדי להוציא
בני האדם מגיהנם : ודבר תימא
הוא שאתם קוראי׳ לאילו שתלאוהו
רשעים ופושעים : והלא אביו
ובנו עשו כדכתי׳ חרב עורי על
רועי ועל גבר עמיתי הך הרועה
ותפוצינה הצאן וגו׳ והם מפרשי׳
בישו כאשר אבאר במקומו
בנבואות זכריהו : ועוד מה עניין
ישו או רמז כל תולדותיו בזה
המזמור: לכך חכמי׳ ישכילו ויבינו
כי כל דבריהם בידוי וכזבי׳ ואין
בהם ממש : ומזמור זה דוד אומ
אומרו על כל אנשים לאלפם
ולהדריכם בדרך הישר והאמת
ולהתרחק מדרכי רעים שלא טובים:

justis prædicandi : illi vero, qui ipsum non tetigerunt, pro nequam hominibus habendi, quia minime solertes se præbuerunt, ad perficiendum & adimplendum consilium ejus de liberandis hominibus ex inferno. Est proinde mirum, quod illi qui ipsum suspenderunt, impii & scelerati apud vos audiunt : & annon Patris ac Filii hæc vox fuit, (quæ Zachar. 13, 7. memoriæ prodita est:) *Gladie evigila contra pastorem meum, & contra virum proximum meum; percute pastorem & dispergentur oves.* Ipsiq; adeo verba hæc Prophetæ de Jesu explicant, prout suo loco in Zacharia indicabo. Porro, ecquod negotii de Jesu, ejusque nativitatis in hoc Psalmo indicium ? Hinc facile colligent comprehendentque Sapientes, omnia illorum verba mera mendacia esse, confictosq; dolos, nec sani quid continere. Cæterum Psalmo hoc David omnes homines compellat, ut eos erudiat, & in viam rectam ac veram perducat, abstrahatq; a viis malis perversisque.

יי׳ אמר אלי בני אתה אני
היום ילדתיך : פסוק זה פותרין
ואומרי׳ על התלוי : תשובה: והלא
במעשה בראשית כתי׳ נעשה אדם
ופותרין אותו שהאב אמר לבנו
נחנו שנינו נעשה אדם : ואם
היה נולד מאז ונולד גם היום
נמצא שהוא נולד פעמיים : ועוד
תשיב לו : אם הם ג׳ כינויים
והכל אחד א״כ כשנלוד הבן נולד
גם האב בבת אחת נולדו שניהם

Dominus dixit mihi, filius meus es, *Psal. II, 7.*
ego hodie genui te. Hunc locum de Crucifixo accipiunt exponuntque. Respondendum: Annon in historia creationis (Gen. 1, 26.) scriptum : *Faciamus hominem*; idque sic ipsi explicant, quasi dixerit Pater Filio: Nos ambo faciemus hominem. Quod si igitur jam tum natus erat, & natus est quoque hodie, consequitur bis ipsum natum fuisse. Amplius respondendum. Si in Divinis tres tantum sunt diversæ denominationes, & quoad cætera pura identitas, utique cum nasceretur filius

כי אין בהם פירוד : וא״כ איזה מהם קורא לחבירו בני : ואיזה נקרא אב והלא לא קדם זה לזה אפי׳ כחוט השערה : ועל כורחך אתה צריך לומר שהאב היה קודם לבן ימי׳ רבים שהאב היה ערירי ויחיד בלא בן : ועוד נמצא שהבן נולד פעמים כאשר הוכחתי לפי דבריך : ועוד אשאלך השיביני : אתה אומר שהבן נוצר ממעי מריא ט תודיעני אם האב ורוח הטומאה היו בבטן עם הבן : או הבן לבדו את הבן בלבד : הלא דבריך מכחישין זה את זה שהרי אתה אומר שאין נפרדין זה מזה לעולם : ואם תאמר שהיו שלושתן בבטן וגדלו שם : אם כן היו גם כן שלושתן בארץ עם בני האדם ונתלו שלושתן : ומי היה בשמים כל אותו הימי׳ מאחר שאין נפרדי׳ : ועוד מי היה מנהיג את העולם אותן ג׳ ימים שהיו קבורי׳ ואין אחד מהם לא בשמים ולא בארץ : אלא כל חכם לב יוכל להבין שאין ממשות בדבריהם :

filius, natus quoqne fuit pater, eadēq; vice ambo editi fuerunt, cum ſeparationem non agnoſcant. Quæ, ſi ita ſunt, ecquis ex iis, alterum, filii nomine compellare poteſt? ecquis item illorum pater vocabitur? cum neuter alterum ne latum pilum quidem anteverterit. Proinde velint nolint, neceſſe eſt fateantur Adverſarii, patrem filio priorem fuiſſe longo tempore, ac ſolum unicumque degiſſe ſine filio. Oportet quoque fateantur bis natum fuiſſe filium, ceu ex eorundem verbis id evici. Amplius quæram aliquid ex te (*mi Chriſtiane* :) Agedum reſponde mihi. Tu affirmas filium natum eſſe ex viſceribus Mariæ; dic dum igitur num pater & ſpiritus immundus, juxta cum filio, an vero ſolus filius in ventre delituerint? Si dicas ſolum ibi fuiſſe filium, quæſo annon ipſa ſe mutuo deſtruunt verba tua? cum contendas Divinitatis perſonas nulla unquam ratione a ſe invicem poſſe divelli. Quod ſi dicas tres in utero extitiſſe, atque ibi fuiſſe nutritos; neceſſe eſt concedas, quod etiam tres cum hominibus verſati ſint, ac tres fuerint ſuſpenſi. Quis vero toto illo tempore in cœlis erat? quoniam diviſionem nullam admittunt. Quis item per id triduum quo ſepulti erant, orbem gubernabat, cum nemo ex iis aut in cœlo, aut in terra degeret? Nimirum quisque, cui cor ſapit, intelligere poteſt fundamento carere illorum verba.

Pſ. III, 4. ואתה יי׳ מגן בעדי וגו׳ : א אומרי׳ המינים זה המזמור ישו אומרו כשנתפש ונשפט : תשובתו

At tu Domine clypeus es circa me &c. Dicunt Infideles, hunc Pſalmum Jeſum recitaſſe, cum caperetur, ac duceretur in judicium. Reſponſio

בצידו: ואיך הגין עליו והלא נתלה
קולי אל יי׳ אקרא ויענני והא כ
כתי׳ אלי אלי למה עזבתני רחוק
מישועתי דברי שאגתי אלהי אקרא
יומם ולא תענה: והם גם כן
אומרים שישו אמר מזמור זה כש
כשנתפס ונתלה: והנה נמצא
שדבריה׳ סותרי׳ זה את זה באן אמר
ויענני וכאן הוא אומר ולא תענה
ואומר אני שכבתי ואישנה: על אלוה
ישן היה מהתל אליהו ואמר אולי
ישן הוא ויקץ: ליי׳ הישוע וגו׳
על מה אמר ישו כן וכי מה ישועה
נעשה לו: אלא דוד אמר זה ש
המזמור על שהצילו הקב״ה מיד א
אבשלום בנו כשהיה רודפו ותחילת
המזמור מעיד על זאת:

ſponſio habetur adjecta. Quomodo enim ipſum protexit? &, annon fuit ſuspenſus? Hic quidē loci dicitur: *Voce mea ad Dominum clamo, & reſpondit, mihi.* At legitur alibi (Pſ. 22, 2.) *Deus mi, Deus mi, quare dereliquiſti me, longinquus a ſalute mea, a verbis rugitus mei? Deus mi, clamo per diem, & non exaudis.* Atque eundem hunc Pſalmum ajunt Jeſum recitaſſe, cum caperetur & ſuspenderetur. Sic ergo plane verba ipſorum ſecum invicem pugnant: nam in priore loco dicitur: *& reſpondit mihi.* Poſtremo vero loco dicitur: *Et non exaudis.* Amplius (in Pſ. 3, 6.) ſcriptum eſt: *Ego cubui & dormivi.* Atqui dormientē Deum ridet Elias, (1. Reg. 18, 27.) inquiens: *Fortaſſis dormit, ut evigilet.* (Pergit David:) *Domini eſt ſalus &c.* Quare hæc Jeſus pronunciavit? &, ecquæ ſalus ei obvenit? Scilicet David hunc Pſalmum compoſuit, quia Deus ipſum eripuit ex manu Abſalomis filii ſui, cum ab eo pateretur perſecutionem, cujus rei argumentum præbet ipſum Pſalmi initium.

ודעו כי הפלא יי׳ חסיד לו:
כתוב בספר טעותם קדוש לו:
פותרין אותו בישו: תשובתו בצידו:
יי׳ ישמע בקראי אליו: והנה ש
הכתובי׳ מכחישין זה את זה ש
דכתי׳ אלהי אקרא יומם ולא ש
תענה כאשר פרשתי למעלה: וכתי׳
בשלום יחדיו אשכבה ואישן: וזהו
שאמר אליהו אולי ישן הוא ויקץ
ואומר נתת שמחה בלבי: ואם
אלוה הוא מי נתן שמחה בלבו:

Et ſcitote quod Dominus mirifice agit cum pio ſuo. Pſ. IV. 4. Liber errorum eorundem pro *pio*, habet *ſanctum*, quem Jeſum interpretantur. Reſponſio habetur adjecta. Sequitur enim: *Dominus exaudiet cum clamavero ad eum.* Atque ecce, contrariis utuntur Scripturæ teſtimoniis, dum ad eum applicant quoq; illud (Pſ 22, 2.) *Deus mi clamo per diem & non exaudis,* ceu paulo ante expoſui. (Pergit David Pſ. 4, 9.) *In pace pariter accubabo & dormiam.* Nempe hoc eſt quod ait E-

 lias

היה לו לומר שמחתי בלבי ונתתי
להם תירוש ויצהר : זבחו זבחי
צדק ; אם על עצמו אמר כן ולמה
קראם רשעים וחטאי' בתחילת
הספר לאותן שהרגוהו והלא הוא
בעצמו ציוה לעשות כן :

lias (1. Reg. 18, 27.) *Fortassis dormit, ut evigilet.* Dicitur quoque (Pſ. 4, 8.) *Dedisti lætitiam in corde meo.* Quod si Deus eſt, quis cordi ejus indidit lætitiam? Sic potius concipienda erant verba: *Lætatus ſum corde meo, & dedi illis muſtum ac oleum.* (Denique dicitur v. 6.) *Sacrificate ſacrificia juſtitiæ.* Si hæc de ſeipſo loquitur, quare in principio libri, eos ſceleſtos & impios vocat, qui ipſum occiderant, annon enim juſſit, ut id fieret?

Pſ. XIIX, 1.

למנצח לעבד יי' לדוד: פותרי'
המינים זהו קרישטוס ; ביום אשר
הציל יי' אותו מכף כל אויביו ;
אומרי' כשעמד ישו מקברו והצילו
מאויביו היהודי' שהיו שומרי' אותו
בקבר שלא ימלט מהם ; ומכף
שאול ; זהו השטן ; אלהי צורי א
אחסה בו זהו אביו : בצר לי א
אקרא יי' : כל זה אמר ישו לא
לאביו ; ותגעש ותרעש הארץ כל
יושבי הארץ רעשו אומרי' בביאת
ישו ; ויראו אפיקי ים יגלו גום
מוסדורת תבל אומרי' אילו את
האפושטלוש אשר נגלו בעולם
לספפר דברי ישו ואמונתו וכן פותרין
כל המזמור מקצתו בישו ומקצתו
בגלישייא ; תשובה : מה ראייה יש
להם לומר שדוד זה שכתוב כאן
שזהו ישו ובוודאי כאן אינו ישו
כי אם דוד ממש הוא : בלשון גלחים
אומר ארחמך אלהי' חזקי ; הרי
כאן שניים המחזיק והמוחזק ; ואתה
אומר כי ישו ואביו אחד הוא ואת

Magiſtro Symphoniæ, ſervi Domini Davidis. Infideles hunc Chriſtum interpretantur. *In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum.* Ipſi exponunt: Cum Jeſus reſurgeret ex ſepulchro liberatusque fuit ab inimicis ſuis Judæis, qui cuſtodiebant ſepulchrum ne auferretur. *Et de manu Saulis*: hoc eſt Satanæ. *Deus fortitudo mea, ſperabo in eum.* Patrem ejus intelligunt. *In anguſtia mea invocabo Dominum.* Volunt his Jeſum patrem ſuum alloquutum eſſe. *Tum commota eſt & contremuit terra, omnes habitatores terræ tremuerunt.* Perhibent id factum eſſe tempore adventus Jeſu. *Et apparuerunt profunda aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis habitabilis.* Ajunt his Apoſtolos ſignificari, qui orbi revelarunt librum dictorum Jeſu, ſacrorumque ejus: atque ſic totum fere Pſalmum explicant, partim illum ad Jeſum, partim ad Eccleſiam accommodando. Reſpondendum. Quæ ratio fingi poteſt, Davidem, cujus hic fit mentio, eſſe Jeſum? utique neutiquam ad Je-

ſum

האנושית שהיה בישו הוא אומר: כן על שהחזיקו והעלה אותו מן הקבר: ואם גלמו של ישו אלוה הוא אז בעצמו היה לו להתחזק ולעמוד ואם איננו אלוה וגלמו דומה לגולם שאר בני אדם אלא שרוח אביו נזרקה בו לבא בארץ לפדות את הנפשות מגי הנם אם כן גולם זה של ישו לא היה לא ראוי להעלות יותר משאר גולמי בני אדם והנה כשהרוח פרח מן הגולם אז היה ראוי להיות עפר כשאר גולמי הנביאים: ואם תאמר והרי גולמי אליהו וחנוך לא שבו אל העפר: יש להשיב לפי שהם לא טעמו טעם מיתה: אבל ישו שטעם טעם מיתה אין הגוף גם נמלט ונפטר שלא תשוב אל העפר ואם תאמר הוא יותר נכבד גם משאר אנשים קדושים שהיה בהם רוח הקדש: ויש לו להשיב מאחר שהיה בדעתו לעלות עם הבשר אז היה לו לעלות בגלוי לעיני ש השומרים ולעיני העם למען יאמינו בו: והוא לא עשה כן כי לא ראה אותו איש אחד בעלותו כ״א חריא מגדלינא: וא״ת זהו כדי ליתן גם שכר טוב למאמיניו שאע״פי שלא ראו האמינו על פי הנביאים גם שנבאו עליו כבר: א״כ בחייו למה

ſum, ſed ſimpliciter ad Davidem attinent. Ait autem: *Diligam te Domine fortitudo mea.* Ecce duo ſignificantur, agens nimirum, & patiens, tu vero dicis Jeſum, patremque ejus unum eſſe. Quod ſi dicas, humanitatem quæ in Jeſu erat iſta dixiſſe, quia illam ſuſtentavit, atque e ſepulchro eduxit. Enim vero, ſi corpus Jeſu Deus eſt, ſeipſum ſuſtentare & reſurgere debebat: Quod ſi Deus non eſt, ſed reliquorum humanorum corporum inſtar ſe habet, niſi quod Spiritus patris ejus illi fuit inditus, ut in terram veniret atque animas ex gehenna liberaret, tum quidem nulla cauſa erat, ut corpus Jeſu magis ſuſcitaretur, quam corpora reliquorum hominum; ſed poſtquam receſſit ab eo Spiritus, debebat in pulverem converti, in modum reliquorum corporum propheticorum. Quod ſi dicat Adverſarius. Atqui Eliæ & Hanochi corpora non mutata fuerunt in pulverem. Reſpondendum, ideo hoc eveniſſe, quia mortem non deguſtarunt. At, cum Jeſus mortem guſtaverit, nequaquam corpus ejus liberum & immune fuit a corruptione. Si excipiat Adverſarius, fuiſſe ipſum longe excellentiorem aliis ſanctis hominibus, qui Spiritu Sancto præditi erant. Reſpondendum: Quia illi propoſitum erat, reſurgere cum carne, palam hoc facere debebat, cuſtodibus populoque id ſpectantibus, ut in eum crederent. At, iſtud minime præſtitit, nec enim quiſquam mortalium ipſum reſurgentem vidit, præter ſolam Mariam Magdalenam. Si porro excipiat Adverſarius: Id eapropter ſic

עשה האותות : והנה אף לפי בנ
דבריך ישו בעצמו עשה מה שאין*
מאמיני' בו לפי שלא ראוהו ע
עולה מן הארץ לשמים : לכן א
אנשי לבב שמעו כי אין ממשות
בדבריהם : וכן כל הפסוקים
הללו אין אתה יכול לפרש אלא
בשתי רשויות כי וודאי הגוף לא
נמלט מקללת אדם : עוד חוזר
ומספר לנו ירידתו וישת חשך ס
סתרו סביבותיו סוכו : מי ראה
את זה והלא כל בני אדם היו
מסתכלי' בו כמו באדם אחר :
ויראו אפיקי מים שפותרין אב
באפושטלוס:תשובה:כן דברת:והיינו
דכתי' מגערתך יי' וגו' כי חמתו
של הקב"ה היה : ואת כן ר"ל שא
האפושטלוס יורו לעמי' דברי ישו
וגערתו אכ"ג גערת יי' היה לו ל
לומר : מאי מגערתך : הא אין לך
לומר אלא כמו שפרשתי : וכן ו
ויראו אפיקי מים מגערתך יי'
ישלח ממרום יקחני וגו' אם ש
האפושטלוס אמרו מכאן ואלך
יקחנו היה לו לומר : ואם ישו ע
בעצמו אמרו נמצאת אומר שלא
היה בידו יכולת להציל את עצמו
כדכתי' יקחני ימשני :

* Fortasse שאתם

contigisse ut tanto majus præmium largiretur in se credentibus, utpote fidem quoque habentibus Prophetis qui pridem de eo sunt vaticinati. Hæc si ita sunt, quare vivus edidit miracula? Atque ecce ex propriis tuis verbis consequitur solitarium fecisse Jesum quod creditis, neq; enim quisquam eum vidit e terris in cœlum ascendentem. Quamobrem omnes qui sapitis, agnoscite, nihil veri inesse verbis illorum. Sed enim omnia ista dicta Psalmi aliter salvari nequeunt, nisi duæ fingantur summæ potestates, nam corpus utique a maledictione Adami non fuit exemtum. Cæterum de descensu illius(*in terram*) dicitur (v. 12.) *Posuit tenebras latibulum suum : in circuitibus ejus tabernaculum ejus*. Quis vero hoc unquam intuitus est, & annon omnibus mortalibus ita visus fuit ceu homo alius? (Sequitur v. 16.) *Et apparuerunt profunda aquarum* Hoc de Apostolis accipiunt. Respondendum: Dixisti recte : sed perpendite quod succedit:*propter increpationem tuam Domine &c.* Fuit igitur Deus illis iratus. Si vero contendat Adversarius, id significari, Apostolos docuisse gentes verba Jesu, ejusque comminationes. At, si is sensus, *tum increpationem Domini*, dici oportebat: nunc, quoniam, *propter increpationem tuam*, habetur in Psalmo, non alia afferri potest interpretatio, præter eam, quam dedi. Amplius urgere licet; cum dicatur, *Et apparuerunt profunda aquarum propter increpationem tuã o Domine. Misit de summo apprehendit me &c.* Si de Apostolis sermo, *apprehendit eos*, dici debebat: Si autem Jesus de seipso hoc pronunciavit, relinquitur non potuisse illum sese liberare, cum dicatur: *Apprehendit me, traxit me.*

מזמור זה פותרין המינים על י
האפושטלוס : השמים מספרים ;
אילו האפושטלוס שספרו מעשה
ישו לבני אדם : יום ליום יביע
אומר ; בכל יום היו הנביאי' מ
מתנבאי' על ישו ועל ביאתו ואין
שומע לקולם : ולשמש שם אהל
בהם כתוב כספריהם וכשמש*: זהו
ישו אשר חריא נעשית אהלו כאשר
היה עובר במיעיה והוא ישו כחתן
יוצא וגו' ובכן כל חכם לב יבין
וישכיל שאין ממש בכל דבריהם ;
ואינו אלא דברי בידוי וכזב ומ
ומהפכין דברי תורה ועליהם אמר
ישעיהו הוי המעמיקי' על יי' לסתר
עצה וגו' כי מה עניין ישו ולא א
אזכרתו בכל זה המזמור הלא ג"כ
יכולין לפרש כל אומה ואומה
ולשון את הדברי' האלה על א
האליוהות שלהם ; וגם מה ש
שמפרשי' כאן כי כל הנביאי' נ
נבאו עליו בכל יום ; ואומר אני
אדרבה כי כל הנביאי' אמרו שלא
לשמוע לו : משה רבינו אמר כי
יסתך אחיך בן אמך ; וכי בן אם
מסית ולא בן אב ; אלא שהוא
ישו שעתיד יבא . ויאמר שהוא בן
אם ולא בן אב ; בלעם אומר
אוי מי יחיה משומו אל אוי לאותן
שיחיו כשיבא אותו איש שישים

Psalmū XIX. Infideles de Apostolis explicant hoc modo : *Cæli enarrant* : hoc est : Apostoli, qui recensuerunt mortalibus facta Jesu. *Dies diei eructat sermonem.* Quotidie vaticinati sunt Prophetæ de Jesu, ejusque adventu, sed non est, qui ad voces illorum attendat. *Soli posuit tabernaculū in ipsis.* Ipsi transtulerunt, *Et in Sole* : dicuntque Jesum significari, cujus tentorium facta sit Maria, cum conceptus esset intra viscera ejus, atque Jesum prodiisse deinde tanquam sponsum &c. Cæterum, quisque cui cor sapit, facile agnoscit, nihil sani inesse, verbis ipsorum, sunt enim mera mendacia confictique doli, ac pervertunt verba divinæ Legis. Vere ad eos pertinet dictum Esaiæ (29,15.) *Væ abdentibus in profundum a Domino consilium, &c.* Quid enim ista ad Jesum? cujus nulla in universo hoc Psalmo mentio. Annon pari ratione quæque gens & natio verba illa de suis Numinibus interpretari potest? Quod vero asserunt, omnes Prophetas de eo quotidie vaticinatos esse, ego potius contra dixerim, omnes Prophetas graviter dehortatos esse, ne quis ei morem gerat. Namq; Moses Magister noster (Deut. 13, 6.) ait : *Si clam incitet te frater tuus, filius matris tuæ.* An vero filius matris tantum incitat, & non filius patris? Nimirum Jesus innuitur, qui olim proditurus erat, dicturusque, se esse filium tantum matris, minime autem patris. Bileam (Num. 24,23.) ait : *Eheu quis vivet ex quo disposuerit se Deum.* (Hoc est:) Væ illis qui tum victuri sunt, cum veniet, vir ille qui constituet

* Ex Munstero ad hunc Ps. lege ובשמש

את עצמו אלוה׳ ויטעה את הבריות
אחריו וזה היה ישו : ירמיה אמר
ארור הגבר אשר יבטח באדם
וזהו ישו שחרי בכל עון גיליון הוא
נקרא בן אדם : ישעיה אמר עיני
גבהות אדם שפל וגומר עד ב
ונשגב יי׳ צבאות לבדו ביום ההוא
ואין הכתוב מדבר אלא בישו שג
שעשה את עצמו רם וגבוה על כל
האנשי׳ ועשה עצמו אלוה : דוד
אמר אל תבטחו בנדיבי׳ אילו ע
הקדישים : בבן אדם שאין לו תשועה :
זהו ישו הנקרא בן אדם : הרי מ
מצינו שכל הנביאים סותרי׳ את
מעשה ישו : וגם אתה ראה
והבן משמעות המקרא לפי פירושו
איך יתכן שבדבריהם שאומרי׳
שבאפושטלוס המזמור מדבר אב
הרי מה שהוא אומר מספרי׳ כמו
כן היה לו לומר מגידי׳ : ומה ש
*Lego ובשמש — שכתוב וכשמש * שם אוהל בהם
זהו ירונימוס קרא עליו תגר בב
ברומי ואמר אני וחבירי׳ טרחנו
וכתבנו לשון העברי ללשון לטיי
ולא שניתי בו דבר : והנה קמו
אחריו וכתבו ומהפכין הכל : ואם
יאמר כי לסוף באו האחרוני׳ וכתבו
לפי המשמעות לפי לשון התיבות
וסוף סוף בין כך ובין כך אין ב

ſtituet ſeipſum Deum,& mortales ad ſe pelliciet, isque fuit Jeſus. Jeremias (17,5.) ait: *Maledictus vir ille qui fiduciam habet in homine.* Hæc Jeſum reſpiciunt, quippe qui in toto Evangelio vocatur filius hominis. Eſaias (2,11.) ait: *Oculis altis homo demittetur &c. editusq; erit Dominus ſolus die illa.* Haud de alio loquitur Propheta quam de Jeſu, qui ſeipſum ſupra omnes homines inſigniter extulit, Deumque ſe effinxit. David (Pſal. 146,3.) ait: *Ne fiduciam habetote in ingenuis*: iſtis, cinædi, *(qui Sancti ipſis audiunt)* ſignificantur. (Quod ſequitur,) *in filio hominis penes quem nulla eſt ſalus*, Jeſum innuit, qui vocatus eſt filius hominis. Ecce, deprehendimus, omnes Prophetas res Jeſu deſtruxiſſe. Simul vides, agnoſcisque, verum Scripturæ ſenſum ex noſtra interpretatione, nec fieri poſſe ut illorum aſſertio obtineat, qui contendunt Pſalmum de Apoſtolis loqui, nam ſic non *enarrant*, ſed *indicant*, dici debuiſſet. Quod vero vertunt: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum* (prorſus eſt intolerabile) Hieronymus quidem qui translationem Romæ elucubratus eſt, ſerio teſtatur inquiens: Ego & ſocii mei multo cum labore Hebraica ſermone Latino expreſſimus, nec verbum ullum immutavimus. At prodierunt alii poſt ipſum, qui omnia perverterunt. Quod ſi regerat Adverſarius, tandem novos ſuperveniſſe Interpretes, qui ſenſum literalem fideliter expreſſerint; nihilo minus certum manet, nihil illos habere præter ineptias, & verſiones hominum inſcitiſſimorum, qui pro ignorantia ſua perverterunt voces, eaque repræſentant,

בידם כי אם הבל מעשה תעתועי׳ ולפי טיעותם הפכו התיבות ופירשו דבר אשר לא דיבר יי׳ :
ועוד וכי הם יכולין לומר כי ממעי אמו אשר שם שם אהלו יצא כחתן יוצא מחופתו וכגיבור ישיש לרוץ אורח הלא מלוכלך ומטונף יצא ומושכב בעריסו כשאר ילדים כי לדבריהם הא בוודאי כך היה לו לעשות לצאת ממעי אמו ולרוץ ברחוב וליגדל לפי שעה להיות איש ושלא יצטרך עוד לאמו כי אז כל רואיו יכירו אותו ויאמינו בו :
והנה נא ידענו כי לא כחתן יצא ועוד מעי אמו איך אתה יוכל לקרות אוהל הא אין קרוי אוהל אלא דבר שמאהיל למעלה ולא למטה כרכתי׳ לאהל על המשכן וכדרך כל אוהלים שמאהילי׳ למעלה מאדם ולא למטה ממנו ולא מתחתיו וישו כשהיה במעי אמו רחם אמו שיבבו בין מלמעלה ובין מלמטה מתחתיו והוא היה כרוך בשיליא מראשו ועד רגליו ואומר מקצה השמים מוצאו ותקופתו וגו׳ אין תקופה בלשון לטיין דקורשום איוש כמו מרוצתו :
והנה זאת ראינו כי אין אלוהותו אלא במיעוט עם : ותדע כי בשביל כך אמר דוד יראת יי׳ טהורה

tant quæ Deus minime eſt elocutus. Porro, quomodo dicere ipſi ſuſtinent, eum ex viſceribus matris ſuæ, ubi tentorium fixerat, egreſſum eſſe tanquam ſponſum prodeuntem e thalamo ſuo, & lætatum fuiſſe tanquam robuſtum qui decurſurus viam. Annon enim inquinatus & ſordidatus prodiit, & in lectulum fuit repoſitus, more aliorum infantum? Enim vero, utique æquū erat, facere ipſum, quod ex verbis illorum conſequitur. Hoc eſt, debebat poſtquam prodiit ex utero matris, curſitare per plateas, & intra horæ ſpatium in virum excreſcere, nec matris opera uti: tum omnes ipſum intuentes animadverſa re inſolita in ipſum credidiſſent. Verum, ſcimus, eum minime ſponſi habitu prodiiſſe. Amplius, qua ratione uterum matris ejus tentorium vocare licet? Namque tentorium illud tantum vocatur, quod ſuperne tegit, neutiquam autem infra: unde (Ex. 36, 14.) legitur: *Ad tentorium ſuper tabernaculum:* atque ſic omnia tentoria homines non niſi deſuper obtegunt, neutiquam vero in ima parte & ſubter pedes. At Jeſus cum eſſet intra viſcera matris, ibi uterus eum undiquaque circumdabat, eratque involutus ſecundinis a capite usque ad calces. Subjungit deinde David: *Ab extremitate cælorum exortus ejus, & reſolutio ejus.* Vox תקיפה Latine non proprie notat, *occurſum ejus*, (ceu vertit illorum Interpres) nam, id potius verbo מרוצות indicaretur. Cæterum, videmus Divinitatem ejus tantum a paucis gentibus eſſe admiſſam. Denique notabis, dixiſſe

Davi-

עומדת לעד ולא אמרת ישו שאינה טהורה לפי שממקום הטינופות באה :

Ps.XXXI 2. יי' בעזך ישמח מלך ; פותרין המינין מזמור זה על אביו של ישו על אשר המשיל את ישו בעולם : ומלך זהו ישו : תשובה : בעזך יי' ישמח מלך : שומע אני כי העוז ליי' הוא ולא לישו ; מדלא כתוב בעזך תשמח מלך כי אז הייתי א אומר כי יי' ומלך שנזכר כאן אחד הוא כי ישמח באחד * משמע אשר איננו יי' תאות לבו נתת לו ארשת שפתיו בל מנערת : על אלוהות ש שבו אתה יכול לומר דא"כ נמצאת אומר כי שני אלוהות יש והאחד נתן לשני ואם על אישורת שבו נאמר ר"ל מנשהייט הנה ראינו כי לו * כן היה כי כמה פעמים התפלל על נפשו ועל הצלתו ולא נענה כדכתיב במזמור שמעה יי' צדק פלטה נפשי מרשע חרבך : וגם במזמור הסמוך לו נאמר ואתה יי' אל תרחק איולתי לעזרתי חושה הצילה מחרב נפשי מיד כלב יחידתי ; הנה ראינו כי ארשת שפתיו נמנע ממנו ולא נתן לו תא

*Lege באחר

* Lege לא

Davidem (v. 10.) graviter: *Reverentia Domini munda, consistens in sempiternum*: at ita non se habet eloquium Jesu, quod impurum est, cum ex loco immundo prodierit.

Domine in robore tuo lætatur Rex. Psalmum hunc Infideles de Patre Jesu exponunt, qui Jesum rectorem constituerit hujus universi, itaque per Regem, Jesum intelligunt. Respondendum: (Signanter dicitur:) *In robore tuo lætatur Rex.* Hinc igitur intelligimus, Deo robur competere, non vero Jesu. Nempe si scriptum fuisset: (Domine,) *In robore tuo lætaberis o Rex*, tum quidem dixissem, *Dominum* & *Regem*, quorum hic mentio fit, unum esse. Nunc vero, cum *lætatur*, scriptum sit, ad alium id pertinere significatur, qui minime Deus est. (Sequitur:) *Desiderium animi ejus das ei, pronunciatum labiorum ejus non avertens.* Quod si ad Divinitatem ejus ista applices, consequens est duo extare Numina, quorum unum alteri quid largitur. Si vero de Humanitate quæ Germanice Menschheit dicitur, hæc accipias, in confesso est, rem ita non se habere, sæpe enim vitam & liberationem oravit, nec fuit exauditus. Nam Ps. 17, 13. loquens introducitur: *Eripe animam meam ab impio qui est gladius tuus.* Item Psalmo 22. 20. seq. *Tu Domine ne elonges te, fortitudo mea ad auxilium meum festina. Erue a gladio animam meam, e manu canis unicam meam.* Ecce, videmus, avertisse Dominum pronunciatum labiorum ejus, nec dedisse ei desiderium animæ ejus. Psalmo quoque

תאות נפשו : ובמזמור בך יי' גם
חסיתי כתי' כי שמעתי דבת רבים
לקחת נפשי זממו בידך עיתותי ג
הצילני מיד אויבי ומרודפי והוא
לא נוצל מחרב ומיד אויביו אשר
רדפוהו לקחת נפשו : חיים שאל
ממך נתת לו אם באלוהותו זא
נאמר לדבריך מי נתן לו והלא
הם אומרי' כי אלהים בראשית
הוא : ואם על אישות שלו נאמר
הנה ראינו כי אורך ימיו לא נתן
לא כי לא חיה חצי ימיו כי ימי גם
שנות האדם ע' שנה נאמר והוא
לא חיה כי אם לב״ שנים ואין
אדם יכול לומר שלא מת ישו כי
כל עיקר אמונתם שזהו שאומרים
כי ישו טעם טעם מיתה בגם
בשבילם :

31,14. 16. ajunt ipsū dixisse: *Quoniam audivi vituperationem multorum: ut caperent animam meam cogitabant. In manu tua sunt tempora mea: erue me a manu inimicorum meorum, & a persequentibus me.* At, ipse non liberatus fuit a gladio, & ex manu inimicorum suorum, qui illum persequebantur, ad capiendum animam ejus. Sequitur (in Psal. 21.) *Vitam petiit abs te, dedisti ei.* Si de Divinitate hæc capienda, ecquis est ille dator? annon enim fatentur, Deum ab æterno esse? Sed, si humanitatem ista respiciunt, patet, non datam ei fuisse longitudinem dierum, nec enim dimidium ætatis humanæ implevit. Quippe, Psal. 90. dicitur, annos vitæ humanæ ad septuaginta se porrigere, ipse autem tantum duos & triginta superstes fuit, neque fas est cuiquam dicere, non mortuum fuisse Jesum, totum enim fundamentnm fidei ipsorum in eo consistit, quod asserunt Jesum illorum gratia vere mortuum esse.

אלי אלי למה עזבתני רחוק
מישועתי דברי שאגתי : פותרין ג
המיני' מזמור זה ישו אמרו בעת
תלייתו: ובספריהם אלי אלי פוקדיני
למה עזבתני ויש כב״ כתוב בספרי
המיני' אלי אלי ראה אותי למה
עזבתני רחוק מישועתי דברי חטאתי:
והנך רואה כי ישו בעצמו מודה גם
שהוא חוטא ואיך תאמר כי אלהים
הוא : גם נמצא שישו היה גם

Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me, longinquus a salute mea, a verbis rugitus mei? Perhibent Infideles hunc Psalmum Jesum recitasse, cum cruci esset affixus. Ipsorumq; Interpres verba initialia transtulit: *Deus meus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti?* Sic quoq; legunt libri hæreticorū: *Deus mi, Deus mi, aspice me, quare dereliquisti me? longinquus a salute mea, a verbis peccatorum meorum.* Enim vero, ecce tibi, quod Jesus ipse fatetur se peccatorem esse, quomodo igitur Deum fuisse asseritis? Apparet quoque Jesum lamentatum esse, quod a Deo de-

sera-

מתלונן על מה שעזבו אלהים ואכ״
לא היה צדיק כי כן אמר קוהלת* דוד
לא ראיתי צדיק נעזב וזרעו מבקש
לחם :

* Lege דוד

ſeratur. Quæ ſi ita ſunt, neutiquam vir juſtus fuit, nam ſic Pſalmo 37, 25. dicitur: *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.*

תקשה למיני׳ : האומרי׳ כי ישו
בא לפדות את העולם במיתתו
למה צעק לישועה ; וכי שכח למה
בא לעולם או אם כשהרגיש ב
הצרות ניחם ונתחרט ;

Vrge Infideles, qui contendunt, Jeſum ideo veniſſe, ut morte ſua orbem redimeret, cauſam dicant, quare opem implorarit? Anne enim oblivioni tradiderat, cur veniſſet? aut, anne cum dolores perſentiſceret, conſilii eum piguit pœnituitque?

אלי אלי למה עזבתני: אומרים
המינים שתי רשויות האב והרוח
ולכן צעק ישו בעת תלייתו אלי א
אלי ; והוא מבואר לפנים אכ״ ל
רשע היה כיון שנעזב שנ׳ כי לא
ראיתי צדיק נעזב וגו׳ ומשל ה
הדיוט הוא מדת שאין הקב״ה חפץ
בו ועזבו אז השדים לוקחי׳ אותו:
אנכי תולעת ולא איש אומרי׳ שזה
אמר מרוב ענוה ; כי אתה גוחי מ
מבטן ; מחריא אמי : סבבוני פרים
רבים : היהודי׳ ששפטוהו : כארי ידי
ורגלי ; בספריהם כתוב פודירונט
ידי ורגלי ואומרים שזהו המסמרות
שהידה מסומר בידיו ורגליו לשתי
וערב כשנתלה: ויש להשיב כי דבר זה
לא היה בישראל לתחוב המסמרות
ברגלי׳ וידים של בני אדם ה
הנסקלי׳ או הנתלין ; אספר כל
עצמותי : בספריהם כתוב ספרו

Deus mi, Deus mi, quare dereliquiſti me? Dicunt Infideles duo diſtincta principia eſſe, patrem, & ſpiritum, ideoque Jeſum in cruce pendentem bis inclamaſſe: *Deus mi, Deus mi.* De veritate aſſertionis poſtea agetur. Nunc, ut eam tantiſper concedamus, ſaltem hoc conſequitur, ſceleſtum fuiſſe, quia deſerebatur. Nam (Pſal. 37, 25.) ſcriptum, *Non vidi juſtum derelictum &c.* At, in vulgus notum eſt, illud, quod Deus ſpernit, ac derelinquit, ſibi dæmonas capere. (Succedit in Pſal. 22, 7.) *Ego ſum vermis & non vir.* Volunt Chriſtum hoc præ modeſtia dixiſſe. *Tu es, qui eduxiſti me ex utero.* Nempe Mariæ matris meæ. *Circumdant me juvenci multi:* Judæi puta, qui illum condemnarunt. *Tanquã leo manus meas & pedes meos.* Ipſorum translatio habet: *Foderunt manus meas. & pedes meos*: dicuntque iſtis verbis ſignificari clavos quibus manus & pedes ejus cruci fuerunt affixi, cum ſuſpenderetur. Licet reſpondere, neutiquam more fuiſſe receptum inter Judæos, ut eorum qui lapidationis aut ſuſpenſionis

כל עצמי : יחלקו בגדי להם :
פותרין כשתלאוהו חלקו בגדיו ב
ביניהם : אכלו וישתחוו כל דושני
ארץ לפניו יכרעו יורדי עפר וגם
ונפשו לא חייה זרע יעבדנו יסופר
ליי׳ לדור ויבאו ויגידו צדקתו ל
לעם נולד כי עשה אילו הפסוקי׳
כתובות בספריהם בע״ג : לפניו
יכרעו כל אשר ירדו בעפר : וג
ונפשו לא חייה לא כתוב ופותרין
כך שכך אמר ישו כי ליי׳ המלוכה
ומושל בגוי׳ ולא ביהודי׳ לבד
מושל כמו שהיה עד עכשיו וכל ה
הגוי׳ כמו שאכלו עד כאן כל דשני
ארץ : כן רשאין עדיין לעשות
ובלבד שישתחוו לאביהם שבשמים
על ישו אשר פדה בנפשו את ה
הנפשות אשר ירדו לגיהנם : ו
והאפושטלוס יגידו צדקתו לעם וג
נולד : תשובה : איך תוכל לומר
כי ישו אומר אלי אלי למה גג
עזבתני : הלא בעוון גיליון כתוב
רוח בא מן השמים ונכנס במ
בחריא ולקח לו בשר : ולדבריך
כאשר אלוה עזבו לאותו הגוף מה
דיבור ורוח היה באותו הגוף :
וא״ת גוף ונשמה היה לו לישו כמ
כשאר בני אדם וגם אלוהות ש
היתה בו : א״כ מה צריך היה לו ל

sionis supplicium luebant, pedes manusque clavis confoderentur. *Numerabo omnia ossa mea.* Ipsorum Interpres transtulit: *Divumeraverunt omnia ossa mea.* Sequitur: *Diviserunt vestimenta mea sibiipsis.* Ajunt, cum suspenderetur, divisisse (*milites*) inter se vestimenta. *Comedentes incurvabunt sese omnes pingues terræ, coram eo procumbent quicunque descendunt in pulverem; qui animam suam in vita non conservaverit. Horum semen colet eum, accensebitur Domino in quaque ætate. Advenientes annunciabunt justitiam ejus; populo nascituro, ipsum exercere eam.* In Evangelio ipsorum, sic allegantur verba: *Coram eo incurvabunt se omnes qui descendunt in pulverem:* omissis illis: *qui animam suam in vita non conservaverit.* Faciunt autem explicationem: Hæc ideo Jesus dixit, quia nunc Deo competit imperium & potestas in gentes reliquas quoque, non in Judæos tantum, ceu hactenus fuerat. Atq; omnes sicut in præsens usq; comederunt pingues terræ, ita idem imposterum iis etiam facere licet, modo honorem exhibeant patri ipsorum cœlesti, Jesu nimirum, qui sua anima redemit animas in inferno degentium: atq; Apostoli annunciarunt justitiam ejus populo deinde nascenti. Respondendum. Quomodo affirmare sustines dixisse Jesum: *Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me?* Annon in Evangelio scriptum est? Spiritus descendit cœlitus, atque ingressus est in Mariam, & assumsit carnem. At vero, cum Deus deseruisset illud corpus, quam loquelam spiritumque-

ליכנס בחריא במקום טינוף: די
היה לרוח ליכנס בו לאחר שנולד
ועוד אב״ הוא שנכנס בו לאחר ש
שנולד: והרי מצינו כמו כן בשאר
אנשים. שהיה בהם רוח הקדש
כמו משה ואליהו ושאר נביאים:
וכן בדוד הוא אומר ורוח קדשך
אל תקח ממני: וכי מפני כך ש
שהיה בהם רוח הקדש נאמר על
עליהם שהם אלוהות: ואת״ מפני
האותות שעשה ישו לעיני העם ז
נאמר כי הוא אלוהות: והלא עשה
גם כן משה אותות מרובי׳: וכן
אליהו עלה בסער השמימה לעין כל
מה שלא עשה ישו כי בעלייתו לא
ראה אדם אלא שהם אומרי׳ כי
חריא מגדלינא ופטר חמור (כאן
הם מזכירין את שם הקדוש
פיטרי בלשון גנאי וקוראין אותו
חמור:) רצו והעידו עליו שעלה:
ואת״ כי לפי שהנביאי׳ נבאו עליו
לפיכך אנו אומרי׳ כי אלהי׳ הוא:
דבר זה לא תמצא בכל הנביאי׳
שיהא הנביא מתנבא על ישו בן
חריא: כי אפילו במקום שאתם
אומרי׳ פסוק על ישו רמוז כי הא

tumque in eo fuiſſe exiſtimas? Quod ſi dicat Adverſarius. Jeſus corpus habuit animamque uti reliqui mortales, præterea inerat ei quoque Divinitas. Quæ ſi ita ſunt, quid opus erat,utSpiritus eũ intra Mariam in loco impuro conſiſtentem ingrederetur? Sufficiebat ut Spiritus illum jam natum occuparet. Quod ſi vero poſt nativitatem demum Spiritus in eum intravit, (*nihil præcipuum habebat*,) nam ſic de aliis hominibus quoque conſtat, quod præditi fuerint ſpiritu ſancto,quales erant Moſes,Elias, & Prophetæ reliqui. Atque ſic David (Pſ. 51,13.) ait: *Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.* An vero, quia Spiritus Sanctus ipſis inerat, ideo Dii prædicantur? Quod ſi excipiat Adverſarius: Jeſum ob miracula quæ inſpectante populo patravit,Deum vocari: Atqui,annon ſimiliter multa miracula edidit Moſes? Sic Elias in turbine cœlum petiit omnibus id videntibus, quale quid Jeſu minime fecit,quem reſurgentem propemodum nemo homo vidit: tantum enim dicunt Mariam Magdalenam, & Petrum, onagrum [Hic nomine ſancto Petri turpiter abutuntur,atque illud, (*ex Ex. 13, 13. deſumta occaſione*) aſinum interpretantur.] id vidiſſe,& de reſurrectione perhibuiſſe teſtimonium. Quod ſi regerat Adverſarius. Quia Prophetæ de illo vaticinati ſunt, eam ob cauſam illum Deum fuiſſe aſſerimus. (*Reſpondendum:*) Nunquam in ullo Prophetarum mihi reperies vaticinium, Jeſum Mariæ filium (*Deum futurum.*) Nam etiam in iis locis, quæ Jeſum reſpicere contenditis, uti verbi cauſa apud Jeremiam (30,21.) *Et erit magnificus ejus ex ipſo, & dominator ejus e medio ipſius prodibit.* Item (cap. 31,22.) *Fœmina ambit virum &c.* ſicque in dictis cæteris,

ad

דכתי" בירמיהו והיה אדירו ממנו ומושלו מקרבו יצא ; ואומר נקיבה תסובב גבר וגו' כי בכל מקומות שתמצא בו אפילו שם אלוהות לא תמצא שני דווקא בו : ואת הלא ישעיהו אמר הנה העלמה הרה וקארת שמו עמנואל ; ותרצה לומר מכאן שקרוי אל : לדבריך כמו כן אני יכול למצא לך אלוהות על פי שמותם : כגון שמואל בן אלקנה שנולד לחנה על פי הדיבור (רל הקבה) כשהייתה עקרה : כי שמואל זהו שמו אל בלשון גלחים נומן סואום דיאוש : ויחזקאל זהו אל חזק ובלשון גלחים אומניפוטינטי דיאו : ועזיהו פורטי דיאו וכן הרבה שמות שבמקרא : ואת גם שמו ש הוא מעיד עליו : כי ישו זהו בלשון עברי מושיע תשובה : דבר זה לא היה ואינו יכול להיות בכל לשון העברי להיות תיבה מגזרת מושיע בלי עין : ועוד אם כן תוכל לומר ביהושע זהו יה מושיע : ואת לא כי לכל אילו מצינו שהיה להם אב מה שאין כן בישו שנולד מאם בלא אב : הרי אליהו מוכיח כי א אביו לא תמצא בכל המקרא : ואומר אני גב כי בלא אב נולד : וקח

ad quæ provocatis, omnibus, ne quidem Divinitatis vocabulum expressum reperitur, tantum abest, ut de illo prædicetur. Quod si vero Adversarius urgeat locum (Es. 7,14.) *Ecce virgo pariet, & vocabit nomen ejus Immanuel*, (sive *Nobiscum Deus*,) atque hic Deum ipsum vocari probare præsumat: (*Respondendum*:) Si id valet, plures tibi Deos ex nominibus exsculpere possum. Tale est *Samuelis* nomen Elkanæ filii, quem Hanna cum sterilis esset, ex prædictione (Dei ipsius intellige) peperit: Samuel enim, ipsi Monachi, lingua sua latina interpretantur: *Nomen suum Deus.* Nomen *Ezechiel*, exponunt, *Omnipotenti Deo.* Nomen *Vsia*, explicant *Forti Deo.* Cujus generis complura nomina in Scripturis reperiuntur. Si pergat excipere Adversarius: Attamen ipsum nomen quo insigniebatur, id demonstrat, nam Jesus, sermone Hebræo Salvatorem notat. Respondendum: Non factum est unquam, nec adeo id Hebrææ linguæ indoles permittit, ut vox quædam a radice ישע inflectatur, sine Ain. Adde, quod simili ratione Josuæ nomen, Deum Salvatorem exponere licet. Dicente vero Adversario. Non recte se habet tua collectio. Nam, isti omnes, (*quorum nomina cum Dei nomine composita fuisse ais*,) deprehenduntur habuisse patrem, quod de Jesu secus se habet, qui ex matre, sine patre editus fuit. (*Respondendum*:) Elias os tibi obturat, cujus genitoris nulla in universis sacris literis mentio, unde eadem facilitate affirmavero, patre illum caruisse, quamobrem hunc quoque pro Deo admitte. Sic proinde nihil quicquam in Jesu reperi-

אותו לך לאלהים: לפי שאינו מוצא
בישו יותר מבשאר בני אדם:

v. 3. **אלהי אקרא יומם ולא תענה:**
אומרי' שזה אמר ישו והרי דבריהם
סותרין זה את זה כי במזמור
למעלה אמר ארשת שפתיו בל
מנעת: וכאן הוא אומר ולא תענה:
ואתה קדוש יושב תהלות ישראל:
הרי לך כי ישו בעצמו הורה כי
קדוש ועיר יושב תהלות ישראל
הוא ולא תהלות קרישטנהייט:
ואם תאמר ישראל זהו קרישטנהייט:
תשובה: הלא זה השם נקרא
לנו מימי יעקב אבינו ועל שמו
נקרינו ישראל: אבל הם לא
מחלצי יעקב יצאו כי בני אדום
המה: וגם יש מהם שאומרים
כי מסורת בידם כי מבני יפת
הם: ואנו בני שם וסוף סוף
מעולם לא נקראו ישראל: ואת
נקראו ישראל לפי שהם שרי אל
ומאמינים בו: א״כ כל הדורות
שהיו קרויים ישראל עד שלא בא
ישו כולם היו שרי אל ומאמינין
ולמה הם כולם ירדו לגיהנם
ועוד אם מפני ראיה ואמנה הם
קרויין ישראל: והא אנו רואין
ומאמיני' באלוהי השמי' ולא הם:

reperitur, quod non pēnes alios itidem homines deprehendatur.

Deus mi, clamo per diem, & non exaudis. Dicunt Jeſum hæc enunciaſſe. Atque ecce placita ipſorum ſe mutuo deſtruunt. Etenim ex Pſalmi præcedentis v. 3. ad eum applicant verba: *Prolationem labiorum ejus non prohibuiſti.* Hoc vero loco queri eum volunt, quod non exaudiatur. (Sequitur in Pſalmo 22.) *Et tu Sanctus es, permanens, perfecta laus Iſraëlis.* Ecce tibi ipſum Jeſum fatentem, (*Deum*) Sanctum, urbemque quam incolit, a Judæis laudibus extolli, non vero a Chriſtianis. Quod ſi excipiat Adverſarius: Imo, vero per Iſraëlitas hoc loco Chriſtianos intelligere oportet. Reſpondendum: Annon nos iſto nomine gaudemus inde a diebus Jacobi patris noſtri, & ſecundum illum Iſraëlitæ vocamur? At iſti minime e lumbis Jacobi prodierunt, ſed Edomo ſunt prognati. Reperiuntur quoq; inter eos, qui traditione vetuſta ſe hoc tenere ajunt, quod a Japheto ortum trahant, nos autem Semi ſumus poſteritas. Quicquid vero ſit, certe Iſraëlitarum nomen ipſis non competit. Quod ſi excipiat Adverſarius: Ideo Chriſtianos Iſraëlitas vocari, quia Dei principes ſint, & in eum credant. (*Reſpondendum:*) Vniverſa natio illorum qui Iſraëlitæ ante adventum Jeſu vocabantur, & ipſa ex principibus Dei, & vere credentibus componebatur, quare igitur omnes in infernum fuere detruſi? Cæterum, ſi propter viſionem, & fidem erga Deum, Iſraëlitæ appellantur, ecce nos quoque vultum dirigimus, credimusque in Deum cœli, quod ipſi non faciunt. Denique vox Iſraël

molliter

ועוד שהרי קריאת השם ישראל
ולא ישראל :
בך בטחו אבותינו : נמצא ש
שהיה לי אב : אנוכי תולעת ולא
איש : נמצא שהיה מודה כי רימה
תכסה על בשרו : שאם אלהיי
הוא דבר שאינו כן לא היה לו ל
לדבר ואפילו מפני ענוה : אלא
כך היה לו לומר : אל אנוכי ולא
איש וכל זה אני סובל בענוותנותי
שכל רואי יליגו עלי כדי להצילכם
ואז היה ענוה וגילוי שמו : על
עליך השלכתי מרחם מבטן אמי
אלי אתה : אבל לא ברחם ובבטן :
ואם על התלוי נאמר והלא הם
אומריי שנולד ממצח אשה זונה
(ר״ל ממצח בתולה טהורה) והרי
הפסוק מעיד שנולד מרחם כשאר
נולדיי הרי ספריכם מכזבים ש
שאומריי שהרוח נכנס בתוך חרייה :
אל תרחק ממני כי הצרה קרובה
כי אין עוזר : שומע אני שאם ע
היה לו עוזר ברצון היה ניצול
ושלא ברצונו היה מה שהומת א
אלא צרה הייתה לו : ואיך תאמר
כי רצונו היה : סבבוני פרים וכי
היכן מצינו שישראל נקראו פרים :
רומיים ושאר עמים נקראיי כך
כדפירש בישעיה כי קצף לייי ע

molliter efferenda, quaſi cum Samech ſcripta.

Tibi confiſi ſunt patres noſtri. v. 5.
Conſequens eſt igitur, ipſum habuiſſe patrem. (Succedit v. 7.) *Ego ſum vermis & non vir.* Hinc agnoſcimus, faſſum eum eſſe, vermes operturos illius corpus. Quod ſi Deus erat, ne quidem ex modeſtia, rem quæ ita ſe non habet, eloqui debebat, ſed hoc modo concipiendus erat ſermo: Ego Deus ſum, minime vero homo, atq; hæc omnia, iſtaque in me intuentium opprobria; miſericordia ductus ideo patior, ut vos redimam. Hac ratione, tam de miſericordia illius, quam de vero nomine conſtitiſſet. (Sequitur v. 11.) *Super te projectus ſum ab utero; a ventre matris meæ Deus meus es tu*: At, non, in utero, in ventre. Quod ſi de Jeſu ſermo habetur, annon ipſi perhibent, eum natum eſſe ex fronte impudicæ mulieris? (Ex fronte virginis puræ ſignificatur.) At, Scriptura teſtis eſt, editum fuiſſe utero, more aliorum infantum: quo ipſo mendacii convincuntur libri veſtri, quibus traditur, Spiritum ingreſſum eſſe Mariam. (Subjicitur v. 12.) *Ne elonges te a me, quoniam anguſtia eſt propinqua; quia non eſt auxiliator.* Hinc manifeſte apparet, ſi præſto fuiſſet auxiliator, admiſſurum eum fuiſſe auxilium, nec ſua voluntate, verum ægre, & cum dolore, mortem paſſum eſſe. Quomodo igitur affirmare ſuſtinetis, volenter ipſum eam ſuſtinuiſſe? (Additur porro:) *Circumdederunt me vituli.* Vbi autem reperias, Judæos vitulos vocari? Sane Romani, gentesque aliæ, ſic audiunt apud Eſai-

am (34,

על כל הגוים וגומ׳ וירדו ראמי׳ ע
עמם פרים עם אבירים וגו׳
וכן כל בהמות וחיות שבדניאל
כולם פתרם דניאל על האומות:
היה לבי כדונג נמס: ומפני מה היה
מפחד והלא הם אומרי׳ כי כן היה
רצונו וגם היה בידו למחות אם היה
חפץ: כארי ידי ורגלי: טעות ט
הוא בידם שאומרים כארו כתיב
ובלשון גלחות פידירונט ובפתרון
המזמור הוא מפורש: הצילה מחרב
נפשי: לדבריך זהו שנאמר לך ל
למעלה אקרא יומם ולא תענה ו
דהא וודאי לא נענה שהרי לא נ
נוצל מידם כי כל הצלה זו אינו
לפותרה אלא עליו בחייו כי גם
במותו לא נמסר בידם; וגם הנה
דבריהם מסותרים שאמר למעלה
ארשת שפתיו בל מנעת ומקרני
ראמים עניתני: אספרה שמך ל
לאחי בתוך קהל אהללך: א״כ ט
היו לו אחים לתלוי: וגם בעון
גיליון נאמר שהיו לו אחים שמעון
ויעקב א״כ לא הייתה מריא בתולה
וכי יש לאלוהי׳ לספר כן: יסופר
שמי היה לו לומר וכי יש לאלוה
אחים: וגם היכן נתקיים זה שאמר
בתוך קהל אהללך והלא לאחר
שהומת שוב לא בא בקהל: יראי

am (34, 2. seq.) ibi: *Nam fervens ira Domini est contra omnes gentes &c. Descendent quoq; unicornes cum eis, & juvenci cum robustis tauris, &c.* Atque sic omnia animalia & bestiæ apud Danielem, ad gentiles attinent. *Factum est cor meum sicut cera liquefacta.* Quare tantopere metuebat? Annon, enim ipsi dicunt, eum hoc voluisse? erat quoque in potestate illius situm, ut id impediret, modo collibitum fuisset. *Sicut leo manus meas & pedes meos.* Ipsi fallo contendunt כארו scriptum esse, idque interpretantur *Foderunt.* Sed, de ea re jam supra actum est. *Erue a gladio animam meam.* Nimirum hæc combinanda sunt, cum illis Psalmi initialibus: *Clamo per diem & non exaudis.* Non enim fuit exauditus, nec liberatus a manibus ipsorum. Scilicet, omnis ista liberatio non nisi de vita adhuc agente explicari potest, quippe, post mortem, non fuit traditus illorum manibus. Evertunt quoque verba ipsorum illud alterum dictum, (Ps. 31, 3.) quod similiter de eo accipiunt: *Prolationem labiorum ejus non prohibuisti.* Item (quod in præsenti Psalmo v. 22.) dicitur: *Et a cornibus unicornium exaudivisti me.* (Legitur amplius:) *Narrabo, nomen tuum fratribus meis: in medio congregationis laudabo te.* Quæ si ita sunt, habuit igitur Crucifixus fratres. Enim vero, in ipso Evangelio quoque memoriæ proditum est, Simonem & Jacobum fratres ei fuisse, quod pugnat cum virginitate Mariæ. Porro, anne Deum decet hæc vox: (Narrabo nomen tuum:) *Narrabitur nomen meum*, dicendum ei erat. Insuper, habet

ne

יי הללוהו כל זרע יעקב יכבדוהו
גורו ממנו כל זרע ישראל ואם
כדבריכם כי ישו בא להציל את
העולם שלא יהיו כולם יורדי
לגיהנם טוב לחטא כמו שהיו א
עושיי בתחילה : אם כן למה בא
ומזהיר זרע יעקב וישראל יותר מ
משאר אומות : לפניו יכרעו כל
יורדי עפר : לדבריהם שאומרים
שישו אמר כן לפני יכרעון היה לו
לומר שהרי הוא פראם בנפשו
ולא אביו ומה שכתוב ונפשו לא
חייה : אם בהיותו † הוא ר״ל :
הנה ידענו כי כן היה שהרי מת
ונקבר ואם בנשמתן * הוא אומר
שומע אני שלא נעשה בנשמתו א
אלא מה שנעשה לשאר נשמות
שהוציא מגיהנם שהרי כמו כן ז
נפשם לא חייה : זרע יעבדנו :
וכי אלוה בר זרע הוא ו״את על מ
מאמיניו הוא אומר כן : דבר זה
לא תמצא בכל המקרא שיהא ש
הקב״ה קורא למאמיניו זרע : כי א
אין לומר זרע אלא ביוצאי חלציים
כעניין שני זרע אברהם אוהבי :
ופתרון המזמור דוד אמרו על מז

ne Deus fratres ? Quin, quando impletum fuit illud: *In medio congregationis laudabo te.* Et, nunquid non postquam mortem perpessus est, congregationi haud amplius interfuit? *Timentes Dominum laudate eum, universum semen Jacob glorificate eum, & timete ab eo omne semen Israël.* Si verum est quod vos opinamini, venitque Jesus ad liberandum orbem, ne omnes in infernum descendere cogantur, juvat peccare, ceu olim factum est. Interim non apparet ratio, quare ad semen Jacobi & Israëlis exhortationem potius dirigat, quam ad gentes reliquas? *Ante ipsum inclinabunt se omnes descendentes in pulverem.* Cum ipsi velint Jesum ista dixisse, sic concipienda erant verba: *Coram me se inclinabunt*: nam ipse eos anima sua redemit, non vero pater. Quid autem sibi vult? cum dicitur: *Et qui animam suam non vivificavit.* Si de vita sermo, agnoscimus rem ita se habere, mortuus enim est, & sepultus. Si vero ad animam ista attinent, colligo exinde, nihil aliud circa animam ejus factum esse, quam quod reliquis animabus quas ex inferno eduxit, evenerat: nam & illarum animas vitæ, (*qua utiq; potiebantur*) minime reddidit. *Semen illorum serviet ei.* Anne, ex semine cretus, Deus est? Quod si dicat Adversarius, de credentibus in illum accipienda verba esse: Respondendum: Haud uspiam in universa Scriptuta reperies Deum vocare fideles suos Semen. Nam Semen tantum de iis prædicatur, qui ex lumbis alicujus prodierunt, unde (Es. 41, 8.) legitur: *Semen Abrahami amici mei.* Sed enim tenendum, Psalmum hunc Davidem composuisse, cum pugnaret adversus Amalekitas,

† Lege בחיותו

* Lege בנשמתו

שנלחם בעמלקי כשפשטו ושללו את ארץ פלשתים וארץ יהודה וצקלג שרפו באש :

פותרים המינים על מי טבילתם שאו שערי' ראשיכם וגו' כך אמר ישו כשבא להכנס בגיהנם לקחת לו הנפשות: תשובה: ולדבריך כך היה לו לומר כי הוא על מים יסדה זהו הטובל בהם הוא יעלה בהר יי' : או מי יעלה בהר יי' זה הנטבל בהם אבל כשהוא אומר מי יעלה בהר יי' : נקי כפיים ובר לבב משמע לנו כי נקי כפיים הוא שיעלה בהר יי' : ועל שהוא נקי כפיים הוא עולה ולא על כי הוא על ימים יסדה : ועוד לדבריך מאי דכתיב יבקשו פניך יעקב סלה : קרישטין היה לו לומר כי הם לא נקראו יעקב ולא מבני בניו המה : כי בני עשו הם ונקראי' אדום : ויש טפשי' (חכמים מלומדי') בהם שאומרי' כי לא מבני אבות הם אלא בני יפת הם : והאבות ובני ישראל מבני שם הם : וכנעני' מבני כנען : וכן נראים הדברי' דכתי' בני יפת גומר ומגוג : ובני גומר אשכנז וריפת : והגוים נקראי' אשכנזים

qui diffundentes ſeſe deprædati fuerunt regionem Philiſtæorum, regionemque Judæ, & Ziklag igne combuſſerant.

Infideles de aquis baptismi ſui exponunt locum (Pſ. 24, 7.) *Elevate o portæ capita veſtra*: voluntque iſta Jeſum enunciaſſe, cum internum ſubintraret, ad liberandum inde animas. At, ſecundum iſtam explicationem, (*non præmittendum erat commate 2.* Quia ipſe ſuper ימים *maria* fundavit eam, *ſed*) dici debebat: *Ipſe ſuper* מים aquis *fundavit eam*. (Debebat deinde ſubjici:) *Qui iisdem baptizat aſcendet in montem Domini?* Aut (ſic quoque poterat concipi oratio:) *Quis aſcendet in montem Domini? Nimirum is qui aquis illis baptizatur.* At, cum ſic habeant verba: *Quis aſcendet in montem Domini? innocens manibus & mundus corde*: hinc datur intelligere, innocentem manibus illum eſſe, qui aſcenſurus in montem Domini, atq; aſcenſurum eum ideo, quia innocens manibus, non autem quia (*Deus*) ſuper maria terram fundavit. Porro, quomodo in vos quadrant verba (v. 6.) *Quærenti faciem tuam Jacob Sela?* Chriſtianos nominare debuiſſet, vobis enim Jacobi nomen non convenit, nec eſtis ex illius progenie. Etenim ab Eſavo genus trahitis, & vocamini Edomæi; quique magis ad ſtultitiam edocti ſunt (Sapientum eruditiſſimos intelligit.) inter vos, fatentur, non vos a Patriarchis deſcendere, ſed a Japheto habere originem: at vero Patriarchas & Iſraëlitas Semi eſſe poſteritatem, atque Cananitas Canaanem habere progenitorem. Eſt autem admodum probabilis

ולשון בני אדם הוא שקורין להם
ארץ אשכנז ואעפי שיש בהן עמ
המדבריי לשון לעז זהו מיעוטן אבל
כל עיקר הגוים אשכנזים הם :
וישראל הם באו משם דכתיי א
אלה תולדות שם שם הוליד
וגוי עד ותרח את אברם :

lis hæc opinio, nam ſic legitur, (Gen. 10, 2.) *Filii Iaphet Gomer & Magog: filii Gomer Askenas, & Riphat.* Atqui Chriſtiani Askenasim audiunt, & regio quam inhabitant, vulgo vocatur terra Askenas. Nec refert, aliquos ipſorum diverſo uti idiomate; nam ii pauci ſunt, & major pars ex Askenaſim ſive Germanis conſtat. De Iſraëlitis autem notum eſt, ipſos a Semo proſapiam ducere, ac teſtimonio eſt genealogia quæ Gen. 11, 10. ſeqq. recenſetur.

שאו שעריי ראשיכם ויבא
מלך הכבוד * ולדבריך הרי מצינו
שישו בעצמו ירד לגיהנם והא כ
כתיי לא תתן חסידך לראות שחתי
בלשונם לא תתן קדושך לראות
גיהנם : וכל אותם פסוק ופסוק
אשר למעלה הימנו לכן ישמח לבי
ויגל כבודי אף בשרי ישכון לבטח
בן פסוקין הללו פותרין המיניי בישו
ונמצא דבריהם סותריי זה את זה
ועוד כשהוא שואל מי הוא זה מלך
הכבוד: היה לו להשיב ישו זה מלך
הכבוד ואם יאמר מי אומר מי והוא
זה מלך הכבוד : תשיב ותאמר לו
ענן כבוד יי אשר מילא את ה
הבית :

Elevate portæ capita veſtra ut intret Rex gloriæ. (Dicunt Infideles hæc Jeſum proloquutum eſſe, cum infernum intrare vellet, ad animas redimendas.) Sic igitur conſequens eſt, Jeſum ſua ſponte in infernum deſcendiſſe. Atenim (Pſ. 16, 10.) ſcriptum: *Non permittes miſericordem tuum videre corruptionem.* Quod ipſi transferunt: *Non concedes ut Sanctus tuus videat gehennam.* Illud quoque quod ibidem præcedit: *Propterea lætatum eſt cor meum, & exultavit gloria mea: etiam caro mea habitabit confidenter:* de Jeſu accipiunt. Sic ergo propria ipſorummet verba ſe invicem deſtruunt. Porro cum quæratur: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Reſpondendum erat: Jeſus eſt iſte gloriæ Rex. Quod ſi autem Adverſarius a te requirat, a quonam illud, *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* fuerit prolatum? Inquito, nubem gloriæ Domini, quæ Domum repleverat, hoc enunciaſſe.

תן להם כפעלם וכרוע מ
מעלליהם כי לא יבינו אל פעולת

Da eis ſecundum opus eorum, & *Pſal.*
ſecundum malum operum eorum. *XXVIII.*
4 ſeqq.

* Inſerendum hic כשבא להכנס אומרים המינים כך אמר ישו בגיהנם לקחת לו הנפשות

יי׳ : הנה הדברי׳ הללו סותרי׳
את דברי עון גיליון שכתוב בו כי
ישו בשעת מיתתו אמר אבי סלח
להם מה שעשו בי כי אינם מב
מביני׳ מה הם עושי׳ וכאן הוא
אומר שמוסר דין עליהם על שע
שעשו כן : ומה שכתוב ויעלוז ב
בשרי : סופריהם הטעום וגם
הטפסים מודי׳ כי אין זה מלשון
׳רונימוס ההפך לשון העברי ללשון
לטיין אלא אחרים כמו כן כתב
כתבו ספר תהילים לפי משמעות
ולא לפי לשון התיבות לכן יש לומר
כי הם הטעום ישועת משיחו
הוא :

Ps. XXXI. 6.

בידך אפקיד רוחי : זה אומרים
שאמר ישו בשעת יציאת נשמתו ;
שנאתי השומרי׳ הבלי שוא : אילו
השומרים את קברו ; אשר ראית
עוני ; כתבו עוניי : חנני יי׳ כי צר
לי כשמסרוהו ולשתי וערב * : כי
כלו ביגון חיי ושנותי באנחה ; ב
כשל בעוני כוחי : כתבו כשל ב
בעינוי כוחי לפי שהוקשה בעיניהם
לומר שהיה עון בישו : מכל צוררי
הייתי חרפה בהוסדם יחד : כתוב
בבואם יחד בידך עיתותי : כתבו
בידך גורלי : תשובה : כן דברת
שהמזמור בישו מדבר : הטה א
אלהי אזניך מהרה הצילני היה לי
לצור מעוז לבית מצודות להושיעני :

*Inferendum f. תלוהו

Quia non advertunt animum ad opera Domini. Ista verba omnino pugnant cum Evangelio ipsorum, in quo scriptum est, Jesum sub horam mortis dixisse : *Pater ignosce iis quod in me perpetrant, nec enim sciunt, quid faciant.* Nam hic ultionem petere dicitur ob ea quæ admiserunt. (De cætero quod verba v. 7. ויעלז לבי Interpres illorum transtulit,) *Et refloruit caro mea:* is error ingens est. Atque qui inter ipsos stultiores (*doctiores volebam dicere*) existunt, fatentur neutiquam Hieronymum versionis Latinæ Psalmorum autorem esse, sed alios quosdam paraphrasin magis, quam accuratam verborum interpretationem dedisse. Potest igitur illis objici quod locum de salute Messiæ agentem corruperint.

In manum tuam commendo spiritum meum. Perhibent hæc Jesum dixisse, cum animam exhalaret. *Odi custodientes vanitates frustra.* Hæc accipienda de custodibus sepulchri ejus. *Quia vidisti afflictionem meam.* Ipsorum translatio habet: *Quoniam respexisti humilitatem meam.* (Quod v. 10. sequitur: *Miserere mei Domine, quoniam angustia est mihi;* volũt eũ enunciasse cũ proderetur, ac stamini & subtemini affigeretur. (Succedit.) *Quoniam defecit præ dolore vita mea, & anni mei præ gemitu: concidit propter iniquitatem meam robur meum.* Ipsi verterunt : *Infirmata est in paupertate virtus mea* : Nam durum illis videtur fateri, fuisse in Jesu peccatum. *Omnibus hostibus meis*

הרי זה מכזב תורתם שכתבו בה
כי ישו ברצון נפשו מת ופה א
ראינו שהתפלל להיושע : וגם ב
בעוון גיליון עצמו כתוב שאמר
ישו והתפלל לאביו שיקח הכוס
מעליו : ואת מה שהתפלל ככה
לא מפני שהיה רוצה להנצל אלא
לפי שדרך בני האדם להתפלל
על צערם ולפיכך פילל גם הוא
כמו כן לפי שבכל דרכיו היה נוהג
כדרך כל הארץ אכ הנה כזבתם
מה שאמרתם כי עליו אמר ד
דוד יי בעוזך ישמח מלך תאות
לבו נתת לו ארשת שפתיו בל
מנעת סלה ; הרי כאן נמנעו ארשת
שפתיו : ואת על שלאחר מיתה
הוא שהיה מתפלל שלא יתעכב
בשוחה : ומה היה לו להתפלל
על מה שיארע לו לאחר מיתה
אם אלוהי הוא : שאעפי שבהיותו
בארץ בחיים היה מתפלל כדרך
כל הארץ ממ לאחר מיתה לא
היה לו להתפלל שהרי כבר חזר
לאלוהותו ונפרד מבני אדם ; בידך
אפקיד רוחי ; אם אלוהי הוא
רוחו ונשמתו היתה אלוהות אכ
אצל מי היה לו להפקיד רוחו ; ב
כשל בעווני כחי ; נמצא שישו היה
חוטא ומלא עון כשאר בני אדם:

meis fui opprobrium. Dum consultant pariter adversum me. Ipsi reddidere : *Dum convenirent simul.* Sic, *in manu tua sunt tempora mea:* interpretati sunt: *In manibus tuis sortes meæ.* Respondendum. Probe asseritis, Psalmum hunc de Jesu loqui. Scilicet, (verba v. 2.) *Inclina ad me aurem tuam, celeriter erue me, esto mihi ut petra fortis, & ut domus munita, ut serves me:* mendacii arguunt Legem ipsorum, in qua scriptum est, Jesum propria voluntate morti se tradidisse; his enim videmus ipsum pro liberatione deprecatum esse. Quin adeo in ipso Evangelio scriptum habetur, Jesum patrem orasse, ut acciperet ab eo calicem. Si excipiat Adversarius. Non eam ob causam ita precatus est, quasi liberationem desiderasset, sed, quia sic solent homines preces fundere, cum in dolore versantur: atq; ideo ipse quoque precatus est, nam in omnibus actionibus suis, mores reliquorum mortalium expressit. (*Respondendum.*) Si hæc ita se habent, utique mentimini, cum asseritis, ad illum pertinere hoc Davidis (Psal. 21,2. seq.) vaticinium: *Domine in fortitudine tua lætatur Rex. Desiderium cordis ejus dedisti ei: & prolationem labiorum ejus non prohibuisti. Selah.* Nam quod labiis protulerat, denegatú fuisse, hic deprehendimus. Quod si dicat Adversarius: Preces illas eo tendere, ne post mortem in sepulchro morari cogatur. At, quid opus erat, ut de rebus mortem suam excepturis precaretur, si Deus fuit? Quippe, etsi vivus in terris existens, ad morem reliquorum hominum orare poterat, attamen

וגם לפי מכתבם שכתבו בעוני אין לך לפרש אלא בעניות צדקה שהיה בו ועשיר בחטא כי בכל מקום שכתוב עני פותרין כן שהוא עני אצל הנשמה : הצילני מיד רודפי : זה לא היה אלא בחייו כי לאחר מיתה מי רדפו : תסתירם בסתר פניך : פותרין שזה אמר ישו על אותן שהיו מריבין ומריצין עליו : ונמצאו שהם מכזבין את תורתם דכתיב בה כשנתלה ישו אמר לאביו אבי סלח להם כי אינם יודעין ומבינים מה שהם עושים ;

post mortem precarî minime debuit, tum enim reversus est ad Divinitatem suam, & hominum consortio fuit exemtus. *In manum tuam commendo spiritum meum.* At, si Deus erat, ejusque spiritus & anima Divinitatem constituebant, eccui commendabat spiritum suum? *Concidit propter iniquitatem meam robur meum.* Hinc manifestum evadit, Jesum peccatorem fuisse & plenum delictorum, uti mortales reliqui. Quin &, *paupertatem*, quam in sua versione (*pro iniquitate*) supposuerunt, de indigentia probitatis ejus accipere necesse est, & affluentia peccatorum. Nam, ubicunque pauperis mentio fit, ipsi de spirituali pauperie faciunt explicationem. *Erue me e manu persequentium me.* Hæc tantum vivo conveniunt, nam quis post fata eum est persequutus? *Abscondis eos in abscondito faciei tuæ.* Volunt Jesum hæc adversus eos protulisse, qui illum incursabant, invadebantque. Verum, sic Legem suam falsitatis ream postulant, in qua scriptum est: Cum suspenderetur Jesus, dixit patri suo: Pater ignosce illis, nec enim sciunt perspectumque habent quid faciant.

גם באחרית הימים אנו מוזהרין על תורת משה דכתיב זכרו תורת משה עבדי ואומר הנני שולח וגו׳ עד והנורא ;

Jubemur etiam futuris postremis temporibus servare Legem Mosaicam, ceu verba ultima Malachiæ dilucide ostendunt.

סתם עולם שבתורה אינו אלא כימי ארם על הארץ :

Vox עולם simpliciter posita in Scripturis, notat tantum ætatem unius hominis.

Psal. LXXII. 1. לשלמה אלהים משפטיך למלך תן וצדקתך לבן מלך : כך היה דוד מתפלל על עצמו שהוא מלך ועל שלמה בנו : והמינים פותרים כל המזמור בישו ואומרים שדוד אמר על ישו המלך ובן מלך זהו

Pro Salomone. o Deus judicia tua Regi da, & justitiam tuam filio Regis. Sic David, qui Rex erat, sui ipsius, & filii nomine precatus est. At Infideles totum Psalmum de Jesu interpretantur, & de illo tam Regis, quam filii Regis appellationem

ישו : יראוך עם שמש כלומר
שהוא היה קודם שמש ולפני ירח
לכך כתוב לפני ר״ל אנטי בלשונם
וכן יהי שמו לעולם ; לפני שמש
ינון שמו ; אומרים כי זהו ישו
שהיה לפני שמש : תשובה בצידו :
וכי מה רמז ישו בכאן ולדבריך כ
כל אומה ולשון יכולין כמו כן ל
לומר על אלוהותם נאמר ; ועוד
וכי היה לדוד להתפלל על ישו תן
לו משפטיך וצדקתך :.וכי תאמר
דוד בנבואה הוא אמר כן ולא כמ
כמתפלל : א״כ תתן היה לו לומר
ייראוך שאומרין בלשונם אנדט
זהו לשון כלייה : נמצא שדוד נ
ניבא על ישו שתכלה יראתו עם
השמש שכן הוא אומר ; ועוד הרי
נמצאת אומר כי לפני שמש לא
היה כ״א עם השמש והירח : וה
השמש והירח ברביעי נתלו : נמצא
כי ישו לא יוצר בראשית הוא :
ולפני ירח דור דורים : וכי קודם
ירח מה דור דורים היו :

lationem accipiunt. *Timebunt te cum Sole.* Quasi dicatur Sole antiquior, & prior Luna fuisse, nam vox לפני Latina lingua *ante* significat. Sic (verba quoque v. 17,) *Erit nomen ejus in seculum, durante Sole sobolescet nomen ejus*: de Jesu exponunt, existente ante Solem. Responsio est in promtu. Ecquod quæso Jesu hic deprehenditur indicium? &, simili ratione quævis gens & natio affirmare potest, de suo Numine ista dicta fuisse enunciata. Amplius, æquumne erat ut David in Jesu gratiam sic precaretur: *Da illi judicia tua, & justitiam tuam*? Quod si dicat Adversarius, Davidem ista vaticinantis, nequaquam vero precantis in modum protulisse: (*Respondendum*:) Si hæc ita se habeant, verbo *dabis* uti debuisset. Cæterum vox ייראוך ipsis consumationem Germanice Ende notat. Relinquitur igitur, hoc Davidem de Jesu prædixisse, cessaturum illius cultum cum Sole, id enim verbis significatur. Quin, hac ratione necesse quoque est fatearis, non fuisse eum ante Solem, sed tantū Soli & Lunæ æqualem, hæc autem sidera quarto demum die ex æthere fuere suspensa. Ergo non fuit Jesus creator universi. *Et ante Lunam in generatione generationum.* Quæ illæ fuere generationum generationes ante Lunam?

ר״א אלהי׳ משפטיך למלך תן וצדקתך
לבן מלך : פוקרים המיני׳ מלך
ובן מלך זהו האב והבן : כך תש
תשיב להם : לדבריכם מלך זהו
האב ובן מלך זהו הבן : ואם כ

Aliter tractemus (eundem hunc Psalmum 72.) *Deus judicia tua Regi da, & justitiam tuam filio Regis.* Infideles cavillando verba, Regem Regisque filium, (*quorum hoc loco mentio*,) de patre & filio (*in divinis*,) interpretantur. Sic responde

הייתם אומרי' שמתפלל לאב ליתן
קצת צדקו לבן דבר הוא : אבל
שהוא מתפלל שיתן משפטו למלך
שהוא האב כלום יש גדול מהאב :
ועוד יפרח בימיו צדיק ; משמע ב
בעוד היותו חי : מכלל שיהיו ימי'
שלא יהיה חי : ועוד מהו וישתחוו
לו כל מלכים וכל גוים יעבדוהו
והלא יהודים וישמעאלי' וטרטרי'
ורוב עמי' לא ישתחוו לו : ואומר
ירד כמטר על גז הא ודאי אין ל
יראת ישו מועלת אלא כמטר של
רחילא גזוזה שהוא יורד לקילקול:
ורוב שלום עד בלי ירח : ומה ש
שלום היה בימיו של ישו או לא
לאחריו : וירד מים ועד ים : ולא
בים : אף לדבריך אין ישו שולט
לא בשמים ולא בימי' רק ביבשה:
ויחי ויתן לו מזהב שבא : וכי על
חיות ישו ועושרו היה דוד מתפלל
והלא כל העולם יתפלל בעדו ע
תמיד : נ"ל כי כאן הפכו המקרא
וכתבו ויתפללו איליו : לפני שמש
ינון שמו : הפסוקים סותרים זה א
את זה : למעלה כתוב עם שמש
וכאן לפני שמש : והם קורין קודם
השמש : וכתיב ברוך יי' אלהי

responde. Ex mente vestra, Rex patrem, & Regis filius, filium notat. Equidem si statueretis hoc precibus expeti, ut pater aliquid de sua justitia filio largiatur, id tolerari posset: sed vero sermo ita concipitur, ut Regi, qui pater est, justitia concedi oretur: Num ergo quis patre major est? Porro (sequitur v. 7,) *Florebit in diebus ejus justus.* Nempe, illo superstite. Proinde consequens, futurum tempus, quo non erit superstes. Amplius, quid (sibi volunt illa v. 11.) *Et incurvabunt se ei omnes Reges, omnes gentes servient ei?* Annon enim Judæi, Ismaëlitæ, & Tartari, maximaque pars hominum haudquaquam se ei incurvat? Præcedit (v. 6.) *Descendet sicut pluvia super sectum.* Liquido hinc constat nihil prodesse fidem erga Jesum, sed idem præstare, quod pluvia tonsæ oviculæ, a qua plane perditur. *Et multitudo pacis, donec non sit Luna.* Quæ vero pax fuit ætate Jesu, aut postea? *Et dominabitur a mari usque ad mare.* Non autem in ipso mari. Quamobrem fatearis oportet, Jesum nec cœlo, nec mari imperare, sed tantum telluri. *Et vivet, & dabit ei de auro Saba.* Num David id precatus est, ut vita & divitiæ Jesu obtingant? &, annon hæc omnium mortalium continua vota sunt? Hic vero illorum Interpres dolo malo mihi videtur corrupisse Scripturam (dum pro ויתפלל בעדו *& orabit pro eo*) transtulit, *& adorabunt de ipso.* (Sequitur:) *Durante Sole sobolescet nomen ejus.* Pugnant secum hujus Psalmi pronunciata: Nam, supra (v. 5.) *cum Sole* dicebatur: hoc autem loco habetur, *durante Sole*; quod ipsi verterunt *ante Solem.* Novissime, signanter ait David: *Benedictus Dominus*

ישראל ולא כתיב ברוך ישו א
אלוהי קרישטנהייט :

nus Deus Iſraëlis, nec ait, Benedictus ſit Jeſus, Deus Chriſtianorum.

זדים קמו עלי: אומרים המינים
זהו היהודי' שהמיתו את ישו : ת
תשובה : כאן אנו מוצאין שישו א
איש חוטא היה דכתי' כי אתה יי'
טוב וסלח ואין סליחה אלא על
החטא : וגם מצינו שהוא כשאר
בני אדם נוצר בגוף ובנשמה וכל
רוח אלהים לא היה בקרבו כי פ
פעם * אחת היה הוא ופיטרוש
ויוהנש הולכי' בדרך ויהי לעת ע
ערב והנה הם באי' בתחתית ה
ההר אמרו לו אנה אנחנו עולין
ואנה נלין הלילה כי לא ראו בית
וכפר : והיה להם לעלות ולילך
מעבר להר והי' יראים שיחשיך ע
עליהם הלילה קודם שיגעו לשום
כפר: אמר להן ישו כשנבא לראש
ההר נראה לכל צדדין אנה יש מ
מקום ללון ונפנה שם : ויש ל
להבין מכאן כי אפילו רוח נבואה
לא הייתה בו כיון שלא ידע מה
שהיה בצד השיני מעבר להר :

Superbi inſurrexerunt adverſum me. Volunt Infideles, iſtis ſignificari Judæos, qui Jeſum interemerunt. Reſpondendum. Hic commodum reperimus Jeſum fuiſſe hominem peccatorem : quippe (v. 5.) dicitur : *Quoniam tu Domine bonus & condonans.* Non autem condonatio locum habet niſi ob noxam. Reperimus quoque eum ad modum reliquorum hominum quoad corpus & animam formatum eſſe, nec habitaſſe in eo ſpiritum divinitatis. Namque ipſe aliquando, comitatus Petro & Johanne, iter faciebat, & appropinquante veſpera deferuntur ad radices montis cujusdam, dicunt igitur (*diſcipuli:*) quorſum ibimus, & ubi pernoctabimus? neque enim domum aut villam conſpiciebant. Debebant quidem montem transcendere, & in ulteriora ejus ſe conferre, verum metus erat, ne nocteſceret priusquam pagum ullum attingerent. Tum Jeſus : Cum in verticem montis delati erimus, quaquaverſum circumſpectabimus, de loco ad pernoctandũ, atq; illum petemus. Colligas hinc, ne quidem ſpiritu prophetico præditum fuiſſe, quia ignorabat quid trans montem ab altera ejus parte ſitum eſſet.

Pſalm. LXXXVI. 14.

*Munſterus in Evang. p. 102. legit בפעם

נאם יי' לאדוני שב לימיני
עד אשית אויביך הדום רגליך וגו'
כאן פותרי' המיני' ואומרי' שאמר
דוד בנבואה שכך אמר האב לישו
בנו שב לימיני : וכתבו עמך נדבה

Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteram meam, donec ponam inimicos ſcabellum pedibus tuis. Hic cavillantur Infideles, perhibentque Davidem vaticinantem protuliſſe verba, quibus pater filium fue-

Pſ. CX. 1.

תחילת יום חיליך : כלומר כי עמו
נברא העולם : מרחם משחר טל
ילדותיך : משחר כך קורין לכוכב
של שחר ואומריו כי כך ר״ל גמ
שמקדם כוכבים היה ותשובתו ב
בצירו : נאום יי׳ לאדוני וכי לאיזה
היה קורא דוד דימינו סתם ולאיזה
היה קורא דומינו מיאו : פירוש א
ארון שלי : מטה עוזך ישלח יי׳ :
שומע אני כי הוא לא יי׳ : וגם
כל עוז והדר לא היה בו כא״ גמ
שישלח אותו אחר : ואת״ הוא ש
המשלח והנשלח : א״כ מטה עוזי
אשלח משמי׳ היה לו לומר : עמך
נדבה בתחלה כאן טעה הסופר ש
הראשון מעט וכתב לפי המשמעות
עמך נדבות : והם עזרו להטעות
הרבה וכתבו בחרות אחרונים גל
דמשמע בראשית: אבל עמך נדבות
יש לנו לפרש בטוב לפי פירוש ו
ראשון : כך אמר אבישי לדוד : ע
עמך נדיבי׳ עמי הארץ מזומני׳ ב
ביום חיליך ללחום מלחמותיהם
ומה שכתבן מקודם השחר י
ילידתיך: הנה מתוך דבריהם נמצאו
מוכזבי׳ שהרי לא נולד עד שבאתה
חריא אמו וילדתו : ורדה בקרב א
אויביך הנה ראינו שרדו בו אויביו
ולא הוא בהם : ועוד אפילו לפי

um fuerit alloquutus : Nimirum, *ſede ad dexteram meam.* (Mire quoque depravant verba עמך נדבת ביום חילך *populus tuus ſpontaneus in die exercitus tui:*) Nam pro iis habet illorum Interpres: *Tecum principium in die virtutis tuæ :* Significare volentes, ipſum in creatione fuiſſe adjutorem. *Ex utero & ab aurora tibi ros nativitatis tuæ.* Ipſi משחר Luciferum interpretati ſunt, contenduntque hoc indicari, illum ſtellis antiquiorem eſſe. Reſponſiones adverſus iſta ipſe Pſalmi contextus ſuppeditat. *Dixit Dominus Domino meo.* Ecquem ergo David vocat Dominum ſimpliciter, & quem vocat Dominum ſuum? *Virgam fortitudinis tuæ mittet Dominus.* Hinc colligas, ipſum non eſſe Dominum, quin adeo, nec præditum fuiſſe ullo robore & decore niſi ab alio ſubmitteretur. Quod ſi dicat Adverſarius : Ipſe idem eſt & qui mittit, & qui mittitur. Reſpondendum : Si hæc ita ſe habent, ſic concipiendus erat ſermo : Virgam roboris mei mittam ex cœlo. עמך נדבה Circa has voces reddendas non nihil lapſus eſt vetuſtiſſimus illorum Interpres, tranſtulitque, *tecum ſpontanea.* Ipſi autem ſummopere auxerunt errorem, & interpretantur, *in ſeculis poſterioribus*, ut ad creationem involvatur reſpectus. Cæterum, עמך נדבות quod proprie eſt, *populus tuus ſpontaneus*, omnium optime ſic exponitur, ut dicamus iſtas Abiſai ad Davidem voces eſſe. (*Quaſi dicat :*) populus tuus ſpontaneus, ſive, plebs parata eſt in die expeditionis ad depugnandum bella ſua. Illa autem translatio, *ante Luciferum*

genui

דבריהם ראייה מה שאין בישו א
נאמר זה : אומר אני כי באחד מ
מכל אלהי העמי' נאמר שנולדו
כמו כן כי מה רמז ישו יש כאן:
ועוד היכן נאמר כאן להאמין בו ו
ולקבלו לאלוהות :

genuit te, ex propriis eorundem assertionibus falsitatis arguitur, nec enim natus fuit, antequam veniret Maria, eumque pareret. *Dominare in medio inimicorum tuorum.* At, (*quantum ad Jesum attinet*,) videmus inimicos in ipsum dominium exercuisse, non autem eum in inimicos. Porro, ex ipsis illorum traditis evinci potest, non de Jesu hic sermonem esse. Alioquin contendam ego pari facilitate de aliquo gentilium Numine agi, quod eadem ratione fuerit prognatum: ecquod enim Jesu hic vestigium? Insuper ubinam dicitur in hoc Psalmo, in eum credendum, & pro Deo illum admittendum esse?

ד"א נאום יי' לאדוני וגו' :ת
תשובה: היכן תיראו ובאיזה מקום
מצאו שהאב קורא לבנו אדוני ב
בודאי אין זה דרך ארץ: ועוד באיזה
חייל הלך ישו שנתנדבו ללכת ע
עמו ומי היו המלכים שנלחמו ע
עמו : ולהיכן נאמר לישו שב ל
לימיני : אלא כך פירושו שסיפר
דוד ואמר : הקב"ה אמר לאדוני א
אברהם שב לימיני והוא היה זקינו
של דוד וכן דרך עולם שקוראים
לזקיניהם אדוניהם : ויי' אמר
לאברהם אנכי מגן לך : והאיש
יושב לימין המגן שהרי האיש זו
נושא המגן ביד שמאלו נמצא ה
הקב"ה הוא המגן יושב לשמאלו
של אברהם ואברהם הוא יושב
לימין הקב"ה : ובמלחמות אמרפל
וחביריו נאמר זה לאברהם : משה
עוד ישלח יי' : פירוש אל תירא כי

Alio modo tractemns hunc Psalmum, *Dixit Dominus Domino meo.* Responde (*Infidelibus istud dictum crepantibus:*) Vbi vidistis unquam, aut in quo loco reperistis, quod pater filium vocet dominum suum? Vtique non id fert consuetudo. Porro, quas militares copias duxit Jesus, quæ se sponte ad faciendam expeditionem obtulerunt, & quales fuere Reges illi qui bellum ei intulerunt? Quare item dictum est ad Jesum: *Sede ad dextram meam.* Cæterum, vera Psalmi interpretatio est, sic sensisse loquutumq; fuisse Davidem. Dixit Deus Benedictus Domino meo Abrahamo, sede ad dexteram meam. Ipse enim erat e majoribus Davidis, atque sic moris est, proavos suos, Dominos vocare. Et vero, ait Deus Abrahamo (Gen. 15, 1.) *Ego clypeus sum tibi.* At, homo sedet ad dextram clypei, nam clypeus manu sinistra gestatur, itaque consequens, ut Deus Benedictus tanquam clypeus Abrahami, sinistrum ejus latus occupet, Abrahamus autem sedeat ad dextram Dei Benedicti. Atque attinent verba proprie ad expeditionem quam Abrahamus adversus Amraphe-

הם רבים ואתה מעט יי' ישלח
לך מטה עוז ותרדה בהם : עמך
נדבות : זה ענר אשכול וממרא
שהם עמך דכתי' והם בעלי
ברית אברהם : הם התנדבו
ללכת עמך לאותו חייל דכתי'
וחלק האנשים אשר הלכו איתי
ענר אשכול וממרא : ובנדבה הלכו
עמו דכתיו וירק את חניכיו ילידי
ביתו נמצא שמעצמן יצאו בנדבה :
בהדרי קדש : בגבורת הקב"ה : ומי
גרם לו זה : טל ילדותיך : פירו'
זכות שהזכרתני מרחם משחר
כלומר סמוך ליציאתך מן הבטן :
נשבע יי' ולא ינחם : שתהא כהונת
מלכי צדק שלך : על דברתי
מלכי צדק כלומ' על הדבר אשר
ברך את אברהם קודם הקב"ה
כדכתי' ויאמר ברוך אברהם
לאל עליון וגו' עד בידיך וגו' יי'
על ימינך מחץ ביום אפו מלכי'
שנ' ויחלק עליהם לילה ויכם : כל
זה אמר דוד עשה הקב"ה לזקינו : ואח"כ
מתפלל על עצמו : ידין בגוים מלא
גויות : כלומר כך ידין לי הקב"ה
ויהרוג הרבה גויות : מחץ ראש על
ארץ רבה : הוא ראש של רבת בני'
עמון אשר הרים ראש על מבצר
הנהר שהיה שותה : כלומר על

raphelem & ſocios eos ſuſcepit. *Virgam fortitudinis tuæ mittet Dominus.* Senſus : Ne metuito quod illi numeroſiſſimis copiis inſtructi ſunt, tu vero exiguas tenes; Dominus enim mittet tibi virgam roboris, atque prævalebis iis. *Populus tuus ſpontaneus.* Aner nimirum, Eſcol, & Mamre, qui tecum ſunt, & de quibus (Gen. 14, 13.) ſcriptum, *quod fuerint fœderati Abrahami*, iſti ſponte ſe obtulerunt, ad te ſequendum adverſus illos hoſtes: (unde ibi v. 24.) ſcriptum: *Et pars horum virorum qui profecti ſunt mecum, Aner, Eſcol, & Mamre*: Atque hi ultro cum ipſo abiverunt, ſcriptum enim: *Et armavit initiatos ſuos, natos domi ſuæ.* Ergo (*reliqui*) ſponte ſeſe obtulerunt. (David porro ait:) *In ſplendoribus ſanctitatis*, h. e. robore Dei omnipotentis. Quid autem hanc opem promeruit? *Ros nativitatis tuæ.* Senſus: Pietas, qua me complexus es *ex utero ab aurora*, h. e. mox poſtquam e ventre prodieras. *Juravit Dominus & nō pœnitebit eum*, tuum futurum Sacerdotium Melchiſedeci. *Propter factū Melchiſedeci.* Scilicet, ob iſtud cœptū quo prius Abrahamo quam Deo benedixit, uti (Gen. 14, 19.) ſcriptum: *Et dixit, Benedictus Abram Deo excelſo*, cum iis quæ ſequuntur. (Pergit David:) *Dominus ad dexteram tuam percutiet in die furoris ſui Reges.* (Cum his confer Gen. 14, 15.) *Et diſtribuens ſe, invaſit eos noctu, ac profligavit eos.* Hæc omnia ait David præſtitiſſe Deum proavo ſuo: nunc porro de ſeipſo precatur: *Judicabit in gentibus, implebit cadaveribus.* Quaſi diceret:

חוזק מבצר המים אשר ברבת
דכתיב וישלח יואב מלאכיי אל מ
מלך דוד לאמור נלחמתי ברבה
וגם לכדתי את עיר המים :

ret: Deus B. cauſam meam aget, atque plurimas gentes trucidabit. *Percutiet caput ſuper terram Rabba.* Caput intelligit Rabbat civitatis Ammonitarum, quæ caput extulit ob munimentum fluvii quem hauriebat: hoc eſt, ob firmiſſimum munimentum, quod ibi erat aquarum. Pertinet huc locus (2. Sam. 12, 27.) *Et mittens Joab Legatos ad Davidem, dixit: Oppugnavi Rabbam, etiam intercepi civitatem aquarum.*

ותקשה המיני׳ עוד : מאחר שאתם
אומרי׳ שאב והבן ורוח הקדש א
אחד הוא והלא אין אחד יכול לומר
כך אם לא שיהיו שניים : אמנם
כי אין זה הפסוק משמע אלא כי
האחד ירא והשיני מחזיק אותו כ
כלומר שב לימיני ואל תירא : ג
הלא תראה כי הם שניים אחד צ
גיבור ואחד חלש : ועוד משמע
שהאחד יושב והשיני עומד ואותו
שיושב אומר לעומד שב לימיני על
כורחך שניים הם : ועוד אם
כדבריכם ששניים אחד הם ולמה
לא אמר נשב עד שנעשינו את א
אויבינו הדום רגלינו על כורחך
כי לא אלוהות וארון אחד הם :

Amplius, ſic urget eo Infideles: Quoniam aſſeritis patrem & filium ac ſpiritum ſanctum unum eſſe, (*non utiq; in eos cadit iſte ſermo*,) qui neutiquam apud unum ſolum, ſed ſaltem inter duos obtinet. Nam verba Scripturæ quendam quaſi metuentem ſibi proponunt, alium autem tanquam animum illi addentem, dicentemque: Sede ad dexteram meam, & noli timere. Annon igitur vides, duos hic intervenire, robuſtum unum, alterum debilem? Amplius illud quoq; ex verbis iſtis conſequitur, unum ſedere, alterum ſtare, atque eum qui ſedebat dicere ſtanti: Sede ad dextram meam. Proinde velis nolis, duos neceſſe eſt admittas. Inſuper, ſi ſecundum veſtram aſſertionem duo illi unum ſunt, quare non ſic concipiuntur verba: Sedeamus, donec ponamus inimicos noſtros ſcabellum pedum noſtrorum. Illud quoq; neceſſe eſt fateare, magnum inter Domini & Divinitatis appellationes diſcrimen intercedere.

ועוד תשובה ; שהם אומרים כי
אלוהי׳ הוא ; אכ״ הם כופרין ביי׳
שהרי כתוב בתורה ראו עתה כי
אני אני הוא ואין אלוהי׳ עמדי א
אני אמית ומחייה מחצתי ואני א
ארפא ואין מידי מציל ; ואם יאמר

Supereſt alia reſponſio. Contendunt ipſi illum Deum eſſe. Enimvero, his dictis Deo vero nuncium mittunt, ſcriptum enim in Lege (Deut. 22, 39.) *Videte nunc me meipſum eſſe, & nullum eſſe Deum mecum: me morte afficere, & vitæ reſtituere, frangere me & ſanare, nec*

לך אני אני הוא ; משמע ששניים הם האב והבן ; ר"ל אני הוא שבים ואני הוא שבהר סיני ; ואעפ"י שבים נגלה כגבור איש מלחמה ובהר סיני נגלה כזקן יושב ודורש ומלמד : אל תאמר שתי רשויות הן כי אם יי' אחד הוא ;

esse qui e manu mea eripiat. Quod si excipiat Adversarius: Imo, verba, *me meipsum esse*, duos involvunt, patrem nimirum & filium. Respondendum. Hoc potius volunt illa verba: Idem qui in mari fueram, idem sum in monte Sinai. Atque etiamsi apparuerat in mari tanquam vir fortis & bellicosus, in monte Sinai vero se conspiciendum dederat, tanquam senem sedentem, docentemque alios ac erudientem, neutiquam tamen dicito duo summa Principia dari, non est enim nisi unicus Deus.

נאום אדוני לאדוני שב לימיני: אומרי' המיני' שהאב אמר לבן שב לימיני עד אשית אויביך וגו' אילו הן היהודי' שתלאוהו הם אויביו ; וי"ל הרי דוד אמר פסוק זה ובימי דוד היאך נעשו שונאיו והלא לא נולד ולא נמסר בידם ולא תלאוהו באותו זמן ואת אויביו זהו השדי' שבגיהנם שהיו מושלין בצדיקים וברשעי' : א"כ למה ירד לגיהנם לגזול מן השטן הנשמות שנתנו לו במתנה: היה לו להמתין הנדר שנדר לו אביו שיתנם לו להדום רגליו : ואם פשט המקרא משמע להבא ודוד אמר הנבואה על העתיד ; אז אשאלך ישיבה זו באיזה ענין היתה ואיך היה יושב אצל אביו קודם שנולד : ועוד קודם שציוה לו לישב איך נהג איך שכב איך עמד : וא"ת שעמד ;

Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam. Contendunt Infideles sic patrem filio dixisse: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos, &c.* Inimicos autem interpretantur Judæos, qui ipsum suspenderunt. Respondendum. Vtique David verborum illorum autor est. Atqui Davidis ætate quomodo hostes ejus esse poterant? &, annon neque natus, nec traditus in illorum manus, neque suspensus fuit illo tempore? Quod si excipiat Adversarius, per hostes, dæmonas infernales intelligendos esse, qui in pios æque ac impios potestatem exercebant. (*Respondendum*:) Hæc si ita se habent, quare descendit in infernum ut Satanam spoliaret animabus quæ huic dono fuerant datæ? debebat exspectare eventum promissionis, qua pollicitus ei fuerat pater, se positurum ipsos scabellum pedibus ejus. Quod si vero dictum hoc ad futurum attinet, atque David de sequuturis temporibus vaticinatus est, libet ex te quærere, quæ sessionis illius fuerit ratio, & quomodo sederit apud patrem antequam nasceretur? item, antequam jubere-

והיכן הידת עומד אם לפני אביו
או לאחריו או לצדדין או עומד בא
באויר ואמר לו אביו שב לימיני ;
הנני שואל אותך : ישב או לאו ;
וא״ת ישב ; נמצאת משוה אותו בי
רשויות יושבות זה אצל זה ; וא״ת
לא ישב נמצא שעובר מצות אביו ;
ואם כדבריך שהאב אמר לבן ש
שב לימיני : א״כ אין כח ביד הבן
לשית את אויביו הדום רגליו אלא
בעזרת האב : וא״כ מסירה גדולה
מסר האב לבנו ; הבן ירד והיה ס
סבור שאביו ישית את אויביו ה
הדום רגליו ונהפך הוא שהוא
נעשה הדום לרגלי אויביו : אפס
מקרא זה אמר דוד על עצמו ; וב
ופתרונו נאום יי׳ אילי בשביל א
ארוני שאול הרודף אחרי שב ל
לימיני עד אשית שאול אויבך הדום
רגליך ; וא״ת כיצד ישב דוד לימין
הקב״ה : י״ל כעניין שני לעיל במ
במזמור הסמוך לזה כי יי׳ יעמוד
לימין אביון להושיע משפטי נפשו
ע״א שב בעזרת שאול הימינו : כד
דכתיב ויען שאול ויאמר בן ימיני
אנכי ומלת לאדוני ר״ל בשביל אד
אדוני : כמו יי׳ ילחם לכם ר״ל
בשבילכם ; ועוד יש לפרש שב

juberetur ſedere, quæ erat ejus poſitura? cubabatne, an vero ſtabat? Quod ſi ſtetiſſe eum dicas, qualis erat illa ſtatio? Stabatne ex adverſo patri, aut a tergo, aut ad latera, aut in aëre? Cum vero pater illi diceret: *Sede ad dexteram meam*, dic dum quæſo, ſeditne poſtea, aut non ſedit? Si ſediſſe eum aſſeris, hoc ipſo duo ponis ſumma Principia, quorum unum juxta alterum ſedet. Si non ſedit, relinquitur violaſſe illum mandatum paternum. Quod ſi autem omnino verum eſt, dixiſſe patrem filio: *Sede ad dextram meam* (*donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis:*) Relinquitur non pollere filium facultate ſubjiciendi inimicos ſuos pedibus ſuis, citra auxilium paternum. Amplius hinc inferas, patrem dolo malo egiſſe cum filio. Filius enim deſcendit, exiſtimans patrem poſiturum inimicos ſuos ſcabellum pedibus ſuis, ſed inverſa fuit res, atque ipſe pedibus inimicorum ſcabellum factus eſt. Verum enim vero Pſalmum hunc David de ſeipſo protulit, ac genuinus ſenſus eſt: Dixit Dominus ad me: Quia Dominus meus Saul me perſequitur, ſede ad dextram meam, donec ponam Saulem inimicum tuum ſcabellum pedibus tuis. Quod ſi quærat Adverſarius, quomodo ſederit David ad dexteram Dei Benedicti? Reſpondendum, locutionem fere eandem eſſe cum ea quæ deprehenditur (*commate ultimo*) Pſalmi præcedentis: *Quod Dominus ſtet ad dexteram pauperis, ut ſervet eum a judicantibus animam ejus.* Poteſt quoq; hoc modo fieri expoſitio: Sede auxilio Saulis Jeminitæ. Nam ſic ſcriptum (1. Sam.

לימיני המתן לתשועת ימיני הנפרעת
משונאי ישראל שנ׳ ימינך יי׳ זא
נאדרי בכח ימינך יי׳ תרעץ אויב
ומצינו לשון ישיבה שהוא המתנה
אצל ישועה ומלך : דכתי׳ כי ימי׳
רבי׳ ישבו בני ישראל אין מלך ו
וגו׳ : מרחם משחר : והרי מרחם
טומאה יצא ישו כשנולד שנ׳ א
אשה כי תזריע וילדה זכר וטמאה
שבעת ימי׳ כימי נדת דותה צט
תטמא ואת״ במקום קדוש וטהור
נולד והרי כתי׳ פעולד בקרב ס
שני׳ חייהו והם דורשי׳ בקרב
שניים שור וחמור נמצא שהוא ז
נולד במקום לכלוך וטינוף וסרחון
ואשפה ברפת בקר : אתה כהן
לעולם אם הוא כהן דזהו עבד
משרת אכ״ אינו אלוה : מנחל בד
בדרך ישתה : זהו נחל סרוח וטיט
הנמשך בדרך : ואת״ הוא נחל ס
מים חיים הנמשך בדרך ונובע
ממקורו והוא ישתה ממנו : וכי
על כן ירים ראש : אדרבא על כן
יבוש ויכבוש פניו לקרקע ולא ישא
ראשו ויהי׳ אבל וחפוי ראש שצריך

Sam. 9,21.) *Reſpondens autem Saul ait: Nunquid non filius Jemini ego ſum?* Cæterum vox לאדני *propter Dominum meum*, exponenda: ſimilis phraſis (Ex. 14, 14.) *Dominus pugnabit* לכם *i. e. propter vos.* Alia interpretatio: *Sede ad dexteram meam.* Expecta ſalutem dexteræ meæ, quæ ultionem ſumit de hoſtibus Iſraëlitarum. Sic dicitur (Ex. 15, 6.) *Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua Domine, percuſſit inimicum.* Atque reperimus vocem *ſedere*, ſignificare *expectationem*, cum de ſalute Regeque ſermo eſt. Vti in illo (Hos. 3, 4.) *Diebus multis ſedebunt Iſraëlitæ nullo Rege &c.* (Illud quod in Pſalmo ſuccedit,) *Ex utero & ab aurora*, argumento eſt, ex utero immundo prodiiſſe Jeſum cum naſceretur. Etenim ſcriptum (Levit. 12, 2.) *Mulier cum edit ſemen, ſi peperit maſculum ut immunda eſſe ſolet ſeptem dies, ſecundum dies, quibus ſeparatur languore ſuo, immunda eſto.* Quod ſi regerat Adverſarius, in loco ſancto & puro editum fuiſſe in lucem: Cum ſcriptum ſit (Habac. 3, 2) *Domine opus tuum in medio annorū vivifica.* Ipſi autem *in medio duorum* transferunt, (*quaſi qui natus ſit*) inter bovem & aſinum. At vero, hinc amplius conſequitur, natum illum eſſe in loco fœdo, ſordido, impuro, ſqualidoque, qualis eſt præſepe pecoris. *Tu es Sacerdos in ſeculum.* Quod ſi Sacerdos, hoc eſt ſervus miniſtrans is fuerit, Deus eſſe nequit. *De torrente in via bibet.* Significatur torrens putidus, lutumque quod pedibus calcatur. Quod ſi dicat Adverſarius: Imo vero innuitur torrens aquarum vivarum, qui juxta viam fluit, & e fonte ſuo ſcaturit, unde ille bibit. (*Reſpondendum*:) Ain tu illum eapropter caput elaturum? Potius ideo pudore ſuffundi, & vultum

versus

לשתות פן ימות בצמא ; והרי משה גדול הימנו שנ׳ ויהי שם עם יי׳ ארבעים וגו׳ עד ולא שתה ואדם הראשון היה גדול הימנו שהוציאו הקב״ה מאדמה טהורה וקדושה ולא היה לו אב ואם ולא סרח בבטן אשה :

versus terram inclinare cogitur, minime caput efferens. Lugebit autem, demissoque erit capite, quia eum bibere necesse est, ne pereat siti. Est proinde Moses utiq; illo major, de quo (Ex. 34,28.) scriptum est: *Fuit ibi cum Domino quadraginta dies &c. & non bibit.* Erat quoque Adamus longe illo dignior, quippe quem Deus Benedictus, e terra munda ac sancta formavit, nec fuit illi pater aut mater, nec inquinatus est in utero fœmineo.

פותרי׳ המינים בצאנה וראנה בנות ציון במלך שלמה בעטרה שעטרה לו אמו ביום חתונתו וגו׳ ואומרים שכל שלמה שבשיר השירים קודש הוא ובזה אנו רואים שיש אם לישו ; כך תשיב להם ומה היה העטרה שעיטרה לו אמו הלא ישו עוטר לאמו לפי דבריכם והיא לא עיטרה אותו ; ועוד אם על ישו נאמר זה נמצא שיהיה לו אחות דכתיב באתי לגני אחותי כלה ; ועוד מהו ביום חתונתו ; והלא אתם אומרי׳ שבמיתתו קיבל מלכות ואז לא הייתה אמו אצלו ; אבל פתרון הפרשה בודאי קודש הוא והכי קאמר צאינה וראינה בנות ציון בעטרה שעיטרה לו זו התורה שנקראת אם שנ׳ כי אם לבינה תקרא והעטרה זהו זר זהב שעשו לאהרון לכבוד התורה ביום

Infideles, Locum (Cant. 3,11.) *Prodite, & spectate puellæ Zionis Regem Salomonem, cum corona qua coronavit illum mater ejus in die sponsaliorum ejus &c.* interpretationibus suis depravant, ajuntque, cum semper sacra sit vox Salomonis in Cantico, (*& ad divinitatem referatur*,) hinc apparet Jesum habere matrem. Respondendum: Ecquæ fuit illa corona, qua mater ejus ipsum coronavit? Annon ipsi vos dicitis ipsum coronasse matrem, hanc autem minime illi diadema imposuisse? Porro, si ad Jesum attinent verba, necesse est ipsum habere sorores, scriptum enim (c.5,1.) *Ingressus hortum meum soror, mea sponsa.* Insuper, quid sibi volunt illa: *in die sponsaliorum ejus?* Annon enim vos asseritis ipsum morientem regnum consequutum esse? atqui tum non aderat illi mater. De reliquo, inest omnino sacer sensus istis verbis, atque hoc volunt: Exite & videte filiæ Zionis coronam, qua coronavit eum Lex; nam hæc matris nomine venire solet uti in illo (Prov. 2,3.) *Si matrem vocaveris Sapientiam.* Per coronam intelligitur hoc loco limbus aureus, qui paratus fuit Aaroni in honorem Legis. *In die sponsaliorum ejus.*

Ooooo

חתונתו הוא הקמת המשכן שהקימו
לו ישראל ככלותו : דכתיב וא׳
ואירשתיך לי באמונה וידעת כי א
אני יי׳ וגם יש להם כי ישו א
אומר איגו נון קנושקו והכי הפירוש
אין לו אב ואם לא בן ובת כי
אם ישראל :

jus. Innuitur dies erectionis tabernaculi, nam illud erexerunt Israëlitæ, postquam ejus fabricam absolverant. Pertinet huc dictum (Hos. 2,20.) *Desponsabo te mihi in fide, ut agnoscas me Dominum.* Ipsi adeo produnt, dixisse Jesum: *Ego non cognosco*: Hoc est, non est mihi pater aut mater, nec filius aut filia, præter Israëlitas.

הוי שקוד ללמוד תורה כדי שתשיב
לאפיקורוס : כתוב בעון גיליון ג
שלהם שהוא קורין אותו איון ז
גיליון שהם מספרי׳ תולדות ישו
שיצא ממלכים ואומרי׳ פלוני הוליד
פלוני עד מתן הוליד את יעקב :
ויעקב הוליד את יוסף אישה של
מרים שממנה נולד ישו שקורין אותו
קריסטוס : וכך אנו משיבין להם
אם עדיין לא נבעלה ולא נשאת
לבעילה למה נקרא אישה : הית
לו לומר ארוסה של מרים ולא
היו מפסרים שקר בתפלתם שכך
הם אומרי׳ שמעולם לא בא
עליה : ועוד אם הם רוצים ל׳
להודיעינו שהוא ממשפחת מלכים
ולמה העביר תולדתו לתולדות
יוסף שלא היה אביו ולא היה לו
עמו שום קרובה : עד שהוא מיחס
ומספר יחוסו של יוסף : הית לו
לספר יחוסו של מרים ולומר פ׳
פלוני הוליד פלוני עד פלוני הוליד

Esto sedulus in discenda Lege, ut respondere possis Epicuræis. In abominabili illorum libro quem Evangelium ipsi vocant, recensetur genealogia Jesu, a Regibus derivata, dicuntque: ὁ δεῖνα genuit τὸν δεῖνα, finiuntque tandem: *Mathan genuit Jacobum, Jacobus autem genuit Josephum, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.* Sic respondere iis solemus: Si nondum in thorum illam deduxerat, nuptiasque cum ea celebrarat, quare vocatur vir ejus? Sponsus Mariæ vocari debebat, atque sic in precibus suis nullum mendacium proloquerentur, quibus asserunt, ipsum nunquam eam corpore suo attigisse. Porro, si ostendere ipsi volunt, eum a Regibus genus ducere, quare secundum Josephum instituitur generis recensio, qui nec pater illi erat, nec ulla ratione cognatus? Pro eo quod Josephi genealogia affertur, Mariæ genus enumerandum erat, dicendumque: ὁ δεῖνα genuit τὸν δεῖνα, tandemque concludendum: ὁ δεῖνα genuit Mariam, quæ peperit Jesum. Nempe, ignorabant prosapiam Mariæ, nec trahit illa a Regibus ortum. Quod si dicat Adversarius fuisse, ipsam

את מרים אשר ילדה את ישו :
אלא שיחוס מרים לא ידעוהו ,
ולא באתה ממשפחת מלכות :
ואם יאמר לך היא הייתה קרובתו
של יוסף : אותה תשובה תמצא
לעיל בפרשת ויצא חוטר מגזע ישי
וגו' בישעיה : וכך כתובה תולדה
דישו אלה תולדות ישו בן דוד בן
אברהם : אברהם הוליד את יצחק
ויצחק הוליד את יעקב : ויעקב
הוליד את יהודה ואחיו : ויהודה
את פרץ וזרח מתמר : ופרץ את
חצרון : וחצרון את רם : ורם
את עמינדב : ועמינדב את נחשון :
ונחשון את שלמון : ושלמון את
בועז : ובועז את עובד מרות :
ועובד את ישי : וישי את דוד
המלך : ודוד את שלמה מאשת
אוריה : ושלמה את רחבעם :
ורחבעם את יורם : ויורם את
אביה ואביה את אסא : ואסא את
יהושפט : ויהושפט את יהורם
ויהורם את יותם : ויותם את
אחז : ואחז את יחזקיה : ויחזקיה
את מנשה : ומנשה את אמון :
ואמון את יאשיה : ויאשיה את
יכנייה ואחיו : הם היו בגלות
בבל ולאחר גלות בבל הוליד
יכונייה את שאלתיאל : ושאלתיאל
את זרובבל : וזרובבל את אבנר :

Josephi agnatam; ejus objectionis responsionem supra reperies, in iis quæ ad locum Esaiæ (11,1.) *Et prod bit virgula e trunco succiso Isai &c.* annotavimus. His autem verbis concipitur Genealogia illa Jesu : *Ista sunt generationes Jesu filii Davidis, filii Abrahami. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem, genuit Judam & fratres ejus. Judas autem genuit Pharez & Zarach e Thamare. Pharez autem genuit Chezron; Chezron autem,* τὸν *Ram. Ram autem,* τὸν *Aminadab. Aminadab autem,* τὸν *Nachasson. Nachasson autem,* τὸν *Salmon. Salmon autem.* τὸν *Boas. Boas autem,* τὸν *Obed, ex Ruth. Obed autem,* τὸν *Isai. Isai autem, Regem Davidem. David autem, Salomonem, ex uxore Vriæ. Salomo autem,* τὸν *Rehabeam. Rehabeam autem,* τὸν *Joram. Joram autem,* τὸν *Abia. Abia autem,* τὸν *Assa. Assa, autem* τὸν *Jehosaphat. Jehosaphat, autem* τὸν *Jehoram. Jehoram, autem* τὸν *Jotham. Jotham autem,* τὸν *Achas. Achas autem,* τὸν *Hiskiam. Hiskias autem,* τὸν *Menasse. Menasse, autem* τὸν *Ammon. Ammon autem,* τὸν *Josiam. Josias autem,* τὸν *Jechoniam & fratres ejus. Isti fuerunt in transportatione Babylonica. Post transportationem Babylonicam genuit Jechonias* τὸν *Schealtiel. Schealtiel autem,* τὸν *Serubabel. Serubabel autem,* τὸν *Abner. Abner autem,* τὸν *Eliakim. Eliakim autem,* τὸν *Esor. Esor autem,* τὸ *Zadok. Zadok autem,* τὸν *Ammon. Ammon autem,* τὸν *Eliam. Elias autem,* τὸν *Eleasarem. Eleaser autem* τὸν *Mathan. Mathan autem genuit Jacobum. Jacobus genuit Josephum virum Mariæ, e qua natus est Je-*

ואבנר את אליקים : ואליקים את
עזור : ועזור את צדוק : וצדוק
את אמון : ואמון את אליהו וא
ואליהו את אלעזר : ואלעזר את
מתן : ומתן הוליד את יעקב : ויעקב
הוליד את יוסף אישה של מרים
שממנה נולד ישו שקורין בני אדם
קרישטוס : וכתי' כל הדורות מ
מאברהם עד מלכות בית דוד י״ד
דורות : ומדוד המלך עד גלות בבל
י״ד דורות : ומגלות בבל עד ישו
י״ד דורות : זהו יחוס ישו בעון ג
גיליון שלהם שנכתב על ידי מ
מתיאוש : וכתוב להם בספר לוקש
ישו נשתמד וכשנטבל נפתחו הש
השמים וירד עליו רוח הקדש כב
כדמות יונה וקול בא מן השמים
ואמר אתה הוא בני אהובי כי בך
חפצתי : והוא ישו ונתגדל והיה
בן ל' שנים וחכם היה ישו בן
יוסף : בן חילי : בן מתת : בן ל
לוי : בן מלכי : בן נתני : בן יוסף :
בן מתת : בן שמעי : בן נחום :
בן חבל : בן נגי : בן מאוס : בן
מתת : בן עמוס : בן יוסף : בן י
יהודה : בן יוחנן : בן דושא : בן
זרובבל : בן שאלתיאל : מנה כם
בספרי לוקש מיוסף אבי ישו עד ש
שאלתיאל כ״ב דורות : ובספר מ
מתיאוש מנה ט״ו דורות : שאלתיאל
בן נירי : בן מלכי : בן ארי : בן
קוסם : בן אלמודד : בן עזר : בן

sus, quem vulgo homines vocant Christum. Additur porro : *Omnes generationes ab Abrahamo usq; ad regnum Domus Davidicæ, generationes quatuordecim. Et a Rege Davide usq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonis usq; ad Jesum, generationes quatuordecim.* Atque hæc est Genealogia Jesu, quæ in Evangelio ipsorum a Matthæo literis consignata habetur. Cæterum, apud Lucam legitur : *Jesus baptizatus fuit, cumq; baptismo esset initiatus, aperti sunt cœli, & descendit super eum Spiritus S. in specie columbæ, atq; vox venit de cœlo, inclamans: Tu es filius meus dilectus, in te acquiesco. Ipse vero Jesus succrescebat, eratq; annorum triginta, fuitq; sapiens Jesus, filius Joseph, filius Heli, filius Mathat, filius Levi, filius Malki, filius Nathani, filius Joseph, filius Mathat, filius Schimi, filius Nachum, filius Chabal filius Nagge filius Maus, filius Mathat, filius Amos, filius Joseph, filius Juda, filius Jochanan, filius Dusa, filius Serubabel, filius Schealtiel.* (Ecce tibi) numerantur apud Lucam a Josepho patre Jesu usque ad Schealtielem XXII. generationes: at apud Matthæum numerantur tantum XV. *Schealtiel filius Neri, filius Malki, filius Addi, filius Kosem, filius Elmedad filius Eser, filius Jose filius Eliesr, filius Joram, filius Matatjahu, filius Levi, filius Simeon, filius Jehuda, filius Joseph, filius Joram, filius Elijakim, filius Malja, filius Meni, filius Nathan, filius Mathatjahu, filius*

יוסי : בן אליעזר : בן יורם : בן
מתתיהו : בן לוי : בן שמעון : בן
יהודה : בן יוסף : בן יורם : בן
אליקים : בן מליא : בן מני : בן
נתן : בן מתתיהו : בן דוד : הרי
משוני' שמותם וחשבונם לדעת
שקרותם וטעותם הרי כתבתי יחוסו
מספר לוקש ומתיאוס : ועוד כתי'
בספר יוהניש כי פיליפוס מצא
את נתנאל ואמר לו זה שכתוב
בתורה ובנביאי' מצאנו בישו שהוא
בן יוסף מנצרת : אמר לו נתנאל
וכי מן נצרת יצא דבר טוב אמר
לו פיליפוס בא וראה לישו וכאשר
בא לפניו אמר בודאי ובאמת בן
יוסף הוא : הרי כאן העידו עליו
פיליפוס ונתנאל שהוא בן יוסף :
והנוצרים אומרים לא היה לו אב
וזה כתוב באר היטב בעון גיליון:
הוי שקוד ללמוד תורה מה שתשיב
לאפיקורוס ולשאול להם ובדברך
עמהם אל תניחיהו ליכנס מדבר
לדבר כי כך דרך הגוי הזה והנמהר
לדלג מדבר לדבר: ואל לעד ידבר
דבר על אופניו כי כשמרגיש
שלא יכול לאמת דבריו אז יתחיל
לדברי' אחריו : והחולק עמהם
יהיה לבן חיל לשאול או להשיב
על דבר אחד ולא יניחנו לפטר
מאותו דבר עד שיסיימו : ואז
תמצא ארת הגוי בוש וחפר : כי
ימצא בעיקר כופר ; וכל ישראל יתנו

filius David. Ecce & nomina differunt, & recenſionis ſeries, atque ut mendacia & errores ipſorum eo melius cognoſcas, tum Lucæ, tum Matthæi genealogiam ex libro utriusque deſcripſi. Legitur quoque in libro Johannis, Philippum inveniſſe Nathaneelem, & dixiſſe illi: Quod in Lege & Prophetis ſcriptum eſt, reperimus in Jeſu, qui filius eſt Joſephi, Nazaretho oriundus. Reſpondiſſe vero Nathaneelem: Num fieri poteſt, ut ex Nazareth res bona prodeat? Subjeciſſe poſtea Philippum: Veni & vide Jeſum: cumque ad eum delatus eſſet, dixiſſe: Vere & omnino filius Joſephi eſt. Ecce teſtati ſunt de eo Philippus & Nathaneel, ipſum filium Joſephi eſſe: at Chriſtiani dicunt, non fuiſſe illi patrem: prius autem verbis clariſſimis in ipſorum Evangelio ſcriptum deprehenditur.

Eſto ſedulus in diſcenda Lege, ut habeas & quod reſpondeas Epicuræo, & quod illi objicias. Quando autem cum illo disputas, ne concedito, ut a re una ad aliam proſiliat, is enim Chriſtiano mos eſt, ut audaciter ex una quæſtione ad aliam transvolet, nec unquam legitime propoſito inſiſtit, ſed cum animadvertit nō poſſe ſe tueri theſin, aliud quid cœptat. Ergo, qui cum illis altercatur quærendo aut reſpondendo uni argumento pertinaciter inhærere debet, neque illud deſerere, niſi ad finem fuerit perductum. Sic relinquetur Chriſtianus confuſus, & pudibundus, atque

אמרי שפר : ובזה יהגו ולא ישגו
בני אל חי לשאול להם תחילה
מאיזה אומה הם : אם יאמר
מזרע ישראל הם : אף אתה
הקהא את שיניו ואמור לו מה
שאמר ישעיהו מי נתן למשוסה
יעקב וישראל לבוזזי׳ הלא יי׳ זו וגו׳
עד בתורתו ואומר ואחלל שרי
קדש ואתנה לחרם יעקב וגו׳
ואם אתם מיעקב אכ״ אתם
חוטאי׳ ועוד אנה נותתם למשיסה
ולבוזזים והלא אתם שאננים
ושקיטים על שמריכם מנעוריכם ולא
הורקתם מכלי אל כלי ובגולה לא
הלכתם :

atque apparebit negare illum verum Deum, Iſraëlitæ autem ſcitisſima proferent. Cæterum, hoc cœleſtis progenies ſedulo obſervet, atque ſic ab errore immunis erit, ut principio illos percontetur, qualis ſint natio? Quod ſi dicent ſe Iſraëlitas eſſe, tu hebeta illis dentes, objiciendo illud Eſaiæ (42, 23.) *Quis exponit proculcationi Jacobum, & Iſraëlem diripientibus? nonne Dominus? &c.* Additur deinde (c. 43, 28.) *Proinde eſſem prophanaturus Principes ſacros, & expoſiturus anathemati Jacobum &c.* Quod ſi Jacobo orti eſtis, peccatores deprehendimini, & quando proculcationi ac diripientibus præda fietis? Annon vero quieti & tranquilli fæcibus veſtris incubatis inde a juventa, nec e vaſe in vas transfundimini, aut migratis in exilium?

עוד תקשה למיני׳ מנבואות
הושע דכתי׳ אם זנה אתה ישראל
אל יאשם יהודה: ואומר כי כפרה
סוררה סרר ישראל : ואומר אל
תשמח ישראל אל גיל בעמים כי
זנית מעל אלהיך : ואומר סבבוני
בכחש אפרים ובמרמה בית
ישראל : ואומר כי אתה הזניתה
אפרים נטמאת ישראל הרי קורא
אותם זונה סורר טמא : ואומר
בענבי׳ במדבר מצאתי את ישראל:
ואומר כביכורה בתאינה בראשיתה
ראיתי את אבותיכם המה באו
בעל פעור וינזרו לבושת ויהיו
שיקוציהם באהבם : ואם אתם

Objice amplius Infidelibus iſtis ex prophetia Hoſeæ. Scriptum ibi (c. 4, 15.) *Si ſcortaris tu Iſraël, ne reatum obeat Juda*: Sequitur: *Nam ut juvenca refractaria, refractarius eſt Iſraël.* Succedit (c. 9, 1.) *Ne læteris, Iſraël, ad exultationem ſimilem exultationi populorum, quod ſcorteris a Deo tuo.* Legitur item (c. 12, 1.) *Circumdederunt me mendacio Ephraimitæ, & dolo domus Iſraëlis.* Itemq; (c. 5, 3.) *Quia tu ſcortatus es Ephraim, impurus es Iſraël.* Ecce, quod ſcortum, refractarii, impurique vocantur. Amplius ait Propheta (cap. 9, 10.) *Tanquam uvas in deſerto inveneram Iſraëlem.* Sequitur: *Ut primum fructum in ficu principio ipſius, vi-*

ישראל מתי עבדו אבותיכם בעל
פעור : אך דעו לכם כי תואנה א
אתם מבקשי׳ : כי כבר אמר כי
נער ישראל ואוהבהו וממצרים
קראתי לבני : מי היה במצרים א
אנחנו או אתם : ועלינו סיים ה
הנביא שובה ישראל עד ייי אלהיך
כי כשלת בעוניך והיכן נכשלתם
אתם : אנו כשלנו בגליות הרבה
ועלינו נאמר ארפא משובתם א
אוהבם נדבה כי שב אפי ממנו
ואינכם צריכין רפואה כי לא ה
חוליתם כמונו : וכתיו אהיה כטל
לישראל : ועוד אמר ישעיה זה
יאמר לייי אני וזה יקרא בשם
יעקב וזה יכתוב ידו לייי ובשם
ישראל יכנה ואם ישיבו לך לא
על ישראל לבד נאמר זה כי אם
גם על שאר אומות או על בני ה
עשו : אז תאמר להם נבואה . זו
שאמר ישעיהו : קרבו גוים לשמוע
וגו׳ עד וכל צבאם יבול וגו׳
על אדום תרד וגו׳ עד מלאה
דם וגו׳ כי זבח לייי בבצרה
וגו׳ עד מדור לדור תחרב וגו׳
ואם אתם מבני עשו או משאר
גוים ראו כל אלה הפורעניות
תבואנה עליכם :

us, videram majores vestros: ipsi venerunt ad Baalpehorem, & separarunt se pudendo, & fuerunt detestationes prout amaverunt. Quod si Israëlitæ estis, quando coluerunt majores vestri Baalpehorem? Verum, scitote, vos quantulamcunque tantum arripere occasionem. Dicit (Propheta c. 11, 1.) *Quia puer Israël est, & diligo eum, & ex Ægypto vocavi filium meum.* Ecquis fuit in Ægypto? vos ne, an nos? De nobis sic ait Propheta verbis postremis: *Convertere Israël ad Dominum Deum tuum, quia corruisti propter iniquitatem tuam.* Vbi autem vos corruistis? Cæterū, nos corruimus in multis exiliis, & de nobis mox dictum est: *Curabo aversionem eorum, amabo eos benevolentia, quia aversa ira mea ab eo.* Vos autem non indigetis medicina, non enim ceu nos, ægrotatis. Subjicitur deinde: *Ero tanquam ros Israëli.* Et quod apud Esaiā (c. 44, 5.) legitur: *Hic dicet, Domini sum, & iste vocabit nomine Jacobi: ille vero scribet manu sua sum Domini, & de nomine Israëlis cognominabit.* Quod si regerant, non de solis Israëlitis ista dici, sed de reliquis quoque gentibus, imprimis autem posteris Esavi: tum illis hoc dictum Esaiæ (quod c. 34, 1. seqq. habetur) ingerito: *Accedite gentes ad audiendum* cum reliquis, ad comma usque 11. Ecce, si vos estis ex progenie Esavi, aut ex reliquis gentibus, omnes istæ calamitates vos invadent.

ועל שמץ טבילתם שכתוב בתורתם
שאין אדם ניצל מגיהנם אלא מי

Nefando Baptismo suo, de quo in Lege ipsorum scriptum est, non liberari quem a gehenna, nisi fuerit

aquis

שנטבל במי' ומביאי' ראייה וסמך
מזה הפסוק וזרקתי עליכם מים
טהורי' וטהרתם : תשובה והלא
אינכם עושים כן שתהיו זורקים
עליכם אלא אתם נשלכי' במים
וקרא לא כתוב כן : ועוד וכי
שמץ טבילתם מה חטא וטומאה
דוחה: וכי ילד קטון שהם טובלים
מה טומאה וחטא יש בו : ואם
משום חטא שעתיד לבוא עליו :
א"כ שוב אין להם להזהר בדבר
מצוה להתרתק מן העבירה כי
לפי דבריהם די בטבילה זו : ואם
מטבילת ישו באים ללמוד
שהטבילו יוחנן הטובל שקורין אותו
בפטישטא וגם שהטביל את
עצמו ושאר יהודים אשר טעו
אחריו : א"כ ככל אשר עשו הם
היה להם ג"כ לעשות כן : וטבילת
ישו ויוחנן לא היתה אלא בירדן
שהם מים חיים והם עוד היום
הזה טובלין במים שאובין : ועוד
כמו שממעשיו ר"ל שטבל את עצמו
באים ללמוד הטבילה : המילה
כמו כן היה להם ללמוד ממנו כי
ישו ויוחנן שניהם היו נימולים :
ואם יאמר לך בעל הדין ישו בא
וחידש את התורה ועזב את המילה
וציוה הטבילה : א"כ הרי זה מכזב

aquis baptizatus, argumentum & confirmationem petunt in illo Esaiæ (36,25.) *Et aspergam vos aquis mundis, ut mundemini.* Sed respondendum. Annon inter vos minime aspersio recepta est? verũ in aquas immittimini, quod Scripturæ vestræ dictis adversatur. Porro, quale peccatum aut immunditiem tollit nefandus ille Baptismus? quodq; peccatum aut impuritas inest infantibus recens natis, quos vos baptismo initiatis? Si ob olim contrahendum id fit peccatum, non opus est, porro illos monere, ut pietati studeant, & vitia procul habeant, nam ex vestra sententia sufficit iste baptismus. Quod si dicant, se facere hoc ad imitationem Jesu, quem Johannes, exinde Baptista illis dictus, baptizarit, & qui seipsum quoque aliosq; sui erroris sequaces Judæos eodem modo proluerit, tum quidem omnia istorum facta simili ratione imitari debebãt. Atqui vero baptismus Jesu & Johannis in Jordane tantum successit, in aquis perennifluis, at vos in hanc usque diem utimini aquis haustis. Amplius, quemadmodum ex ipsorum cœptis, hoc est, ex adhibito ab illis baptismo, vos quoque eodem utimini, sic quoque pari ratione circumcisionem vos observare æquum erat, nam Jesus & Johannes ambo fuere circumcisi. Quod si regerat Adversarius: Jesus venit ad innovandam Legem, isque abrogavit circumcisionem, & servandum præcepit baptismum. Hæc si ita sunt, mendacii insimulant Legem eorundem, quippe in libro Matthæi scriptum: Num veni ad tollendum Legem Mosaicam &c. ceu supra

expo-

תורתו שכתוב בספר מתיאוש לא
באתי לחסור על תורת משה וגו'
כאשר פרשתי לפני' ; ובתורת משה
כתוב ביום השמיני ימול בשר
ערלתו : וכתו' כל המצוה אשר
אנכי מצוך היום תשמרון לעשות
לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו :
נמצא שישו היפר תורת משה וג
וכיזב תורתו שכתב לא יחליפו
מתורת משה מאומה שהרי הוא
מוסיף וגורע בכמה מקומות ; ומצינו
בדוד שהתפלל על האנוסי' גם
שבגולה הנטבלי' ובעל כורחם ם
שנ' הושיעני יי' כי באו מים עד
נפש וכי דוד היכן היה נטבע בם
במים שהוצרך להתפלל עליהם :
וגם איזו הן המים המגיעין לנפש
שהיא הנשמה והלא אם אדם
טובע בים או בנהר אם הגוף
מת הנפש לא נאבדת בכך : ועל
איזו מים התפלל דוד ; אלא על
אילו המים שטובלי' בהם שהם
מגיעין לנפש : וכן הוא אומר בסוף
ספר תהילי' פציני והצילני ממים
רבי' ואומר אל תשטפני שיבולת
מים ואל תבלעיני מצולה ואל ט
תאטר עלי באר פיה : אילו מי ם
שמץ טבילתם באר זהו גיהנם :
וכן התפלל דוד כאן עליהם בא
באומרו על זאת יתפלל כל חסיד

exposui. Atenim in Lege Mosis (Levit. 12, 3.) scriptum est: *Die autem octavo circumciditor caro praeputii ejus.* Praeterea scriptum (Deut. 12,32.) *Vnumquodque praeceptum, quod ego vobis hodie praecipio, observantes facite; nec addito ei, neque detrahito ex illo.* Relinquitur ergo, Jesum Legem Mosaicam violasse, suamque propriam falsitatis arguisse, quippe qua scripserat, nihil quicquam Legis Mosaicae immutandum esse; ipse vero eidem quaedam superaddidit, quaedam detraxit, in locis plurimis. Caeterum, deprehendimus, Davidem preces fudisse pro iis qui in hoc exilio coacti ad baptismum adiguntur. Ait enim (Psalm. 69,2.) *Serva me Deus quoniam intraverunt aquae usque ad animam.* Quando autem unquam David immersus fuit aquis, ut ideo precari cogeretur? Imo, quae sunt illae aquae, quae ad animam usque hoc est spiritum hominis, pertingunt? Annon enim, si homo aquis aut fluvio immergatur, pereunte maxime corpore, anima tamen ideo non extinguitur? Quas igitur aquas David in mente habuit? Nimirum baptismi aquas, quae vere ad animam usque penetrant. Sic haud procul a fine libri Psalmorum (puta Ps. 144,7.) ait: *Erue me ex aquis multis.* Ait itidem (ante allegato Ps. 69,16.) *Ne inundet me decursus aquarum, nec absorbeat me profundum, neque claudat super me puteus os suum.* Per *aquas*, nefandus baptismus significatur; per *puteum* vero internus. Easdem aquas respiciebat David cum precaretur (Psal. 32,6.) dicens: *Propter*

אליך לעת מצא רק לשטף מים
רבים איליו לא יגיעו : ועוד הרי
בתורה כתוב אחרי ייי אלוהיכם
תלכו וגו' והמה למה לא ילכו
אחרי דרכי ישו אלוהיהם וימולו
וישמרו שבת ויום טוב כמוהו כי
גם הוא שמר כל המצות הללו :
ואם יאמר לך כי מפני כי פאולוש
אמר להם בשם ישו שלא לשמור
שבת וי"ט כמו שניבא ישעיה נו
חדשיכם ומועדיכם שנאה נפשי
וגו' הנה נמצא שהוא מכזב תורת
ישו רבו שכתוב בה שמים וארץ
יחליפו ולא יחלוף מתורת משה
מאומה :

hoc te orabit omnis pius, tempore inveniendi : profecto in inundatione aquarum multarum, ad eum non pertingent. Enim vero in Lege (Deut. 13,4.) ſcriptum eſt : *Dominum Deum veſtrum ſequimini &c.* Quamobrem igitur illi non inſiſtunt veſtigiis Jeſu Dei ipſorum, ejusque more admittunt circumciſionem, obſervantque ſabbatum & dies feſtos? nam ipſe quoque omnia iſta præcepta implevit. Quod ſi cauſetur Adverſarius: Fieri hoc, quia Paulus nomine Jeſu edixerit, non eſſe colendum Sabbatum, nec dies feſtos, atq; huc reſpicere illud Eſaiæ vaticinium (1,14.) *Novilunia veſtra, & ſtatas ferias veſtras odit anima mea.* (Reſpondendũ,) hinc conſequens eſſe, quod mendacii incuſet Legem Jeſu Magiſtri ſui, in qua ſcriptum, cœlum tranſiturum terramque, nec immutatum iri quicquam ex Lege Moſaica.

כתוב להם כאשר שבו המלאכים*
שהלכו לבקש את ישו הנה מלאך
נראה בחלום אל יוסף ויאמר לו
קום קח את הנער ואת אמו ולך
וברח למצרים ושב שם עד א
אומרי אליך : כי עתיד הורדוס ל
לבקש את הנער ולאבדו : ויברח
יוסף למצרים : וכל כך למה אם
אלהי' הוא למה היה ירא מן ש
המלך והלא אנו רואי' ממלאכי
אלהינו וממשרתיו שלא היו יראיו
מבשר ודם ועשו שליחותו ש
של מקום בגלוי ולא היה כ
כוח באדם ליגע בהם להזיק ל

*Lego מלכים

Scriptum tenent: *Cum reverſi eſſent Reges, qui iverant ad viſitandum Jeſum, ecce apparuit Angelus Joſepho in ſomno, aitq; illi : Surge, accipe puerulum & matrem ejus, & abi ac fugito in Ægyptum, & morare illic usq; dum dixero tibi. Futurum enim eſt, ut Herodes quærat puerum ad eum perdendum. Et fugit Joſephus in Ægyptum.* Quorſum iſta omnia? Si Deus erat, quare ſibi a Rege metuebat? Annon videmus Angelos Dei noſtri, ejusq; miniſtros, non reformidaſſe ſupercilium humanum, ſed Dei mandata palam expoſuiſſe, neque valuiſſe homines ea poteſtate, ut illos tangerent, aut ullatenus læderent. Sic in Lothi hiſtoria (Gen. 19,11.

de

להם כלום כמו שכתוב בלוט ואת האנשים אשר פתח הבית הכו ב בסנוירי' : ובאלישה כתיב ויתפלל אלישע אל יי' ויאמר הך נא את הגוי הזה בסנוירים ויכם בסנוירי' כדבר אלישע : וכתי' וישלח המלך את ידו לאמר תפשוהו ותיבש ידו ולא יכול להשיבה אליו :

de Angelis) legitur: *Viros vero illos qui erant ad ostium domus percusserunt scotomate.* De Elisa (2. Reg. 6,18.) scriptum: *Oravit Elisa Dominum, ac dixit: percute quæso gentem istam subito scotomate, qui percussit eos subito scotomate secundum verbum Elisæ.* Scriptum quoque (1. Reg. 13,4. de Jeroboamo concitato adversus Prophetam quendam:) *Et extendit Rex manum suam dicendo: prehendite eum. Et exaruit manus, nec potuit illam retrahere ad se.*

כתוב להם אז יצאו אל יוחנן ט יושבי ירושלים וכל יהודה ו וכל המלכות עד הירדן והיו גם מטבילין בירדן ואותה טבילה קורין הם טופא פפטישטא : וכל כך למה ומי ציוה ליוחנן לעשות זאת הטבילה : באיזה תורה מצאה לא בקדמונית ולא בחדשה : ועוד אם הטבילם במים חיים הוא הטבילם אבל אילו הגוים שלמדו ממנו ל למה אינם עושים כן במים חיים כי כן אנו רואין שאין חוששין גם וטובלים במים שאובי' ומלואין בכלים :

Scriptum tenent: *Tunc exibant ad Johannem Baptistam habitatores Hierosolymorum, & tota Judæa, omneque regnum usque ad Jordanem, & baptizabantur in Jordane.* Ob illum baptismum vocant eum Baptistam. At, totum hoc, cui bono? &, quis præcepit Johanni, ut hunc baptismi ritum introduceret? In qua Lege imperatur? utique nec in veteri, nec in nova. Amplius, quos ipse baptizabat, aqua fluente vivaque abluit; at recentiores Christiani, qui ejus institutum tenent, non similiter aquis vivis utuntur. Nam nos videmus illis religioni non esse baptismum aqua hausta, & vase contenta peragere.

כתוב להם אז בא ישו אל הירדן ליוחנן ויטביליהו יוחנן בירדן : וכ וכשעלה מן הירדן נפתחו השמים לו וירא רוח יורדת מן השמים כ כדמות יונה ובאה עליו : והנה מן השמים קול ויאמר זה בני בחירי בו רצתה נפשי : וכל כך למה וכי יש אלוה שצריך לקדשו מטומאת

Scriptum tenent: *Tunc venit Jesus ad Jordanem, ad Johannem, atque baptizavit eum Johannes in Jordane. Cum vero ascenderet ex Jordane, aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum descendentem e cælo, in specie columbæ, & venientem super se. Et ecce vox adfuit e cælis, dicens: Iste filius meus dilectus, in quo acquiescit anima mea.* Quorsum omnia ista? Reperiturne Deus, qui

כבשר ודם : ועוד שכבר כתוב ל להם במקום אחר שרוח נכנס במרים אמו לכתחילה כשנתעברה : עכשיו להיכן הלך אותו הרוח ; אם אתה אומר שנטמא הרוח בתוך מיעיה נמצא שהיא טמיאה כשאר נשים :

us, qui opus habeat purgatione ab immunditie adinſtar hominis alicujus ? Porro, ſcriptum itidem apud eos alio loco, Spiritum ingreſſum eſſe Mariam matrem illius, actutum ac prægnans facta erat. At nunc, quorſum iverat ſpiritus iſte ? Si dicat Adverſarius, inquinatum eſſe Spiritum in viſceribus uterum gerentis : tum relinquitur immundam eam fuiſſe, more reliquarum mulierum.

ועוד שכך מזהיר בתורתם שלא יעשה להם טבילה אלא פעם אחת ואם יש אדם שיעשה יותר נקרא מין מתורתם : וזה שהייתי סבור שלא היה צריך לקדושה אחרת כ״א מאלוהותו הי׳ה קדוש : וישו נעשה קדוש על ידי אדם ג׳ פעמים אחת כשנכנס במעי אמו הייתה רוח הקדש : וכשנטבל על ידי יוחנן כ כשאר בני אדם הייתה רוח הקודש : וכשעלה מן הירדן הייתה רוח הקדש הרי ג׳ פעמים : ועוד כשמטבילין ״ האנשי׳ אינם מטבילין כי אם הנפש : שכך קוראי׳ גופו של אדם קודם לכן כלי ריק : והצלמי׳ שבבתי תועבותם וכל כלי תשמיש ע״ז כגון קלוקין וכלבים למה מטבילין אותם וכי יש להם רוח ונפש :

Porro, notandum, in Lege ipſorum vetari, plus vice ſimplici admittere baptiſmum, atque ſi quis illum iteret, Hæreticus vocatur ex Lege iſta. Enim vero, is quem quiſque crederet, nulla opus habere ſanctitate alia, ſed propria divinitate ſatis ſanctum eſſe, Jeſus nimirum, tribus vicibus hominis interventu ſanctificatus fuit. Semel cum ingreſſus eſſet uterum maternum repletus fuit ſpiritu ſancto. Deinde, cum per Johannem Baptiſtam reliquorum hominum more baptizaretur, iterum replevit eum ſpiritus ſanctus. Denique, cum ex Jordane aſcenderet, ſimiliter repletus fuit ſpiritu ſancto. Sed vero, cum ipſi homines baptizant, tantum animam baptizari ajunt, corpuſque ante baptiſmum vas vacuum appellant. Quare ergo baptizant imagines quas in delubris ſuis habent, item omnia vaſa ad idololatricum ſuum cultum pertinentia, uti campanas, calices ? Anne iſtis ſpiritus ac anima inſunt ?

כך אנו שואלין להם לאחר שא שאדם מת בלא טבילה אם יכול להטבילו כדי שיכנס בגן עד׳

Quæramus ex ipſis, num homo aliquis, qui non baptizatus deceſſit, ita baptiſmo initiari mortuus queat, ut ejus beneficio paradiſum intret?

בעד אותו טבילה : והן משיבין
לעולם לא יכנס הואילו בחייו לא
נטבל : ואח״כ אנו שואלין שאילה
זו שכך כתוב בתורתם שכך אמר
גריגוריוש קדוש שלהם : פעם
אחת הלך בכרכי *ישמעאלי ומצא
על קבר אחד כתוב בחרט אנוש
כמה היו מספר ימי חייו של אותו
ישמעל שנקבר באותו קבר : וכמה
היה טוב ורחמן וישר : וכמה היה
אוהב משפט : והחסד שעשה עם
אשה אחת ענייה שאחד מן עבדיו
פגע פעם אחת ונתקוטט עם
בנה של אותה אשה וכעס עבד
של אותו ישמעאל על בנה וקם
עליו והכהו וימות : ואח״כ באתה
האשה ותצעק אל אותו שר
ישמאעל ואותה שעה שבאתה
האשה לפניו בוכה על מיתת בנה
היה רצונו ללכת בחייל : וחזר
לאחוריו נגד האשה ואמר לה מה
לך אשה כי תבכי : ואמרה לו
האשה בי ארוני שכך הירע לי
אחד מעבדיך : מיד ציוה לקרא
לאותו עבד וציוה לו על נפשו
לילך עם האשה ולהיות עמה
לעובדה ולשומרה כל ימי חייה
כאילו היתה אמו : ומיד פנה השר
ישמעאל לדרכו ונהרג : וכשראה

tret? Reſpondebunt promte, nequaquam id fieri poſſe, quia vivus non fuit baptizatus. Porro igitur inſiſtamus difficultatem movere, ex eo quod ſcriptum eſt in Lege ipſorum, quodque memoriæ proditum de Gregorio, quem pro Sancto colunt. Scilicet, is aliquando peragrabat civitates Iſmaëlitarum, reperitque inſcriptum ſtylo humano, ſepulchro cuidam, quot annis vixiſſet Iſmaëlita ibidem ſepultus, quamque probus ac benignus fuerit & integer vitæ, quanto ſtudio amaverit juſtitiam, quantamque miſericordiam exercuerit erga fœminam pauperem. Quidam enim ex ſervis ejus, inciderat, aliquando in filium fœminæ alicujus, & cum eo fuerat jurgatus, excandeſcensque ſervus Iſmaëlitæ, adverſus filium, illum percuſſerat, & trucidarat. Poſtea adivit mulier Principem Iſmaëlitam (*ejusq; opem imploravit*,) qui ſub ipſum hoc tempus quo a muliere necem filii deflente conveniebatur, in bellum proficiſci volebat. Reverſus igitur ad mulierem ait: Quid te ſolicitat fœmina, ut lacrymeris? Reſpondet ipſa: Tuam fidem Domine, tam nequiter mecum egit unus ex ſervis tuis. Ergo actutum vocato ſervo illo, ſub capitis pœna ei præcipit, ſectaretur fœminam, & cum ipſa degeret, eique ſerviret, illamque tueretur, tota vita, quaſi ſi mater ejus eſſet. Poſtea Princeps ille Iſmaëlita iter ſuum perſecutus eſt, fuitque interfectus. Re hac cognita Gregorius miſericordia ductus flere cœpit ſuper ſepulchro, precatusque eſt

* Apud Munſter. in Evang p. 103. legitur שפעם אחת הלך בקברי

גריגוריווש המעשה הזה נתגלגלו
רחמיו ובכה על הקבר וביקש בע
רחמים שיוסלחו חטאתיו של אותו
שר ישמעאל ותהיה נפשו צרורה
בגן עדן : וכאשר שאל וכן היה :
ואומרי' שמן הדמעות שנפלו על
הקבר היה נטבל לקיים מה שכ
שכתוב בתורתם שאין אדם יכול
להיכנס בגן עדן אלא א"כ נטבל
וכל מי שלא נטבל לא יכנס לע
לעולם : ואח"כ אמרו לו מן השמים
גרגיוריוש כך אני מתרה בך † ש
שלא תבקש ולא תשאל עוד בש
מחילה כזאת שמחלתי לך בזה ש
הישמעל כי לעולם לא אעשה עוד
משום אדם לעולם מחילה כזה :
ומזאת המחילה שמחלתי לך יהיה
לך חולי עד רוב ימים וכן היה
ואחזתו חמה : ומן המעשה הזאת
נפלאתי * מאוד שאני יודע שכתוב
בתורתם מתחילה שאין אדם
יכול להכנס בגן עדן אם לא נטבל;
וזה היאך נכנס שמן הדמעות
הללו לא נטבל אפילו רביעית מן
האבר שעל הגוף : ועוד כיון שאין
בו רוח אפילו אם נטבל אלף פ
פעמים באלף מקוואות * מים לא
יועילו לו : ועוד אפילו לפי דבריך
שאתה אומר שהטבילה היא טבילת
מחילת חטא מן הדמעות : ולמה
נאמר לו מן השמים שלא יעלה

† Munsterus leg. מצוה אותך

* Munst. נפלאת לי

* Munst. מקומות

est ut dimittantur peccata illi principi Ismaëlitæ, & ut anima ejus paradisi sedibus inferatur. Voti compos factus est Gregorius, ajuntque ex lacrumis quæ super sepulchrum ceciderant, Ismaëlitam fuisse baptizatum, ut constaret veritas illi quod scriptum est in lege ipsorum, neminem hominem paradisum ingredi posse nisi sit baptizatus, omnesque qui baptismo carent, ab illo exesse cogi in æternum. Postea cœlitus dictum est Gregorio : Cavesis Gregori unquam amplius similes preces & rogationes facias, quarum nunc in hoc Ismaëlita es damnatus: nec enim ulli porro hominum hanc gratiam faciam, te vero ob impetratam hanc veniam morbus manebit, per pluscu'um temporis. Atq; id etiam evenit, correptusq; fuit a febri. Hæc historia multum stupere me facit. Scio enim in exordio Legis ipsorum scriptum esse, haud quenquam nisi baptismo initiatum paradisum ingredi posse. Iste igitur quomodo in eum delatus est? nam lacrumis illis ne quarta quidem particula membri alicujus e corpore baptizari potuit. Amplius, quia spiritu cadaver destituebatur, si maxime millies in millenis lavacris baptizatum fuisset, nihil id proderat. Quin etiam propria ipsorummet sententia, qua lacrumas in baptismum remissionis peccatorum cessisse volunt, admissa, quare cœlitus ei fuit prohibitum, ne simile quid agere præsumat, hoc est, ne cuiquam homini, aut lacrumis aut modo alio, veni-

am

בדעתו לעשות עוד ר״ל לבקש גם
רחמי׳ משום אדם בעולם לא
ברמעות ולא בדבר אחר לאחר מ
מיתתו : וכילא ה יה לו לשמוח
על אותו גריגוריוש ולהכריעו לכף
זכות ולשלם לו טובות שישלם
לו נפש אחת : ואם תדיחני לומר
שאותו ישמעאל לא נכנס לעולם
למלכות השמי׳ אלא לא היו לו
צרות של גיהנם מפני תפילתו של
גריגוריאוש אכ״ למה הוא מספר
שהיה לו מחילה מן הדמעות ומאותן
דמעות היה נטבל : היה לו לומר
שבעד התפלה ובעד הדמעות נמחלו
לו עוונותיו שלא היה נידון בגיהנם
אבל הואיל והזכיר הטבילה נמצא
שכל המחילה הייתה תולה באותה
טבילה :

am delictorum post fata impetrare conaretur? Annon lætari debebat (*Numen istorum*) de illo Gregorio, eumque in pretio habere, ac gratiam ipsi referre, ob animam aliquam vindicatam? Quod si Adversarius hæc ita excusare velit, ut dicat, Ismaëlitam illum neutiquam in cœlum admissum, sed tantum precibus Gregorii ab inferni cruciatibus fuisse liberatum, (*frustra est.*) Quippe, si hæc ita se habent, quare lacrumis veniam consequutum, iisque baptizatum esse asseritur? Dicendum erat, beneficio precum & lacrumarum peccatorum remissionem retulisse Ismaëlitam, ne in inferno cruciaretur. At, quia baptismatis fit mentio, necesse est omnem peccatorum veniam ab eo dependere.

כתוב ׳להם שהובא ישו במדבר
וניסהו השטן : ויצם ישו מ׳ יום
ומ׳ לילה ואח״כ נרעב : ויבא גם
המנסה ויאמר לו אם בן אלהים
אתה תגזור שהאבני׳ האילו יהיו
לחם ויען ישו ויאמר כי לא על
הלחם לבדו יחיה האדם כי על
כל מוצא פי יי׳ יחיה האדם : אז
העלהו השטן בעיר הקדש ויעמידהו
על פינת ההיכל ויאמר לו אם א
אלהי׳ אתה הינפל אחריך : כי
כתוב כי מלאכיו יצוה לך לשמרך
בכל דרכיך : ענה לא ישו לא גם
תנסה את יי׳ אלהיך : ועוד העלהו

Scriptum tenent : *Jesus in desertum deductus, & a Satana tentatus fuit. Et cum jejunasset dies quadraginta, & noctes quadraginta, postea esuriit. Et cum venisset tentator, dixit ad eum : Si filius Dei es, impera ut isti lapides panis fiant. At respondens Jesus, dixit : Enim vero, non solo pane vivet homo, sed ex quovis verbo prodeunte per os Dei idem vivit. Tunc traduxit eum Satanas in civitatem sanctam, & statuit eum super pinnas templi, aitque illi : Si Deus es, dejice teipsum deorsum : Scriptum enim : Angelis suis mandabit de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis. Respondit ei Jesus : Non tentabis Dominum Deum*

השטן על הר גבוה והראהו כל
ממלכות העולם : ויאמר כל זאת
אתן לך אם תפול ותשתחוה לי :
אמר לו ישו את יי' אלהיך תירא
ואותו תעבוד אז הניחו השטן : וכל
כך למה שהוא מספר שהיה צם
מ' יום ומ' לילה ומה שבח יש זה
לאלהי' שהורת צריך לאכילה
ולשתייה: והלא כל מלאכי אלהינו
המשרתי' לפניו אינם צריכים
לאכילה ולשתייה : ועוד משה
שהיה בשר ודם היה ניזון מזיו
שכינה מ' יום ומ' לילה לחם
לא אכל ומים לא שתה וכן אף
אליהו : ועוד שלא יכלו ישראל
לראות קלסתר פניו של משה ע״ה
עד ששם על פניו מסוה מפני
שקרב לפני קונו : וזה שקרא
עצמו אלהי' על אחת כמה וכמה
ועוד למה נערב : אר״ת מפני
הבשר : הבשר היאך יכול לצום
מ' יום ומ' לילה כ״א מרוח
קודש ואותו רוח הקודש נתן בו
כוח לצום מ' יום ומ' לילה
ולמה לא פירנסו כל הימים בלא
אכילה ובלא שתייה ובלא רעב
וצמא : ועוד כשאמר לו השטן אם
אלהי' אתה עשה לחם מן האבני'
ואכול : למה השיב לו כי לא על

um tuum. Amplius, evexit eum Diabolus in montem sublimem & ostendit ei omnia regna mundi, dixitque: Omnia hæc tibi dabo, si prostratus adoraveris me. Ait illi Jesus: Dominum Deum tuum adorabis, & illi servies: Tum missum illum fecit Satanas. Quorsum ista? Scilicet, quod principio narratur jejunasse illum per dies quadraginta noctesque totidem: Ecquæ enim Deo laus, quod cibo & potu ipse indigeat? Annon omnes Angeli Dei nostri, qui eidem tantum ministrant, cibo & potu minime opus habent? Porro, Moses, qui purus putus homo erat, splendore divinæ majestatis per quadraginta dies, noctesque quadraginta pastus fuit, & nec panem comedit, nec aquam bibit. Idem & ab Elia præstitum est. Adde quod Mosis b. m. faciem Israëlitæ intueri non potuerunt, nisi operimento velaretur, quia ad creatorem suum accesserat. Quanto igitur magis istius qui ipsum se Deum vocat, similis debebat esse conditio? Cæterum, quare tandem esuriit? Si dicat Adversarius id ob carnem evenisse. (*Respondendum:*) Quomodo posset caro quadraginta dierum, & quadraginta noctium sustinere inediam? fuit igitur id spiritus sancti effectum, atq; is spiritus sanctus vires ei suffecit ad perferendum quadraginta dierum, noctiumque totidem esuriem. Sed quare idem, non aluit eum tota vita sua, sine cibo & potu, & famis ac sitis exsortem fecit? Amplius, cum Satan illi diceret: Si Deus tute es, confice panem ex lapidibus, eoque vescere; quare respondebat ei: Non ex solo pane vivit homo. Inepta

ex

הלחם לבדו יחיה האדם : תשובה
זו משובשת היא כי השטן היה
יכול להשיב לו הואיל כי לא על
הלחם לבדו יחיה האדם כי על
כל מוצא פי ײ יחיה האדם לכך
עשה לחם מן האבנים שהרי על
מוצא פי ײ יחיה האדם בין מן
העצים בין מן האבני׳ : ועוד למה
ניסהו השטן בכל אילו נסיונות
והלא גלוי וידוע לכל העולם גם
שהשטן מלאך רע הוא ויודע גלויות
ונסתרות כמו מלאך אחר : ואם
הדבר אמת שהוא אלוה למה הטריחו
בכל זאת ולא היה ירא ממנו :

eſt hæc reſponſio, nam Satan regerere poterat: Quandoquidem non ex ſolo pane vivit homo, ſed ex quovis verbo prodeunte per os Dei ipſe victitat, eapropter converte lapides iſtos in panem, nam ad verbum ex ore Dei prodiens, vivit homo, tam ex ligno, quam ex lapidibus. Denique, quare Satanas omnibus iſtis tentationibus eum aggreſſus eſt? Annon orbi univerſo perſpectum, Satanam angelum eſſe malum, clara & occulta æq; nota habentem ac angelus alius? Quod ſi igitur vere Deus erat, quare tantum negotium ei facesſivit Satanas, nec ab eo ſibi metuit?

כתוב להן יוסף לקח בעולת שלו
ולא ידע אותה עד עת נולד בן גם
שלו ראשון ילוד אשר נקרא ישו :
והלטיין יוזף אקציפיט קוניוגים
סואם עיט נון קונגנוביט עיאם
דונק פיפריט פיליאום סואום פ
פרימויינייטום קווי בוקאטור יזוס :

Scriptum tenent; Joſephum aſſumſiſſe conjugem ſuam, nec cognoviſſe illam, quoad pareret filium ſuum primogenitum qui Jeſus fuerit appellatus. Verba ipſa Latina ſunt: *Joſeph accepit conjugem ſuam, & non cognovit eam, donec peperit filium ſuum primogenitum qui vocatur Jeſus.*

כתוב להם כשהיה נולד מרחם
אמו כשאר כל בני אדם ויפתח
רחמה וילדה זכר ותקרא אותו א
אלוהים :

Scriptum tenent: Cum naſceretur ex utero matris ſuæ more reliquorum hominum, apertus fuit uterus, & peperit marem, vocavitq; illum Deum.

כתוב להם האב לא נורע והרוח
לא נורע והבן יצא משניהם : א״כ
היה האב קודם לבן : וכשהוא א
אומר הבן יצא משניהם א״כ על
כורחך היה עת שהיה אב בלא
בן : ואתם אומרי׳ ששלושתן שוים

Scriptum tenent: Pater non eſt genitus, ſpiritus non eſt genitus, & filius ab utroque procedit. Quæ, ſi ita ſe habent, fuit pater filio prior. Cumque aſſeratur filium ab utroque procedere, velis nolis fateare oportet, fuiſſe tempus quo erat ſolus pater, ſine filio: vos autem

בגרולה ובזקנה ובכל דבר וזה א
אינו על כורחכם והלטיין בקוויקונקי
בולט פאטרוש אין ייניטום פ
פיליאוס אין ייניטום שפיריטוס
סנקטוס אב אוטרוקווי פרוצידיט :

tem perhibetis, tres illos æquales eſſe majeſtate, ſenio, rebusque aliis omnibus. Sed neceſſe eſt, ultro abſurditatem dictorum agnoſcatis. Verba ipſa Latina (*in Symbolo Athanaſiano, quod incipit:*) Quicunque vult (&c. ſic habent:) *Pater ingenitus, filius ingenitus, ſpiritus ſanctus ab utroq; procedit.*

כתוב להם ברדרת ישו מן ההר
הלכו אחריו עם רב והנה מצורע
בא וישתחווה לו לאמר אדני אם
תחפוץ תוכל לראפיני מצרעתי :
וישלח ישו את ידו ויגע בו ונרפא
מיד : ויאמר לו ישו ראה אל תא
תאמר לאדם אלא הראה אל הכהן
והבא איליו קרבנך על טהרתך כ
כאשר ציוה משה בתורתו : ועתה
נפלאתה לי מאוד מדוע ציוה לא
לאותו מצורע לילך אל הכהן ול
ולהביא קרבנו כיון שנתרפא על
ידו : ולמה היה צריך לילך לכהן
ועוד אין אנו רואין את כל שאר
מצוות שבתורה אפילו אחת שנעשית
על פיו אחר שנולד מן האשה כג
כגון שבת ומילה ואכילת חזיר
וכלאיי ואחירות כמה וכמה שהתיר
אחר ביאתו : וזאת עצמה לא נע
נעשית מהיום ההוא והלאה :

Scriptum tenent: *Cum Jeſus a monte deſcenderet, ſequebatur eum turba multa, & ecce leproſus veniens, & coram eo ſeſe proſternens, ait: Domine, ſi vis potes me ſanare a lepra mea. Et extendit Jeſus manum ſuam, illumq; tetigit, fuitq; illico ſanatus. Dixit autem ei Jeſus: Ecce, ne dicas hoc cuiquam, ſed oſtende te ſacerdoti, & offer ſacrificium tuum ob mundationem impetratam, ceu Moſes in lege ſua præcepit.* Magnum hic mihi mirum, quare imperaverit leproſo adire ſacerdotem, & ſacrificium offerre, cum ſua ope fuerit ſanatus, & quare neceſſe habuerit ſanatus adire Sacerdotem. Atqui non videmus ullum ex cæteris præceptis mandato ejus fuiſſe obſervatum, poſtquam ex muliere natus eſt, non ſabbatum, non circumciſionem, non interdictum de haud comedenda carne ſuilla, aut abſtinendo a heterogeneis, aliaque longe plurima: quorum omnium immunitatem dedit, poſt adventum: neque illud ipſum (*de leproſo*) præceptum, poſt eam diem unquam amplius fuit ſervatum.

כתוב להם ויהי כי ככלות ישו
לדבר את הדבריי האלה הפתרונות
שפיתר לתלמידיו וכל הנסתרות
שאמר להן עבר משם ובא לעירו :

Scriptum tenent: *Cum Jeſus abſolviſſet ediſſerere iſtas explicationes quas diſcipulis ſuis ſuggeſſit, omniaq; arcana quæ illis tradiderat, diſceſſit inde, venitq; in civitatem*

ſuam

ויהי מלמד בבתי כניסיותיהם
ויתמהו עליו כל שומעין ויאמרו מ
מאין הכמה ותבונה לזה : ולא זה
בן נפחא הוא ואמו מרים ואחיו
יעקב ויוסף ושמעון ויהודה ואחיותיו
הלא כולם עמנו הם: ומאיין הורגלו
לו כל החכמות האילו : ענה ישו
ואמר להם אין נביא בלא כבוד
אלא בעירו ובביתו על כן לא עשה
גדולות רבות ; וכך אני שואל לך
אם היו למרים בנים ובנות בלא
ישו וליוסף נפחא אם היו לו בניי
ובנות מאשה אחרת : אם תאמר
יש להם בנים ובנות הרי טוב :
לכך אמרו היהודים מכירין הלא
אנו רואים אחיו ואחיותיו יעקב
ויוסף ושמעון ויהודה שאינם עושים
חכמות וגדולות כמוהו : אבל את״
שלא היו לו בניי ובנות זולתי ישו
ולמה אמרו היהודיי כן הלא אחיו
ואחיותיו עמנו ולמה קורין לאילו
קרואי שמות אחיו ואחיותיו כמו
לאחירים : ולמה לא השיב להם
ישו שוטים כל מה שאמרתם ש
שיש לי אחים ואחיות כיזוב הוא
ולא אני בן נפחא וזאת שאתם
תמהים מחכמתי אל תתמהו כי
כל חכמות שבעולם שלי הוא ;
אלא אמר להם כמו שאומרים
מן הליצנים בכל מקום שהם יו

suam. Erat autem docens in Synagogis illorum, atq; mirabantur eum omnes illum audientes, dicebantq;: Vnde huic sapientia & eruditio? Annon fabri filius is est? & annon mater ejus Maria, fratresq; Jacobus, Josephus, Simeon, Judas, sororesq; omnes nobiscum agunt? unde igitur nactus est omnes istas intelligentias? Respondit Jesus, illis inquiens: Propheta non caret honore nisi in urbe sua, & in domo sua: atq; ideo non edidit multa miracula. Jam ego ex te quæram, habueritne Maria filios filiasque præter Jesum; aut, habueritne Josephus faber filios filiasque ex conjuge alia? Si dicas suscepisse (*Mariam & Josephum*) filios filiasque, bene se res habet, atque ideo dicunt Judæi quibus cognitus erat, annon videmus fratres ejus & sorores ejus, Jacobum, Josephum, Simeonem, Judam, nequaquam tantam sapientiam & tanta prodigia ille quam facit, ostentare? At, si dicas non habuisse illos liberos præter Jesum, quare Judæi in hæc verba prorumpunt: Annon fratres ejus, & sorores ejus nobiscum agunt? & quare illos usitatis fratris & sororis vocabulis cognominant? Quare item non respondit illis Jesus: Homines stultissimi, omne quod de fratribus & sororibus meis dicitis, mendacium est, neque filius fabri ego sum. Quod vero sapientiam meam miramini, illa nequaquam vos in admirationem conjicere debebat: omnis enim sapientia quæ orbe hoc continetur, mea est. Atenim responsum dat, quod de ardelionibus vulgo dici solet, eos quocunque se conferant majore honore

הולכים חולקים להם כבוד יותר מבבתיהם ׃ ועוד מי היו האחים שירדו עמו לכפר נחום ׃ אֿת הם תלמידיו ׃ הלא כתוב הוא ואחיו ותלמידיו ירדו לכפר נחום ׃ ואם תאמר כל ישראל נקראו אחי׳ זה לזה ׃ והלא הם נקראי׳ במקום אחר על שמם שכך כתוב כשראו ישראל את האותות שעשה ישו א ואמרו זה לזה מאיין חכמה וגבורה לזה ולא בן נפחא הוא ואמו מ מרים ואחיו ואחיותיו הלא הם עמנו כולם ׃

nore affici,quam domi ſuæ. Amplius, quinā fuere illi fratres, qui cum eo in Capernaum deſcenderunt? Si dicas diſcipulos fuiſſe: (*vanus es*:) Annon enim ſcriptum diſerte: *Ipſe & fratres ejus, ac diſcipuli ejus deſcenderunt in Capernaum.* Quod ſi dicas omnes Iſraëlitas invicem fratres vocari: (*neq; ſic quicquam obtinebis*:) Annon enim alio loco exprimuntur nominibus ſuis? ſcriptum namq; :Cum viderent Iſraëlitæ ſigna quæ fecit Jeſus, dixere ſecum invicem: Vnde huic tanta ſapientia & vis? annon fabri filius eſt? annon Maria mater ejus, ejusq; fratres & ſorores omnes nobiscum ſunt?

כתוב להם שאמר ישו לבעל ה השידה השוכב על המטה קום לך לבעבור תדעו כי יש בן אדם מושל בארץ לסלוח חטאות אז אמר ישו לבעל השידה קום לך ושא את מטתך ולך אל ביתך ׃

Scriptum tenent dixiſſe Jeſum in lecto decumbenti dæmoniaco: Surge, ambula. (Sic enim integer habet ſermonis contextus:) *Vt conſtet vobis filium hominis in terra pollere facultate remittendi peccata, ideo dixit Jeſus dæmoniaco, ſurge, ambula*; *tolle lectum tuum, & abi in domum tuam.*

כתוב להם בספר מרקוש סמריא הוא שומרון פעם אחת רצה לילך לשומרון והיו עמו כיתורת רבורת ולא רצו להניחו בעיר שמריא ולא בשדה וגוי ונתן מחמשה ככרי לחם ומשני דגים לאכול לאלפיים ב בני אדם שהיו לשם ׃ ואמר להם שועלים יש להם חפורות ולעוף השמים קינים ואני בן אדם אין לי קרקע במה שאוכל להשים את ראשי׃

Scriptum tenent in libro Marci, (*id quod ſequitur; tenendumq;*) Samariam quam vocant, nobis Schomeron dici. Aliquando volebat Samariam ſe conferre, eratq; cum eo turba multa, neque ei concedebant ut in urbe Samaria aut in agro moraretur &c. atq; ex quinq; panibus & duobus piſcibus bis mille qui ibi aderant, cibavit homines. Dixit autem illis: Vulpes habent foveas, avesque cœli nidos: mihi autem filio hominis non tantum ſoli ſuppetit, quo caput meum reclinem.

Amplius

עוד כתוב להם בספר מרקוש וירא
ישו כיתות רבות סביבותיו : וילך
מעבר לנהר פרת : ויבא סופר אחד
ויאמר ר' אלך אחריך אל המקומות
אשר תלך שם : ענה לו ישו ב
שועלי' יש להם חפורות וגו' :

Amplius ſcriptum tenent in libro Marci: Et vidit Jeſus turbam multam circum ſeſe, trajecitque fluvium Euphratem. Tum Legiſperitus quidam eum acceſſit, dixitque: Magiſter, proſequar te in loca quo itabis. Reſpondit ei Jeſus: Vulpes habent foveas &c.

כתוב להם שישו קובל על עצמי
ואומר זאבים יש להם חפורות
ועופות לצר השמי' קיניהם ואני בן
אדם לא יש לי איפה יכוף ראשי :
כלומר שכל כך היה עני :

Scriptum tenent, Jeſum de ſeipſo teſtatum eſſe, dixiſſeque: Lupi habent latibula, & aves ſub cœlo volitantes gaudent nidis, at mihi filio hominis nihil eſt quo caput reclinem. Videlicet, ſic de pauperie querebatur.

כתוב להם שצעק ישו לאביו לאחר
שנצלב ואמר אב שלי אם יכול
להיות הפסק הצרה שלי : והלטיין :
פאטיר מי סי עשט פוסיבילי ב
טראנציאט א מי קאליקש אישטי
וירון טאמן נון סיקוט איגו וואלו סיט
סיקוט טו ביש : ועתה אם אלהי
הוא למה קרא עצמו בן אדם :
והלא מצינו בכמה מקומות שמזהיר
אותנו שלא לדמותו לבן אדם
כמו שאמר בלעם לא איש אל
ויכזב ובן אדם ויתנחם : ועוד
שאמר דוד אל תבטחו בנדיבים
בבן אדם שאין לו תשועה : ועוד
כתוב ארור הגבר אשר יבטח ב
באדם ושם בשר זרועו : וכל אילו
הדברי' היו בישו שנקרא שמו בן
אדם כמו שמצינו בעון גיליון ב
שבכל מקום אפילו הוא עצמו ב
קרא את עצמו בן אדם פילי ב

Scriptum tenent, Jeſum cum cruci affixus eſſet, ſic inclamaſſe patrem, dixiſſeque: Pater mi, ſi fieri id poteſt, ceſſet calamitas iſta. Verba ipſa Latina habent: Pater mi ſi eſt poſſibile tranſeat a me calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Atqui, ſi Deus eſt, quare vocat ſe filium hominis? Annon multis in locis reperimus (*Numen*) prohibuiſſe, ne filio hominis ſe aſſimilaremus? Bileamus (Num. 23, 19) ait: *Deus non eſt homo, qui mentiatur, aut filius hominis quem pœniteat.* Sic quoque David ait: (Pſ. 146, 3.) *Ne fidatis principibus, filio hominis in quo non eſt ſalus.* Itidē apud (Jerem. 17, 5.) ſcriptum: *Maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine, & ſtatuit carnem brachium ſuum.* Omnia autem iſta in Jeſum conveniunt, nam vocatus eſt filius hominis, atque reperimus in Evangelio quod is adeo ſeipſum ubivis vocet filium hominis. Cumq; ſcriptum ſit (Pſal. 116, 11.) *Omnis homo*

הומא : וכתיי כל האדם כוזב
והוא כזב ושיקר וניחם כמו שכתוב
בעוון גיליון שלהם שביקש ישו
ואמר אבי אתה כל יכול העבר
את כוס זה מעלי אבל לא יהא
כרצוני כי אם כרצונך : ואם
הוא אלוה הרי לך שכזב כי מי
יכול לבטל רצונו ; וניחם שהרי
הוא לא בא אלא לקבל אילו
הצרות כמו שני׳ בעון גיליון לא
בא בן האדם להשרת אלא לשרת
וליתן את נפשו פריון לרביי ואח״כ
אמר העבר כוס זה מעלי הרי
שניחם : ועוד אם עשה האות הזה
להודיע כוחו וגבורתו שריפא בעל
השידה ; ולמה אמר לבעבור תדעו
כי בן אדם מושל בארץ ; היה לו
לומר כי אלהים מושל בארץ : ועוד
אם אלהי׳ הוא למה ענה שקר
לאותו סופר שאמר לו שאין לו
קרקע כמו שיוכל לשום ראשו :
והלא כתוב והארץ לא תמכר
לצמיתות כי לי כל הארץ : ועוד
כתי׳ לײ׳ הארץ ומלואה תבל
ויושבי בה : ועוד אמר להם
במקום אחר ; נתונה לי מלכות
וממשלת שמים וארץ :

homo mendax. Deprehendimus ipsum & falsa proloquutum esse, & fefellisse, & pœnitentia ductum fuisse. Scriptum enim in Evangelio ipsorum quod oraverit Jesus, dixeritque: Pater mi, tu omnia potes, transfer calicem hunc a me, sed non mea, verum tua fiat voluntas. Enim vero, si Deus est, falsum dixit, quis enim potest voluntatem ejus irritam reddere? Pœnituit quoque eum: Ecce enim haud, aliam ob causam venit, quam ut istas calamitates perferret; unde scriptum in Evangelio: Non venit filius hominis ut sibi ministretur, sed ut ministret, detque animam suam in redemtionis pretium pro multis. Postea autem dicit: Aufer calicem istum a me. Ergo eum pœnituit. Porro, si sanando dæmoniacum, edidit miraculum hoc, ad vim & potentiam suam demonstrandam, quare his utitur verbis: Vt sciatis filium hominis in terra pollere potestate? Dicendum erat: Deum in terra pollere potestate. Insuper, si Deus erat, quare illi legisperito falsa loquutus est, dum ait, non se tantum telluris habere, ut caput illuc reclinare queat? Annon enim scriptum (Lev. 25, 23.) *Terra autem ne venditor lege mancipii, mea enim est omnis terra.* Scriptum quoque (Ps. 24, 1.) *Domini est terra & plenitudo ejus; orbis, & habitantes in eo.* Ipse quoque (*Jesus*) alio in loco iis dicit: Datum est mihi regnum & potestas cœli terræque.

כתוב להם שעבר ישו במקום
אחר ומצא שם חולה שהיה חולה

Scriptū tenent: Cum transiret Jesus locum quendam, reperit ibi ægrotum, qui octo & triginta annis

לחי שנים ואמר לו ישו תרצה להרפא: ויאמר לו ארוני כך הייתי חפץ: ויאמר לו שא מטתך ולך: מיד נתרפא ויקח מטתו וילך: ואותו יום שבת היה: ולכך באו אליו היהודים ואמרו ששבת הוא ואסור לעשות מלאכה בשבת ולישא משאות: ואמת הם אמרו: אם עשה רפואתו הרי טוב: לישא את מטתו למה צוה לו:

morbo fuerat correptus, huic ait Jeſus, visne ſanari? Is reſpondet Domine, omnino hoc expeto. Tum dicit illi Jeſus: Tolle lectum tuum & abi: illico ſanatus fuit, ſuſtulitque lectum ſuum, & abiit: Iſte autem dies erat ſabbaticus, ideoque venerunt ad eum Judæi, dicentes, ſabbatum agi, ac nefas eſſe opus facere, & portare onera. Quod verum eſt, hi dixere. Vt ſanaret eum, id fieri poterat: ſed quare jubet eum tollere lectum ſuum?

כתוב להם בעת ההיא אמר ישו מודה אני לפניך אלהי השמים ואלהי הארץ שהסתרת זאת מ מחכמי׳ ומנבוני׳ מה שגלית א אותו לי שכן רצון לפניך: בואו אלי כל היעפי׳ והתכבדים ואני משביעכם: הביאו צואריכם בעולי והאמינו בי שאני עניו ושפל רוח ותמצאו מרגוע לנפשיכם: עולי רך הוא ומשאי קל הוא: וכי היה צריך לומר מודה אני לפניך: אם אלהי׳ הוא מה הודאה צריך לו: והלא כל מה שנסתר לכל העולם כולו גלוי הוא לו והוא אמר מודה אני לפניך וכו׳:

Scriptum tenent: In illo tempore dixit Jeſus: Confiteor tibi pater, Deus cœli, & Deus terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, quæ mihi revelaſti. Sic enim tibi placuit. Venite ad me omnes feſſi, quique onerati eſtis, & ego vos ſaturabo. Indite colla veſtra jugo meo, & credite in me, nam ego manſuetus ſum, & humilis ſpiritu, atque invenietis requiem animabus veſtris. Jugum meum molle eſt, & onus meum leve. Cæterum, ecqui conveniebat, ut diceret: Confiteor tibi? Quod ſi enim Deus eſt, quare opus habet confeſſione? Annon enim id quod orbi univerſo abſconſum, ei revelatum eſt? Is autem ait, confiteor tibi &c.

כתוב להן בעת ההיא הלך ישו ל הנה והנה בשבת ותלמידיו היו ר רעבים והיו מקטפי׳ שיבלים מן הקמות ואוכלים: והפירושים היו אומרי׳ כשראו אותו הנה תלמידיך עושים שאין ראוי לעשות: וישמע

Scriptum tenent: Illo tempore Jeſus huc illuc itabat in Sabbato, ac diſcipuli ejus erant famelici, itaque evellebant ſpicas ex ſegetibus easque comedebant. Id videntes Phariſæi ajebant: Ecce diſcipuli tui faciunt id, quod facere non decet. His auditis, ait illis Jeſus: Annon

ישו ויאמר להן הלא קראתם מה
שעשה דוד כאשר היה רעב הוא
ואשר עמו: ויבא דוד בבית האלהי׳
ולחם הפני׳ אכל שלא היה גם
רשאי לאכול ולא הותר לו ולאשר
עמו כי אם לכהני׳ לבדם ; ועוד
אמר להם לא קראתם מה שכתוב
שהכהני׳ מחללי׳ את השבת בהיכל
ואינם נאשמי׳ : אומר אני לכם
שיש כאן שחשוב מההיכל ; ועוד
יש לכם לדעת מהו חסד חפצתי
ולא זבח : ועוד ששאלו לו ישראל
באותו שעה שבא לפניו אדם א
אחד שיבשה ידו ואמרו לו אם
מותר בשבת רפואה למען ילשינו
עליו : ואמר להם מי בכם אדם
שיש לו צאן אחת שתיפול בבור
בשבת ולא יעלינו מן הבור בשבת
על אחת כמה וכמה כי טוב אדם
מן הצאן ; ועוד אם יש מותר ב
בשבת לעשות טובה מה תשובה
זו שענה ישו להם : אם דוד ע
עשה שלא כראוי ממ״ אין היתר ל
להם באותן שיבולים לקטף ב
ביום השבת ; ועוד אם הכהנים
עושי׳ עבודה בהיכל הן בחול הן
בשבת כאשר הן מצווים ובזאת
מי התיר להם לחלל את השבת
בקטיפת שבלי׳ ; ובזאת שאמר
חסד חפצתי ולא זבח כלומר גם
שהוא אינו חפץ בזבח וקרבן; והלא
ראינו שהוא ציוה לאותו מצורע מ

non legiſtis quid fecerit David cum eſuriret ipſe & qui cum eo erant? Nempe ingrediebatur domum Domini, comeditq; panem faciei, quem comedere nefas erat, & qui, nec illi nec iis qui cum eo erant fuit licitus, ſed ſolis ſacerdotibus? Porro dicebat illis: Annon legiſtis quod ſcriptum, violaſſe ſacerdotes ſabbatum in templo, neq; tamen ideo reatū contraxiſſe? Dico autem vobis, eſſe hic eū qui templo dignior. Amplius, ſcire debetis quid ſit illud, Miſericordiam deſideravi, non ſacrificium. Dehinc quæſiverunt ex eo Iſraëlitæ, cum illum accesſiſſet homo quidam cujus manus exaruerat, dicentes: licetne ſabbato medicinam facere? ut illum criminarentur. Ipſe vero dixit illis: Quis homo erit ex vobis qui habeat ovem unam, & ſi ea inciderit ſabbato in foveam, quam non extrahat in ſabbato? Quanto igitur magis (*ſanare licet?*) quia homo pecude eſt præſtantior. Enim vero, ſi licet in ſabbato benefacere, quale hoc eſt reſponſum, quod Jeſus iis dedit? Atque eſto, egiſſe Davidem quod haud decebat, non tamen ideo illis licuit evellere ſpicas in die ſabbato. Inſuper, ſi maxime ſacerdotes munere ſuo in templo tam profeſtis quam feſtis diebus funguntur, ceu facere juſſi ſūt, quis eapropter iſtis conceſſit violare ſabbatū evulſione ſpicarum? Cæterum allegando dictum (Hoſ. 6,6) *Miſericordia delector, non ſacrificio*, id ſignificare velle videtur, quod ſacrificiis & oblationibus non capiatur. An vero non videmus

שריפא לילד לכהן ולהביא קרבן כאשר נצטווה לשאר מצורעים ב בתורת קדמונית ועכשיו היאך יכול לומר חסד חפצתי ולא זבח ; ועוד שאמר מי בכם אדם שיש לו צ צאן אחת וכו׳ והלא שקר הוא שכך גלוי לכל העמי׳ שאין ישראלים רשאים. להעלות שום בהמה בשבת לא מבאר ולא מחפורה ; ומדוע השיב להם כך : ובכך היה מתיר להם לעשות מלאכה בשבת ;

במרקוש כתוב להם באותו מ המקום שאמר לו הסופר ר׳ אלך אחריך אל״ אחד מתלמידיו ארוני הניחה לי עד שאקבור את אבי : ענה לו ישו בא אחריי : והנח מ מלקבור מתים : ואותו אדם עשיר היה : ואמר לו ישו מכור כל נכסיך ולך אחרי וילך האיש לביתו ויקבור את אביו ולא מכר נכסיו ולא ה הלך אחרי ישו : ויכנס ישו בספינה וילכו עמו כל תלמידיו והנה סער גדול בים והספינה חשבה להשבר ויבא הרוח בעבר הים בחזקה ג גדולה וישו היה ישן ; ויבואו ת תלמידיו ויעוררוהו ; אמר להם ישי מקטני אמנה אתם ; למה א אתם יראים שעה קטנה ; וכי יש רעה גדולה מזו שאמר לאותו ה סופר הנח מלקבור אביך והלא

videmus, illum ipſum præcepiſſe leproſo quem ſanaverat, adiret ſacerdotem, & offerret ſacrificium, quod reliquis leproſis imperatur in lege veteri? Quomodo igitur nunc dicere poteſt: Miſericordia delector, non ſacrificio? Porro, quod ait: Quis homo erit ex vobis, qui habeat ovem unam &c. Annon id falſum eſt? Notum enim omnibus gentibus, non licere Judæis extrahere ullam pecudem ſive e puteo, ſive e fovea, in ſabbato. Quorſum autem hoc reſponſum? Nimirum eodem permittere illis voluit, facere opus ſabbato.

Apud Marcum, eodem loco, quo illud de Legisperito dicente ad ipſum, Magiſter proſequar te, (*& de quo ſupra,*) continetur, ſcriptum quoque, dixiſſe illi quendam ex diſcipulis: *Concede mihi, ut ſepeliam patrem meum: atq; reſpondiſſe Jeſum: me ſequere, & abſtine a mortuis ſepeliendis. Enim vero, is homo dives erat, aitq; illi Jeſus: vende omnem ſubſtantiam tuam, & me ſequere. At homo is domum ſe conferebat, ſepeliebatq; patrem, nec vendidit ſubſtantiam, neq; Jeſum ſectatus eſt. Et ingrediebatur Jeſus navim, omnesq; cum eo erant diſcipuli ipſius, & ecce, tempeſtas ingens oritur in mari, periculumq; erat, ne navis mergeretur: ventus enim magno impetu in mari irruebat, Jeſus autem erat dormiens Venere igitur diſcipuli excitantes illū, quibus Jeſus ait: Vos ex puſillis fide eſtis, quare levi momento metum concipitis?* An autem pejus quid excogitari

 poteſt

אין מצוה גרולה מלקבור מתים ?
נכריים וכ״ש אביו של אדם : ג
ועוד שאומר שהוא היה ישן : ואם
אלהי׳ היא היאך ישן והכתי׳ ט
הנה לא ינום ואל יישן שומר
ישראל :

potest eo, quo Legisperito illi dixerat: Abstine a sepeliendo patre? Est utique palmarium pietatis opus sepelire mortuos ad se nihil attinentes, quanto igitur magis proprium parentem? Porro, ipsum dormivisse dicitur. At si Deus est, quomodo somnum capit? Scriptum (Ps. 121,4.) *Ecce non dormitabit, neq; dormiet custos Israëlis.*

ביוחנן כתוב להם בתורתם :
ובמלאת ימי טהרה היביאה אותו
לירושלים עכשיו משמע שהייתה
טמאה כשאר יולדות : כיון שאמר
ובמלאת ימי טהרה : ועוד שהביאה
קרבן משתי תורים ומשני ב
בני יונה שאינו בא אלא על שם
הטומאה :

Apud Johannem in lege ipsorum scriptum habetur: *Cum impleti fuissent dies purificationis, adduxit eum Hierosolymas.* Jam igitur consequens, immundam eam fuisse more reliquarum puerperarum: nam diserte dicitur, impletos esse dies purificationis. Amplius sacrificium quoque obtulit, par turturum & duos pullos columbarum, quod haud ob aliam causam, quam immunditiem, offerebatur.

כתוב להם ויעבור משם ישו וילך
אל צור ואל צידון והנה אשה כנ
כנענית הולכת אחריו וצועקת
ואומרת לו חנני ארוני בן דוד ב
בתי מליאה שדים : וישו לא ענה
לה כלום ויקרבו איליו תלמידיו
ויבקשו ממנו ויאמרו איליו מחול
לה שהיא צועקת אחרינו : ויען
ויאמר איני שלוח כ״א אל צאן א
אובדות בית ישראל : והאשה ב
באתה ותשתחווה לו ותאמר אד
ארוני הושיעני : ויען ישו ויאמר
לה אין טוב לגזול לחם מן הבני׳
ולתתו לכלבים : ותען האשה ותאמר
ארוני הכלבים אוכלים מן הפת
הפתיתים הנופלות משולחן אד

Sciptum tenent: *Et digressus illinc Jesus, venit Tyrum & Sidonem. Et ecce mulier Cananæa prosequitur eum clamando, dicens ei: Miserere mei Domine, fili David, filia mea plena est dæmoniorum. Jesus autem non respondit ei quicquam. Tunc accedentes discipuli ejus, rogarunt ipsum, dicentes: Dimitte eam, nam clamat post nos. Ipse vero respondens dixit: Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israëlis. At fæmina venit, & prostrata coram illo, ait: Domine succure mihi. Jesus autem respondens, ait illi: Non est bonum furari panem liberis, & objicere eum catellis. Respondens vero fæmina ait: Domine, catelli comedunt ex micis, quæ cadunt e mensa Dominorum suorum. Tunc respondens Jesus dixit ei: O mulier magna*

est

ארוניהם : ויען ישו ויאמר לה אי
אשה גדולה אמנותיד יהי לך כאשר
תחפוצי ותרפא בתה בשעה ההיא:
ומה שענה להם ישו איני שלוח
כי אם אל צאן אובדות וכו' כי
כלומר שהוא לא בא לארץ אלא
למחול לפושעי ישראל חטאתם :
הואיל שבא למחול ולסלוח מדוע
הפשיעם והכשילם ועיורם שהיו
נכשלים במיתתו : וכי אין אומה
בעולם שיכול להכשילם אלא
אותם שבא לפדות ולהושיעם :
ועוד שהוא אומר אל הכנענית אין
לגזול לחם מן הבנים ולתתו ל
לכלבים : דומייא זאת לא אמר
אלא כלומר לא טוב שאגזול את
החסד שיש לי לעשות לבני ישראל
ואתננה לשאר אומות כלומר לזאת
הכנענית שנקראת כלבא :

est fides tua, fiat tibi ut vis. Et sanata fuit filia ejus eadem hac hora. Quid sibi vult, quod Jesus ei respõdet : *Non sum missus nisi ad oves perditas &c.* Is videtur sensus esse, non venisse eum ob aliam causam in terram, quam ut sceleratis inter Israëlitas peccata condonet. Quod si igitur venit ad condonandum & dimittendum illis peccata, quare peccare eos fecit & impingere, penitusq; ipsos excæcavit, ut iniquissima morte illum afficerent? An nulla in orbe erat natio, quam scelus istud patrare sineret, præter eam, cujus redimendæ servandæq; causa venerat? Amplius ait Cananææ, non licere auferre liberis panem, eundemque projicere catellis. Hac similitudine haud aliam ob causam usus, nisi ut significaret : Non est æquum ut furer benignitatem quam Judæis largiri debeo, eamque aliis gentibus concedam : Isti nimirum Cananææ, quæ canis audiebat.

כתוב להן בעניין מרקוש : בערב
פסח כשהיו יושבין על השולחן לקח
ישו את הלחם ויבצע ויברך ויתן
להם לתלמידיו ויאמר להם קחו
זה הלחם כי הוא גופי : ועוד
ויקח את הכוס ויברך ויתן לכולם
וישתו כולם ממנו ויאמר להם
זהו דמי בעדות החדשה : בא
באיזה עניין נתן להם גופו ש
שאכלו אותו : חתך חתיכה מגופו
שנתן להם או נעשה מקודם ל

Apud Marcum scriptum tenent. *In vespera paschatos cum accumberent mensæ, accepit Jesus panem, illumq; divisit, & benedixit, deditq; discipulis suis, inquiens iis: Accipite hunc panem, quoniam est corpus meum. Amplius, accepit quoq; calicem, & benedixit, deditq; omnibus: atq; biberunt ex eo omnes. Ait vero illis : Hic est sanguis meus, in testamentum novum.* Qua ratione dedit ipsis corpus suum, ut illo vescerentur? Disciditne membrum e corpore, illudque iis porrexit? Aut, conversumne est prius corpus in

גופו ללחם ויין ומן השיורים ז
נתן להם:ואותו גוף שאכלו ושתו
להיכן הלך וירד : אם הלך לדרכו
לבדו או אם היה מעורב בקיבה
עם שאר האוכל :

panem & vinum, atque dedit is eis quod erat residuum? Insuper illud corpus quod comederunt & biberunt, quorsum abibat descenditque? petebatne viam propriam? aut anne in ventriculo cum cibis reliquis commiscebatur?

כתוב להם כשבא ישו עם על
תלמידיו בכפר ששמו גיא שמנים
ויאמר אל תלמידיו שבו בזה עד
שאתפלל: הוליך עמו פיטרו ויעקב
ויוחנן : והתחיל להתפחד ולהחרד
ויאמר עציבה נפשי עד מות : גם
שבו בזה ושקרו : ויעבור מהם
מעט ויפול על פניו על הארץ ע״ג
ויתפלל אם אפשר תעבור הכוס
הזה ממני בשעה הזאת : ויאמר א
אבי אתה כל יכול העבר הכוס ט
הזה ממני אבל לא כרצוני אלא
כרצונך: ויבא אל תלמידיו וימצאם
ישני׳ ויאמר אל פיטרו ושמעון לא
יכולתם שעה אחרת לשקוד עמי
שקדו והתפללו שלא תבואו לידי
ניסיון : הרוח קיימת אבל הבשר
חלש הוא:וגם הלך ויתפלל אותה
תפלה וילך וימצאם ישנים שהיו
עיניהם כבדות משינה ולא ידעו
להשיב אותו דבר : ויבא פעם גם
שלישית ויאמר להם שבו ונוחו
כי יש השעה שניתן בן אדם ביד
רשעי׳ קומו ונלכה כי הנה קריב
שימסור אותי ולפני : מי היה גם
מתפלל ישו : וכי היה צריך לע
לחלות ולחנן : והלא כתיב אומר

Scriptum tenent: *Cum venisset Jesus comitatus discipulis suis, in pagum cui nomen Ge-schemanim, ait discipulis suis: Sedete, hic usq; dum precatus fuero. Et deducit secum Petrum, & Jacobum, & Johannem, cæpitq; expavescere, & gravissime turbari. Et ait: Tristis est anima mea usq; ad mortem: Sedete hic, & vigilate. Progressusq; ab iis paululum, procidit humi in faciem, & orat: Si fieri potest, transeat a me calix iste, hora hac: Ait quoq;: Pater mi, tu omnia potes: aufer calicem hunc a me; verum non secundum meam voluntatem, sed secundum voluntatem tuam. Tunc venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, ibi ait Petro & Simoni: Annon potestis per horam unam mecum vigilare? Vigilate, & orate, ne incidatis in tentationem. Spiritus quidem robustus est, sed caro infirma. Et cum rursum abiisset, iteravit easdem preces: reversus autem invenit eos dormientes, erant enim oculi illorum graves somno, neq; poterant ei verbum ullum respondere. Et venit vice tertia, aitq; illis: Sedete & quiescite, adest hora qua filius hominis tradetur in manus impiorum. Surgite, eamus, nam ecce prope est, qui me proditurus.* Enim vero, coram quo

fudit

ועושה גוזר ומקיים : ואומר ש
שהתחיל להתפחד ולהחרד ויאמר
לתלמידיו עציבה נפשי עד מות :
ואם תאמר שהוא מדבר כנגד ה
הבשר שהוא מפחיד והלא הוא
אומר עציבה נפשי : ועוד בכל מ
מקום שאתה אומר דבר זה נגד
הבשר היתכן לומר כך : הלא כל
העולם יודעי' שהבשר אינו מד
מדבר ואינו יודע כלום אלא כא
כאבן כי אם מכח הרוח : ועוד
שהיה מתפלל לפני אביו להעביר
כוס זה ממנו : ואמר לא יהא כר
כרצוני אלא כרצונך א״כ לא היו
הרצונות שוות ואם שתי רצונות
להם נמצא שאינו אלהי' ועוד ש
שאתה אומר שבכל מקום ברצון
קיבל אותו ישו כל הצרות הללו
כדי לפדות בניו : ואם רצונו היה
תחנונים הללו למה : ואם לא
היה דעתו לקבל כל הזאת מדוע
לא הציל גופו שכך אמר להם
הרוח קיים אבל הבשר חלש :

fudit Jeſus preces iſtas? & anne neceſſe erat, ut oraret ac obteſtaretur? Annon ſcriptum tenemus: (*Is vir bonus eſt,*) qui quod dixerat facit; quod decreverat, implet? Traditur, ipſum cœpiſſe expaveſcere, & graviſſime turbari, dixiſſeque diſcipulis ſuis: triſtis eſt anima mea usque ad mortem. Quod ſi quis afferat excuſationem, carnis reſpectu de eo aſſeri quod triſtis fuerit. (*Reſpondendum*:) Annon diſerte ait, anima mea triſtis eſt? Quin, æquumne eſt toties illa excuſatione uti, aliquid ſecundum carnem dictum eſſe? Orbis enim univerſus ſcit, carnem non loqui, nec quicquam cognoſcere, ſed habere ſe inſtar lapidis, niſi a ſpiritu moveatur. Notandum præterea, quod patrem orat, ut transferat calicem illum a ſeſe, dicitque: non eveniat ſecundum meam, ſed ſecundum tuam voluntatem. Hinc relinquitur, diſpares eſſe voluntates. Quod ſi autem duæ ſunt voluntates, Deitas locum non habet. Inſuper contenditis, ſemper Jeſum ſua ſponte iſtas calamitates ſuſcepiſſe, ut filios ſuos redimeret. Quod ſi ſponte hoc fecit, cui bono ſunt illæ deprecationes? Si vero nolebat omnia iſta pati, quare corpus ſuũ non liberavit? Nam ſic ajebat illis: Spiritus robuſtus eſt, caro autem infirma.

כתוב להם ישו אמר כשנצלב א
כאיבה נפשי עד המות והבשר ר
רוגזת ורוגשת : ועתה אמור לי מי
רוצא ומי מתאווה הוי אומר הנפש
ואותו איווי קורין אותו בלשון לט
לטיין רציאו ואי אפשר לכל בריה

Scriptum tenent, Jeſum cruci affixum dixiſſe: *Dolet anima mea usq; ad mortem, & caro concutitur, atq; exhorreſcit.* Dic dum quæſo, unde voluntatis & deſiderii actus proveniant? Oportet fatearis ab anima oriri, illudque deſiderium Latina voce Rationem appellant. Fieri au-

בלא ג׳ דברים הללו גוף ונפש ורציאו ומן הנפש יוצא רציאו : והיאך אמר לא יהא כרצוני אלא כרצונך :והלא אותו נפש מן האב היא באה : ורצון אביו באותו כוס היה ; ואל תדיחיני לומר כנגד הבשר דיבר ; שאין הבשר יודע טוב ורע כי אם הרוח : ואם תדיחיני עוד לומר וודאי כנגד הבשר דיבר שהבשר מפחיד : שאי אפשר שלא יעשה כדרכו : ודרך הבשר הוא להרהר הירהור אשה ולישן ולהרעיב : והוא היאך יכול הבשר לצום מ׳ יום ומ׳ לילה : ואם תאמר מפני שבאותו בשר היה רוח הקודש לכן לו משל בו הרהור ; א״כ לא היה ממשלה לאותו רוח להציל את הבשר מפחד ומרעב: כי אנו יודעי׳ שנפחד ונרעב שהרי אמר עציבה נפשי: עציבה בשרי אין כתוב כאן אלא עציבה נפשי ; ולכך נפלאת לי שאנו רואים חנניא מישאל ועזרית שהיו בני אדם ונשלכו לתוך כבשן האש שאין מיתה קשה מזו : וממ״ לא נפחדו ולא נעצבו ולא נוזק להם כלום לא בבשר ולא בנפש ואפילו בבגדיהן שכן כתוב די לא שלט וגו׳ עד עדת בהון:

eri autem non poteſt, ut ulla creatura, aliquo iſtorum, corpore nimirum, aut anima, aut ratione, privata ſubſiſtat, atque ex anima ratio reſultat. Quomodo igitur ait: Non eveniat ſecundum meam, ſed ſecundum tuam voluntatem? Annon illa anima a patre provenerat? pater vero volebat ut calix hauriretur. Neque eſt, ut me repellas, dicendo, ſecundum carnem ipſum loquutum eſſe, nec enim caro novit quæ bona aut mala ſint, ſed tantum ſpiritus. Si autem amplius me repellere coneris, dicendo: utique ſecundum carnem iſta prolata eſſe, cum caro formidinem conceperit, & non poſſit non ſuo more agere. Enim vero mos carnis eſt, indulgere cogitationibus in mulieres directis, dormire, eſurire: quomodo igitur perferre potuit caro quadraginta dierum totidemque noctium inediam? Quod ſi dicat Adverſarius: Quia illi carni inerat ſpiritus ſanctus, ideo cogitationes pravæ vim exercere non poterant. Hæc ſi ita ſunt, haud ſufficiebat is ſpiritus ad liberandam carnem a metu & fame. Videmus enim ipſum formidine & eſurie fuiſſe correptum, cum dicat, triſtis eſt anima mea. Quippe, haud ſcriptum hic, triſtis eſt caro mea: ſed, triſtis eſt anima mea. Hoc igitur mihi mirum, quod videmus Chananjam, Miſaëlem, & Aſariam, qui meri homines erant, mitti in fornacem igneam, quo nullum mortis genus atrocius excogitari poteſt, & nihilo minus non timere, non dolere, nec ullatenus lædi corpore aut animo, imo ne in veſtibus quidem: nam ſcriptum (Dan. 3, 27.) *Non dominatum eſſe &c.* Ipſe vero animam corpuſque ſuum ne quidem

והוא לא הציל את נפשו וגופו א
אפילו מפחד : ואת רצונו וחפצו
הירה בכך אם כן תחנונים ל
למה :

כתוב להם בימים ההם אחר ה
הצרה ההיא השמש יהפוך לחשך
וירח לא יאיר אורו וכוכבי שמים
ירדו וגבורות שבשמי׳ יתמוטטו
ואז יראו את בן האדם בא בעננים
עם צבא רב וכבד : אז ישלח מ
מלאכיו ויקבץ בחיריו מארבע רוחות
העולם מקצה הארץ עד קצה הש
השמי׳ ולעץ תאינה נמשל משל
זה כשענפו יהיה רך ועליהו נבלו
דעו כי בקרוב תהיינה כל אלה* ;
וכאשר תראו את כל אלה עשויין
דעו כי בקרוב יהיה הקץ : אמרת
אני אומר לכם לא יעבור דור זה
עד שיהיו כל אלה : השמים וה
והארץ יעבורו ודברי׳ לא יעבורו ;
ומן היום ההוא ומן השעה ההיא
אין מי יודע לא מלאכים בשמים
ולא הבן כא האב : כאדם שהולך
בגלות ואין בני ביתו יודעים בא
באיזה יום יבא ובאיזה שעה :
ועכשיו נפלאת לי מאוד ממה ש
שאמר שהבן לא יודע אותו היום
ואותה שעה שיבא : ואם הוא כ
כמו אביו מי יכול להסתיר לפניו
שום דבר ושום מעשה : ועוד ש

dem a ſolo metu liberavit. Quod ſi pertendat Adverſarius: Sic voluiſſe eum, & ſic viſum ipſi fuiſſe. Id ſi verum, cui igitur bono erant illæ preces?

Scriptum tenent: *Diebus illis, poſt calamitatem hanc, mutabitur ſol in tenebras, & luna non fulgebit luce ſua, & ſtellæ cadent ex æthere, poteſtatesq; cælorum concutientur. Tum videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum exercitu magno & potenti. Tum mittet angelos ſuos, colligetq; electos ſuos a quatuor ventis mundi, ab extremo terrarum, ad extremum cælorum. A ficu diſcere licet ſimilitudinē hanc: Cum ramus ejus tener eſt, & folia germinant, noviſtis prope adeſſe æſtatem. Sic cum omnia iſta evenire videtis, noveritis inſtare finem. Vere hoc vobis dico: nequaquā præteribit ætas hæc usq; dum omnia iſta facta ſint. Cælum & terra præteribunt; verba autem mea non præteribunt. De die vero illo & hora, non eſt qui ſciat, non angeli in cælo, neq; filius, ſed ſolus pater.* (Omnino ſe res hic habet) *uti cum homo deportatur in exilium, nec ſciunt domeſtici ejus, quo die aut hora ſit reverſurus.* Cæterum, magnum mirum mihi videtur, quod ait filium non noviſſe illum diem & horam qua eſt adventurus. Si ipſe patri ſimilis, quis ei occultare poteſt rem ullam, ullumque negotium? Porro, quia ipſe venturus, nec tamen cognitum habet adventus ſui tempus,

* Verba corrupta ſunt, quæ ſic reſtituo: ידעתם כי בקרוב יהיה
הקץ

שהוא בעצמו יבא בלא ידיעתו עתה
נראה שהוא חסר דעת מאביו :

pus, hinc patet ipſum mente non æque valere ac pater.

כתוב להם במרקוש כששאלו ת
תלמידיו אותו למתי יהיה הקץ :
וענה להם שהוא נעלם מן המ
המלאכים ומן הבן אבל האב ור
ורוח הקודש יודעי׳ : ואם כדבריכם
שכולם שוים הם הן בכח הן
בדעת מפני מה נעלם מאחד מה
שיודע חבירו אלא מפני שאין הבן
קדם כמו אב :

Scriptum tenent apud Marcum. Cum quærerent ex eo diſcipuli, quando aderit finis? reſpondit illis, hoc abſconditum eſſe angelis, & filio, ſed patrem id ſcire, & ſpiritum ſanctum. At, ſi ſecundum asſertionem illorum omnes æquales ſunt, tam poteſtate, quam intelligentia, quare uni occultum eſt, quod ſocius cognitum habet? Nimirum filius non ita æternus eſt, ſicut pater.

כתוב להם ובשעה הששית ויחשך
העולם עד השעה התשיעית ובשעה
התשיעית צעק אלי אלי למה עזב
עזבתני : ואם היה אלוה למה קרא
כן והלא כל הצרות כולן באות לו
מרצונו וישרות הם בעיניו ובאהבה
קיבל הכל וברצונו נעשה לו כל
זאת :

Scriptum tenent: *A ſexta hora tenebroſus redditus eſt orbis usq; ad horam nonam. Hora autem nona clamabat: Eli Eli lamma aſabtani.* Quod ſi Deus eſt, quare ſic clamabat? annon omnes illæ calamitates ipſo volente eum petierunt, gratæque illi erant, libenſque omnia pertulit, nec quicquam invito evenit?

כתוב להם במרקוש שבא מלאך
למרים אמו לבשר לה הנך הרה
ויולדת בן וקראת שמו ישו הוא
יהיה גדול ובן עליון יקרא : ויתן לו
אלהים את כסא דוד אביו וימלוך
בבית יעקב עד עולם ולמלכותו א
אין קץ : ואיך בן אלהים צריך ה
הוא למתנה והלא כל העולם כ
כולו שלו הוא : ועוד מה זה הכ
הכבוד שנותן לו כסא דוד אביו וכי
מלכות אחד כבוד הוא לאלהים :

Scriptum tenent apud Marcum, *veniſſe angelum ad Mariam matrem ejus, ut ei nunciaret: Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen illius Jeſu. Ipſe erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit ei Deus ſedem Davidis patris ipſius, regnabitq; in domo Jacobi in æternum, & regni ejus non erit finis.* Ecquomodo vero Dei filius eget munere aliquo, &, annon orbis univerſus illi eſt propius? Porro, quæ hæc dignitas, quod illi traditur ſolium Davidis patris ejus? anne unum aliquod regnum Deo majeſtatem conciliare poteſt? Amplius no-

ועוד שקרא את דוד אביו וכי מי נברא תחילה דוד או בנו :

כתוב להם בלוקאש כשהיה בן יב״ שנה הלך לירושלים עם אבאותיו לחג הפסח וישובו אבותיו ויותר הוא לבדו בירושלים ויראו אבותיו ויתמהו כי לא חזר עמם וישובו לירושלים ויבקשהו וימצאוהו בין התלמידים : ותאמר לו אמו למה עשית זאה : אביך ואני עציבים וכואבי׳ ומבקשי׳ אותך : ומי היה אותו אב זה שאמרה לו אמו : אם אמרה זה על יוסף ולמה נקרא שמו אלוה : ואם אמרה לא מאביו שבשמים : נמצא שהוא חוטא שהכעיס את בוראו : ועוד אביו שבשמים אם צריך הוא לבקש אותו והלא הכל גלוי וידוע הוא לפניו :

כתוב להם ויהי בערב ויצא ישו אל ביתנייא עם יב״ תלמידיו וביום האחד בצאתם אל ביתנייא נרעב ישו וירא מרחוק עץ תאינה והייתה תאותו עליו : ויבא לראות אם יש שם תאינים ובבואו לא מצא בעץ כי עם העלים : ויקצוף ויאמר ממך לא יצא פרי שיאכל לעולם : ולמה נרעב : אם תאמר הבשר והלא ראינו במשה ע״ה שהיה בשר ודם שצם ארבעי׳

us notandum, Davidem vocari patrem ejus. Vter igitur prior creatus eſt, Davidne, an ejus filius?

Scriptum tenent apud Lucam. *Cum attigiſſet annum duodecimum, ivit Hieroſolymas cum parentibus ſuis ad feſtum paſchatos. Reverſi autem ſunt parentes ejus, & ipſe ſolus relinquebatur Hieroſolymis. Cæterum, parentes mirabantur, cum viderent non illum redire ſecum: Repetentes igitur Hieroſolymas eumq; quærentes, reperiunt ipſum ſedentem inter diſcentes. Ibi ait illi mater: Quare hoc feciſti? pater tuus & ego dolentes ac gementes te quæſivimus.* Enim vero, quis fuit ille pater, de quo mater ei loquitur? Si de Joſepho huic ſermo erat, quare vocatur nomen ejus Deus? Si de patre in cœlis hoc protulit, relinquitur peccaſſe ipſum, quia creatorem ſuum offendit. Porro, anne pater cœleſtis opus habet, ut illum perquirat? annon omnia illi clara ſunt & manifeſta?

Scriptum tenent: *Accidit aliquando veſperi, ut Jeſus egrederetur Bethaniam cum duodecim diſcipulis ſuis. Die autem quodam cum exirent Bethania eſuriebat Jeſus, vidensq; e longinquo ficum arborem, ex illa veſci deſiderabat. Appropinquat igitur, ut videret, num eſſet ibi fici: ſed, cū ad eā acceſſiſſet, in arbore nihil præter folia reperit. Proinde iraſcens ait: Non prodeat ex te unquā fructus inſerviens comeſtioni.* Quare autem eſuriebat? Si carnem cauſeris: annon videmus Moſen f. m. qui purus putus homo erat, jeju-

יום ומ' לילה מפני שקירב אצל
השכינה וזה שאתה אומר שהוא
עצמו אלוה למה נרעב בבשרו
ואת שהרוח נרעב ; וזה איך יתכן
שהרוח לא אוכל כלום : ועוד שבא
ישו לראות עץ תאינה אם יש שם
תאינים וכי מאותו מקום שראה
את האילן לא ידע אם בו תאינים
אם לאו : ואת כנגד הבשר דבר
זה ; וכי הבשר סובר כלום ויודע כ
כלום והלא ידוע לכל העולם ם
שאין הבשר יודע כלום ואין מבין
כלום כי אם הרוח ; ובזאת אני
מתמיה אם הוא אלהי' ורוח אלהי'
בו מדוע לא ידע מאותו המקום
שאין שם פרי ; ועוד אם לא מ
מצא פרי למה קילל את האילן :
שמא מתוך שטרחו לילך לשם
בחנם ובשביל זה כעס עליו ול
וקיללו : והלא ציוה אל האפושטלוס
אהבו את אויביכם והטיבו לשונאיכ'
והתפללו אל עושקיכם ובירכו
את אורריכם ומה עשה לו האילן
הזה שלא פשע כלום שלא שלח
בעדו להתל בו לומר בא ואכול
מפירותי : ולמה קיללו והובישו
בלא דין ובלא דברים :

nasse diebus quadraginta, totidemque noctibus, quia divinæ majestati vicinus redditus. Iste autem, quem ipsummet Deum tute prædicas, quare esuriebat in carne? Si dicas, spiritum inediam passum esse: quæso quomodo id fieri potest? spiritus enim nihil comedit. Porro, mirum, accessisse Jesum ficum arborem, ut videret, num essent ibi fici. An autem non in illo loco quo arborem conspiciebat, notum ei erat, num ficos haberet, an minus? Si dicas, secundum carnem ista evenisse: Anne vero caro quicquam opinatur, aut quid cognoscit? & annon orbi universo perspectum est, carnem nec nosse quicquam, nec intelligere, sed tantum spiritum? Hoc igitur demiror, cur, si Deus est, & spiritus Dei illi inerat, non sciverit ex illo loco, arborem fructibus destitui? Denique, si maxime non reperiebat fructus, quare maledixit arbori? An, quia molestiam subivit illuc incassum eundi, ideo irascebatur, dirasque ei est imprecatus? At, annon præcepit ipse Apostolis: Diligite inimicos vestros, benefacite hostibus vestris, precamini pro iis qui vos opprimunt, & benedicite iis qui vobis maledicunt. Quid autem fecit illi arbor hæc, nec enim ullum peccatum commiserat, nec arcessiverat eum, dictis ejusmodi ludificando: Veni, & comede de fructibus meis. Quare igitur ei maledixit, eamque ad siccitatem reduxit præter fas, causamque?

כתוב להם וילכו יב' תלמידיו אל
הגליל בהר אשר ציום ישו : ויראוהו

Scriptum tenent: *Et iverunt duodecim discipuli ejus in Galilæam, in montem, de quo præceperat eis Jesus.*

Et

וישתחוו לו : ויש מהם אשר לא
האמינוהו ; ויבא ישו וידבר אליהם
נתונה לי כל ממלכות השמים
והארץ : לכו אתם ולמדו כל ע
הגוים טבילת בשם האב והבן
ורוח הקדש ולמדו אותם את כל
אשר ציויתי אליכם והנני עמכם כל
הימים עד קץ העולם: והנני מתמיה
מה זאת שאמר נתונה לי כל מ
ממלכות שמים וארץ ומי נתן לו :
אם האמר שאביו נתן לו וכי הוא
ואביו שניים הם והלא שניהם
חלק אחד הם לא זה גדול מזה
לא בממשלה ולא בכוח ולא בב
בבינה ; ועוד שאמר הנני עמכם
כל הימים עד קץ העולם כלומר
עד סוף העולם הזה אהיה עמכם
אבל לא אהיה עמכם לעולם
הבא ;

Et cum vidissent eum, adoraverunt eum; atq; erant aliqui ex illis, qui non credebant in eum. Et venit Jesus, aitq; illis: datum est mihi omne imperium cœli & terræ; ite vos, & docete omnes gentes baptismum, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Docete quoq; eas omnia quæ mandavi vobis, atq; ecce vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad finem seculi. Subit animum miratio, quid illud sibi velit, quod ait: datum est mihi omne imperium cœli & terræ. Quis enim hoc illi dederat? Si dicas patrem dedisse. Anne igitur ipse & pater duo sunt? Annon enim ambo unicum tantum compositum faciunt, nec iste altero major aut imperio, aut robore, aut sapientia? Porro, quod ait: Ecce vobiscum sum omnibus diebus, ad finem usque seculi. Id hunc sensum videtur habere: ad finem usq; hujus seculi ero vobiscum, sed non futurus sum vobiscum in seculo futuro.

כתוב להם לאחר שריפא בתו
של שר בית הכנסת והשליך כל
אנשי הבית מן הבית רק פיטרו
ויעקב ויוחנן ואבי הנערה ואמת
והוא אמר לנערה קומי אני אומר
לך מיד קמה ; ועוד כתוב אחר ע
הדברים האלה ויקרא ישו לכל
יב״ תלמידיו ויתן להם ממשלת
להוציא להם רוח הטומאה ויצו
אותם שלא יובילו בידם לחם
ולא יהיו להם מנעלי ולא ילבשו
שני כתנות ; ואני מוצא במקום

Scriptum tenent: *Cum sanaret filiam principis Synagogæ, ejecit omnes domesticos ex ædibus, exceptis tantum Petro & Jacobo ac Johanne, & patre puellæ, matreq; ; ait vero puellæ: heus, edico tibi ut surgas! atq; surrexit illa continuo.* Amplius scriptum tenent: *Postquam hæc acciderunt, convocavit Jesus omnes duodecim discipulos suos, & dedit illis potestatem ejiciendi dæmonia, atq; præcepit illis, ne deferrent secum in manibus suis panem, & ut non essent calceati, nec induerent duas tunicas.* Ego autem reperio alibi in evangelio scriptum esse,

אחר. כתוב בעוון גיליון שלא יכלו
כל תלמידיו להוציא רוח מנער
קטן אחר: שכן כתוב להם ויבא
ישו אל תלמידיו וירא כיתות
רבות אצלם והסופרים מדברי׳
עמהם ויראו כל העם ונדמו
ויתפחדו וירוצו איליו וישאלו
בשלומו וישאלם מן הדברים
שאתם מדברים עם תלמידיי:
ויען אחד ויאמר רבי הבאתי בני
איליך והוא אילם ורוח רע
מבעתתו והוא מוציא רוק ומשליך
קצף מים מפיו: ואני אמרתי
לתלמידיך שיוציאו הרוח מבני ולא
יכולו: ויען ישו ויאמר אליהם אי
דור עיקש עד מתי אהיה עמכם
ועד מתי אסבול מדייניכם הביאו
אותו אילי ויביאוהו וישאל את א
ביו ויאמר מהו הזמן שהיה בו
רוח הטומאה ויאמר מנעוריו: ויוצא
את רוח הטומאה מן הנער:

non potuisse omnes discipulos ejus ejicere dæmonium e puero parvulo. Sic enim scriptum tenent: *Et venit Jesus ad discipulos suos, ac vidit turbam magnam apud eos, scribasq; loquentes cum iis. Tum conspecto eo silere cœpit omnis populus, & pavere, illiq; in occursum ire, & quærere de salute ejus. Ipse vero eos percontatus est de sermonibus quos cum discipulis suis miscuissent? Respondit autem unus, aitq;: Magister, adduxi huc filium meum qui mutus est, & quem spiritus malus affligit, ita ut sputum emittat, ejiciatq; spumantem aquam ex ore suo. Atq; ego dixi discipulis tuis, ut ejiciant spiritum e filio meo, sed non valuerunt. Et respondens Jesus, ait illis: Væ, generatio perversa, quamdiu ero vobiscum, & quamdiu perferam contentiones? adducite eum ad me. Quem cum adduxissent, quæsivit ex patre ejus, a quanto tempore spiritus immundus illum corripuerit? respondit autem, inde a pueritia: tum ejecit spiritum immundum e puero.*

כתוב להם ויצא ישו בדרך ויר
אל ישו אדם אחד בברכיים
כורעות ויתחנן איליו ויאמר לו רבי
טוב מה אעשה שאנחיל חיי העולם
הבא: ויען לו ישו ויאמר לו למה
תקראני טוב: אין טוב כי אם
אלהים לבדו: אין אתה יודע את
המצוות לא תרצח: לא תנאף: לא
תגנוב לא תענה ברעיך עד שקר:
לא תעשוק: כבד את אביך ואת

Scriptum tenent: Et ambulabat Jesus per viam, ibi accurrit ad eum homo quidam genibus flexis, obtestansque ait: Bone Magister, quid facere me convenit, ut hæreditatem vitæ æternæ consequar? Respondit ei Jesus: Quare me vocas bonum? nemo bonus est præter Deum solum? Annon cognita tibi præcepta? Non occides; Non mœchaberis; Non furaberis; Non loqueris falsum testimoniũ adversus proximum tuum; Non quem

fraude

אמך : ענה לו ואמר רבי אית
כל זה שמרתי מנעורי : וישו היה
מחבבו ואהבו ויאמר לו : עוד א
אחת יש לך לעשות מכור את כל
אשר לך ותן לעניים ויהיה לך א
אוצר בשמים ולך אחרי עכשיו לא
אמר לך ועשה טבילה אלא מצוות
קדמוניות ציוה לו ובאותן המצוות
הטביחו לחיי עולם הבא :

fraude opprimes; Honora patrem tuum, & matrem tuam. Tum hic reſpondens ait: Mi Magiſter, omnia iſta ſervavi inde a pueritia mea. Tum Jeſus illum diligere cœpit, & amare, aitque: unum tibi faciendum reſtat, vende omnia quæ habes, & diſtribue (*argentum*) inter pauperes, ſic erit tibi theſaurus in cœlo repoſitus, & ſequere me. Hic autem non præcipit, abi & admitte baptiſmum, ſed præcepta tantum antiqua ei inculcat, atque in illorum obſervantia ſecurum reddit de vita æterna.

כתוב להם וישוב ישו את ארץ
יהודה וילך בגליל והיה רצונו ל
לילך לשומרון ויבא במדינת שומרון
הנקרא שיכר אצל החלקה אשר
בשכם אשר נתן יעקב ליוסף בנו
ויהי שם מעיין יעקב : וישו היה
יעף וישב על המעיין : ובשעה
הששית ביום באתה אשה משומרון
לשאוב מים ויאמר לה ישו תן לי
מים לשתות ותלמידיו היו במדינה
לקנות להם אוכל : ותאמר אליו
האשה השומרנית איך תוכל ל
לשתות עמי שאתה יהודי ואני א
אשה שומרנית ואין היהודים
אוכלים עם השומרונים : ואם הוא
אלוה למה היה עיף ולמה היה צ
צריך לשתות : אם תאמר הבשר
היה עיף זאת לא יהיה לעולם בלא
רוח : כי זו מדת האדם בעוד
שהבשר מחובר לרוח אז אדם יעף :
אבל בשר שרוח הקדש בתוכו א

Scriptum tenent: *Et deſeruit Jeſus regionem Judæam, adibatq; Galilæam, volens petere Samariam. Venit ergo in urbem Samariæ, quæ dicitur Sichar, prope prædium in Sichem, quod dedit Jacobus Joſepho filio ſuo, erat autem ibi fons Jacobi. Jeſus igitur fatigatus ex itinere, ſedit juxta fontem. Sexta vero hora diei, venit mulier e Samaria ad hauriendum aquam, aitq; illi Jeſus: Da mihi aquam ad bibendum: at diſcipuli ejus abierant in urbem, ad emendum cibum. Ait autem mulier Samaritana illi: Quomodo potes tu mecum bibere, Judæus cum ſis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim Judæi comedunt cum Samaritanis.* Quod ſi Deus erat, quare fiebat laſſus? &, quare opus habuit potu? Si dicas carnem fuiſſe feſſam: non id ulla ratione fieri poteſt ſine ſpiritu: nam, affectio hominis hæc eſt, ut, dum caro & ſpiritus conjuncti ſunt, fatigetur. At caro, cui ſpiritus ſanctus ineſt, nunquam fatigabitur. Porro, quare

 ait

איני יעף לעולם : ועוד למה אמרה
האשה והלא אין היוהדים נוהגים
לשתות מים עם השומרונים :
והלא אנחנו שותים מים עם כל
אומה ולשון : ולפי זה הלשון תוכל
להבין שנבלה שאל ממנה כלומר
לשכב עמה : ואת״ שלא שאל ממנה
נבלה ; והא כתיב אחריו שבאו
תלמידיו מן העיר ומצאו אותו
מדבר עם האשה ונפלאו מאוד :
ממה היו מופלאים נמצא שחשדו
אותו ; ומה תלמידיו שהיו עמו
יומם ולילה ומגדלין עמו אעפ״י
כן חשדוהו : ואנחנו שלא ראינוהו
מעולם על אחת כמה וכמה :

כתוב להם נעשתה בכנען בגליל
והייתה שם חתונה ; והייתה שם
מרים ובנה ישו : וישו נקרא לשם
עם תלמידיו וחסר יין : ואמרה אמו
מרים לישו אין להם יין : ואמר
אליה ישו מה לי ולך אשה עדיין
לא בא שעתי : ואחר כך ירד לכפר
נחום ישו ואמו ואחיו ותלמידיו
ושם ישבו מעט והיה קרוב לפסח:
והם אומרים שאמו של ישו לא
נקראת אשה בתורתם ולא בעולת
בעל ועכשיו כאן שבנה הוא בעצמו
קרא לה אשה : ואם הוא אלוה
לעולם לא יאמר שקר וכזב ועוד
ממה שהוא אומר מה לי ולך

ait fœmina : Nunquid non Judæi haud aquam bibunt cum Samaritanis? Annon enim cum quaque gente ac natione aquam bibimus? Scilicet, ex hoc sermone intelligere datur, petiisse illum αἰσχρόν τι, καὶ συγγίνεσθαι αὐτῇ. Quod si hoc petiisse neges, ecce quæ sequantur: venisse scilicet discipulos ex urbe, & invenisse eum loquentem cum muliere, ac valde miratos esse. Quid ergo tantopere mirabantur? Nempe ἦσαν ὑποπτεύοντες. Quod si autem apud discipulos, qui cum illo dies noctesque agebant, & cum eo fuerant educati, nihilo secius locum inveniebat ὑποψία: quanto minus id nobis vitio verti potest, qui illum nunquam vidimus?

Scriptum tenent: *Accidit, ut in Canan Galilæa celebrarentur nuptiæ: illis interfuere Maria, & filius ejus Jesus: nam Jesus vocatus fuerat ad eas, cum discipulis suis. Ceterum, deficiebat vinum. Ibi ait mater Maria ad Jesum; Non est ipsis vinum. Respondit autem Jesus: Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Postea descenderunt in Capernaum, Jesus, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus, atq; ibi parum morati sunt, erat autem prope festum paschatos.* Enim vero, ipsi negare solent, matrem Jesu uspiam in lege illorum mulierem, aut viro cognitam vocari, atqui hic loci ipse filius ejus vocat illam mulierem. Quod si autem Deus est, nunquam mendacium aut rem falsam protulerit. Porro, quod ait: quid mihi & tibi? id sensum gignit: quid nobis

כלומר מה אנו חוששין אם חסר היין : ואני אומר מי יחוש כי אם בעל הסעודה והוא היה בעל ים הסעודה :

כתוב להם שאמר לו אדם אמך ואחיך עומדי' בחוץ ומבקשי' אותך ועמד ישו וישב על שפת הים וידבר אליהם משלים הרבה ויאמר אליהם משל זה יצא הזורע לזרוע ונפל מן הזרע קצת בדרך ויבואו העופות ויאכלו קצת מאותו זרע : וקצת הזרע נפל באדמה שמינה ונתגדלה התבואה מדה אחת למאה מדות : ומדה אחת לששים : ומדה אחת לשלושי' : מי שיש לא אג אזנים לשמוע ישמע : ויקרבו איליו תלמידיו ויאמרו למה אתה מדבר משלים עם הכתות ויען ישו ויאמר להן לכם ניתן להבין רזי מלכות שמים ולא להם : ומי שיש לו ינתן לו ויושפע לטובה : ומי שאין לו מה שיש לו יוקח ממנו : כי אין * על כן אני מדבר משלים כי הם אינם רואין ואינם שומעים ואינם מבינים לקיים בהם מה שני שמעו שמוע ואל תבינו וראו ראו ואל תדעו השמן לב העם הזה וגו' : ואשרי איניכם * הרואות ואזניכם השומעות : ועתה אפרש לכם אמת במשלי' ואתם שמעו : כך זרה וכך זה ופירש להם כל דבר : ועתה

bis curatio eſt deficere vinum? At inquam ego, ad quem magis pertinet iſta curatio quam ad vocatos hospites ? ipſe autem fuit hoſpes.

Scriptum tenent, dixiſſe illi hominem quendam: mater tua, & fratres tui, foris conſiſtunt, & te expetunt. Erat autem Jeſus conſtitutus ad ripam maris, ſedensque, multas iis narrabat parabolas, atq; inter cæteras hanc quoque protulit. Exibat ſeminator quidam ad ſerendum: cecidit autem pars ſeminis in viam, & venerunt volucres, ac devorarunt aliquid ejus. Pars ſeminis cecidit in terram pinguem, ſuccrevitque frumentum, ut menſura una centum, aut ſexaginta, aut triginta menſuras redderet. Qui aures habet ad audiendum audiat. Et acceſſerunt eum discipuli illius, dicentes: Quare loqueris per parabolas cum turba? Reſpondensque Jeſus ait illis: Vobis datum eſt intelligere arcana regni cœlorum, non autem reliquis. Qui habet, illi dabitur, ut ſuperabundent facultates. Quisquis autem nihil habet, ei etiam quod habet auferetur. Nam ideo parabolas loquor, ut iſti nec videant, nec audiant, nec intelligant, quo conſtet veritas illi, quod ſcriptum eſt: Audite indeſinenter ut ne intelligatis; & videte indeſinenter, neq; cognoſcatis. Fac ut pingueſcat cor populi iſtius &c. Et, ô beatos oculos veſtros, qui vident, & aures, quæ audiunt! Nunc autem vobis explicabo verum ſenſum illarum para-

* Delenda hæc vox

* Legendũ עיניכם

רואה אני בפעם הזאת לא דבר
תחבולות ; אמרת אב ובן ורוח ה
הקדש דבר אחד הוא ; בשלומא
אב ורוח הקדש שזה אינו אוכל
וזה אינו אוכל : זה אינו ישן וזה
אינו ישן : זה לא יפחד ולא יעף
וזה לא יפחד ולא יעף : אבל הבן
היכי משכמת לה כי הוא כאב
ואכל וישן ויעף ויפחד : יעף : דכתי'
בתורתם ויבא אל מעיין יעקב ויעף
וישאל מים מן השומרונית : הפחיד:
דכתי' אלי אלי למה עזבתני ; ישן ;
דכתיב ותבא רוח בעבר הים וישו
ישן ויבואו תלמידיו ויעוררוהו ; ואת"
לפי שרוח הקדש בבשר קורא ם
שלושתן אחד : א"כ כל נביא שהיה
בו רוח הקדש אומר אני כן : וגם
אדם הראשון אשר נפח בו הקב"ה
רוח חיים באפיו קורא אותו אף
אלוה: ואת" אדם הראשון לא עשה
גבורה כמו זה: הרי לך אליהו ואלישע
שעשו כמה גבורות ועוד אפילו
לדבריך והלא בשעה שפרח רוח
הקדש ממנו מיד הבשר מת : וגם
ומודה אתה שלאחר שהבשר מת
לא יכול לעשות טוב ורע ; ולאחר
המיתה היאך היו שלושתן אחד :
ומאחר שאנו מוצאים פירוד וחלוק
בדבר איך נאמר שהוא אחד ; ועוד
בכל המעשים שעשה ובכל אשר
דיבר שאין דרכו של אלוה לעשות

parabolarum, vos interim attendite. Hæc ita, ista sic accipere oportet, atq; exponebat illis omnem rem. Equidem hac vice nihil video perperam in istis tradi. Ais patrem, & filium & spiritum sanctum rem eandem esse. De patre & spiritu sancto hactenus bene se res habet: Nam iste non comedit, atq; hic pariter cibo non fruitur. Iste, non dormit, atque hic quoque non capit somnum. Iste, nec metu nec lassitudine corripitur: simili ratione nec metus nec lassitudo apud hunc locum inveniunt. Sed vero filius, quomodo cum his conjungitur? qui & dolet, & comedit, & dormit, & fatigatur, & contrahit metum. Fatigatum fuisse probatur ex lege ipsorum, in qua scriptum: Et venit ad fontem Jacobi defessus, petebatq; aquas a muliere Samaritana. Metuisse illum, docet vox querula: Deus mi, Deus mi, quare me deseruisti? Dormivisse eum (*itidem habetur in evangelio,*) ubi scriptum: Et venit ventus trans mare, & Jesus dormiebat, veneruntque discipuli ejus, illumque excitarunt. Quod si dicat Adversarius: Quia spiritus sanctus in carne erat, tres illi unũ vocantur. Hæc si vera, de quocunq; Propheta cui spiritus sanctus inerat, idem affirmavero. Eodem jure Adamum quoq; protoplastum, in cujus nares Deus spiritum vitalem inflavit, Deum appellare licebit. Quod si regerat Adversarius: Atqui Adamus nulla ejusmodi miracula patravit qualia hunc edidisse constat, (*Respondendum:*) Ecce ti-

ולדבר כן ; מיד אתה מריחיני ב
בקש לומר כנגד הבשר דיבר זה :
אב אין הבשר ורוח הקדש דבר א
אחד הוא ; ודע לך שאין הבשר י
יודע ומבין ; והנפש הוא מחשב
והוא חוטא והוא חומד ומתאווה ;
וכתיב לא תחמוד ; ומאשר הזהיר
הכתוב בלא תחמוד ובלא תתאווה
מכלל שהחומד והמתאווה ענוש
ועונש † ; ואיזה החומד והמתאווה
הוי אומר זה הנפש : ואם תאמר
הבשר חומד ומתאווה הרי הוא
אומר כלתה נפשי לישועתיך יי ;
ואומר נפשי איויתיך בלילה אף
רוחי בקרבי אשחריך וכתי' הנפש
החוטאת היא תמות : כלומר תיפול
לגיהנם : ועוד ראייה לדבר שאין
הבשר יודע כלום ; מזה שאמר
פאולוש קדש שלהם באיונן ז,
גיליון אשר הנפש מזהרת כל שעה
להחטיא את הגוף ; ועוד כתוב ב
בתורתו אל כמשכבי ידים גם
מרומרמית : ומאי מרומרמות שאם
יש אדם שונא את רעהו וחושב
בדעתו להורגו בזה קרוי ידים
מרומרמות : ואפ"י שלא הורגו מע
מעלה עליו תורתם כ אילו הורגו :
ואם תאמר הלב שהוא בשר חושב

ce tibi Eliam & Elisam, qui multa prodigia perpetrarunt. Porro, annon ipse concedis, illa hora, qua ab eo avolavit spiritus sanctus, actutum carnem fuisse exanimem? fateris quoque, carnem ex quo mortua erat, nihil boni aut mali potuisse peragere. Post mortem igitur quomodo tres illi unum erant? Cum igitur in re hac separationem & divisionem reperiamus, qua ratione dicemus unam esse? Porro, in omnibus Deo parum decentibus factis & dictis quæ admisisse & prolocutus esse deprehenditur, cum te urgeo, dicendo: ecquare ista enunciavit? non utique Deus simili sermone similibusque factis utitur: illico stramineo telo me repellis, aisque: Hæc secundum carnem dixerat. Quæ si ita se habent, minime caro & spiritus sanctus rem eandem constituunt. Noveris igitur, nequaquam carnem scire aliquid aut intelligere. Anima enim est quæ cogitat, peccat, desiderat, & appetit. Scriptum autem (Ex. 20, 17.) *Ne concupiscito.* Quia igitur lex concupiscere & appetere vetat, consequens est, illum qui concupiscit & appetit, puniri. Vbi autem concupiscentia & appetitus resident? utique in anima. Nam, si asseras, carnem concupiscere & appetere; ecce Scriptura manifeste contrarium testatur dicens (Psal. 119, 81.) *Defecit ad salutem tuam anima mea Domine.* Item (Es. 26, 9.) *Anima mea desidero te per noctem; etiam spiritu meo qui est in me, tempestive quæro te.* Scriptum quoque (Ez. 18, 4.) *Anima quæ peccat, ipsa morietur*: hoc est, cadet in gehennam. Insu-

† Existimo delendam esse hanc vocem, aut legendum יענש

להורגו דכתיב רבות מחשבות ב
בלב איש : כבר הוא אומר כלתה;
נפשי : ואומר נפשי איויתיך בלילה
ואומר כל עמל אדם לפיהו וגם
הנפש לא תמלא : ואומר אם יש
נפשכם וגו׳ מכלל כל הרצונות
תלויות בנפש : ועוד אילו הבשר
חוטא בלא רוח מרוע הנפש אג
נענשת וכי זה חוטא וזה נענש :
אלא כך הדבר שניהם חוטאיי כאחד:
משל לחיגר וסומא שומרי דפרדס;
מעשה במלך אחד שהיה לו פרדס
נאה מאוד וכל מיני פירות נטועות
בו : ושומרי הגן אכלו הפרות כי
הם טוב למאכל ונחמד למראה
ולא יכול למצא שומרים נאמנים
שישמרו את הפרדס ולא יאכלו ע
הפירות לסוף עלה בדעתו והכנים
בפרדס קיטע וסומא ואמר בליבו
כיהקיטע לא יוכל לעלות באילנות
והסומא אם יעלה אינו יוכל למצא
הפרי : לימים נתייעצו יחד הקיטע
והסומא והרכיב הסומא את הקיטע
על כתיפיו ונשאו ליקח הפירות מן
האילנות וחוטאין שניהם : ועוד
נפלאת לי מאוד מה היה המעשה
של אותו ישו : ומה היה צריך ל
להתיילד מן האשה : ולמה סבל
כל היסורין הללו וכל הצרורת
והבשת שעשו לו : ולמה טעם מ

per carnem nihil quicquam intelligere, ex eo quoque confirmari poteſt, quod Paulus, quem pro ſancto ipſi colunt, in evangelio eorum ſcripſit: Anima ſemper corpus ad peccandum incitat. Amplius ſcriptum in lege ejus: (*Cubans*) in lecto meo manibus cruentis. Quare cruentis? Scilicet, cum homo inimicum habet, atque animo cogitat illum interimere, ejus manus dicuntur eſſe cruentæ, atq; etiamſi illum non occidat, tamen lex ipſorum eum pro homicida reputat. Quod ſi dicas: Attamen cor quod carneum eſt, cædem machinatur, ſcriptumque (Prov. 19,21.) *Multa cogitationes inſunt cordi cujusq;.* Sed vero, viciſſim ſcriptum (Pſal. 119,81.) *Defecit anima mea.* Item Eſ. 26,9.) *Anima mea deſidero te per noctem.* Itē (Eccleſ. 6,7.) *Omnis labor hominis obvenit ori ipſius, etiam anima non expletur.* Itemque (2. Reg. 9,15.) *Si eſt vobis in anima &c.* e quibus manifeſte colligitur, omnem voluntatem ab anima dependere. Porro, ſi caro peccaret ſine ſpiritu, quare ſpiritus pœna afficitur? an enim alius peccat, alius pœnas luit? Nimirum, ſic omnino ſe res habet, ambo ſimul ad peccandum concurrunt. Exempli vicem ſubeant claudus & cæcus, qui cuſtodes horto appoſiti fuerunt. Quidam enim Rex habebat hortum amœniſſimum, qui omnis generis fructus proferebat: at cuſtodes horti conſumebant illos fructus, quia erant optimi ad comeſtionem, & ſpecioſiſſimi aſpectu, neque ullos reperire poterat fideles cuſtodes, qui hortum cuſtodirent, & a fructibus abſtinerent. Tandem cepit conſilium de

commit-

טעם מיתה : וזו היא התשובה שמשיבין לו שבעוון אדם הראשון הייתה כל זאת שבשביל שעבר על מצוות בוראו מיד נמסר ביד ה חשטן שכך השליטו הבורא על כל ברייה שתעבור על מצוותיו שתהיה מסורה ביד השטן : ועכשיו כשאדם הראשון חטא על ידי הפרי שאכל מיד היה מסור ביד השטן ובאותו עוון היו מסורין כל בני אדם ביד השטן הנולדו אחריו בין טובים בין רעים : וחלילה לאל מרשע לעשות שום גזל ועוולה לשום בריה לא לשטן ולא לאחרים עד שכבשוהו רחמיו של בורא וחש על כל בריותיו שירדו לגיהנם ואמר ארד ואפדה אותן המסורין ביד השטן : ובאיזה עניין עשה זאת שנטל אדם ממנו שעשה מעצמו וזהו ישו שקורין בן אלהים ושלח אותו בארץ במעי של אשה כשאר אנשיו ואותו אדם היה נקי גם מחטא ועון : וכשראה אותו השטן שמת עלה ברעותו לקחה אותו לחלקו ולעשות לו כמשפט הא הראשונים כאשר עשה לאחרים ה החוטאי' : אמר לו הבורא הואיל והחזקת באיש נקי שאין לך דין עליו : בדין וכשורה הוא שאגזול לך הפושעים המסוריו בידיך : וכן

committendo horto loripedi cuidam, & alii cæco, ſecum cogitans: Loripes arbores inſcendere nequit, cæcus autem ſi maxime in illas evadat, fructus tamen reperire haud poteſt. Iſti vero paulo poſt conſilium ineunt, atque ſuccollat cæcus loripedem, eumq; ſuſtollit, ut fructus ex arboribus decerpere poſſet, atq; ſic ambo deliquerunt. Ad hæc, mirari ſatis nequeo, iſtud de Jeſu negotium. Scilicet, quæ neceſſitas eum coëgerit, ut ex muliere naſceretur; item, quare paſſus ſit omnes iſtos cruciatus, omnesq; miſerias, nec non opprobrium quo fuit affectus? quare item mortem obiverit? Illud quidem nobis dant reſponſum: Totum hoc ex peccato Adami provenire, cum enim is mandatum creatoris ſui transgreſſus eſſet, illico Satanæ in poteſtatem traditum fuiſſe. Quippe, cum a creatore Satanas dominus conſtitutus ſit omnis creaturæ peccatum perpetrantis, hæcque manibus illius committi debeat. Nunc igitur, quia Adam protoplaſtus peccarat comedendo fructum prohibitum, continuo mancipio datum eſſe Satanæ, atque ob illud ipſum peccatum ejusdem Satanæ poteſtati ſubjectos fuiſſe, omnes deinde natos, ſive bonos, ſive malos. Verum enim vero, procul eſt a Deo illa iniquitas, ut ulli creaturæ per vim & injuriam quod ſuum eſt, auferat, ſive Satanas ea fuerit, ſive alia quæcunque; ita ut miſericordia ductus, & miſerorum in inferno agentium vices dolens, dicere cogeretur, deſcendam, & liberabo eos a tormentis quæ a Satana patiuntur. Quando item hoc fecit, ut hominem ab eo immunem

עשה וירד לגיהנם ולקח משם גם
המסורי' ביד השטן ולכך עשה כל
זאת : ועכשיו אני אומר אם אמת
הדבר תמייה אני מאד היתכן לא
לעשות כל זאת : והלא כל העולם
יודעי' שהשטן מלאך רע הוא
ויודע מה שהיה ומה שיהיה ; ואיך
אהת אומר שכך כיסה ממנו הבורא:
עוד לדבריך שכיסה ממנו ולא ה
הכיר השטן את בוראו מפני ש
שנעשה מלבוש בשר כשאר בני
אדם: מה פשע פשע השטן בזאת
והא מה שעשה בשוגג הוא עשה :
וכי שבח לאלוה הוא ליכנס נגד
בריותיו בתחבולות ובעיקפין וב
וברמאות: ואין דין זה אלא בבשר
ודם שאינן נוהגין כשורה זה כנגד
זה : ואם אדם עושה שלא כדין
נגד ארונו אם בשוגג עשה אין
ארונו יכול לאנס לו מתנתו : וכש"
הבורא שמכריע כל בריותיו לכף
זכות ומכנים להם לפנים משורת
הדין וזהו שבחו : ועוד שמצינו ב
באוונגיליון שהוציא ישו כמה שדים
מכמה בני אדם וגזל לשטן את
מתנתו בחנם כי קודם שלט ב
בהם השטן ועליו לא מצא שום
עוולה ולמה גזל ארת מתנתו
והוציאו מן הגוף ולמה הבריחו ב
בלא דין ודברים ; ואומר אני כי

redderet, quod ſua ſponte ſibi conſciverat? Atqui is Jeſus eſt, quem Dei filium vocant, & quem in terram reliquorum inſtar mortalium demiſſum, attamen immunem a ſceleribus & peccato fuiſſe prædicant. (*Cæterum, ipſi rem ſic exponunt*:) Cum Satanas hunc Jeſum mortuum vidiſſet, exiſtimabat, velle ſe eum tanquam ſibi debitum peculium accipere, atque ſic tractare, uti priores & peccatores tractare conſueverat. Tum ait creator: Quia in virum innocentem, & quo cum nihil tibi rei, involaſti, fas eſt æquumque ut tibi præripiam peccatores in manus tuas traditos Atque hoc exequutus eſt, deſcenditque in infernum, & inde eduxit eos, quos Satanas proprios acceperat. Hanc ipſi cauſam allegant. Nunc autem dico ego, ſi vera iſta ſint, magnum mirum mihi videri, quomodo omnia hæc facere conveniens fuerit. Annon enim orbi univerſo perſpectum, Satanam angelum malum eſſe, præterita & futura cognita habentem? quomodo igitur affirmare ſuſtines, non agnoviſſe ipſum creatorem ſuum? Atque eſto, latuerit Satanam creator, fueritque illi incognitus, quia carne veſtitus incedebat, more reliquorum hominum; an tam atrox ſcelus commiſit Satanas? Ecce enim quod fecit, imprudens fecit. Anne vero ad laudem Dei pertinet, ut cum creaturis ſuis fraudulenter agat, & dolo ac aſtu eas circumveniat? Iſta utiq; proprietas tantum inter homines obtinet, qui ſæpe a bona fide erga ſeſe mutuo abſtinent. Cum vero homo quiſpiam aliquid adverſus domi-

לכתחילה היה לו לעשות כן אמה
כשהשליטו באדם הראשון היה
לו לומר אין רצוני שתשלוט בזה
האדם כמו שאמר לאותן שדים
שהוציא מכמה בני אדם כשעשה
בם נפלאות ׃ ועוד נפלאת לי מ
מרוע עיכב כל כך לעשות הפדות
הזה ולמה נתן להם את התורה
קודם לכן הואיל ואין שום שכר
עליה כי אתה אומר שהכל ירדו ל
לגיהנם ׃ ולכך אני אומר שיפה
היה בתחילה לפדות את העם מ
מגיהנם ואח״כ ליתן להם את
התורה׃ ועוד שהם אומרי׳ קודם
שבא ישו בארץ ירדו כל הבריות
לגיהנם בין רעים ובין טובים ׃
ואני אומר היאך יכולין לומר כך
והלא הם אומרי׳ קודם שבא
ישו לארץ היה אותו מעשה של
לזרוס שהיה שוכב לפני פתח דיבש
העשיר שהיה צועק כל שעה לעשיר
שיעשה לו חסד ולא רצה ׃ לסוף
מתו שניהם ׃ העשיר הלך לגיהנם
ולזרוס הלך בחיקו של אברהם
וכשראה העשיר שלזרוס יושב בלא
צער בחיקו של אברהם בנחת ו
בגיל ובחדווה והוא עצמו בצער
גדול ׃ נידון באש ולהבה בתוך ו
פיו צעק ואמר אברהם ארוני א

dominum suum deliquit, si hoc ignorans admisit, non potestDominus illum castigare, aut peculium auferre. Quanto minus igitur de Deo tale quid affirmare licet, qui omnes creaturas amore prosequitur,& cum illis misericorditer agit? atque hæc vera ejus laus. Insuper reperimus in Evangelio Jesum ejecisse multos dæmonas ex compluribus hominibus, atque gratis Satanæ quod ei dono datum erat, abstulisse; prius enim illis dominabatur Satanas, neque ipse ulla in re peccarat. Quare igitur possessione illum privavit, atq; e corpore exturbavit, & aufugere coëgit, sine judicio & causa? Existimarem ego, magis justum fuisse, ut ab initio hoc perageret. Nempe cum in Adamum protoplastum potestatem exercere occiperet, dicere debebat: Nolo hunc hominem teneas; ceu edixit illis dæmonibus, quos e variis hominibus ejecit, cum miracula sua circa eos patraret. Præterea demiror quoq;, quare redemtionem hanc facere tamdiu distulerit, quare item prius legem dederit, quippe cujus servatæ nullum præmium futurum erat, omnes enim, dicitis descendisse in infernum. Proinde, sic mea fert sententia, satius futurum fuisse si principio statim homines ex inferno liberasset, ac deinde demum legem promulgasset. Adde, quod dicunt, ante adventum Jesu in orbem, omnes homines descendisse in infernum, sive bonos, sive malos. Ego autem quæro, quomodo possint hoc assertum tueri? annon enim fatentur, illam de Lazaro historiam evenisse antequam Jesus in mundo compareret? Quod nimirum is jacuerit ante fores Divitis

אמור ללזרוס אחי שיטבול אצבעו
הקטון במים ויטיף לי בפי מפני
הלהבה הגדולה היוצאת מפי :
ועכשיו שאברהם ולזרוס לא היו
בגיהנם היאך הם אומרים שכולן
ירדו לגיהנם :

vitis opulenti, atque hunc in horas ſingulas obſecratus ſit, miſericordiam ſecum exerceret, ſed ipſum noluiſſe. Poſtremo ambo mortui ſunt, atque opulentus in infernum abiit, Lazarus autem petebat ſinum Abrahæ. Cum vero opulentus videret Lazarum ſedentem ſine dolore in ſinu Abrahæ, beatum, gaudentemque ac lætantem, ſe autem conſtitutum in cruciatibus maximis, oreque ſuo patientem ardores ignitos, has clamans edit voces: Abrahame, Domine mi, impera Lazaro fratri meo, ut minimum digitum aqua imbuat, humoremq; ori meo inſtillet, impatiens enim ſum flammæ ingentis, quæ ex faucibus meis prodit. Nunc igitur, quia Abrahamus & Lazarus non fuere in gehenna, quomodo affirmare ſuſtinent, omnes illuc fuiſſe detruſos?

מעשה באיש אחר שהיה עשיר
מופלג ודיבש שמו וכו' כאשר
כתבתי לע״יל עד שיטיף מים בפי
מפני אש ולהבה היוצא מפי :
וענה אברהם ואמר לו זכור לך
כשהיית באותו עולם והיו לך כל
שאילתך וחפצך ותאוות ליבך : ולזה
אחיך לזרוס היה צער גדול מחולי
ורעב ובקש ממך מן הפתיתים
שנפלו משולחנך ולא ריחמת עליו
לתת אותם לו ועתה הוא יהיה
בשמחה ובנחת ואתה תהיה בצער:
ואמר דיבש הנני מבקש ממך
שתשלח לבית אבי שיש לי שם
ג' אחים ויזהירם שלא יבואו
בצער גדול כזה שאני שרוי בו :
וענה אברהם ואמר לו משה ושאר
נביאים יש להם לשמוע להם :
ענה דיבש ואמר לאברהם אם

Accidit aliquando circa hominem inſigniter opulentum, cui Dives nomen &c. Recolere enim hic oportet ea quæ jam modo ſcripſimus, usque ad ea, quibus Divitem guttulam aquæ expetiiſſe diximus, ob intenſiſſimos illos quibus cum conflictabatur flammarum æſtus. (*Jam porro notandum,*) reſpondentem Abrahamum illi dixiſſe: Memento, te, cum in mundo viveres, omnium votorum, deſideriorum, atque optatorum cordis tui fuiſſe compotem: iſte autem frater tuus Lazarus dolebat ex morbo fameque, & petebat a te micas deciduas a menſa tua, neq; ea te cepit miſericordia, ut has illi concederes: nunc igitur ipſe in gaudio deget & tranquillitate, tu autem cruciaberis. Tum ajebat Dives: Ecce rogo te, mittas illum in domum patris mei, habeo enim ibi fratres tres, ut hos cavere ſibi jubeat, ne in eadem exquiſitiſſima

tormenta

לא ישמעו למשה ולשאר נביאי״
אבל למתי״ שתשלח להם להזהירם
ישמעו ויאמינו וינצלו מצער הגדול
הזה : אמר לו אברהם אם לא
ישמעו למשה ולנביאים גם כן
לא ישמעו למתים אם אשלחם
לשם : עכשיו שומע אני שאברהם
ולזרוס היו בגן עדן : ועוד שאמר
אברהם שיש להם לשמוע
למשה ולשאר נביאי״ משמע אם
ישמעו לתורת משה ולמצוות נביאים
שאז יבואו בגן עדן :

tormenta, quibus ego immersus, incidant. At Abrahamus respondebat inquiens: Habent Mosen & Prophetas reliquos, quos audiant. Sed Dives Abrahamo reponebat: Si maxime Mosi & Prophetis cæteris fidem non habeant, auscultabunt tamen misso ad se mortuo, recta suadenti, atque sic evadent hos immensos cruciatus. Regerebat Abrahamus. Si non audiunt Mosen & Prophetas, neque mortuis morem gerent, si quos illuc ablegem. Ex his utique liquet mihi, Abrahamum & Lazarum fuisse in paradiso. Quin &, quia Abrahamus jubet eos Mosen audire & Prophetas reliquos, hinc consequens est, si Legi Mosis, præceptisque Prophetarum obsequium præstent, in paradisum intraturos.

כתוב להם שאמר ישו אני ואבי
אחד אנחנו ובמקום אחר כתוב
שאמר ישו אבי גדול ממני : ועתה
הוא מכחיש את דבריו : והם א
אומרי״ כנגד הבשר הוא דיבר זה:
ואני משיב להם הואיל והם א
אומרי״ שהשלושה חלקים חלק
אחד הם ולא זה גדול מזה לא
בכח ולא במעשה : אם חלק א
אחד לבש בשר ולובש אותו כאדם
הלובש לבוש אחד מבגד ואם
הוא לבש הבשר מה חסרון יש לו
בעבור זאת ומפני מה הוא מחליש
ומקטין על זאת : ועוד יש להשיב
לאותן מינין שאומרי״ לנו שבעון
מיתת ישו אנחנו בגלות זה והלא
קודם שנולד היינו בגלות ועוד

Scriptum tenent, dixisse Jesum: *Ego & pater meus unum sumus.* Alio autem loco scriptum, dixisse itidem Jesum: *Pater meus major me est.* Nunc igitur sibi is contradicit. Ipsi quidem prætendunt, postrema illa secundum carnem dicta esse. At ego, illis respondeo: Quia asseritis, tres illas partes, partem constituere unicam, neque aliam alia potestate aut operibus majorem esse, quod si pars una carnem induat, eaque se amiciat, uti cum homo veste aliqua se operit, ex illa inquam carnis assumtione ecquis defectus oritur? & quare illam usurpans ideo virium dignitatisque pateretur imminutionem? Porro, istis obtrectatoribus qui ajunt nos ob peccatum cædis Jesu in captivitate agere, respondendum: Annon priusquam nascere-

שכן כתוב להם בשעת מיתתו של ישו שביקש מאביו ואמר אבי מחול להם מה שעושים בי כי אינם יודעי' מה שהם עושים ׃ ועכשיו אני רואה אם האב והבן דבר אחד הוא ורצון אחד יש להם נמצא שכל עון זה נמחל להם׃

nasceretur ipse, in captivitate eramus constituti? Ad hæc scriptum tenent, Jesum sub mortis horam his verbis patrem deprecatum esse: Pater mi, condona iis, quod in me admittunt, neque enim sciunt, quid faciant. Jam ego video, quod si pater & filius unum sunt, unaque voluntate præditi, necessarium consequens esse, quod omnia illa peccata sint remissa.

כתוב להם שיבא שעה שכל מה שבקברי' ישמעו קולי ויקומו הטובי' לתקומת חיים והרעים לעמוד במשפט׃ ואיני יכול לעשות כלום מלבי ומעצמי אבל כשאני שומע אני שופט ומשפטי ישראל אינ' כא מיתשלחני ׃ וכן יש להם שתי רצונות מה שזה רוצה זה אינו רוצה והלא שניהם רשות אחד להם ולדבריהם ואם אחד אומר אני מבקש חפצי כלומר לא היה לו חפצו באותו ענין אבל חפץ אביו הוא ׃ ועוד אם הם אומרים שזה היה משיח כמו שכתוב ונחה עליו רוח יי' וגו' והיאך היה יכול לומר שלא היה יכול לעשות דבר מלבו ומעצמו ׃ אבל כשאני שומע אני שופט ׃ והלא כתוב אחר זה הפסוק והריחו ביראת יי' לא למראה עיניו ישפוט ולא למשמע אזניו יוכיח ושפט בצדק דלים וגו' ועוד אם הם אומרים שזה משיח אלהי' הוא ולמה אמר

Scriptum tenent: *Ventura est hora, qua omnes qui in sepulchris cubant, audituri sunt vocem meam resurgentque boni ad resurrectionem vitæ, mali autem ibunt in judicium. Ego autem non possum quicquam ex mei animi sententia, & ex meipso peragere, sed, quæ audio, judico, judiciumque adversus Israëlitas non meum est, verum illius qui misit me.* Colligas hinc, habere eos duas voluntates, & quod unus cupit, nolle alterum. Cum vero dicant, esse amborum eandē potentiam; consequitur, si unus aliquid expetat, posse alterum reclamare, atque testari non se capi simili desiderio circa illam rem, sed patris hanc esse voluntatem. Porro, si contendunt, ipsum fuisse Messiam, & pertinere ad eum quod scriptum (Es. 11,2.) *Et quiescet super eo spiritus Domini &c.* quomodo dicere non veretur, non posse se quicquam ex sui animi sententia, & ex seipso peragere, sed ea quæ audiat judicare? Annon enim, post verba nunc allegata sequitur: *Cujus odoratus erit conjunctus reverentia Domini; non autem ad aspectum oculorum suorum judicabit, neque ad auditum aurium*

ונחה עליו רוח ייי מכלל שהוא בעצמו לאו אלהים הוא : ועוד א אם היה כתוב בזה הפסוק ג׳ פעמי׳ רוח אז היה כמו שהם א אומרי׳ אב בן ורוח הקודש : אבל שכתוב ד׳ פעמים רוח בפסוק זה מי היה הרביעי :

aurium suarum corripiet: Sed vindicabit juste tenues. Præterea, si volunt Messiam illum Deum esse, quare dicitur: *Et quiescet super eo spiritus Domini?* nam ex istis consequitur ipsum Deum non esse. Denique, si in (*laudato commate 2. apud Esaiam*) ter tantum repetita fuisset vox spiritus, obtinerent quod de patre, filio, & spiritu sancto postulant; nunc autem, cum quater ibi iteretur vox spiritus, ecquis est ille quartus?

תשובה למיני׳ חנוך ואליהו עלו למרום כמו ישו זה שאמרתם שעלה ומ״מ אין אנו מאמיני׳ בהם: ולדבריכם שהוא קרוי בן אלהי׳. מצינו כמו כן שישראל קרויין בני׳ לייי׳ שני׳ בני׳ אתם לייי׳ אלהיכם: וכתי׳ בני בכורי ישראל ומ״מ אין להאמין בהם: וישראל קרויין קדושי׳ דכתי׳ קדושי׳ תהיו : וכתי׳ והייתם קדושים : ואם נפלאתם על אשר עשה מים יין : והשביע מחמשה ככרי לחם אלף איש : והחיה את המת : ורפא את החולים : והלך על המי׳ : גם כן הפך משה את המים לדם : והמתיק את מים המרים : והוליך את ישראל בתוך הים כיבשה והכה צור ויזובו מים : ואלישה מלא מכד אחד שמן כמה כלים מלאים : וא ואסף את נעמן מצרעתו : והחייה שני מתים האחד בחייו והאחד לאחר מותו : ואליהו כמו כן :

Responsionem hanc nota adversus Infideles: Henochus & Elias superna petierunt, ceu vos dicitis fecisse Jesum, neque tamen in illos credimus. Quod vero urgent, ipsum Dei filium vocari, (*eo refellas,*) appellari sic quoque Israëlitas Dei filios. Scriptum enim (Deut. 14,1.) *Filii estis Domini Dei vestri.* Item (Ex. 4,22.) *Filius meus, primogenitus meus est Israël.* Nihilo minus haud in eos credendum. Vocantur quoque Israëlitæ sancti, uti (Lev. 19,2.) *Sancti estote.* Item (*ibidem cap. 11,45. & alibi sæpius*) scriptum: *Sitis sancti.* Quod si mirum vobis videtur, ipsum convertisse aquam in vinum; cibasse quinque panibus homines millenos; suscitasse mortuum; sanasse ægrotos; ambulasse super aquas: Atqui, sic Moses quoque convertit aquas in sanguinem, amaras aquas reddidit dulces, & Israëlitas per mare tanquam per aridam tellurem deduxit; percussit petram, ut aquæ inde scaturirent. Elisa vero ex unico urceolo olei multos implevit cados, & Naamanis lepram abstulit

ויחזקאל החייה כמה אלפים כמו
שני הייתה עלי רוח יי' וגו' ואם
צם מ' יום ומ' לילה זה עשה
משה ג' פעמי' שצם מ' יום
ומ' לילה : וכן אליהו צם מ'
יום ומ' לילה :

abstulit, duosque mortuos ſuscitavit, unum quidem vivus, alterum etiam poſt fata. Similia Elias præſtitit. At Ezechiel multa mortuorum millia vitæ reddidit, ceu ex capite ejus 37. conſtat. Quod ſi quadraginta dies, & quadraginta noctes jejunavit, idem ter quoque a Moſe factum eſt, æquali temporis ſpatio. Quin & Elias quadraginta dies noctesque totidem jejunavit.

ועוד תשובה שכתוב להם בסרר
חומשי' על ספר מרקוש ששאלו
תלמידיו לישו על תחיית המתי'
למתי יהיה היום ההוא וענה ל
להם ישו אין מי שיודע אותו יום
ואותה שעה בכל הבריות ולא ב
במלאכי רומה ולא שום בן ארם
כי אם יי' לבדו : והוציא את ע
עצמו מן האלוהות : וכתי' בספר
חומש אתנא * עתה אראה בני ב * F. יוהנא
הארם האוהבי' אותי ואם ארצה
דיני ברשות האל גאונינו * לבדי * F. ואינני
אבל אני ואשר שגרני:ואם תאמר
כי אלהי' הוא ואחר הוא הרי כב
כפרתם ביי' שכתוב בתורה : ראו
עתה כי אני אני הוא ואין אלהי'
עמדי:וישו אומר אני ואשר שגרני:
משמע ששניים הם : ועוד שאתם
אומרי' שלטהר בני ארם מן ע
החטא באו וכדי להוציאם מן הגהנם
ולכפר הפשעי' : והוא בהריגתו
הוסיף חטא ופשע גדול על היהודי'
בזה שתלאוהו : אשר לפנע לא ע

Reſponſionem quoq; ſuppeditat, quod legitur in lege ipſorum apud Marcum, quæſiviſſe diſcipulos Jeſum, quando futura eſſet dies reſurrectionis mortuorum? atque Jeſum reſpondiſſe, non eſt qui noſcat illum diem, illamque horam, inter omnes creaturas, neque inter Angelos ſupremos, nec ullus homo, præter ſolum Deum. Ergo ſeipſum a Divinitate eximit. Atq; ſcriptum in lege ipſorum apud Johannem: Nunc ego viſurus ſum quomodo homines me ament, ſi in Dei voluntate acquieſcam; non autem ſolus ſum, ſed ego exiſto, & is, qui miſit me. Quod ſi dicant illum & Deum, & unum eſſe, tū quidem illi Deo renunciant, de quo in Lege (Deut. 32, 39.) ſcriptum: *Videte nunc me meipſum eſſe, & nullum eſſe Deum mecum.* At Jeſus ait: Ego, & qui miſit me: unde conſequens, duos eſſe. Porro dicitis, veniſſe eum ad purgandum homines a peccatis, & ad educendum eos ex inferno, & expiandum ſcelera. Enim vero, ipſe morte ſua in magnum peccatum & ſcelus induxit Judæos, quia ipſum ſuſpenderunt, nec enim ante ſimile

היה חטא כמוהו ואחריו לא יהיה
כמוהו שתלו אלוה : ועוד וכי מ
בשביל זה כלו החטאי׳ והלא כל
מרחצים מנאפי׳ וגונבי׳ עוד בכל
יום : ועוד אם סבל ישו הריגת
עצמו כדי לפדות את הפושעי׳ מז
מגיהנם אכ״ עבדיו למה נהרגו
ומי נתן להם רשות וכח להורגים
להרוג אותם : ישו לא נתן להם
רשות שאינו מעוות את דינו :

scelus admissum, aut post futurum est, quo Deum cruci affixerunt. Insuper, an ideo defecerunt peccatores, & annon tota etiamnum die, cædes, adulteria, & furta committuntur? Adhæc si Jesus sui ipsius cædem pertulit, ut redimeret impios ex inferno; quare servi ejus trucidantur, & quis istis interfectoribus potestatem ac vim concessit illos necandi? Vtique Jesus hanc potestatem non indulsit, neq; enim volet propria vineta cædere.

פירש גריגוריייוש לפיים לבוראינו
שהצילנו מן המים הטמאיו מ
המקודשין בדבר שקר ואם האל מ
שיכולין לדמותו :

Gregorii dictum est: Orandus Creator noster, quia liberavit nos ab aquis immundis, & re falsa sanctificatis, quæque excisionem procurare valent.

כתוב להם שישו אומר לפטר חמור:
פיטר יש בינינו שימסור אותי בזה
הלילה ואני אהיה תפוש ויעשו בי
דינים : א״ל פיטר כיון שאתה יודע
עתידות אכ״ אלהי׳ אתה ולמה לא
הגדת לי עד עתה : א״ל ישו אל
תאמר לשום אדם שאני אלוה
כי מאז שיצאתי מתורת מולדתי
מריתי נגד בוראי ונגד תורתו :

Scriptum tenent, dixisse Jesum Petro onagro: Petre, est inter nos, qui hac nocte me prodet, atque capiar ego, & judicium subibo. Respondisse vero Petrum: Quia futura nosti, utique Deus es, & quare id hactenus mihi non indicasti? Reposuit Jesus: Ne cuiquam dicas me Deum esse, nam ex quo deserui legem nativam meam, rebellem me præstiti adversus creatorem meum, & legem ejus.

כתוב להם ישו היה יושב על מ
מעיין של מים ואכל לחם ושתה
מים ובא לו אדם אחד ואמר לישו
ארוני שמעתי שאתה אלוה ואתה
יכול לעזור לי מדחוקי: ענה לו ישו
אוי לו לאדם שנולד בפקחות מ
עיניים ולא יכול לראות בהן : כ
כמו שאתה רואה שיש לי בשר

Scriptum tenent: Sedebat Jesus forte juxta fontem, panem comedens, bibensque aquam. Accessit autem eum homo quidam, inquiens: Jesu, mi domine, audivi te Deum esse, & posse te liberationem mihi concedere ab ærumnis meis. Respondit ei Jesus: Væ homini, qui oculis apertis natus est, nec potest illis tueri. Cum videas car-

ודם כאדם אחר הייתי להיות אלהים : בתמייה :

carnem me habere sanguinemque, an Deus ero? Interrogativa est locutio, (*quæ neganti æquipollet.*)

כתוב להם ישו הלך בדרך ובא לו אדם אחד אמר לו ישו אם תרצה להכיר כוחו של הקב״ה וכוחו של בשר ודם עלה על זה האילן : אז אמר לו שלח לי ידך וירם ישו את ידו נגדו למעלה : א״ל ישו כשם שאיני יכול ליגע לידך למעלה כך איני יכול להצילך :

Scriptum tenēt: Cum Jesus iter faceret, occurrit illi homo quidam, eũ Jesus sic compellat: Si cognoscere vis Dei potestatem potestatemque humanæ naturæ, age, conscende arborem hanc. (*Quod cum fecisset,*) ait illi (*Jesus:*) demitte manum tuam: atque Jesus manum suum erga ipsum in altum protendebat, & inquit: Sicuti non possum manum tuam in alto constitutam attingere, ita nec servare te queo.

כתוב להם שחריא שוכבת בחיקו של ישו והוא היה מספיד עליה שהיא תמות : ואם הוא אלוה למה הרג את אמו : והכתיב כבד את אביך ואת אמך : וא״ת שהמלאך הורגה : והלא הוא שלוחו : וכיון שהיה יכולת בידו למחות ולא מחה מעלה עליו הכתוב באילו הוא הורגה בעצמו :

Scriptum tenent, Mariam cubasse in sinu Jesu, atque eum illam mortuam planxisse. Quod si Deus est, quare matrem interemit? Atqui scriptum (Ex. 20, 12.) *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Nec est quod dicas, Angelum eam occidisse. Annon enim talis minister illius est? Et vero, quoniam id impedire poterat, nec id impedivit: Scripturæ judicio ipse videtur cædem illam patrasse.

כתוב להם כמו שהיה יונה במעי הרגה ג׳ ימים וג׳ לילות כן יהיה ישו בארץ ג׳ ימים וג׳ לילות : וזה אינו יכול להיות שהיה ישו בארץ ג׳ ימים וג׳ לילות : שהרי ישו נצלב ביום ו׳ בערב ועמד ביום אחד בהשכמה : ואפילו לדבריהם מקצת יום ככלו אעפ״י כן אינו כי אם ג׳ ימים וב׳ לילות :

Scriptum tenent: Quemadmodum Jonas fuerat tribus diebus, & tribus noctibus in ventre piscis, sic erit Jesus in terra dies tres, & noctes totidem. Sed, hoc fieri non potest, ut Jesus tribus diebus & noctibus in sepulchro degerit. Ecce enim Jesus suspensus fuit die sexto hebdomadis circa vesperam, atque surrexit die primo sub auroram. Quin &, si admittatur maxime illorum excusatio, qui partem diei pro die integro sumi contendunt, ne sic tamen amplius quam dies tres, & noctes duæ elicientur.

Scriptum

כתוב להם בספר לוקס כשהביאו
את ישו לתלות תלאוהו בין שני
גנבים אחד מימינו ואחד משמאלו
והוא באמצע : זה שתלה משמאלו
הלעיג עליו ואמר אם אתה משיח
הושיע את עצמך וגם למו : וזה
שתלה בימינו אמר אתה לא היית
ירא אלוהים ובשביל כך אתה ב
באותו צער כי אנו יש לנו דין לפי
מעשינו : וזה שבינינו לא עשה
כלום ואמר לישו ארוני חנני כ
כשתבא בשמי' : ואמר לו ישו אני
אומר לך באמת היום אתה תהיה
עמי במחיצתי : ואם אלוה הוא
למה הניח לעשות לו כל כך בושת
משונה לתלותו בין הגנבים וגם
על קלח של כרוב : ועוד כתוב ל
להם כל מי שמאמין בישו אפילו
כגרעין אחד של רוחן † יכול בד
בדיבורו להמיר הר ממקומו : ואנו
רואין שאפילו קרושים שבהם אינם
יכולי' לעשות כן כש״ שאר העם
אכ״ אין בהם שמאמיני' בבורא :

Scriptum tenent apud Lucam: Cum deduxiſſent Jeſum ad locum ſupplicii, ſuſpenderunt eum inter duos fures, quorum unus ei a dextris erat, alter a ſiniſtris, ipſe autem pendebat in medio. Ille a ſiniſtris pendens, exagitabat eum, dicendo: Si Meſſias es, ſerva teipſum, & nos pariter. Alter autem pendens a dextris, inquiebat: Tu vero non metuis Deum, atque eapropter in his verſaris anguſtiis. Sane, nos quidem pro operibus noſtris pœnam referimus, is autem qui in medio noſtrum conſtitutus, nihil quicquam commiſit, & *(converſus)* ad Jeſum, ait: Domine, miſerere mei, cum veneris in cœlum. Cui Jeſus: Vere tibi edico, te hodie mecum futurum in receptaculo meo. Quod ſi Deus eſt, quare permiſit tantam tamque atrocem ſibi inferri ignominiam, ut medius ſuſpenderetur inter latrones, & quidem ex braſſicæ caule? Amplius ſcriptum: Quisquis ea tantum erga Jeſum fide eſt, quæ unicum milii granum adæquat, verbo ſuo montem e loco ſuo transferre valet. Nos autem videmus, ne quidem ſanctiſſimos inter ipſos id præſtare poſſe, nedum ut reliquæ multitudini tanta vis competat. Proinde non ſunt inter eos, qui in Deum fiduciam collocent.

† Fortaſſe חרדל

כתוב בתורת משה : אחרי רבים
להטות : וכן מנהג העולם ללכת
אחר הרוב : והנה אחרי אמנת ישו
לא טעו כי אם יא״ אומות וכולם
אינם כנגר אומה אחת מי
מישמעאלי' ועדיין ס׳ אומות עם

Scriptum in Lege Moſaica (Ex. 23, 2.) *Poſt plures declinandum:* atque ſic in orbe quoque univerſo receptum eſt, ut id, quod pluribus placet, in praxi obtineat. Atenim lege Jeſu undecim tantum gentes oberrant, quæ omnes junctæ, vix unam Iſmaëlitarum nationem adimplent

הישמעאלי' כולם מעידי', שהבל
יראתם : וגם אנחנו בני ישראל
מעידי' שהיה התלוי בן אדם
ונולד מאב ואם : ואם כדברים
שהוא היה בורא וריחם על בריותיו
שהיו בגיהנם בחטאו של אדם
הראשון וקיבל עליו יסורין ומיתה
כדי להציל בריותיו מדינה של ג
גיהנם תשובה * היה לו לבטל
מדת הדין לפני מדת רחמים כי
הרשות בידו והיה לו לשום בלב
כל אומות להאמין בו כדי להצילם
מן הדין ועכשיו אין מאמינים בו כ
כא המעט: אכן יש להבין כי שקר
דבריהם : ועוד י"ל כי על פי שניים
עדים יקום דבר והנה שניים ע
עדים על תורתנו כי הישמעאלי'
ואתם שניכם מודים שתורתינו
אמת : ואין אנחנו והישמעאלים
מודי' על תורתכם : ולא אנחנו
ואתם מודים על תורת הישמעאלי' :
אם כן על תורתינו יש שני ע
עדים שהיא אמת ואלהינו אמת
וקיים לעד : ברוך הוא שבחר ב
בנו

*Hæc vox videtur ſuperflua.

implent. Superſunt autem adhuc juxta cum Iſmaëlitis gentes ſexaginta, quæ omnes religionem ipſorum tanquam ineptam averſantur. Nos quoque Iſraëlitæ teſtamur, crucifixum merum hominem fuiſſe, patre & matre editum. Quod ſi, ceu illis viſum eſt, creator is erat, eaque miſericordia erga creaturas ſuas in inferno ob Adami protoplaſti delictum conſtitutas ducebatur, ut ob earum ex inferno liberationem calamitates & mortem ſubiret, debebat concedere, ut juſtitiam ſuam vinceret miſericordia, nam id in ejus erat arbitrio, omnibusque nationibus cultum ſuum ipſum indere par erat, ut judicio gehennæ eriperentur. At, nunc pauciſſimæ tantum ipſum obſervant, unde intelligere licet falſa eſſe quæ venditant. Porro, urgere licet, ſecundum pronunciatum duorum teſtium conſiſtere veritatem. Atqui duorum teſtimonio lex noſtra confirmatur, nam Iſmaëlitæ, & ipſi, pariter ambo teſtantur, Legem noſtram veriſſimam eſſe, non autem nos, & Iſmaëlitæ teſtimonium perhibemus de veritate legis ipſorum, uti nec nos & ipſi de veritate legis Iſmaëliticæ convenimus. Ergo pro nobis teſtes duos habemus, legem noſtram veram eſſe. Vtique verus eſt Deus noſter, vivensque in ſecula. Sit ipſe benedictus, qui nos elegit!

כתוב בספריהם כשילדה חריא
את ישו היה המלך אגוסתוס ב
שבאותן הימים שלח לחפש אחריו
ולבערו מן העולם: ואמו הטמינתו

Scriptum habetur in libris eorum: Cum peperiſſet Maria Jeſum, ea tempeſtate imperabat Auguſtus, atque is miſit qui illum interciperent, atque ex orbe exterminarent,

אותו באבוס של חמור : ולמה לא
שמר את עצמו : ועוד ולמה לא ג
נגלה לעיני המחפשי״ אותו והיה
אומר להם הנני ואין לכם כח
לעשות לי מאומה כי על כן נולדתי
ואגדל עוד לג׳ שנה : כי אחרי כן
שגדל והיה אומר שבן אלוהי״ הוא
וחייבוהו מיתה כבן מסית ומדיח :
ולמה היה פורח באויר למלט ממות
נפשו עד שבא יודש אישקאריוטא
ופרח עליו והפילו ארצה בעל ב
כורחו ושלא בטובו ותלאוהו : ש
היה לו לומר הנני עשו לי כטוב
בעיניכם כי על כן באתי לקבל
ייסורין ומיתה להציל את העולם
מדין גיהינם : ועוד הנפלאות ש
שעשה למה המתין עד שהיה גדול
ובר דיעה היה לו לעשות נפלאות
מן הבטן וביינקותו בעוד שהיה בן
שנתיים או שלוש שנים ואז ש
היו כל העולם מאמיני״ בו וניצולים
מן הדין : אך דעו כי מכשף היה
וכל נפלאותיו היו על ידי כישוף
ועל כן נידון למיתה כדין וכמשפט
כאשר ציוונו יי׳ אלהינו ית׳ שמו
ויתעלה לנצח : ועוד תשאל להם
מדוע לא נתנבאו הנביאי״ משנתלה
ישו לא בין ירושלי״ ולא בין תא
האומות אלא שמע מיניה שרוח ש
השקר חזקה על העולם כל כך עד
שרוח הנבואה נמנעה מלבא :

narent, mater autem illius in præſepio aſini eum occultavit. Quare autem ſeipſum non ſervabat? Itē, quare non exhibebat ſe oculis ipſū quærentium, & ſic eos alloquebatur: Ecce me, nec tamen poteſtas vobis ullatenus me lædendi, ideo enim natus ſum, atque ſuccreſcam adhuc annos triginta tres. Poſtea cum adoleviſſet, dixit ſe Dei filium eſſe, atq; ea pœna affectus eſt, quæ filios rebelles & immorigeros ſolet manere. Eccur vero in aëre volabat, ut ſeipſum a morte liberaret, quoad venit Judas Iſcariotes atque ſupra eum evectus, illum invitum ac ingratiis in terram dejecit, unde fuit ſuſpenſus? His verbis uti illum par erat: Ecce me, facite quod vobis libet: ideo enim veni, ut cruciatus & mortem perferrem, quo mundum a gehenna liberarem. Dehinc, quare miracula illa quæ patravit, in adultam ætatem, & adeptum rationis uſum diſtulit? Edere illa debebat poſt egreſſum ex utero, cum annos duos aut tres natus eſſet, atque ſic orbis univerſus in eum crediſſet, & judicii reatum evitaſſet. Proinde tenendum, veneficum illum fuiſſe, omniaque miracula ejus arte magica eſſe peracta. Eam ob cauſam capitis damnatus eſt, prout fas & jura poſtulabant, & uti præcepit nobis Dominus Deus noſter cujus nomen æternis celebretur ac deprædicetur laudibus. Adhæc, quærendi ſunt, quare inde a Jeſu crucifixione nulli amplius vaticinati fuerint Prophetæ, ſive Hieroſolymis, ſive inter gentes? Nempe, inde colligas, mendacii ſpiritum tantis in orbe auctum viribus, ut prophetiæ ſpiritui locus amplius non relinqueretur.

Scri-

כתוב בספר שמעון בן כיפא הוא
פיטר ; שאמר ישו לפיטר חמור :
השטן מתעסק ומבקש להמיתך ואני
ישו אבקש מן יי׳ מלקצר ימיך :
ואם היה עצמו אלוה מה היה
צריך לבקש לו מאחרים : ועוד
שהוא בעצמו לא קרא את עצמו
אלוה כי אם נביא או עבד או ם
שלוחו של מקום רוצה לומר ש
הקב״ה כי בבואו במדינה או ישב
עם בני המדינה אמר להם יראו
את יי׳ ארוני הארונים והיו תמיהים
ממנו ואמרו מה נעשה לבן הנגר
הזה ושם אמו מרים ואחיו שמעון
ויעקוב אצלינו בנצרת בגליל בארץ
ישראל ובראותו כי הכירוהו ואמרו
יחוסו אמר לא יהיה נביא מבוזה
ולא יתחרף כי אם במדינתו
ובמקום שמכירין אותו וברח מיד :
כי ביקש הורדוס המלך להורגו
כי הוא מעיד בעצמו שהוא נביא
ולא אלוה : שהרי אמר לא יהיה
נביא מבוזה כ״א במדינתו : וגם
בסוף ספר פסול אמר ישו אשר
במדינת נצרת ואמר בספר שלישי
של יוחנא לא דברתי מלבי אבל
יי׳ שלחני לשום פה לאדם שהרי
קורא לעצמו שלוח : ועוד אמר ם
שלא מלבו אומר א״כ אינו אלוה :
ועוד שבספר שלישי של מתיאוש
מעיד הוא בעצמו שנולד מבטן כ
כשאר בני אדם והוא עבד של צ

Scriptum in libro Simonis Cephæ, ſive Petri, Jeſum dixiſſe Petro onagro: Satanas id ſedulo agit ſtudetq; ut te occidat: verum ego Jeſus Deum precabor ne vitæ dies tibi imminuat. Quod ſi ipſe fuit Deus, quid opus erat, ut apud alios intercederet? Adde, quod nunquam ex ſeſe ſeipſum Deum vocavit, ſed aut prophetam, aut ſervum, aut miſſum infiniti Numinis. Nam ſicubi urbem aliquam ingrediebatur, aut cum incolis loci alicujus agebat, hæ illius voces: Timete Dominum, qui omnibus dominis dominatur. Illi interim mirabantur eum, dicentes: Quid faciemus huic fabri filio, cujus mater Maria vocatur, cujusque fratres Simeon & Jacobus nobiscum degunt Nazarethæ, in Galilæa, regione Iſraëlitica? Cum autem videret ſe agnitum, ſuumque genus ediſſeri, ajebat: Propheta non contemnitur, aut ignominia afficitur, præterquam in patria ſua, & in loco ubi notus eſt, atque illico diſceſſit. Cum Rex Herodes ipſum perſequeretur ac trucidare vellet, ipſe de ſe teſtatus eſt, quod propheta ſit, & non Deus. Ait enim, haud uſpiam magis vilipenditur propheta quam in patria ſua. Sic in fine profani iſtius libri memoratur Jeſus in Nazareth degens. Quin & in Johannis tertio libro dixiſſe proditur: Nihil ex corde meo loquor, ſed Deus miſit me, ad aperiendum hominibus ora; atq; hic loci miſſum ſe vocat. Cumque præterea teſtetur, nihil ſe ex corde ſuo loqui, Deus eſſe nequit. In tertio

quoque

הקב"ה כמו שאמר ישעיה הן עבדי אתמוך בו וגו' כל זה מפורש ל לעיל במקומו בישעיהו :

quoq; Matthæi libro ipſe de ſe teſtimonium perhibet, ſe natum fuiſſe reliquorum hominum in morem. Eſt inſuper Dei quoq; ſervus, nam de eo accipiunt illud Eſaiæ (42, 1.) *En ſervus meus quem ſuſtento, &c.* Sed iſtud omne, ſuo loco ſupra, cum Eſaiæ dicta vindicarentur, fuit explicatum.

כתוב להם בספר מרקוש שבא מלאך לבשר למרים הנך הרת וילדת בן וקראת שמו ישו והוא יהיה גדול ובן עליון יקרא ויתן לו הקב"ה כסא דוד אביו: הלא היה לו לומר שיהיה אלוה וימשול על כל העולם על העליונים ועל התחתוני' : וכי מה כבוד יש לאלוה לישב על כסא דוד ועוד אם היה אלוה מה היה צריך למתנה של אחרים ; ועוד מי קדם הוא או דוד אביו הלא לדבריכם הוא קדם לכל הנביאים :

Scriptum tenent apud Marcum: *Veniſſe angelum ad Mariam, illiq; hoc attuliſſe nuncium: Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſus, atq; ipſe magnus erit, & filius altiſſimi appellabitur: & dabit illi Deus ſolium Davidis patris ejus.* Annon potius dicendum erat, Deum illum futurum, & imperaturum orbi univerſo, tamq; ſupernis quam infernis poteſtatibus? Quæ enim Deo hæc gloria fuerit, ut ſedeat in ſolio Davidis? Porro, ſi Deus eſt, quid opus habet munere aliorum? Denique quis altero antiquior? ipſene an David pater ejus? &, annon ſecundum veſtra placita, ipſe omnes Prophetas anteceſſit?

תשאל להם : אם הגלח במקום כהן מרוע לא נושא אשה ומוליד בנים כאשר עשה אהרון בן עמרם הכהן הגדול : ועוד שצוואה ראשונה שנצטווה לאדם הראשון הייתה מפרייה ורבייה ואתם מבטלין אתכם מפרייה ורבייה ועוסקים בזנות ויין ותירוש שלוקח לבבכם:

Percontare illos: Si Monachi in locum Sacerdotum ſucceſſerunt, quare non ducunt uxores, & generant prolem, ceu Aaron Amrami filius ſummus Pontifex feciſſe deprehenditur? Adde, quod primum omnium præceptorum quæ Adamo protoplaſto data fuerunt, ad ſobolis procreationem pertinuit. Vos autem a conjugio abſtinetis, & non ſcortationibus tantum, ſed & vino ac mero dediti eſtis, quibus corda veſtra obruuntur.

תשאל למינים אתם ידעתם כי א אדם המת טמא הוא ומטמא ב נושאין ונוגעין וכל אשר באוהל א

Sic urgendi ſunt Hæretici: Vos noviſtis mortui hominis cadaver immundum eſſe, atque polluere

אשר הוא שם ואתם מטמאין כהן כל שעה ומכניסין אותו בבתי ע״ז שלכם: הרי בכל דבריכם ומעשיכם אתם משחיתי׳ ועניניכם הבל ורעה רבה: וכתיב היושבים בקברים האוכלי׳ בשר חזיר מרק פיגולים: וזהו פירושו: היושבים בקברים שקוברי׳ פגריהם בבתי ע״ז שלהם ומטמאין את עצמן: ומי הם אלו שעושין כך אותם שאוכלין בשר החזיר: וכתי׳ אוכלי בשר החזיר השקץ והעכבר יחדיו יסופו נאום י״י:

eos qui illud gestant, aut attingũt quin & omnia quæ in eodem cum ipso sunt tentorio, reddi impura. Atqui vos assidue vestros Sacerdotes inquinatis, dum illos in delubra vestra (*quæ mortuorum plerumq; sepulturæ cedunt,*) introducitis. Ecce quam corrupta sint omnia negotia & instituta vestra! quam cerimoniæ vestræ ineptæ ac impiæ deprehendantur! Memorabilis locus est (Es. 65, 4.) *Qui sedent ad sepulchra: qui comedunt carnes porcinas.* Ejus sensus: *Qui sedent ad sepulchra:* Qui condunt cadavera sua in templis, & seipsos polluunt. A quibus autem hoc fit? ab iis qui comedunt carnem porcinam. Sequitur autem (c. 66, 17.) *Qui comedunt carnem porci, & rei abominabilis, murisq;, pariter consumentur, dictum Domini.*

מה ששואלין לנו אם יש בינינו גרים: לחרפתם ולחרפת אמונתם הם שואלי׳ זה: שהרי יהודי רשע כשנשתמד שיוכל לאכול כל מה תאוות לבו ולמשוך את בשרו ביין ובזנות ולפרוק מעליו עול מלכות שמים שלא יתיירא מכל דבר ומשחרר עצמו מכל מצוות ומדבק בעבירות ונפקא ליה חיי שעה: על כן אין לתמוה על מעשיו הרעים: אבל הגרים שנתגיירו ויוצאי׳ מרצונם מחירות לעבדות מאורה לאופל ובאים בדת יהודית: אם איש הוא המתגייר הלא יודע הוא שיש לו לחבול את עצמו כדי להפיר את עורלת בשרו ולמול עצמו

Solent ex nobis quærere, num habeamus proselytos? Sed hoc in propriam ignominiam, & dedecus religionis suæ quærunt. Scilicet, Judæus aliquis nequam, cum baptismum admittendo, ad ipsos deficit, ideo hoc agit, ut possit vesci rebus omnibus quibus volupe est, & vino plus satis indulgere, venerique; excutere item jugum regni cœlestis. Nihil quicquam igitur veretur, & in libertatem se asserit ab omnibus præceptis, mancipat autem sceleribus, & ætatem suaviter transigit. Hinc tantopere mirum non est, si quis tam fœdum facinus moliatur. At proselyti qui in nostra castra transeunt, ex pleno usu voluntatis libertatisque rediguntur in servitutem, atque ex luce in caliginem perveniunt, cum legem

ולהיות גולה ממקום למקום ולחסר
את נפשו מכל טוב וליראה את ג
נפשו מחוץ פן יפגעו בו הערלים
ויהרגוהו וחסר הוא מתאות נפשו :
והאשה המתגיירת גם היא פורשת
מכל תענוגיום ומכל מקום באים
לחסות תחת כנפי השכינה יש
להבין כי לא היו עושין זה אלא
שיודעין בבירור שאין באמונתם
ממש אך הכל שקר עמל ואון על
כך תיבושו בהזכירם מעשה גירים :

legem judaicam amplectuntur. Si vir sit, qui sacris Judæorum initiari desiderat, ignorare non potest, necesse sibi esse, ut resecet præputium per circumcisionis ritum, ut e loco in locum exul commigret, ut omnium rerum bonarum perceptione se privet, ut sibi suæque vitæ ab incircumcisorũ impetu caveat, ne exitium incurrat; ut voluptati nuncium mittat. Si quæ fœmina in Judæorum gregem admitti postulat, ipsa quoque omnes amœnitates suas ac delicias abdicare cogitur. Quæ cum ita sint, nihilo secius reperiuntur qui (*per proselytismum*) sub alas divinæ majestatis se recipiant: unde colligitur non id eos facturos fuisse, nisi certissime scirent, destitui religionem suam solido fundamento, ac meris mendaciis, improbitati ac nequitiæ superstructam esse. Pudeat ergo eos quod proselytorum mentionem injicere sustinent.

מה שמנבחים אומרים שאין
נכון לערל וטמא לשמש ליהודי' :
אמור להם : אדרבא אם לא
ישרתו ליהודי' הם היו חייבים
כלייה ומיתה דכתי' בישעייה
הנביא קומי אורי כי בא אורך וגו'
כי הגוי והממלכה אשר לא יעבדוך
יאבדו והגוי' חרוב יחרובו : אבל
כל זמן שמשמשים את ישראל יש
להם קצת תקוה שני' ועמדו זרים
ורעו צאנכם ובני נכר איכריכם
ובורמיכם א״כ יש להם לעבוד
אותנו כל שעה לקיים מה שני'
ורב יעבוד צעיר : ומתוך כך אמרה
תורה לא תאכל כל נבילה לגר
אשר בשעריך תתנינה ואכלה ומכור

Qu*d nos allatrant, dictitantque, minime convenire, ut (*quod fieri assolet*) homo præputiatus & impurus (*quales sunt eximii isti*) Judæis serviat, respondendum: Imo vero nisi Judæis ipsi serviant, excisionis & capitis supplicium promeruisse. Legitur apud Esaiam prophetam (60,1.) *Surge, luce, quandoquidem advẽit lux tua &c.* (Sequitur commate 12.) *Nam gens, & regnum quæ non servient tibi peribunt; & gentes penitus desolabuntur.* Cæterum illis temporibus quibus Judæis servitutem serviunt, nonnihil spei eis relinquitur. Nam scriptum (Es. 61,5.) *Et stabunt extranei & pascent greges vestros; & alienigenæ agricolæ erunt vestri, & vinitores vestri.* Quamobrem tenentur nobis semper servire, ut constet

לנכרי : ע״כ אמרה תורה למכור ?
נבילה לנכרי כי הם יעבדונו :
ואין אקב״ה מקפח שכר כל ברייה:
וכן אנו עושים שכן פסולות שלנו
נמסור להם : וגם היריכיים מן
הבהמות מטעם זה נמכור להם :

veritas prædictioni (Gen. 25,23.) *Et major serviet minori.* Atq; hanc ob causam Lex divina (Deut. 14, 21) præcipit: *Ne comedas ullum cadaver, peregrino qui erit intra portas tuas dabis illud, ut comedat illud, aut vendes alieno.* Ideo nimirũ jubet Lex cadaver vendere alienigenis, quia nobis inserviunt: non enim Deus Benedictus ullam creaturam mercede sua defraudat. Atque hoc nos exequimur: ea enim quibus nobis nefas est frui, illis concedimus, ob eamque rationem vendimus ipsis armos posteriores.

מה שמחרפי׳ א׳ותנו ואומרי׳ שיש
להם זבחים ועולות כאשר היו ?
לפני׳ בישראל אף יש להם זבחי׳
ועולות שזובחים בשר התלוי ואוכלין
אותו : תשיב לו : כי אין לעשות
כאן זבחים ועולות כי אם ב׳
בירושלים : וכן כתוב במשנה תורה
השמר לך פן וגו׳ עד את כל א
אשר אצוך : וגם דוד אמר בספר
תהילים כי לא תחפוץ זבח וגו׳
עד יעלו על מזבחך פרים : אם
כן אין רצין הקב״ה שיעשו זבח
ועולה כי אם בירושלים בבניינה
וכל זמן שהיא חריבה ואין אנו ב
בתיכה אין עושין זבחים ועולות
כ״א בשברי רוח ולב : ועתה לדבריכם
שאתם עושין זבח בכל יום ע
חוץ לירושלי׳ ואף בחורבנה ידוע
תדעו כי שקר ביניכם ואתם גם
עתידי׳ ליתן דין וחשבון : אכן ?
לעתיד כשיבנה מקדשינו במהירה

Solent insultare nobis, ac jactare, habere se sacrificia & victimas, quales olim inter Judæos fuerant; atque sacrificia & victimas in eo consistere, quod carnem crucifixi offerant, eaque vescantur. Respondendum. Non licet sacrificia & victimas offerre extra Hierosolymas. Namque scriptum Deuteronomii (12,13.) *Cave tibi ne &c.* David quoque ait Psalmo (51,18.) *Quoniam non vis sacrificium & dedissem, &c.* Ex his locis manifestum est, non velle Deum, ut alibi quam Hierosolymis in æde sua sacrificia sibi offerãtur. Quamdiu igitur urbs desolata jacet, nec a nobis incolitur, non offerimus victimas & sacrificia alia, quam spiritum & cor contritum. Vos autem, qui quotidie sacrificia vos offerre gloriamini, tum extra Hierosolymas, tum in ejus parietinis, certo scitote, mendacia mera inter vos regnare, atque reddituros vos olim hujus rei causam rationemque. At deinde, cum, (quod brevi & in diebus nostris futurum est,) ædificabitur rursus sanctuarium nostrum, tum victimas & holocausta, ac super

בימינו אז נעשה זבחים ועולה על
מזבחך פרים : ונאמר כל צאן כל
קדר וגו' עד וכשני' קדמוניות :
מין אחד שאל היאך יתכפרו לו
עוונותיכם מאחר שאינכם מקריבי'
חטאות ואשמות כאשר ציוה הק
הקב"ה : כך יש להשיב: אמשול לך
משל : לאדם שפשע במלך צרפת
וחייביהו המלך אשם ואמר לו ה
השמר בנפשך שאל תביא לי הא
האשם כ"א דווקא בפריישא בביתי
ולא בשום מקום אחר : ונחרב
פריישא וגם בית המלך והלך ה
המלך לדור באורלינשא וכי מה
פשע זה אם לא שילם את אש
אשמו : כן הקב"ה ציוה לא תעלה
עולתיך כי אם במקום אשר ,
יבחר יי' וכיון שנחרב אותו מקום
אשר בחר מה לנו פשע: לכשיבנה
נשלם : וכתי' כי תבנה חומות
ירושלי' וגו' וכתי' כל צאן קדר
וגו' והלא אין חוטאין לעתיד ל
לבא אלא לשלם חטאות ואשמות
שלא הקריבו בגלות : וכן אנו מ
מזכירין בכל יום בתפילת שבתות
ויום טוב ור"ח במוסף אנו אומרי'
את מוסף יום פלוני ופלוני נעשה
ונקריב לפניך: כי הכל אנו עתידי'
לשלם : ועוד מציני תפילה במקום
קרבן דכתי' בדניאל אלהא די אנת
פלח ליה בתדירא : ולא היה א

per altari vitulos offeremus. Hinc ſcriptum (Eſ.60.7.) *Omnes greges Kedaris, &c.*

Quidam Infidelis percontabatur: Quomodo nunc peccata veſtra expiantur, quia nulla ſacrificia piacularia, & oblationes pro reatu offertis, quæ Deus vobis imperavit? Fuit reſpondendum a Judæo: Rem ſimilitudine tibi explicabo: Quidam peccaverat adverſus Regem Galliæ, itaque jubet eum Rex ſacrificium offerre pro delicto, verum interminatur, ne id uspiam ulloque in loco alio offerat, quam in aula regia Pariſienſi. Quod ſi deinde ſolo æquetur urbs Pariſienſis cum ipſa aula regia, atque Rex Aurelianum habitatum concedat, ecquod hominis illius peccatum eſt, ſi ſacrificium ſuum piaculare non offerat? Sic pariter præcepit nobis Deus Benedictus (Deut. 12, 13.14.) *Ne offeras holocauſta tua præterquam in eo loco, quem elegerit Dominus.* Cum igitur deſolatus ſit ille locus quem elegerat, qua in re delinquimus, (*ſi a ſacrificiis ceſſamus?*) At, cum ædificabitur iterum, faciemus officium, prout dicitur (Pſ. 51,20.) *Ædifica muros Hieroſolymorum &c.* Conferendus locus (Eſ. 60,7.) *Omnes greges Kedaris &c.* Proinde, olim a peccatis im̃unes, ſolvemus piaculares victimas, oblationesq; pro reatu, quas in exilio offerre prohibebamur. Hinc ſemper in precibus cujusq; Sabbati, diei feſti, & Neomeniarum, Auctarium orantes, dicimus: Ἐπιδοχὴν τῆς δεῖνα diei offeremus

אלא מתפלל ׃ ועוד כתי׳ בישעיה והביאותים אל הר קדשי וגו׳ עד לכל העמים׃ הא לך שתפלה תחת קרבן ושאנו עתידין להקריב עולות וזבחים וכן ונשלמה פרים שפתינו ׃ ועוד יש להשיב גלות מכפר כתי׳ והפיצותיך בגוים וזיריתיך בארצות והתימותי טמאתך ממך ׃

& sacrificabimus tibi. Omnia enim olim repræsentabimus. Porro, reperimus in sacris literis, preces subire vicem sacrificiorum: scriptum enim apud Danielem (6,17.) *Deus tuus quem colis jugiter.* At Daniel haud alio cultu Deum affecit, quam ut precaretur. Scriptum insuper apud Esaiam (56,7.) *Et adducam ipsos ad montem sanctitatis meæ, &c.* Vides igitur preces vicem sustinere victimarum, &, quod olim oblaturi simus holocausta & sacrificia? Nunc ergo (secundum illud Hos. 14,3.) *Rependimus juvencos labiis nostris.* Potest quoque responderi, exilium expiare peccata. Scriptum enim (Ezech. 22,15.) *Dispergam enim te ingentes, spargam te in regiones; faciamq; ut absumatur impuritas tua ex te.*

כאן יש להוכיח למינים שישו הנוצרי היה בן אדם ממש ולא אלוה ׃ שכן כתוב בעוון גיליון שאמר ישו אל תלמידיו עתה קרבה השעה שבן אדם נמסר ביד הפושעים ׃

Convinci possunt Infideles Jesum Nazarenum purum putum fuisse hominem, non Deum, quia scriptum in Evangelio, dixisse ipsum discipulis suis: Adest hora, qua filius hominis tradetur in manus impiorum.

נשאל לכם המינים ׃ מה לכם לדבר מן יראת שמים ולהתגדל בכתבי הקדש הואיל ואינכם מאמינים כדין וכשורה ׃ וענירת ואמרת לנו הוא לעשות ועלינו החובה כמו שכתוב נודע ביהודה אלהי׳ בישראל גדול שמו ׃ אבל עליכם כתי׳ ולרשע אמר אלהי׳ מה לך לספר חוקי ותשא בריתי עלי פיך ׃ והואיל ולא נתן לכם דת ותורה ולא נצטוויתם על המצוות אין לכם חלק ביוצר ולא קיבול שכר במצוות ׃

Heus, causam dicite Infideles, quare crepetis reverentiam erga Numen, atque superbiatis libris sacris, cum sincera veraque fide careatis? Illud facere nos convenit, ad quos pertinet dictum (Ps. 76,2.) *Notus in Juda Deus, in Israël magnum nomen ejus.* At in vos quadrat illud (Ps. 50,16.) *Impio autem ait Deus, quid tibi ut enarres statuta mea, & assumas pactum meum in os tuum?* Enim vero, quia non dedit vobis legem & præcepta, atque quia mandata ejus ad observandū vobis non sūt proposita, non habetis partem apud Creatorem, nec ad vos attinent præmia præceptis annexa,

Scri-

כתוב להם כל המתהללים בא
באליליי והמשתחוים להם : אך
תורת אמכם קדושה והמצוות
ישרות וטובות :

Scriptum tenent: (*Væ illis*,) qui falsa Numina extollunt, eisque honorem exhibent: sed lex matris vestræ sancta est, illiusque præcepta proba sunt ac bona.

כתוב להם לא בשביל שחילל
ישו את השבת הרגוהו היהודיי
אלא בשביל שאמר שהוא אלוה :

Scriptum tenent: Non quia profanavit Jesus Sabbatum occiderunt illum Judæi, sed quia dixit se Dei filium esse.

כתוב להם גלחים אל תדברו
ליהודים משום אמונה כי היהודיי
שורשיהם ואם השרשיי מצליחים
גם הענף מצליח :

Scriptum tenent: Heus Sacerdotes, nolite cum Judæis de religione agere, nam ipsi radices tenent. Quod si autem radices bonæ sint, rami degeneres esse nequeunt.

כתוב להם בעוון גיליון אמר ישו
אל האפושטולוס שלו : אני ישו
נולד מן חרייא האשה : גם בן
יוסף : הרוצה להאמין יאמין :

Scriptum tenent in Evangelio, dixisse Jesum Apostolis suis: Ego Jesus natus sum ex Maria muliere, patremque habeo Josephum. Qui id credere vult, credat.

כתוב להם אשר קדוש פיטרוש
אמר להם : אנחנו לא ידענו אם
נושענו אם אין אם יש לנו צדק
אם אין אם יש לנו ישועת ייי אם
אין :

Scriptum tenent, sic dixisse Sanctum Petrum: Haud scimus num salutem consecuturi simus, an minus, num justitiam teneamus, annon; num gratia Dei fruamur, an minus.

כתוב להם אין דינם לרדוף את
היהודיי אלא הישמעאלים :

Scriptum tenent, non persequendos esse Judæos, sed solos Ismaëlitas.

כתוב להם יהודיי אין דינם לכוף
אותם לעבוד יראתם כי אם
הישמעאלים :

Scriptum tenent, Judæos nequaquam vi adigendos esse ad amplectendam Christianam religionem. Cæterum Ismaëlitas cogi posse.

כתוב להם שאמר קדוש יוהנש
יש לנו לכבד את היהודים
שהרי ישועתינו באה מהם : והלטיין
נושטרא סאלוס איקס יודיאיש אישט:

Scriptum tenent, dixisse Sanctum Johannem: Tenemur honore prosequi Judæos, salus enim nostra ab iis proficiscitur. Verba concepta latina sunt: Salus ex Judæis est

Perhi-

אומרי׳ המיני׳ אם אדם עובד את
ישו הנוצרי במקום יי׳ הנכבד
והנורא מרוב אהבתו אין להענישו
על כך : משל הוא לאדם שאמרו
לו על פלוני זהו המלך מצרפת
והוא עבדו בכל לבו לכבודו :
ואפילו אם אותו פלוני לאו המלך
הוא מ״מ הוא חשב בלבו שהוא ה
המלך : וכי שמע המלך לא יכעוס :
תשיב לו : אם ציוה המלך והכריז
כל שיעבוד לאדם אחר בלתי ל
להמלך לבדו אחתוך את ראשו ה
הלא צריכין בני אדם להזהר על
כך : כך אמר הקב״ה זובח לא
לאלהים יחרם בלתי ליי׳ לב
לבדו :

Perhibent Infideles, ſi quis Jeſu Nazareno loco Dei ſummi tremendique ſerviat, non illum ideo puniri, ob immenſam dilectionem (*quo Numen Jeſum proſequitur.*) Inſtituunt autem hic comparationem cum homine, cui nonnemo dixerat, iſte eſt Rex Franciæ, & qui ideo exquiſitiſſimo cultu eum, quem Regem crediderat, affecit. Si enim maxime iſte Rex non ſit, tamen alter in animo ſuo perſuaſu habet ipſum Regem eſſe, neq; Rex, ubi factum comperit, hoc ægre fert. Reſpondendum: Si Rex in hæc verba edictum promulgaſſet: Si quis ulli mortalium præterquam mihi ſoli ſerviverit, ei caput amputabo; annon cogerentur ſubditi ſedulo ſibi cavere, ne in exhibitione cultus decipiantur? Atqui vero Deus diſerte ait (Ex. 22, 20.) *Qui ſacrificat Diis aliis, ut anathema perditor, præterquam qui ſacrificat Domino ſoli.*

כתוב להם בעון גיליון שישו קרא
לעצמו גמל : כי כאשר אמר אוי
לכם הפירושים והצדוקי׳ החניפי׳
שאתם מחננים את הזבוב ובולעי׳
את הגמל : והגמל אנכי : וכן א
אותם נביאי׳ חשובים כזבובי׳ אתם
מניחים ואין אומרי׳ להם שום ד
דבר אלא אתם מקבלי׳ נבואתם :
אבל אני שאני חשוב כגמל לסבול
צרות בעבורכם באתי כשם שהגמל
סובל את המשאוי מרצונו כך
ירדתי מרצוני לסבול צרות לפדות

Scriptum tenent in Evangelio, Jeſum ſeipſum vocaſſe Camelum. Sic enim loquutum fuiſſe traditur: Væ vobis Phariſæi & Sadducæi hypocritæ, qui gratiam facitis muſcæ, & deglutitis camelum: Camelus autem ego ſum. Nam Prophetas, quos merito muſcas quis vocaverit, impune dimittitis, nec vel verbo eos offenditis, ſed recipitis illorum vaticinia; veruntamen me, quem ob onus ærumnarum quod veſtri cauſa perfero, cum camelo jure quis comparet, quique ut camelus ſponte onus ſubit, ſic ultro quoque deſcendi ad tolerandas ærumnas, & redimendum orbem,

vos

את העולם: ואתם בולעי׳ אותי כ
כלומר יש בדעתכם להורגיני :

vos deglutitis; hoc eſt, necem mihi machinamini.

ישו היו לו ג׳ אחים והוא היה ה
הרביעי האחרון וכן כתוב בעון ג
גיליון של יוהניש בפטישטא זהו
בקבורת התלוי׳ שכך היה צועק וא
ואמר אני יש לי ג׳ אחים ואין ל
לאחד מהם פוגע רעות כמוני : ו
ועוד כתוב שאמר פילאטוס לישו
למה אתה עושה את עצמך בן א
אלוהי׳ והלא אחיך אינם עושים
כן : והשיב לו המקולל : וודאי הם
אחיי שנולדו מאמי אבל אני לא
נולדתי מטיפה זרע כמותם ואיני
בשר ודם כמותם :

Jeſus habebat fratres tres, atq; ipſe quartus fuit & poſtremus. Hinc ſcriptum in Evangelio Johannis Baptiſtæ, ubi de ſepultura crucifixi agitur, ſic illum vociferatum eſſe: Sunt mihi fratres tres, nec ulli eorum tanta quanta mihi obvenit infelicitas. Scriptum inſuper, dixiſſe Chriſto Pilatum: Quare tu Dei filium te conſtituis? atqui, annon fratres tui idem haud faciunt? Reſpondiſſe autem hominem nefarium: Sunt omnino fratres mei, eadem matre geniti; at ego neutiquam ipſorum adinſtar ex ſeminis gutta procreatus ſum, neque carne & ſanguine componor, quibus ipſi conſtant.

המינים מונין אותנו מחמת הבייכט
שאין אנו מתוודין כמותם : ומוציאין
ראייה מספר משלי מכסה פשעיו
לא יצליח ומודה ועוזב ירוחם :
כך תשיב לו אדרבה מאדם יש
לכסות ואל יאמר לו כזו פשעתי
שמא השומע יעשה כמוהו : אבל
יודה פשעיו לײ׳ כי כן אמר דוד
חטאתי אודיעך ועווני לא כסיתי :
אמרתי אודה לײ׳ עלי פשעי ואתה
נשארת עוון חטאתי סלה : ועל גם
המכסה עוונו מהקב״ה אמר שלמה
מכסה פשעיו לא יצליח והיינו א
אומות העולם שהם מכסי׳ פשעיהם
מן המקום שהניאוף והזימה
והרציחה יש ביניהם : וכל המצוות

Infideles nos exagitant propter Confeſſionem, quod ſcilicet non ipſorum more peccata confiteamur. Allegant autem pro ſeſe, illud Proverb. (28, 13.) *Qui tegit defectiones ſuas non proſperabitur, qui vero fatetur & derelinquit, afficietur miſericordia.* Reſpondendum. Imo vero coram homine tegenda ſunt peccata, nec illi dicendum, ſic peccavi, ne audiens ſimile quid perpetret. At, Deo delicta confiteri oportet. Nam ſic David ait (Pſal. 32, 5.) *Peccatum meum notum feci tibi, & iniquitatem non operui. Dixi, confitebor adverſum me prævaricationes meas Domino; & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei. Selah.* Proinde, ad illum, qui coram Deo peccata occultat, pertinent verba Salomonis: *Qui tegit de-*

שציוה הקב״ה מכוסי׳ הם ביניהם
ועושים פירושים בפני׳ אחרים
להחליף המצוות כגון מילה וחזיר
חלב ודם וכל איסורין שבתורה :
ויותר על כן לפי שהן מליאי זימה
ולפי תורתן לא ניתן להם רשות
לקחת אשה ולכן הסכימו יחד ג
שיבואו האנשי׳ ויגידו להם פשעם
ויפרסמו להם זנותם כדי להכיר
הנשים המזנורת תחרת בעליהן ו
ומבקשין מהן לאמור אעשה גם
כן אני : והנשי׳ לא יכלו לכפור
להן אחרי שהנואף פירסמן : ט
תידע שכן הוא אחרי שאתם א
אומרי׳ שהאפיפיור שהוא תחרת
אלהיהם ויש לו כח לאסור ולהתיר
למה לא נתן כח לכומריורת ש
שתבואו אליהן הנשים להתוודות
ויהיה דבר נאה ומקובל יותר ש
שיתוודו הנשי׳ לנשי׳ והאנשים אל
האנשים ולא יבואו לידי זימרת
וניאוף : ועוד לא זה ולא זה יועיל
כי אין מוחל וסולח אלא הקב״ה
כי גם משה שהיה גדול בנביאים
לא היה בו כוח למחול ולסלוח :
וגם אחרי שנהרגו ג׳ אלפים מ
מישראל בעון העגל על ידו היה
מתנפל מי׳ יום ומי׳ לילה לבקש
סליחה מאת הקב״ה : וכן דוד אמר
כי עמך הסליחה למען תיורא כ
כלומר בעבור שהסליחה עמך ואין

git defectiones suas non prosperabitur. Et vero, significantur gentiles, qui coram Deo peccata abscondunt : grassantur enim inter eos adulteria, scortationes, & homicidia, omniaque præcepta quæ Deus imperavit, tegunt, variasque interpretationes comminiscuntur, ut Dei mandata commutent : qualia sunt præceptum de facienda circumcisione, de carne suilla, adipe, & sanguine non comedendis, & cætera legis divinæ interdicta. Insuper, quia pleni sunt (*Sacerdotes eorundem*) illecebrarum venerearum, per legem autem suam uxores ducere prohibentur, ideo communi consensu illud introduxerunt, ut homines veniant, & peccata sua confiteantur, atque impudicitias revelent, quo constare queat de mulieribus quæ fidem conjugalem violant, & ut ipsi quoque eas solicitare queant ad secum rem habendum. Non possunt autem fœminæ id recusare, quippe quas adulteri manifestarunt. Hæc ita se habere liquido demonstrari tibi potest, (*mi Christiane.*) Quia enim contenditis, Pontificem Dei vicarium esse, eumque ligandi & solvendi habere potestatem, quare non Sanctimonialibus jus concedit, ut fœminæ eas adeant, atque illis peccata exponant? Magis enim conveniens & honestius utique foret, ut fœminæ fœminis, viri viris confiteantur, quo scortationum & adulteriorum evitentur occasiones. Interim, si dicendum quod res est, æque parum iste modus ac alter proficit; nemo

שום סולח אלא אתה : והנה גם
שומע אני כי אינני ראוי ליתן לע
להחוטא דין וחשבון כי אם לפני
הקב״ה: ואם יאמר הרי עכן התוודה
אמור לו בפני כל ישראל הודה
לצורך שעה : וגם י״ל שכל שנה
ושנה ביום הכפורי׳ אנו מתוודים
בקול רם על כל חטאות :

nemo enim dimittere & condonare peccata poteſt, præter ſolum Deum: ac ne Moſes quidem omnium Prophetarum maximus, facultate peccata remittendi ac condonandi gaudebat. Vnde, etiam poſtquam illius mandato tria millia Iſraëlitarum ob circa vitulum admiſſam idololatriam trucidata eſſent, quadraginta tamen dies noctesq; ſupplex a Deo veniam precabatur. Hoc ſenſu David ait (Pſal. 130, 4.) *Quia tecum eſt venia, ut timearis.* Quaſi dicat: Quia remiſſio penes te eſt, nec præter te alius eſt condonator. Quamobrem conſequitur, non teneri peccatorem ulli rationem & cauſam reddere, præterquam ſoli Deo. Quod ſi regerat Adverſarius: Atqui (*ex Joſ. 7. tamen conſtat,*) Achanem confeſſionem edidiſſe. Reſpondendum: Ipſe coram univerſo cœtu Iſraëlitarum faſſus eſt, atque temporis illius conditione id exigente. Poſtremo, nos quoq; annuatim in die expiationis omnia peccata noſtra voce clara confitemur.

המינים שואלין ואומרי׳ אנו גם
מטבילין הזכרי׳ והנקיבות ובזה
אנו מקבלין אמונתינו אבל אתם
רק האנשים נימולי׳ ולא הנשים :
ויש להשיב : בשביל דם נידות
הם מקובלי׳ לפי ששומרות את
עצמן ומוזהרות בהן :

Infideles hanc nobis faciunt objectationem, dicendo: Nos quidem baptiſmo & mares & fœminas ex æquo initiamus, atque ſic in religionem noſtram recipimur. Vos autem ſolos mares circumciditis, fœminis excluſis. Reſpondendum. Fœminæ per obſervantiam ſanguinis menſtrui Judaicis ſacris accedunt, circa quem cum caſtimonia & circumſpecte ſe gerunt.

המיני׳ שואלים ואומרים למה רוב
הגוי׳ הם לבינים ויפים ורוב
יהודי׳ הם שחורי׳ וכעורי׳ : תשיב
להם : שזה נמשל לפרי כשמתחיל
לפרוח אז הוא לבן אבל לאחר גם
שגמר בישולו אז נעשה שחור כגון
שליהן או פפלוימן וכל פרי אשר
אדום בתחלתו לכשנגמר אותו פרי
אז יהיה לבן כגון תפוחים ואם

Solent Infideles percontari: Quare plerique Chriſtianorum candido pulchroque, Judæi contra tetro informique ſunt aſpectu? Reſpondendum. Ita ſe res hic habet uti in fructibus. Horum aliqui cum primum creſcere occipiunt, candicant, ſed poſtquam ad maturitatē pervenere nigreſcunt, ceu in ſpineolis & prunis videre licet: At, omnes fructus qui ab initio rubent

ואפרסקין: וזה עדות לישראל שהם
טהורי מדם נידות ואין כאן שום
אודם בראשונה: אבל הגוים ש
שאינם מוזהרי מנידות ובועלי
בשערת ראיית דמיהן ויש אודם
בראשונה: לפיכך הפרי הבאה ממני
הם הבנים הם לבינים: ויש
להשיב עוד הגוי חינופי ומשמשים
את מטותיהן ביום ורואין פרצופים
של ציורים יפים ויולדן דוגמתן
שני ויחמנה הצאן בבואן לשתות
מן המקלות:

bent, cum maturuerunt alborem contrahunt, pomis, maliſque perſicis exemplum præbentibus. Proinde, (*illa nigredo*) argumento eſt, Judæos a ſanguinis menſtrui labe puros eſſe, nec tingi primordiali rubedine. At Chriſtiani, qui menſtruas pollutiones non attendunt, ſed uxoribus quocunque tempore ex ſententia fruuntur, inquinantur rubedine, & idcirco fructus quem edunt, hoc eſt liberi, evadunt candidi. Inſuper reſponderi poteſt: Gentiles veneri ſunt deditiſſimi, atque clara luce uxores ineunt, intuendo ſimul eleganter fictas imagines, unde fit, ut proles illarum ſimilitudinem referat. Nempe ſic (Gen. 30, 39) legitur. *Et incaleſcebant pecudes, cum venirent ad bibendum a baculis.*

המיני אומרי שהגלח תופש בידו
גופו ועצמו של ישו בכל אשר היה
נתלה בשתי וערב: כך תשוב ל
להם: מה שהגלח תופס בידו מ
מעשה ידי אדם הוא: וכתיב בנ
בנביאי לא נאמר עוד אלהינו ל
למעשה ידינו ולא נשתחוה עוד
למעשה ידיני: ועל זה ניבא ירמי ה
ואמר היעשה לו אדם אלהי
והמה לא אלהים וגו':

Infideles dicunt Sacrificulum tenere ſuis manibus corpus, ipſumq; adeo Jeſum, quantus quantus in ſtamine & ſubtemine pendebat. Sic illis reſponde: Id quod Sacrificulus manibus tenet, eſt opus manuum humanarum; at, de re ejuſmodi pronunciat Propheta (Hoſeas 14, 4.) *Non dicemus amplius, ô Deus noſter, operi manuum noſtrarum, nec incurvabimus nos amplius operi manuum noſtrarum.* Jeremias quoque (16, 20.) graviter ait: *An facturus eſſet ſibi homo Deos, qui non ſunt Dii? &c.*

תשובה למיני על אשר תופסין ל
לעצמן הקדשי הפגרי לקדשות:
שהרי הקב"ה טימא אותם דיכתיב
וכל אשר יגע על פני השדה בח
בחלל חרב או במת או בעצם א
אדם או בקבר יטמא שבעת ימים

Infideles, qui ſibi ipſis cinædorum (*quos ſanctos ipſi vocant*) mortuorum cadavera colenda ſumunt, ſic urgeto: Ecce Deus B. vos immundos pronunciat. Scriptum enim (Num. 19, 16.) *Et quicunq; tetigerit in ſuperficie agri confoſſum gladio, aut mortuum, aut os hominis, aut*

הרי הן טמאין ומטמאין ואפילו עצמות אברהם יצחק ויעקב וכל הצדיקים מטמאין כשאר בני אדם כי בסתם דיבר הכתוב : ומזה הטעם סתר הקב״ה את קבורת הצדיקי׳ כיון שהיה גלוי לפניו שיטעו אומות העולם אחר עצמותיהם כמו שני במשה ולא ידע איש את קבורתו עד היום הזה : וגם הא כל העולם יודעין שהאבות שוכבין בחברון במערה ואין כל אומה יכולין ליכנס בה ולמה זה אלא שמע מינה כדפירשתי :

aut sepulchrum; immundus esto septem dies. Patet hinc, & immunda esse cadavera, & polluere quoque; atque adeo ossa ipsius Abrahami, Isaaci, & Jacobi, omniumque reliquorum justorum, non minus inquinant quam reliquorum hominum, Scriptura enim simpliciter loquitur. Et vero, ob hanc caussam occultavit Deus sepulcra hominum piorum, nam constabat illi, peccaturos cæteroquin mortales circa ossa illorum. Vnde de Mose (Deut. 34,6.) legitur: *Neque novit quisquam sepulcrum ejus usque in diem hunc.* Sic, notum est omnibus hominibus, Patriarchas Hebroni in spelunca sepultos jacere, neque tamen ulli unquam illuc ingredi conceditur. Quare hoc? Certe non ob aliam caussam, quam quæ nunc a me fuit allata.

המיני׳ מוני׳ אותנו על כי אנחנו המעט מכל העמים ואומרי׳ כי שקר אין לו רגליים ועל כי אמונתינו שקר על כן אין אנו מצליחין : תשובה : לכן כתוב לא מרובכם מכל העמים וגו׳ עד לעם סגולה :

Infideles nos exagitant, quia gens exigua sumus præ reliquis nationibus; addentes, non habere basin mendacium, atque ideo, quia mendax sit religio nostra, destitui nos bona fortuna. Enim vero, responsionem suppeditabit locus (Deut. 7,7.) *Non eo quod plures essetis omnibus reliquis populis, &c.*

המינים מונים אותנו על אורך גוליותינו ואומרי׳ גלות מצרי׳ היה ת׳ שנה גלות בבל ע׳ שנה וגלות זה למה אורך כל כך וודאי אם הייתם עתידליגאל כבר נגאלתם : אלא לפי שפשעתם בישו ולכך תהיו בגלות ולא תגאלו עולמית : כך תשיב להם : גליות ראשונים נקצב זמנם בפירוש : בין ישובו מחטאתם ובין לא ישובו ולכך

Infideles crebro nobis objectant diuturnitatem exilii nostri, ajuntque: Exilium Ægyptiacum duravit annos quadringentos; Babylonicum, annos septuaginta. Quare igitur hujus exilii tanta est duratio? atque, si maneret vos aliqua liberatio, pridem fuissetis redemti. Nimirum illud quod circa Jesum admisistis, hujus exilii vobis caussa est, neque unquam liberatio vobis obtinget. Respondendum.

נגאלו בבוא הזמן הנקצב ; אבל
גלות זה נתלה בתשובה אם ,ם
ישובו יקצר הזמן דכתי' ושבת את
יי' אלוהיך ושב יי' אלהיך את
שבותך וריחמך וקיבצך מכל העמי'
אשר הפיצך יי' אלוהיך שמה ואם
יהיה נדחך מקצה השמים משם
יקבצך יי' אלוהיך ומשם יקחך
אבל ממ" הקב"ה קצב זמן לגלותינו
אלא שנעלם ממנו : דכתיב א
אני יי' בעיתה אחישנה משמע
שיש לו עת וזמן ואעפ"י שלא ישובו
בעתה תהיה הגאולה כי לא יעבור
זמן הגאולה : כך אמר הקב"ה אם
ישובו אחישנה : וקץ הגאולה לא
גילה הקב"ה אלא ללבו ולכך כתוב
כי יום נקם בליבי : ועל ידי ע
המינים והמשומדים והרשעים
שבתוכינו אנו צריכים לסבול גא
הגלות עד אותו קץ יום נקם א
אשר הוא בלבו של הקב"ה כי כל
ישראל עריבים זה בזה עד שיכלו
כולם או עד שישובו כולם : כך
דכתי' בצר לך ומצאוך וגו' עד
אשר נשבע להם : וכן בספר מ
מלאכי כתי' הנה אנכי שולח ל
לכם את אליהו וגו' עד על אב
אבותם : הרי תראו שיש לכולם

Prioribus exiliis constituti fuere termini verbis disertissimis, sive pœnitentiam acturi essent Judæi, sive minus; atque, definito tempore fuere liberati. At, præsens exilium a pœnitentia dependet, ac minuetur tempus, si ad bonam frugem Judæi se recipiant. Vnde scriptum (Deut. 30,2.) *Et conversus fueris ad Dominum Deum tuum. Vt reducat Dominus Deus tuus multitudinem captivorum tuorum, misertus tui; & colligat te ex omnibus populis quo disperserat te Dominus Deus tuus. Etiamsi te depulisset ad extremitatem cœli, inde colliget te Dominus Deus tuus, & inde recipiet te.* Nihilominus Deus terminum exilio nostro statuit, sed qui nos latet. Scriptum enim (Es. 60,22.) *Ego Dominus tempore suo accelerabo istud.* Hinc manifestum evadit, metam terminumque esse præfixum. Atque, si maxime Judæi non agant pœnitentiam, tamen tempore suo eveniet liberatio, neque mora illius prorogabitur. Nempe, sic secum statuit Deus B. Si pœnitentiam agent Judæi, accelerabo redemtionem. Terminum autem liberationis Deus suo tantum animo revelavit, ideoque scriptum (Es. 63,4.) *Quia dies ultionis in animo meo.* Cæterum, propter hæreticos, apostatas, hominesque nequam, qui inter nos degunt, cogimur pati exilium ad terminum usque constitutum, & diem illum ultionis, qui est in animo Domini; omnes enim Judæi pro se invicem fidejussionem præstiterunt, proinde, illos universos prius aut perire, aut ad bonam frugem reduci necesse est. Scriptum (Deut. 4,30.) *Cum angustia fuerit tibi, & obvenerint tibi &c.* Apud Malachiam quoq;

לשוב בתשובה קודם שימהר
לבוא עיתו הקצוב ׃

(4, 5.) legitur: *Ecce ego mitto vobis Eliam &c.* Colligas hinc requiri, ut omnes prius per pœnitentiam ad bonam frugem se recipiant, antequam fatalis terminus ingruat.

המינים אומרים ומונין אותנו על
שמאריך זה הקץ יותר משאר
קיצים ׃ אבל אין להפליא על
זאת לפי שאין הקב״ה נפרע מאומה
עד שתתמלא סאתו דכתיב גם
בסאסאה בשלחה תריבנה ׃ וכן אמר
לאברהם זדור רביעי ישובו הנה
כי לא שלם עון האמורי עד הנה
ואיני רוצה לכלה עד שתמלא ם
סאתו ׃ ולכך לא ארך הקץ כי א
אם ת׳ שנה כי בתוך אותו זמן
נתמלא סאתם על שתי אומות
על מצריים ועל אמוריים ונתחייבו
כלייה ׃ ומאוד נשתהו למלאות ש
שהרי התחיל מדור הפלגה עד קץ
בבל׃ וגם גאולת בבל לא הייתה
רמה לפיכך לא ארך הקץ כ״א ע׳
שנים ׃ אבל קץ זה זהו להחריב
ולהשמיד ולהרוג ולאבד את כל
האומות הם ושריהם של מעלה
ואלוהיהם ׃ כדכתי׳ יפקוד על צבא
מרום במרום ועל מלכי האדמה
באדמה ׃ וגם ירמיהו אמר אל
תירא עבדי יעקב נאום יי׳ וגו׳
עד לא אעשה כלה ׃ הרי תראו ש
שהקב״ה יכלה כל שאר האומות
רק ישראל וכן הבטיחנו על ירי

Infideles nos ideo exagitant dictis, quia præsentis exilii terminus, reliquorum terminis longius producitur. Sed hoc tantopere mirari non convenit; neque enim Deus a quoquam pœnas exigit, nisi is prius impleverit mensuram suam. Secundum id quod scriptú est (Es. 27, 8.) *Moderate emittendo cum contendis cum eo.* Sic quoque ait Abrahamo (Gen. 15, 16.) *Et ætate quarta revertentur huc, non enim completa est iniquitas Amoræorum adhuc*: (Supple:) Atque ego nolo illos perdere donec mensuram impleverint. Hanc ob causam non dilatus est terminus ultra annos quadringentos, nam intra hoc tempus impletus fuit modius duarum illarum nationum, Ægyptiorum nimirum, & Amoræorum, atq; promeruere excisionem. Et vero, longum requirebatur tempus, ad eum implendum, inde nimirum a confusione linguarum usque ad destructionem Babylonis. Adde quod liberatio ex captivitate Babylonica non erat eximia, ideo terminus ultra annos septuaginta non fuit extensus. At vero præsentis exilii terminus attinet ad desolationem, perditionem, occisionem, & exstirpationem omnium populorum, cum suis Magistratibus, Numinibusque. Nempe scriptum (Es. 24, 21.) *Animadvertet in exercitum*

משה רבינו ואף גם זאת בהיותם בארץ אויביהם לא מאסתים ולא געלתים לכלותם להפר בריתי אותם : וכן על ידי נביאים כתי' והיה כאשר הייתם קללה בגוים בית ישראל ובית יהודה כן אושיע אתכם והייתם ברכה אל תיראו תחזקנה ידיכם : על כן ככה יש לנו להתחזק על אמונתינו וגם הגלות אנו סובלין כדכתיב בתרי עשר והניעותי בכל בגוים את בית ישראל כאשר ינוע בכברה ובאותה נבואה כתי' נחמתינו שנו ושבתי את שבות עמי ישראל ונטעתים על אדמתם אשר נתתי להם אמר יי' אלהיך :

tum excelsi cujusq;, & in Reges terra in terra. Jeremias quoque (30, 10.) ait: *Ne timeto serve mi Jacob, dictum Domini &c.* Ecce vides, deleturum Deum B. omnes reliquas gentes, præter Judæos; atque hanc nobis spem fecit per Mosen (Lev. 26, 44. inquiens:) *Et tamen etiam cum erunt in terra inimicorum suorum, non penitus abjiciam eos, neq; fastidiam eos, ad consumendum eos, irritum faciendo fœdus meum cum iis.* Apud Prophetam (Zachariam 8, 13.) in hunc sensum legitur: *Eritq; ut quemadmodum fuistis maledictioni in gentibus, o domus Israëlis, & domus Juda, ita servem vos, & sitis benedictioni: ne timetote, confirmentur manus vestra.* Itaque in fide constantes nos esse oportet. Neque vero inviti hoc exilium perferimus; toleramus enim patienter quod (Amos 9, 9.) scriptum: *Et agitabo inter omnes gentes domum Israëlis quemadmodum agitantur in vanno.* Cæterum, eodem loco (*commate 14. & seq.*) habetur quoque consolatio nostra, in hæc verba: *Et reducam captivam multitudinem populi mei Israëlis. Et plantabo eos in terra ipsorum, quam dedero ipsis, dicit Dominus Deus tuus.*

אומרים המינים על אורך גלותינו שאינו אלא לפי שאינכם מאמינים בתורת ישו : כך תשיב להם : ו והלא ישמעאלי' שאינם מאמיני' בתורתכם ובאמונתכם ואין להם שום גלות : ועוד למה היה לנו גלות קודם שנולד ישו ואת תורתינו שנתנה לנו על ידי משה בקולות וברקים לעין כל חי לא נניח לעזוב עבור תורתכם שנתנה לכם בסתר

Solent contendere Christiani, diuturnitatis exilii nostri haud causam esse aliam, quam quod in Jesum non credamus. Responde illis: Atqui vero Ismaëlitæ, qui legem & sacra vestra non amplectuntur, nullum patiuntur exilium. Porro quare exules degebamus, antequam Jesus nasceretur? Adhæc, non deseremus utique legem nostram, quam Moses nobis inter fulgura & tonitura, coram omnibus mortalibus dedit, præ vestra, quæ clam & secreto, ac citra ullius hominis

ובחשאי בלא ידיעת שום אדם רק
אומה של ישו לבדה ; ואנחנו
נוכל לומר אנשים חטאים בידו
אותה מלבם לפרוק מהם עול
מלכות שמים ועול מצוות לאכול
חזיר ולשתות יין נסך ולנאוף וכל
הנאות הגוף האסורי' בתורתינו
מותרין הם בתורתכם ;

minis præterquam ſolorum Chriſtianorum notitiam lata fuit. Enim vero merito quis affirmet, homines impios illam ex ingenio ſic effinxiſſe, ut excuterent jugum cœleſte, & jugum peccatorum, quo ſuilla ſeſe paſcere, vinum libaminis potare, ac amoribus inhoneſtis operam dare poſſent. Omnes enim voluptates corporis, quas lex noſtra prohibet, ipſorum lex facit licitas.

אין להמיר יראת אלהינו ותורתו
הקדושה בשום אחר : כי נתן לנו
תורת אמת לעמוד עד דור אחרון
דכתי'. האזינה עמי תורתי הטו
אזניכם לאמרי פי אפתחה במשל
פי וגו' עד ונפלאותיו אשר עשה ;
הרי יש קבלה מאבות ומבנים
להתחזק בתורת הקדומה דכתי' רק
השמר לך ושמור נפשך מאוד פן
תשכח את הדברים אשר ראו
עיניך וגו' ועוד כתי' ועתה ישראל
שמע אל החוקים וגו' וכתיב
אנכי יי' אלהיך אשר הוצאתיך
מארץ מצרים וגו' וכתיב ואלהי'
זולתי לא תדע ומושיע אין בלתי ;
וכתי' זכרו תורת משה עבדי וגו'
אשר תראו שאין תורה אלא תורת
משה ;

Abſit ut reverentiam Deo noſtro ſanctiſſimæque illius legi debitam, cum religione ulla commutemus. Ipſe enim dedit nobis legem veram, duraturam ad finem usque ſeculorum. Gravis eſt illa hortatio (Pſal. 78,1.) *Auſculta popule mi legem meam, inclinate aurem veſtram ad verba oris mei. Aperiam in parabola os meum, &c.* Ecce haud interrupta unquam ſerie a majoribus ad nos delata παράδοσις jubet firmiter veteri legi nos inhærere. Huc pertinet illud (Deut. 4,9.) *Tantum cave tibi, & ſerva teipſum valde, ne obliviſcaris rerum illarum quas viderunt oculi tui &c.* Item alterum (Deut. 5,1.) *Audi Iſraël ſtatuta &c.* Nec non dictum (Exod. 20, 2.) *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te e terra Ægypti, &c.* Et locus (Hoſ. 13, 4.) *Deum præter me non cognoſcas, & Servator nullus eſt præter me.* Itemq; locus (Malach. 4,4.) *Mementote legis Moſis ſervi mei, &c.* Ergo agnoſcis, haudquaquam ullam eſſe legem aliam, præter Moſaicam.

המינים מינין אותנו ואומרי'
שאנו מרצחים את בניהם ולועטים
הדם ; תשיב ותאמר לו שאין

Infideles dicam nobis impingunt grandem, criminanturque nos, quaſi ipſorum infantes perimamus, & ſorbillemus ſanguinem. Reſpon-

אומה מוזהרת כל כך ברציחה כמ
כמונו ואפילו ברציחת גוים אנו
מוזהרים שהרי בלא תחמוד כתי'
רעך : ובלא תרצח ובלא תתעב *
ובלא תנאף לא כתי' רעך : מכ
משמע לא תרצח כלל שום בריה
נמצא שאפילו על הריגת גוי אנו
נזהרנו ולמה כי בצלם אלהי' עשה
את האדם וכתי' שופך דם ה
האדם באדם דמו ישפך : משמע
כל אדם בכלל : וכתיב כי תקרב
על עיר להלחם עליה וקראת א
אליה לשלום : ומה שציוה הקב"ה
לא תחייה כל נשמה לא ציוה כי
אם מזרע עממים † לפי שכתו'
לא תחייה כל נשמה וזה היה לפי
שכולם מכשפים כמו שכתוב כי
אתה בא אל הארץ אשר יי' אל
אלוהיך נותן לך לא תלמד לעשות
כתועבות הגוים ההם לא ימצא
בך מעביר בנו ובתו למולך קוסם
קסמים מעונן ומנחש ומכשף : כי
הגוים האלה אשר אתה יורש א
אותם אל מעוננים ואל קוסמים
ישמעו וגו' : וגם על הדם מוזהרנו
מכל עם שהרי אפילו בשר כמ
שנשחט וכשר מ"מ אנו מולחים א
אותו ומדיחים ועוסקים בו הרבי'
כדי להוציא את הדם : אלא כמ

* Lege תגנוב

† Lege משבעה עמים

Respondendum: Haud ulla in Orbe reperitur natio, cui tantopere ac nostræ nationi cædes sint prohibitæ, & adeo gẽtiles occidere prohibemur. Ecce enim quæ desiderium rei alienæ vetant Decalogi præcepta, additam habent limitationem de proximo. At vero præcepta quæ occidere, furari, mœchari prohibent, non habent adjectam προσθήκην de proximo, unde intelligere datur, nulla ratione cædem patrare, atque sic ne gentilem quidem hominem trucidare nobis licere, ob generalem rationem (Genes. 9,6. expressam:) *Quoniam ad imaginem suam hominem fecit Deus.* Atque eodem hoc loco simpliciter dicitur: *Qui effundit sanguinem hominis, per hominem sanguis illius effunditor:* quibus verbis nullius hominis fit exclusio. Extat quoque præceptum (Deut. 20,10.) *Cum accedes ad aliquam civitatem ad belligerandum contra eam; primum invitabis eam ad pacem.* Quod autem (commate 16.) ibi sequitur: *Ne finito vivere ullam rem halitu præditam.* Illud præceptum ad solos septem (*Palæstinæ*) populos attinet, qui tanquam meri venefici internecione delendi erant. Vnde (Deut. 18,10 seqq.) legitur: *Cum ingressus fueris in terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, ne discito facere secundum abominationem gentium istarum: Ne invenitor in te, qui traducat filium suum, aut filiam suam per ignem: utens divinationibus planetarius, aut conjector, aut præstigiator. Nam gentes istæ quarum tu hæres futurus es, planetarius & divinis auscultant, &c.* Quin & circa Sanguinem major nostra, quam ullius

עלילות דברים אתם משימין עלינו להתיר את דמינו כאשר ניבא דוד במזמור מ״ד שהיתה עתידים לחרף ולגדף אותנו ולהתיר את דמינו ולהרוג אותנו על יראת שדי וגו׳ והתפלל עלינו : אתה הוא מלכי אלהים צוות ישועות יעקב :

ullius gentis ſolicitudo. Nam carnem adeo (*beſtiarum*) mactatarum qua veſci nobis fas eſt, ſale prius fricamus, multumque agitamus & tractamus, ut ſanguis eliciatur. At vos iſtud crimen nobis affingitis, ut impune vobis adverſus nos graſſari liceat. Eſt vero a Davide Pſalmo 44. prædictum, futurum ut gentes probris & falſis criminationibus nos proſcindant, extrema nos promeritos pronuncient, nosq; occidant, ob noſtram erga Deum religionem: unde has quoque pro nobis preces ibi fudiſſe deprehenditur: *Tu ipſe Rex meus, ô Deus: præcipe ſalutes Jacobo.*

המינים מוני׳ אותנו לאמור בגט שהתלמוד מעוות ומקלקל כל כ תורתינו וגורם לנו שלא לעמוד על העיקר ועל האמת כי הוא מ מדריכינו בדרכים שובבים : ויש להשיב שהתלמוד הוא גדר וסייג לכל התורה כי כל המצוות הם מפוזרים הם בכ״ד ספרים פה מ מעט ופה מעט ומי שלומד זה ׳ ישכיחנו טרם שיגיע לשני : ול וקבעו חכמי׳ מסכתות וסדרו בהן כל אשר שייך לכל המסכתא : כ כגון מסכת שבת כל דיני שבת נ רשים בה : וכן מסכת פסחים כל דין פסח מבואר בה : וכן מס מסכת יבמות כל דין יבום נמצא בו וכן כל המסכתות כל אחת ואחת מפרש מצוותה : ועוד יש להשיב שאפילו הם לא יכלו לעמוד על

Infideles criminantur nos, dicendo, Talmud pervertere & depravare univerſam noſtram Legem, & in cauſa eſſe, quo minus fundamento & veritati inſiſtamus, nosq; ab eo in vias erroneas ſeduci. Sed, in promtu reſponſio, Talmud eſſe ſepimentum & maceriam totius Legis. Præcepta enim divina diſperſa habentur per XXIV. libros Canonicos, ita ut quiddam earum modo hic modo ibi deprehendatur: ideo una re percepta, prius quam quis ad aliam pertingit, metuenda oblivio. Hinc compoſuere Sapientes varios Talmudis Libros, & in quemque collegere, quod illi conveniebat. Verbi cauſa, in Libro Schabbat, omnia quæ de Sabbato fuere præcepta, continentur. In Libro Peſachim, quæ ad Paſcha attinent, explicantur. In Libro Jebamot reperies univerſum Leviratus negotium. Eadem ratione unusquisque illorum Librorum ſuum habet argumentum. Amplius reſponderi poteſt, etiam ipſos, ſine Talmude non poſſe tueri religio-

אמונתיהם זולתי התלמוד: דכתיב לא יבוא עמוני ומואבי בקהל ייי אלמלא שהתלמוד ביאר עמוני ולא עמונית מואבי ולא מואבית: והם שאינם לומדים תלמוד ואינם יודעים פירוש זה איך דוד בא בקהל ייי ואיך בא ישו בקהל יי' שהוא בא מדוד לדבריהם:

nem ſuam. Scriptum enim (Deut. 23,4.) *Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini.* Niſi Talmud explicaret: Ammonites, non Ammonitis, Moabites, non Moabitis, (*inextricabili involveremur difficultati.*) Ipſi vero, qui Talmud non diſcunt, & hanc expoſitionē ignorant, (*nunquam rationem reddent,*) quomodo Davidi licitum fuerit immiſceri cœtui divino; aut quomodo in hunc cœtum Jeſus admiſſus ſit, cum ex ſententia ipſorum Davidi originem debeat.

סליק ספר הנצחון:

EXPLICIT LIBER NIZZACHON.

Bayerische Staatsbibliothek München